Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM Iudaicarum libri XX, ad vetera exemplaria diligenter recogniti.

DE BELLO IVDAICO libri VII, ex collatione Græcorum codicum castigatiores quàm vll quam ante redditi.

CONTRA APPIONEM libri II, pro corruptiss. antea, iam ex Græco itidem non solum emendati, sed etiam suppleti.

DE IMPERIO RATIONIS siue DE MACHABAEIS liber vnus [redacted]

Cum indice Copiosissimo.



Væneunt Lutetiæ in AEdibus Iacôbi Izeruer sub signo geminorum Pullorũ in via diui Iacobi.

M. D. XXXV.

Dom. Probat. Rom. Schol. Piar.
ex P. Ildefonso.

REVERENDO PATRI AC DOMINO D. AEGIDIO REMO, EPISCOPO CHIEMENSI, SIGISmundus Gelenius S. P. D.

IAmdudum anxius fui ornatiſſime pater, ne forte diuturnum hoc meum ſilẽtium ſuſpectum eſſet, tuáque per benigna erga me beneficentia ob ingratitudinis opinionem indignus fuiſſe iudicarer. Sed vt hic ſcrupulus eximeretur, quærenti nulla ad hoc temporis ſeſe obtulit occaſio: partim quòd nudis tantummodo literis ac vulgari ſalutatione optime meritum patronum compellare, leuius quàm pro mea erga te deuotione officium ducerem: partim etiam, quòd ex quo primum te hanc dignitatem, cuius ipſe mi tuum es ornamentum, recens adeptum intellexi, adeo nihil per locorum diſtantiã mihi de rebus tuis cognoſcere contigit, vt iam de incolumitate quoque tua ſolicitus eſſe inciperem. At poſtquam nunc tandẽ ſumma cum animi voluptate fauſta tibi ac ſecunda, ita vt optabam, accepi omnia: quum cõmodum literarii laboris nonnihil exantlaſſem, viſum eſt oportunum tempus vt grati animi ſignificationem ſaltem aliquam darem: quandoquidem ne in [redacted] gratiæ par ſim, meritorum tuorum magnitudo effecit. Nam cum præſens FLAVII IOSEPHI inſtrueretur editio, [redacted] cognoſcendi onus impoſitum eo facilius paſſus ſim, quòd ſemper cum autoris fidem eximiam atque eruditionem, tum operis ipſius vtilitatem, plurimi fecerim. Homo enim, ſi quis alter, in aliena lingua diſertus priſcas quidem illas gentis ſuæ res, quæ tum ſola in terris vnius veri dei cultum retinebat, ex diuinis Hebræorum prophetarũ literis Græce tranſcripſit, quæ vero deinceps vſque ad ſuã ætatem nõ ita vetuſta memoria celebrata ſunt: accurate conquiſita prodidit, ac poſtremum bello Iudaico geſta, quum illis non interfuiſſet ſolum, ſed bona quoq; ex parte præfuiſſet, hac parte vel ipſi Thucydidi præferendus. Vicerit ille ſane noſtrum hunc eloquentia, nimirum in patria lingua, certe non pari felicitate res geſſit ac geſtas ſcripſit. At IOSEPHVS vt Atticiſſimo ſcriptori concedat, nemini tamen Aſiaticorum ſtyli elegantia ſecũdus eſt: quod vero ad belli decora attinet, nullius eius tẽporis Iudæorum tot exſtant ſtratagemata, tam fortia facinora, tam multa denique præclara conſilia: quibus Romanos victores primo quidem pro ſua in patriam pietate diu remoratus eſt, mox ineluctabilem fatorum ordinem præſagiens, eoſdem iam captus adiuuit etiã, ne parum gratus erga ſpectatiſſimę virtutis ſuæ, diuiniq; cuiuſdã animi, admiratores haberetur & quod inter præcipua ducendum eſt, quàm præclare de IESV domino ac ſeruatore noſtro eiuſque diſcipulis ſenſerit, monumentis ſuis ſatis teſtatum reliquit: vnde in Chriſtianorum ſcriptõrum catalogum à D. Hieronymo cooptari meruit. Aliud agentem me admiratio viri incõparabilis in laudes eius tranſuerſum abripuit, alioqui notiores quàm vt præconis opus habeant, maiores quàm vt hic pro dignitate referri queant. Igitur Antiquitatum interpretationem ad vetera exemplaria Latina duntaxat, ob Græcorum inopiam con-

tulimus:comperimúſque vt minus mendârum(fortaſſis ob argumentũ vulgatius)q̃ in bell. Iudaici hiſtoria: ita ſtylum interpretis tanto inelegantiorẽ vt haud quaq̃ credam ab eodem vtrunque opus latinitate donatum: vel hac coniectura,quod in concionibus, quum Ioſephus vbique ſui ſimilis ſit,quoties in opere Antiquitatum incidunt,miram balbutiem videbis, contra in ſequẽtis operis orationibus interpres,Rufinus opinor, propius Ioſephum ad ſequitur,eiuſque declamatoriam quandam facultatem longe magis quam ille alter,quiſquis eſt,exprimit: id quod euidentius apparet in duabus:altera libro tertio,vbi diſſuadet mortẽ ſibi conſciſcendam: altera ſeptimo, vbi eandem rem verſo ſtylo ſuadet:hoc ex Eleazari cuiuſdam perſona,illud vero ex ſua. Hos autem.vii. libros ad duos Græcos codices, vnum ab Ornatiſs. præſule Georgio Arminiaco,Rutenorum epiſcopo,alterũ ab eximie docto viro Ioanne Croto,exhibitos,contulimus: husque adiuti tot mẽdas ſuſtulimus vt facilius ſit lectori ex vnius cuiuſuis paginę collatiõne de ea re exiſtimationem facere, q̃ mihi omnia loca reſtituta annumerare: quorum plurima â librariis corrupta,quędam etiam interpretis hallucinatione non ſatis feliciter reddita,eſt vbi exemplar quoque deprauatius eum ſequutum, deprehẽdimus. Tantundem aut aliquanto plus pręſtitum eſt in deprauatiſs.antea cõtra Appionem libris: atque hi nunc primum,ni fallor,inoffenſe percurri poterunt. Sermonis vero de Machabæis caſtigationem, vnico illi non ſolum Germaniæ totius ſed etiam ſui temporis ornamento [redacted] debemus. Cęterum hoc quicquid eſt operę tibi potiſsimum pręſul ampliſs.dedico, vel quod ipſe plurimis(vt dixi)ac maximis tuæ benignitati beneficiis deuinctus ſim: vel quod te hiſtoriarum cognitione in primis delectari,atq; hanc nec fide narrationis,nec rerum cognitu dignarũ copia vlli cędere,certo ſciam:denique multum operi commẽdationis acceſſurum videbam,ſi doctiſs.præſulis calculo approbatum fuerit,cuius & auctoritas magna,& nomen apud omnes Muſarum ac bonarum literarũ myſtas merito ſit perquam gratioſum. Quis (enim de quo tu modo aliquam eruditionis opinionem concepiſſes)in te amici officium deſiderauit: quam tu nunquã hoc genus homines demerendi occaſionem pretermiſiſti? Et eius ſane peculiaris tuæ laudis,ſicut aliarum quoque multarum exempla proferrem nonnulla,ni verererer ne in faciem hæc commemorans,adulationis ſpecie pudorem tuum offenderem.Nec mirum ſi doctis & ſtudioſis apud te premiũ eſt,quum tãtopere intet vtroſque præemineas αει γαρ τον ομοιον vt eſt in veteri prouerbio. Itaque eccleſiæ quidem tuæ, quod talis epiſcopus contigit, gratulor hanc felicitatem:tibi vero Antiſtes Optime dignam tuis virtutibus opto precorque:quando quidem preſens inferior tuis meritis meo erga te affectui videtur. Vale patrone vnice,& noſtros conatus æqui bonique cõſule:meque inter cliẽtulos locũ aliquem,ita vt cœpi,obtinere patere. Baſiliæ Calendis Ianuariis, Anno domini M.D. XXXIIII.

INDEX ABSOLV

tissimus omnium quæ in vniuerso hoc ópere continẽtur secúndum ôrdinem Alphabéti, certúmq; número paginārum, nunc demum Per Hierónymum Rúpeum Metinénsem conscriptus. Cui additæ sunt (quamuis præter illôrum consuetúdinem qui huiuscémodi indices conscripsêre) nonnúllæ dictiô num aut hebræârũ, aut græcârum, & nonnúnquam latinārum Annotatiónes: sicut in rei progréssu (dei beneficio) patêbit.

A.

AAron virga floruit ac nouum fructum producens extemplo fronduit 77 Est autem Aaron Hebraice idem, quod mons seu montanus sed, si plura cupis de hac virga legere, conferas te ad Bibliorum librum qui dicitur Numeri. capi. 17.

Aaron eligitur in sacerdotem 63.
Aaron in ignem viuus cum Core & aliis quinquaginta coniectus est, solus tamen ipse Aaron (dei gratia) illæsus è medio igni produt 77.
Aaron contra leges patrias à fratre suo Mose sacerdotiũ habuisse existimabatur, ideóq; Moses male audiebat. 74.
Aaron pontifex primus vitulum, aut arietem, aut huiusmodi aliud offerri deo instituit. 195.
Abel Hebraice idem est quod latine, nihil hoc: vanitas 4
Abel à fratre occisus 738
Abennerigus rex suam filiam Amicos nuncupatam puero Izati sibi commendato, atq; in sua castra (vt tutior à fratribus esset) misso, collocauit 730
Aber martyr 738
Abia Arabiæ rex ad bellũ excitatur ab Izatis Achiuis atq; subiectis 472
Abia Arabiæ rex precibus & subsidiis ac multo commeatu sibi oblato excitatus, Izatem regẽ inuadit ibidẽ
Abiather Achimelech filius, solus ex suorũ omniũ affiniũ & parentũ occisione remãsit. Fuit enim occisus Achimelech cũ turba trecẽtorum penè & quinq; progenitorũ 139
Abiather põtifici supplicat vt de venturis deũ orando consulat 146
Abiæ mortuo succedit Asa 200. de hac re vide Biblio. 2. Paralip. c. 14
Abieu & Nadab interitus 65
Abibalus rex & eius filius Hiramus cui imperii regimen reliquit 700
Abigail nomine Celebs 150
Abimelech 111
Abimelech sese excusauit pro Sara 16
Abimelech & Sichimitarum discordia 111
Abimelech rex Isaac per inuidiam expulit 20
Abisai frater Ioab 149
Abbarus pontifex 403
Abdagades dux 444
Abdæi 703
Abirom 74
Abdemonus vir Tyrius 700
Abdon. Hilonis filius. 113. Significat autem Hebr. seruum domini
Abner principis: exercitus Saul præfecti: & totius militiæ imperatoris, atq; Ioab bellum 149
Abner interfectũ, ægerrime fert Dauid 121. de hoc autẽ Abner. si plura videre cupis recurre ad Bibl. lib. 2. Regũ. illic. n. tota eius historia est
Abner funeralia honoratissima celebrat 152
Abner in Hebro cũ magna omnium tristitia & præcipuè Dauidis sepelitur 152
Abner cũ suo populo deuincitur 145
Abner & Ioab interempti 151
Abraham à græcis ἀξρομος dulcioris & suauioris sermonis gratia sic inflexum 10
Abraham adoptauit lot filium fratris sui, sibiq; tanquam proprium adiunxit 12
Abraham Arithmeticam & Astrologiam contulit Aegyptiis 113
Abraham & lot diuortium atq; à se inuicem separatio ibidẽ
Abraham vicus fuit de nomine Abrahami regis sic dictus, 13
Abrahæ γενεαλογια. i. de generatione & origine Dauidis sermo 12
Abrahæ sapientia ibidem
Abrahæ obedientia 17
Abrahæ allocutio ad filiũ suũ Isaac 18
Abrahæ oratio pro Rebeca 20
Absalõ cõcubinas patris violat 164
Absalom ex orbore pendens confoditur 165
Absalom tyrannidis princeps 562
Absalom tumulus 165
Absalom quomodo effugerit patris sui iram 161 de quo (si plura cupis) vide 2 Regum librum.
Absalom à patre reuocatur postquã desiuit sanguinis circa cor feruore immodico laborare ac, postquã fuit animo pacatiori
Absalom omni pulchritudine corporis ceteros facile anteibat 166
Achaiia 516
Accaron vrbs 120. 104
Accaron Musca, dei nomen 211
Acharon hebræis dicitur quod Græcis hysquiamos. 62. est autẽ hysquiamos herba quædam quæ à quibusdam latinis faba apollinaris dici solet, coliculũ habens ad cuius similitudinẽ ille factus erat quẽ. S. PONTIFEX in sua corona versus frontem gestabat
Achab rex, Heliæ prophetæ occurrit, eúmq; vbi semel cognouit tanquã deum adorauit 203
Achab plenã egit pœnitentiam 205
Achab plena historia cuius partem hic apposui, partem tibi legẽdam reliqui ibidẽ.
Achab filius, homo malignus 211.
Achab septuaginta filios habuit, qui occisi fuerunt Hieu iussu 219
Achab oppugnãdo Syros sagitta per cussus occiditur 209
Achab Rex (vt Helias, prophetarat) repente moritur 212
Achab, regi Ioram fratri suo succedit, qui sane malignitate alterũ quantumuis sceleratum superauit ibidẽ
Achab machabæus martyr 739
Achar Zebedæi filius ex tribu Iuda 97
Achimelech 139
Acusilaus historiographus Argiuus cuius testimonio Iosephus vtitur 8
Acrabetena régio 549
Acra mons 634
Acmes epistola 403
Adam, primus de terra factus 5
Adã quomodo interpretetur hebraice, & quare sic dictus sit. 3. de quo vide Biblia in lib. Paralipo.
Adam, & per eum omnis homo qua pœna fuerit mulctatus 4
Adar quid sit apud Hebræos 267
Adar quid sit apud Macedonas 267
Adadus qui & Adner dictus est Syrorum rex Helisæo insidiatus acerrimum bellum præparat aduersus Ioram 214
Adadi supradictorum regis bellum contra Achab 205
Adiabeni 473
AEdificiorũ incredibilis altitudo atq; adeo tota corporis dimensio admirabilis 372
Adonai hebraice idẽ est quod latine dominus 103
Adonias sibi vxorẽ petiit Abisac 179
Adonias occiditur ibidẽ.
Adulescentes miseri Herodis filii à patre morte mulctantur 391
Adura vrbs quam Roboam Salomonis filius prætet alias multas ædificauit 197
Agar regis mors 131 significat autem Hebraice Agar tectum

Agar ancille AEgyptiæ in Saram cõtemptus 15 significat autem Heb. peregrinam
Agatharchides cum cæteris Græcis Iosepho detraxit 705
AEgyptii ad Cæsarem fugantur 330
AEgyptiorum aliqui, Iudæi primo fuêre ob prouinciarũ confinitatẽ 329
AEgyptus & Syrenæa ciuitas aliquando sub eodem regno fuêre ibidem
AEgyptiis Gabinius Ptolomæum restituit 328
AEgyptum incredibilis fames totis pænè octo annis secundum expositionem Iosephi, oppressit 32
AEgyptiorum reges omnes ad socerum vsq; Salomonis cur dicti sint Pharaones 190
AEgyptus ex omni parte munitissima ideóq; omnium tutissima, 625. significat autem Hebr. tribulationem & angustiã 30
AEgypti regina & AEthiopiæ 191
AEgypti & Phari vniuersa ac plena descriptio 525
AEgyptus à parte quadam Syene dicta quæ limite solummodo quo dã ab AEthiopia distinguitur Syenæa terra à nostris poetis præsertim à Martiali passim dicitur ibidẽ
AEgyptus maxima imperii pars atq; omnium fertilissima ibidẽ.
AEgyptiorum incontinentia 13
AEgyptus Danai fraterquandoq; Sethosis dictus est. 700. fuit autem Danaus ille, Belli filius, qui cum diutius regnasset huic AEgypto fratri suo regnum reliquit petutq; Achaiam, vnde Achaia Danaa & Achæi ipsi, Danai dicti sũt
AEgyptii à Cæsare superati 330
AEgypti limites 625
AEgyptus Mesris quondam dicta fuit & hinc Mesræi omnes AEgyptii appellantur 10
Aerodia Agrippæ soror & coniunx herodis 538
Aerodiadis honestissima ac verè Catoniana responsio qua satis fecit Cæsari multa munera volẽti dona re quáq; munera repudiauit ibidẽ
Aggerum summæ proceritatis ædificatio 652.687
Aggeres succensi 649
Agrippa qui Herodis nomẽ apud Cæsarem detulerat, causã apud eundẽ obtinuit 438
Agrippa cum Herode amorem reintegrat & in eius gratiã redit 369
Agrippæ nauigatio 430
Agrippæ magnanimitas & regia magnificentia 430
Agrippæ creditor Herennius 431
Agrippa ad Tyberiũ properat 432
Agrippæ fidei & regimini committit Tyberius suum nepotem ibidẽ.
Agrippa accusatur ab Euthycho 434
Agrippa apprehenditur ibidẽ.
Agrippa in custodiã vinctus datur nihilominus benigne tractatur 435
AEmilius Regulus Hispanus Cordubensis Caium statuit aut per alios, aut (si alii deessent) per se interficere 449
Agrippæ accusationes aduersus Herodem quartum 438
Agrippa vinculis solutus τετραρχης creatur, id est quartam imperii partem posidens 437
Agrippæ calliditas qua ipse vtebatur in senatu 461
Agrippæ regis nauigatio in Iudæam 464
Agrippa Iudæos ab iniuria Doritarum retractos in pristinam potestatem asserit, multósq; eorum sacerdotes instituit 465
Agrippæ clementiam in Simonem calumniatorem 466
Agrippe laudes ibidem,
Agrippæ inimicitiæ & simultates cũ Marso 467
Agrippa 278
Agrippæ proles 468
Agrippa iunior Agrippæ maioris filius ibidem.
Agrippa Romæ apud Claudiũ Cæsarænutritus ibidẽ.
Agrippa rex omnibus luce charior verba faciẽ ad populum alui dolore correptus decidit, atq; in suam regiam trãsportatus post quatuor, aut quinque dies magno omnium fletu, ac animorum graui consternatione periit 467.468.
Agrippa volens scire quem erga se populus animum haberet vna aut altera hora ante suum obitum veluti præmonitus per feneſtram caput (vt populum spectaret) emisit, vidẽnsq; tam tristem & consternatum longua miseratione perculsus animam tradidit ibidem.
Agrippa iunior partem quoq; habuit Tetrarchiæ quam habuit Agrippa maior è vinculis solutus 477
Agrippa fundæ ictu læditur 599
Agrippæ regis oratio 556
Agrippa Drusillæ & felicis filius 457
Agrippina Germanici, Cæsaris fratris filia, Neronis mater, Claudiũ Cæsarem maritum suum veneni vi è medio sustulit 477
Agrippium 515
Alani in Mediam & Armeniam prorumpunt 684
Alexander Magnus 268
Alexandri somnium 270
Alexãdro occurrũt principes sacerdotũ & multi alii viri primates 269
Alexander deo sacrificat 270
Alexandri summa benignitas erga Iudæos ibidem.
Alexander cum persecutionem pateretur à Iudæis in eos conuersus bonam eorum partem fugauit, bonam extemplo iugulauit, multos quoq; eorũ in custodias dari iussit quò, danno & crudelissimis tormẽtis eorum dolorem ad suam ipsius atque concubinæ delectationem prorogaret 318
Alexander Polyhistor cuius testimonio vtitur Iosephus. 18. vnde & nomen Hebraicum habuisse credidere rim ab auxilio prestando
Alexander quare dictus sit Crucida à Iudæis 319
Alexander Aristobuli filius magnam Romanis fecit iniuriam cum eos tam temere trucidaret 328
Alexandri morientis consilium 320
Alexãdra rebus Iudææ pótitur ibidẽ
Alexandra non multo post nonum annum sui regni. vitæ autem septua gesimumtertium occidit 322
Alexander iunior cõprehenditur 384
Alexander iunior patris iussu tractus in Cæsareã laqueo perimitur 392
Alexãder nescio quis φιλοκοσμος regni principatũ affectans dolosas ac callidas deceptiões confinxit simulabat. n. se verũ esse Herodis filiũ ideóq; se illi iure optimo successurum 4
Alexander hic nescio quis commentitius in giaras perpetuo cũ impurissimo nautarũ genere acturus mittitur ab Augusto, eiusq; socii rei tã falsæ nõ modo adiutores sed cõscii quoq; trucidantur 419
Alexander Philometor 301
Alexander Zebena 312
Alexander pseudoco. id est Alexandri filius commentitius 417
Alexãdræ & Cleopatræ cõspiratio in Herodem 353
Alexãdre sũma temeritas eiusq; mors que temeritatẽ sæpenumero consequi aut cõcomitari solet 364
Alexandri iunioris responsio contra patris accusationem 378
Alexandri crudelitas 501
Alexandrinus portus 625
Alicarnasseorũ decretũ sub sacerdote Mẽnone Aristidis facto filio 337
Albinus pontifex 479
Albino iudææ præside quanta fuerit malorum impunitas 551

Amasiæ bellum in inimicos 223
Amelochitæ viri nimiũ pugnaces 53
Amenophis rex deos videre concupiuit 708
Amenophis regno ſuo expulſus eſt 709
Amicos Izati nubit 470
Amon quid ſonet Hebraice 16.334
Amonitis regio 112
Ammaus locus quidã ſic dictus in Iudæa 683
Ammaus vox Hebraica eſt, quomodo autem interpretetur ſecundum Hebraicam ethymologiam vide fol. 599
Ammonitarum & Moabitarũ contra Ioſaphat crudeliſſima pugna atque inſolens victoria 207
Ammonitæ & Moabitæ mirabili certamine à Ioſaphat fuerunt ſuperati 210
Amphitheatrum 368
Amraphelus princeps cum Aſſyriis cõtra Sodomitas 13
Amaſias patrem vlciſcitur præ nimia gloria factus Idolatra 223
Amaſias Zotæ patri perempto ſuccedit 222
Amaſias occiditur 224
Anania aliquando vocatus fuit à rege Babyloniorum Sidrach. Significat autẽ Hebraice idem quod nubes domini 243
Ananias Danielis ſocius ibidem
Ananelus ab Herode ſacerdos conſtituitur 352
Ananias põtifex interficitur 562.652
Ananus pontifex 612
Anileus Mithridatem ponthi regem ſuperat 446
Anathema 705, vocat aũt hoc in loco Ioſephus anathema deuotionẽ à deuoueo proprie vſurpato ac deteſtationẽ, hinc diuus Paulus in epiſtolis ſuis ait ſe factum eſſe Anathema. i. omnibus deteſtabilem quòd vniuſcuiuſq; cupiditati reſiſteret & in melius (quoad potuerit) fiexerit & alibi cũ optat illum Anathema fieri qui aliud annũtiarit quàm ſacra Bibliorũ ſcripta dictum aũt eſt ἀνάθημα ἀπὸ ἀναθέματος quod deuouere eſt in hac ſignificatione vſurpatum in qua etiã apud Ouid. legimus, vbi ait. Illũ ego deuoueo (quem mens intelligit) Ibim
Anna poſt multas preces peperit Samuelem 118 de qua Anna ſi plura cupis videre, vide Bibl. in Reg. c. 1.
Anaxagoras 729
Annæ Ionas pontifex 465
Anilæi & Aſinei fratrum geſta 442
Annuli & Baſes 58
Antiochus Gizicenus Syriæ rector 318
Antiochus rex quare fuerit occiſus 291
Antiochus rex perueniẽs cum magna virtute ad Peluſiũ, & dolo Philometorẽ Ptolemæũ circũueniens Aegyptum occupauit 286
Antiochus fruſtra obſidebat Elimaidẽ 291
Antiochus vinctus Romam mittitur 684
Antiochus iunior quanto melior fuerit priori 310
Antiochus, Epiphanes quoq; appellatus eſt 486
Antiochia ciuitas aliquando Mygdonia appellata fuit & Mygdonii, aut Mygdones Antiochenſes 472
Antiochi & Cleopatræ nuptiæ 280
Antiochus contra Midam 292
Antiochi fuga 684
Antiochi mors 292
Antiochi regis epiſtola ad Ptolemæũ 279
Antiochi altera epiſtola in qua laudat Iudæos 279
Antiochus rex cũ tota ſua familia in maximam cladem incurrit 683
Antiochus rex Comagenẽſis moritur 424
Antiochus templum deſtruxit 289
Anthedon vrbs 496
Antigonus Ariſtobuli filius 498
Antigoni & Ptolemæi ſumma amicitia 541
Antigonus in templo obſidetur 341
Antigonus ſe Soſio tradit 350
Antigonus occiditur 489
Antigoni dux Pappus 508
Antipater 515
Antipater Iudæorũ potẽtiſſimus 330
Antipatri virtus ibidem
Antipatri filii malitia 384
Antipater peſſimis ſtudiis omniũ malevolentiã atq; adeò odiũ (propè dixerim) Vatinianum in ſe cõcitauit 392
Antipatri maleuolus animus 392
Antipater Herodi patri inſidias parauit per Iudæos 394
Antipatri filii inſidiæ in Phariſæis deprehenſæ ibidem
Antipater Samarites aperit Herodi totum conſilium 397
Antipatri excuſatio 400
Antipater impius, vtpote qui cõtra patrem conſpirarit 525
Antipater culpam in Antiphilũ reiicit 403
Antipatri literæ è, Roma Herodi perferuntur 406
Antipatri atq; Archelai de regno Iudææ diſcertantium duellum 410. 409.413
Antipater dolo cognito accuſatur quòd venenum patri Herodi paraſſit 398
Antipatri delationes pro fratribus perdendis 519
Antipatrum incredibili odio omnes proſequebantur 525
Antipater Herodis filius ex Doride 526
Antipas Herodis filius ex malthace Samaritide, qui antipater quoque dictus eſt 526
Antipater Samarites 528
Antipatri doli in archelaũ & Philippum 529
Antipater Roma euocatur ibidem
Antipater ſui male cõſcius dolet Pheroræ mortem ibidem
Antipater ad patrẽ ingreditur 530
Antipater ab Herode accuſatur apud Varum ibidem
Antipater pro ſe reſpondit 531
Antipater pro Antipa 536
Antonia vrbs incenditur 561
Antoniæ vrbis fundamenta diruuntur 658
Antonia percelebri ritu fuerat ad fores regiæ Hieroſolymitanæ inſcripta 638
Antonia Druſi maioris cõiunx 433
Antoniæ dignitas ibidem
Antonii epiſtola ad Hyrcanum 339
Antonii edictum ad Tyrios 340
Antonii execranda libido 352
Antonii & Cleopatræ incredibilis amor 510
Apelleus menſis 289
Apollonius Mollon 721
Apollonia vrbs 496
Apollo Dorienſium deus 719
Appion Alexandrinus videri ac dici affectabat 715
Appionis enormes & prodigioſæ fictiones 718.719
Apio legatus Alexandrinorũ Iudæos mirũ immodũ execratur quod Cæſaris ſtatuã in templo collocari noluerint 439
Aquila aurea 532 Aquila aurea de qua hic loquitur Ioſephus illi fortaſſis ſimillima erat quam Cicero Catilinæ obiicit aſſeruatam ſibi domi & rem profanam tanquam ſacram adorare, ac ad mala præſertim perpetranda precibus obtundere, quãque ad Manlium coniuratum miſſam eſſe manifeſtum ait, erat alioquin Aquila aurea vexillũ quoddã. Erat & alia multa hoc nomine appellata, de quibus diligenter Vegetius in lib. de re mili.

Arabaneth quid fuerit apud Mosē 16
Aradia insula 11
Arameni populi quidam sic dicti quos nunc Graeci συρους vocant ibidē
Areth 739
Aretas Arabum rex 415
Ariochus rex pro Assyriis contra Sodomitas 13
Aries bellica machina 584.415
Aristeus pro absoluendis Iudaeis regi supplicat, quare ab omnib⁹ iustus & pius existimatus est 772 ideóque Aristaei nomen sibi fuit inditū αριστος enim superlatiuū Graecum, optimum significat.
Aristobulus matrem suam & fratres in custodiam, in carceres coniicendos, dedit 314
Aristobulus vnū ex fratribus suis per insidias interfecit 315
Aristobulus ditissimus 324
Aristobulus (cum Pompeius in Damascum peruenisset, & inferiorē Syriā percurrisset) misit legatos ex Aegypto ad ipsum Pōpeiū donis vere regis ad eundē perferendis onustos, cum quibus vitis quaedā mittebatur cum racemis aureis quingentorum propè talentorum 324
Aristobuli filia Antipatro collocatur 526
Aristobuli mors 315
Aristobuli pulchritudinem mirabatur Gellius: atq; Mariammes & regis concubitus 532
Aristobulus Herodis dolis subuersus moritur 353
Aristobulo Herodes sacerdotium tradidit 353
Aristobulis Armeniae praeses creatur 477
Aristobulus regnum inuasit 502
Aristobulus Roma elapsus est 496
Aristobulus iterū comprehenditur & Romā vinctus reducitur 327
Aristotelis sententia de quodam viro Iudaeo 704
Arbores fructiferas nūquam incidere religionis antiquae fuit 93
Arca domini dei nostri 185
Arcades 695
Arce, arum. populi Agrippae subditi, cōiuncti Raphaneis, tam terrae termi nis, quam vitae conditione, quin lo quidem sub eodem rege sunt 779
Archelaus accusatur 419
Archelai regis astutia 521
Archelai nauigatio 535
Archelaus Herodis filius ex Malthace Samaritide 526
Archelaus non regno, sed τετραρχια ornatus est 417 τετραρχια autem hic nō pro loci (vt opinor) principatu vsurpatur, sed pro quadam dignitate quae paulo inferior erat praefectura, cum haec in Toparchias tāquam superius in inferiora diuidatur.
Archelaus Herodi patri succedit 407
Archelai somnium 419
Archelaus in Viennā delegatur ibidē
Archelaus mox vt illā toparchian suscepit lozanum de Pontificatu decrecit, eiusque fratrem Eleazarum Pontificatui praefecit 419
Archelaus Herodi in regni gubernatione vnanimi omnium fauore, miro populi fragore, atque applausu, militum, ducúmq; gratia facile sibi conciliata, successit 407
Archelai verba ad populū sibi applaudentem, atque congratulantem 408
Archelaus ad Caesarem nauigat 409
Argenti tanta olim fuit copia Hierosolymis quanta & lapidum 192
Armais à fratre suo Danao Aegypti procurator constituitur 690
Arphaxadaei quondam dicebātur qui à nobis nūc Chaldaei passim dicuntur 11
Artabanus 474
Artabanus auxilium implorat ab Izate 471
Artabanus Parthus 438
Artabanus rex filium habuit nomine Bardanem, cui regnum suum reliquit 472
Arcus dei, Iris putatur 6
Armenia vbi arcae solutae reliquiae ostenduntur 7
Arsinoe regina 274
Artaxerxes rex magnus 266
Artaxerxis epistola ad omnes ab India vsque ad Aethiopiam, centum vigintiseptem prouinciarum duces ibidem. de qua epistola vide bibl. in libro qui dicitur Hester c. 16
Artaxerxis templum violatur 267
Artis ferrariae primus inuentor 5
Arx seu (vt verbo Graeco vtar) Acropolis Gamatae oppugnatur 601
Asina humana voce loquitur 80
Asa rex 210
Asacher pedum velocitate & corporis agilitate, non solum supra homines, sed supra equos atq; ipsos cursuos, de quo vere illud quod de Camilla Vergilius protulit, dici posset. per summa volare Culmina & intactas nunquam laesisset aristas 149
Asachel 170
Asarcha 210
Asarcha Hebraice, penthecoste Graece: latini verbo Graeco pro suo vtentes penthecosten quoque vocant 67
Ascalon 120 fuit autē Ascalon vrbs nobilis Palestinae qua & ipsa antiquitus vna fuit de quinq; Satrapiis Philistinorum, separata quidem tribui Iudae per sortem, tamen nō retenta ab ea quia eius Satrapiae habitatores superare nequiuit
Ascalonitae 120
Ascalonibus Nymphaea seu amoenissimos lacus Herodes dedit, necnon & balneas, peristylia, tā opere quàm magnitudine miranda constituit 515
Ascenaz 10
Ascinizaei quondam dicebantur qui nunc à Graecis Rhegini dicuntur 10
Asphaltites lacus Lyberiensis 618
Asphaltites palus quae prius erat vallis 14
Aspar lacus 297
Astrologiam & Geometriam nullus primu edisce re potuit, nisi qui sexcentesimum annum esset nactus, quem aetatis cursum multi (deo annuente) attingebant 8
Assyrii postquam vicerunt Sodomorum reges, qui in Assyria dominari volebant, ex regali principatu depositos tributarios eos fecere 13
Assyriorum & eorūdem principis magna strages 232
Assiriorum rex, Rasin regem cum suo exercitu circumueniens interfecit 227
Assyriorum rex Teglatphalassar omnes Israelitas, totam Galaatidem regionē, multásque alias nationes subiugauit, suóque regno adiunxit. 226
Assyriorum rex Salmanasar castrametatur 229
Assyriorum rex Sennacherib 230
Assueri conuiuium 261
Athrongaeus homo admodū ignobilis, nulla virtute morali praditus nec vllius existimationis, hō, vtpote qui pastor ouium fuisset. tantum fortunarum vi, & corporis vastitate, & robore quodam agresti confisus ausus est in regni potentiam conspirare 414
Athiopiae rex Tarachen 231 dicta autem est Graece Athiopia à vehementi solis ardore, vnde Cus quasi nigredo ab Hebraeis quoque dicta est.
Auaris ciuitas aliquando à solis pastoribus habitata 709

Auleum cæteréq; parietū veſtes tam mirabili artificio factæ, vt omnibus elementis colores earū reſpondē rent, figuræ aūt omnibus cōpoſitis exquatuor elemētis quæ in hoc mū do inferiori continentur 637
Auguſto ſuccedit Tyberius 423
Auguſti Cæſaris tēplū atq; Aræ 368
Aula regis Hieroſolymitani & eius abſolutiſſima deſcriptio 635
Auguſtus mēſis nomē, Hebraice Sedebath, Macedonice Iochos, Græce ἑκατομβαιων 78
Azarias pontifex 225
Azarias Danielis ſocius 243
Azarias ab Aſſyriorū rege abdenago vocabatur 243
Azymorum ſolennitas quæ paſcha dicitur 76.235
Azymorum dies 422
Azoti vrbs 120
Azotum 104

B

BAal Tyriorū deus & Achab 120 202.219
Baal dei tēplum primo conſtructū eſt à Dotholia & Iorā qui id fecerūt, vt deo patrio iniuriā facerent 221
Baal deo tyri, Iezabel Ithobaal regis Tyri & Sidonis filia templum ædificat 202
Baaſa rex 201
Baaſa propheta 201
Baaſan omne genus atq; tota progenies (vt Simon prophetarat) è medio à Zamaria equorum principe tollitur ibidem
Baaſan acta 201
Babæ liberi puniuntur 364
Babal vir iuſtus 141
Babel Hebraicæ confuſionem ſignificat 9
Babyloniorū rex Baladas, ad Ezechiā legatos mittit portantes munera per quæ amicitiam vtriuſq; confirmari petebat 233
Babyloniorū regum ſucceſſio 245
Babylonicæ turris deſcriptio eiúſque extructio 9
Babylō à Cyro & Dario capta é 247
Bacchides demetrii dux 298
Bacchides regis Antiochi epiphanis amicus à Demetrio mittitur in Iudæam 294
Bacchides vbi peruenit ad Iudæā, ad ipſum Iudam fratréſque ſuos perrexit vt illum primò circunueniret ibidem
Bacchides à Iuda deiectus populo incipit concionari ibidem
Bacchides ſacramentum tranſgreditur ibidem
Bacchides Iudā cognito loco vbi caſtrametabatur in cantū opprimit, atq; eius milites in fugā vertit 295
Bacchides Iudam ſuperat atque interimit ibid.
Bacchidis & Ionathæ bella 296
Bacchides Ionatham obſidet 297
Bachi filius Baraia 181
Bagatheus & theodeſtus eunuchi 265
Bala famula Rachelis, Iacob collocatur 23
Balaam diuinatio de populo iſraelitico 81
Balaam aſina locuta eſt 80
Balaam verba ad Balach 81
Balach rex Moabitarum 80
Balleas aſſyriorum rex 13
Baliorum rex 13
Baladas rex Babyloniorum 233
Ballas Sodomitarum rex 13
Ballas Aſſyriorum quoq; rex 13
Balath vrbs a Salomone condita 191
Balneæ quondam gymnaſia appellabantur & ſane merito: γυμνασια enim exercitiū eſt ἀπο τοῦ γυμναζειν. i. exercere, & inde ὁ γυμναστης qui in quacunque re alios inſtruit & exercet, in nulla aūt re magis corpora exercentur quàm in balneis, quod vel manifeſte ex ipſa ſudoris exuberantia colligi poteſt 515
Balaneotæ populi 516
Balſama vni tantū terræ Iudææ hieri cūtis nomine appellatæ conceſſa fuerunt 356
Balthaſar qui Daniel aliquādo preſertim apud Babylonios vocatus eſt 247
Barathias vir magnæ authoritatis in Republica 227
Baris quid fuerit apud antiquos 202
Baris mons 7
Baruch ſcriba & diſcipulus Hieremiæ de medio tollitur cū ſuis ſcriptis 236
Bardani Artabani filius poſtquam regni paterni gubernationē à patre ſuo ſuſcepiſſet, Romanos bello infeſtare parabat, quod ne fieret, parthi eum interemerunt dederuntq; regni moderationē fratri ſuo Dotarzi 472
Bardana Romanis bellū intulit 472
Barbarorum inſidiæ 335
Barzaphanes ſatrapa parthorū 502
Berezel 167
Beroſus hiſtoriographus 252.243
Beronice poſtquam ſpreuerat aziazū & felicem maritos, tertiò quoque Palemonē Lycis regem ob immodicam coeundi voluptatem, & frequens venerei actus deſyderium, repudiauit 476
Beroſus Chaldæus Græce aſtrologiā prodidit atque totā ipſorum Chaldæorum philoſophiam 701
Baſſus 137
Beſeleel vri filius de tribu Iuda 58
Bellum contra Iſraelitas 54
Bellum contra latrones 346
bathiel filius Nachor 11
Batus menſura ſeptuaginta ſextariorum capax 182
Banach 181
Banaiam rex 170
Banaias genere ſacerdos pleroſque trucidat 172
Baſan 181
Beniamin tribus quare fuerit delecta 104
Beniamin quaſi reus captus 35
Beniamitæ 101
Beronice mater Agrippæ 432
Beroſus 233
Beroſus chaldæus 33
Beroſus caldaica illuſtrauit 8
Berematim vrbem Iſaac Abrahæ filius cœpit 21
Burrus princeps militiæ 477
Berſabeæ puteus Iuda ſiue Simeonis 16. erat autem vicus magnus viceſimo à chebron miliario vergens ad auſtrum in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt à quo loco termini Iudææ terræ incipientes tēdebātur vſq; ad Dan ciuque iuxta paneadē cernitur. diximus aūt Berſabeæ eſſe puteū quoniā hoc ſignificat vox illa apud hebræos quē admodum & apud noſtros poetas ſtyx iuriſiurādi lacus de quia Ari. in prin. metaphiſicorum. ſic quoq; Berſabeæ puteus iuriſiurandi fuit eo quód illic Abraham & Iſaac fœdus iurantes ferierint cum Abimelech.
Bethel ciuitas vbi Saul cum ſuo exercitu morabatur 127
Bethel hebraicæ hoſtias ſignificat 22 fuit autem bethel vicus in duodecimo ab Aelia lapide ad dexterā eūtiū Neapolim, quæ primo Luza. i. amygdalum vocabatur, póſt aūt Iacob bethel de nominauit. fuit & aelia vrbs nomine Luza quæ cecidit in ſortem filiorum Ioſeph iuxta Sichem in tertio lapide Neapoleos, ſed de hac non loquitur hic Ioſephus 422
Bethlehem ciuitas Dauid in ſorte tribus Iudæ 197 fuit autem hæc ciuitas in qua dominus noſter atque ſaluator natus eſt, in ſexto miliario ab Aelia cōtra meridianam plagam, iuxta viam quæ ducit euntes chebron, vbi & ſepulchrum Ieſſe

&Dauid,oſtenditur.& mille circiter paſſibus procul, turris Ader.i. gregis quõdam vaticinio dominicæ natiuitatis cõſcios faciens.hoc enim vox illa Hebraicæ ſonat. appellatur autem hæc ſemper Bethlehem Iudæ,ad differentiam alterius quæ eſt de tribu Zabulon.

Bethſamis vicus 291. fuit quoq; ciuitas ſacerdotalis in tribu Beniamin quæ in hunc vſq; diem mõſtratur redeuntibus ab Eleutropoli in Nicopolim, vndecimo miliario cõtra orientalem plagam, dicitur autem à Græcis σκυοπολις

Bethſura incenditur,& omne maſculum eiuſdẽ vrbis quod exceſſit puritiam iugulatur 29

Babaſte quid ſit 190

Biblia legunt ducenta præputia 135

Biblia à Ioſepho diſſentiunt in nomine 216

Biblia quas hiſtorias nõ cõtineãt 267

Bibliorum tranſlatio & eorum interpretes ſeptuaginta 271

Biblon vrbs ab Herode refecta & reſtaurata 515

Birziton villa,prope quam Iudas caſtrametatus eſt 295

Bithynia ciuitas 501

bitthoravrbs quã Salomõ cõdidit 190

Booz ingẽtis cuiuſdam columnæ nomen erat 184

Booz Ruth vxorem duxit 117

Bobus terram,& nõ pluribus ſeminibus eandẽ terram ſaturandã tanquã ex religione acceptũ conſtanter obſeruauit antiquitas 88

Bocchor rex 713

Bocchoris Aegypti quondã rex 711

Bocchor vicus quidam erat nõ longe diſtans à Hieroſolymis 165

Bocchorus de tribu Beniamin 169

Bos deus 708

Bos cornupeta 92

Botrus quæ ciuitas,& à quo fuerit ædificata 202

Brachus 461

Britannicũ & Octauiã liberos habuit Claudius Cæſar ex Meſſalina vxore quã ipſe interfecit,habuit& aliã filiã vocatã Antoniam ſed ex alia quoq; vxore dicta Petronia 477

Britannicus clàm à Nerone interfectus eſt 477

Brutus & Caſſius cũ Antonio & Cæſare pugnarunt 500

C

CAin hebraice poſſeſſionem generaliter ſumptam ſignificat quemadmodum et το κτημα aut ἡ κτησις apud græcos 4

Chadam militũ princeps 158

Chacad filius Samad 181

Cadmus mileſius 695

C.Caligula cõiuratione opprimitur, erãt enim qui in eũ cõſpirarãt 449

C.Cæſar ſexto.Pro Herode ad Hyrcanum mittit 499

C.Cæſaris munera pro dedicatione vrbis cæſareæ 379

C.cæſaris & agrippæ literæ pro Iudæis miſſæ ad prouintiarũ præſides atque earumdẽ archetypus 381

C.cæſaris herodiſq; recõciliatio 389

C.cæſar quater imperator,quinquies conſul,abnuente penè Aetate ad finem vſque dictatorverba fecit de iure hyrcani alexandri principis ſacerdotum,& gentis Iudaicæ rectoris 334

C.cæſaris & Arabum geſta 386

C.domitius caluinus 344

C.aſinius ibidem

C. norbonii flacci epiſtola pro Iudæis 381

C.cæſaris decreta pro hyrcano 333

C.cæſar munificentiam magnima erga herodem oſtendit 513.369

C.cæſar de Aegyptiis nobilem victoriam reportauit 330

C.cæſar hyrcano ſacerdotii principatum contulit ibidem

G.cæſar Antipatrum ciuitate Ro.donauit atque eiuſdẽ τη ατελια.i.immunitate 330

C. Cæſar reddit Herodi ciuitates quas ille Cleopatræ inſidiis, perderat. 362

Caii literæ ad Petronium 442

Caii magna crudelitas & arrogantia 448

Caii mors omnibus grata atque exoptata 449

Caii diligentia aduerſus admonitiones philoris 439

Caii magna atq; incomparabilis doctrina & ingenium 460

Caius tam erat ſuperbus vt ſe deo magni fratrem in medio templo,omnibus aſtãtibus iactaret atque alia multa verba & facta flagitioſa faceret atque commiteret quæ tibi legenda reliqui fol.448

Caius magnam fecit ſtragem 449

Chaius lethali vulnere læſus genu fleXo decidit,omnesq; circũſtantes procũbentẽ,aut pedibus,aut gladiis,aut manibus ita oppreſſerũt vt ex templovel inuitus animã redderet 454

Calani populi ſic dicti, Iudæi quoque vocati ſunt,non quòd iudæi aut natione,aut patria,aut religione ſint. ſed quòd illam regionem incolant quæ hoc nomen ſortita ſit 704

Caleph & ieſus 71

Callias 684

Chalcis ciuitas 324

Chaldæi olim dicebantur arphaxadæi 11

Chaldæorum diſcipulæ multæ nationes 695

Chaldæi geometriam & aſtrologiam in Aegypto diſſeminarunt.Aegyptii aũt ad græcos tranſtulerũt 13

Cænaculi ruina 508

Chananeorum dynaſta qui patria lingua iuſtus rex appellatus eſt,Hieroſolymorum conditor primus & primꝰ itidẽ ſacrificiorũ inſtitutor 634

Chariathiarim ciuitas bethſamitis cõfinis 121

Cham filii & eorũ progenies innumerabilis 10

Cambyſes quantum regnarit 251

Cãpania regio& eius dicæarchia 448

Campus magnus 618

Chanaan terræ natura 100

Chananæi populi 11.ſunt aũt ſic dicti à chananæa regiõe,chananæa aũt regio ſic dicta eſt a chã idolo Moab illic collocato,illius vero regionis terminus quà vergit in Sidonem Liſa eſt ab hebræis dictus

Chananæus filius cham 11

Candelabra 185

Canthari Arei 184

Catheus filius Chanaam 11

Capernaum fons amœniſſimus 597

Cumani exilium 976

Cappadocia quõ apud antiquos fuerit appellata 10

Cappadoces olim dicti ſunt moſchini 10

Capitulum pro eo quod frequentius latini caput dicũt 706.521

Captiuis manus ſuccinduntur 649

Charra ciuitas 12

Caſtella in ambitu murorum 651

Caſtellani 683

Caſtomachi vrbs diruitur 291

Caſſius à 329 vſque ad 340

Cuſpius fadus in Iudæã mittitur 468

Chæreas claudio inimicus 462

Chereas&lupus morte multãtur 463

Chæreas Caio inſidias parauit 449

Cæſarea quid ſit apud Rom. 10

Cæſar ingreditur templi adyta 666

Cæſarem,Germani vlti ſunt 455

Cæſarienſium odium in Ioſephũ 592

Cæſonia caii coniunx 459

Cæſonia coniunx caligulæ cum ſuis filiis occiditur ibid.

Cæſorũ innũerabilis multitudo 207

Cecinna deficit à vitellio 626

Cheleſyria quid 704

Celtæ armigeri habentes Tagma. i. (vt Hispanorū mos fert) in aciem semper dispositi dum belligerandū est, nihil aliud enim est τὸ ταγμα quàm ordo, acies, contubernium. atq; etiam solet vsurpari pro toto agmine, sed hic pro bene constructa acie capitur ταγοι enim (vnde illud descendit) militum auctores atq; imperatores dicuntur 455
Cestius cum multis ex Antiochia copiis Iudæos omnia depopulaturus inuadit 566
Cestii callidū ac maturū consiliū. 568
Cestio exercitus ductori nō bene succedit 568
Cestius aufugit ibidem
Cenez de tribu Iuda 107
Cherubim duo 184
Cherubim 177
Cethim filius Iani 10
Cilicia olim dicta est tharsus 10
Cynocephalus pro deo colitur & adoratur 708
Cyprus 515
Cyprus insula olim cethima dicta 10
Cythis 10
Ciuitas omnium prima 5
Ciuitas fugitiuorum 84
Ciuitas Hierosolymorū triplici muro erat circunuallata 633
Circūcisio variarum gentium 198
Cyrus rex, Iudæorum captiuitatem relaxat 250
Cyri regis epistola ad Syriæ Satrapas ibidem
Cizicē tota historia à 316 vsq; ad 330
Cythara quot chordis sit satis canora 171
Codolochomorū Assyriorū dux 14
Coniugium & eius solennitas 72
Coniurati voce in curiam emissa exagitantur 452
Cophinum flumen 12
Core cum ducentis & quinquaginta excursus est 75
Core inuidia in Mosem & tota eius historia 74
Corui) dei gratia) pascunt Heliā 202
Certamen quinquennale 379
Choerilus poeta antiquissimus 703
Corona pontificis 62
Corona aurea 185
Corus mensuræ species est continens quadraginta quinq; modios cōes. at Ezechiel vero decem tantum 367
Colium Balaam aduersus Israel 82
Colloliū virginū indumentū erat tabulare & manicatū veluti pudicas virgines decebat 161
Cultus diuini religio vera & absoluta 742
Cursæi appellati sunt Aegyptii 10
Cusardus Assyriorū rex castra posuit contra Hebræos 107
Claudius quō susceperit imperiū 457
Claudius in imperatorem à militibus deligitur 460.461
Claudii perturbatio magna 460
Claudii ob amorē Agrippinæ vxoris Alteram vxorem interfecit nomine Messalinam 477
Clearchus Arist. discipulus & peripateticorum nulli secundus 704
Cleopatræ malitia & Herodis virtus 355
Cleopatræ & Antonii incredibilis amor 510
Cleopatra 716
Cleopatræ nuptiæ & Antiochi 280
Crassus 329
Crassi gesta apud Parthos, Iodæos, & Cæteras nationes 328
Crateræ 185
Crocodilus pro deo adoratur & colitur 708
Crucida quis fuerit apud Iudæos. 319

D.

DAgon Palestinorū deus cū magno honore in ciuitate quæ dicebatur Azotū erat collocatus, in cuius solius honorem palestini omnes congregabant diuitias 119
Damascus vrbs ab Herode nobilitata & refecta 515
Damascus vrbs sic dicta. vnde Nicolaus histor. ille damascenus dictus est 324. 493
Damascus locus in quo Abrahamus regnauit 13
Damascenus N. historiographus 12
Damasceni Iudæorū decem milia interemerūt vnde maximam sibi gloriam reportarunt 569
Danaus 713
Dannaus filium habuit nomine Iesum 480
Dan hebraice dicitur quicquid à deo iudicatum est 23
Dan ciuitas 107. & eiusdem de populatio 201
Dan vnus ex fontibus Iordanis 14
Daniel propheta & eius socii 243
Daniel propheta quandoq; dictus fuit à Babyloniorū rege Balthasar 243
Daniel propheta regi Nabuchodonosor somnium aperit 244
Daniel propheta & eius cognati in ignē coniiciuntur & dei gratia post multas horas incolumes ac salui ex medio igni prodierunt 245
Daniel propheta in lacū leonūq; spelunam mittitur 248
Daniel propheta scripturam explanat. 247
Danielis prophetæ authoritas 248
Daniel phantasios scopos quasi catta phantasmata scopon apparuerunt. n. illic multæ & miræ larvæ ac prodigiosi aspectus corpora 249
Danitæ populi 101
Daphne Syriæ locus vbi Saturnus militiæ præfectus atque militū imperator fuit 394
Darius Iustaspis filius regnum ex omnium consensu suscepit post mortē Magorum 252
Darius questionē suis cubicularijs ac domesticis proposuit 252
Darii munificentia in Iudæos 253
Darii epistola ad præfectos 256
Darda filius Samad vnus ex peritissimis habitus est 181
Datan & Abirom Mose iusta ratione persecutionem patiuntur 732
Datan 75
Dauidis genealogia. i. de generatiōe origine dauidis sermo 117
Dauid filius Iessæ pastor ouiū in regē inunctus eligitur 132
Dauidis monomachia. i. duellū quod a solis geri solet 135
Dauidis & Ionathæ iusiurādum 137
Dauid Abigail duxit vxorem 143
Dauid sex filios ex totidem vxoribus habuit 150
Dauid amore bethsabææ capitur 158
Dauid Absalom reuocat 162
Dauidis luctus super Absalom 167
Dauid secum semper habuit viros fortissimos 171
Dauid quantum & cum quāta laude vixerit 178
Dauidis sepulcho opulentissimi thesauri fuerunt reconditi 178
Dauidis sepulchrum vndique confossum patefit 311
Dauidis potentissimus 732
Dauid omnium Iudæorū primus hierosolymorum regnū habuit & gubernauit 674
Dauidicum castellum 634
Dauid templum ædificauit in monte Moraim vbi Abraham filium suum Isaac immolare dei iussu parabat nisi qui intulerat deus oīpotens (vt nolens mortē pctōris, sed tātū volens quid abraham erga se haberet animi cognoscere) obstitisset 17
Dauid rex periculum mortis quod sæpenūero à Saul sibi imminebat, effugit. post autem cum dei gratia ita se vterque haberet, vt facile de Saul Dauid quod vellet statueret & efficeret, ne verbo quidem tam

pernitiosum aduersarium læsit. 135
Dauidis sepultura 310
Dauid fidei puplicæ atq; adeò totius religionis custos constitutitur 151
Dauid audiens interitum Abner grauissime ingemuit duplicésq; ad sydera palmas tendens, deo gratias agit 151
Dauid Epytaphia elegiaca & miseranda iubet apponi sepulchro Abner Amici sui 151
Debora prophetissa quæ chananæos liberauit à captiuitate 108
Dei nostri IESV CHRISTI frater Iacobus dilapidatur 480
Dei opificium in homine formando 732
Dei miraculum in bello quod gerebat Ptolemæus Phiscó in Iudæos, cum enim soluissent atque irritassent bestias syluestres inebriatas in illos, dei gratia, in seipsum & in suos amicos bestiæ suum furorem conuerterunt 715
Dei summa prouidentia erga Petronium 442
Delphicum templum. Apollinis, exarsit 720
Demetrius occiditur 299
Demetrii & philippi fratrũ duellũ. 319
Demetrii gesta contra iudam 293
Demetrii regis epistola ad fratrẽ suũ Lesthenium 303
Demetrius phaleræus 715
Demetrius à parthis capitur 309
Deorum proprie est imperare, consulere, gubernare, prouidere, non hominum 436 quod vel Scythis ipsis, aut Garamantibus persuasum esse Cicero libro (vt opinor) tertio de legibus asserit ideoq; nemo est qui nó censeat honorandos esse deos vt Arist. testatur in lib. Ἰσ ῥωμ Ανταττ‹ωμ cũ dicit hoc nõ esse problema an dii sint veneradi quandoquidem in vtranque partem verti nequit, cum nemo sit tã demens qui id neget 436
Descriptio turris Babylonicæ 9
Deus verba fecit ad Abraham 14
Deus obedientia potiusquam superstitiosa sacrificiorum religione delectatur 131
Diagoras 729
Diaphãtes regius notarius supra omnes astutus ad aliorum effingendã literã atque ad id propè natus homo audacissimus vt cuiuslibet manus literas percallide imitaretur & ob id postremo occisus est 523
Dionysio Tripolitano deterior 324 hoc cæsit in prouerbiũ ex summa illius hominis malitia desumptum
Diluuii tempus 6
Diluuiũ quãdiu durarit super terrã 7
Diluuii qui & quot scriptores mẽtionem fecerint 7
Diocles historiographus 246
Dina filia Iacob 25
Dinæ stuprũ à fratribus vindicatũ. 26
Diophantis pseudographos 388
Diglath 4
Dineas qui postea Aretas dictus est Obodæ in regni gubernatione succedit 387
Diſsidium magnum ob pontificatum exortum 480
Distros quid sit apud Macedónas. 267
Domicius populi rector 627
Domitianus 681
Dora ciuitas id phœnice iuxta montẽ Carmelum 496.719
Dorienſium deus Apollo 719
Doris Antipatri mater 528
Doris ex Herodis vxoribus vna 501 339
Dorothæus 176
Dosithei summa perfidia erga Hyrcanum 359
Dotham vrbs 213 dicta quoq; & dothaim, est autem dothaim locus vbi Ioseph fratres suos pecora pascentes inuenit, ostenditur locus ille hodie in duodecimo à Sebaste miliario contra Aquilonis plagam
Demetrius regiæ Bibliothecæ præfectus 272
Demetrius Gadanensis 495
Demetrii epistola ad regem pro transcribendis libris iudaicis 273
Demetrii epistola ad Ptolemæum de eadem re 299
Demetrius capitur 307
Duellũ plusquàm ciuile vtpote quod inter fratres gestum sit 319
Draconis leges 695
Drusilla felici nupta fuit 476
Drusilla postea cõtempto Aziato felicis nuptias secuta est 478
Drusille Asiato nupta 476
Drusus turris sic appellata à druso Cæsaris priuigno 369
Drusus Tyberii frater 432
Drusi antonia coniunx 433

E

EBal locus vbi IESVS (vt Moses prædixerat) exercitũ distribuit 100
Eban vnus ex vndecim Dauidis filiis 153
Ebron ciuitas antiquissima quam habitauit Iot 13
Edom apud hebræos idem est quod apud nos rubrum, fuit autẽ Edom cognomentum Esau 26
Eglon rex Moabitarum ab Loth iuuene fortissimo interemptus est, quòd Israelitas dura seruitute affligeret 108 fuit quoque Eglon ciuitas quæ alias Odolla dicta in tribu Iudæ, sed de hac non loquitur Iosephus
Elam persarũ principes Elimitas primus instituit 11
Elana ciuitas & eius situs 191
Eleazari pontificis & sacerdotũ principis epistola ad regẽ Ptolemæum pro Iudæis 274
Eleazarus latronum princeps 475
Eleazarus quidam insigni fortitudine excellens 585
Eleazarus suadet zelotis ab Idumæis petere auxilium 608
Eleazarus sicariorum princeps 658
Eleazari oratio ad deum 735
Eleazarus qui iam dæmones in corporibus hominum inclusos abigebat 181
Eleazarus pontifex 1
Eleazarus filius ananiæ põtificis 480
Eleazari filius Dodi 171
Elæon mons 731
Eliel vnus ex vndecim filiis Dauidis 153
Eli sacerdotis tota historia 119
Eli sacerdos 119.139
Eli quos filios & quibus moribus ac vita prædictos habuerit 117.139
Elidenſes 516
Elisal vnus ex vndecim filiis Dauidis 153
Elimelech 171
Eliseus 367
Elonis filium habuit Ada 20
Elon socer Esau 20
Elon filius zabulon 39
Ellum vnus ex vndecim Dauidis filiis 153
Elon de tribu zabulon post Absanẽ 113
Enaretes delator 188
Ennaphin vnus ex vndecim filiis Dauidis 153
Endor ciuitas 144
Epaphroditus bonarum literarum amatissimus huius historiæ scribẽdæ Iosepho author & impulsor fuit 1
Ephesiorum decretũ sub Indice Menophito prima diæ mensis Artemisii 337
Epiphanes 249 dictus autem est epiphanes quasi præclarus ab epiphaino quod est illustro ostendo, inde epiphanis à illustris

Ephorus historicus 8
Ephot vestimenti genus 62
Epiphania 11
Epilogus seu breuis complexio omnium quæ à Iosepho totis 20 libris dicta sunt 483
Ephrain 161. Erat autem locus iuxta desertum ad quem venit dominus deus noster IESVS CHRISTVS cum discipulis suis 5
Ephraï Heb. restitutionē significat 32
Ephramitæ 104
Ephrata locus sic ductus 25
Ephē regio vbi sepultus est Gedon principatu (quem administrabat) deposito 111
Ephron agrū suū vēdidit Abrahæ 19 est autem & ciuitas Ephre ab hoc nomine Ephrō sic appellata, i tribu iudæ contra septentrionem in vicesimo ab Alia miliario
Esaiæ liber 743
Esau maximum habebat affectū erga filium sum Isaac 20.5
Esau 21
Eseu liquādo dictus est Edom 26
Esaū patris benedictio præripitur 20
Esau cum Iacob habitacula partitus, principatū vendidit 26.26
Esau venatio 21
Esau Beselmah Ismaelis patrui filiā duxit vxorem ibidem.
Essemi & pharisæi 570
Essenorum δογματα i. hereses & instituta 541.421
Essim hæbraicè, τολογικοί græcè, latine rationale dicitur 620
Eschon puteus 20
Esdras scriba acceptis à Xerxe literis venit Hierosolymam 258
Esdras sacerdos 758
Esdras consulto Achanomio abdicat alienigenas sacerdotū: & leuitarū vxores 257
Esdras illos criminatur qui præter legis cōsuetudines alienigenas duxissent vxores 259
Esdras moritur 256
Eserimoth locus sic dictus 60
Estius Phœniciā, disposuit 8
Eua omnium viuentium mater interpretatur 3
Eua, & per eam omnis fœmina qua pœna fuerit mulctata 4 & Geneseos. capi. 3.
Eua quomodo fuerit inducta et Paradiso expulsa ibidē & Geneseos. c. 3.
Eui Rex Madianitarū cum aliis quatuor eiusdē patriæ regibus, & cum suis exercitibus, perit 84
Euila & Euilæi 11
Euilæi ab Euila dicti sunt nihilominus tamen Getūli quoq; appellabantur ibidem
Eunuchi tres qui odium filiorum in patrem Herodem conflatum confessi sunt 383
Euphrates foras Hebra. sonat Dispersionem 4
Euratus cous 523
Eurycles delator filiorum Herodis 387.522
Euphrates flumen iuxta quod Nachaon AEgyptiorum rex castra posuit Medos & Babylonios debellaturus 735
Euphrates vnus ex quatuor fluuiis Paradisi. 4. & Geneseos. c. 2
Eulychus Agrippam accusat 434
Eutychus quidam furti reus atq; delationis factus est 432
Euxinus ponthus in quo Ionas à cœto est euomitus 223
Exortatio pathetica qua boni imperatores solent suos milites rei gratia cōsternatos & magno timore perculsos erigere ac excitare, quali quondam dicitur vsus ingeniosissimus, omnium tamē (quos terra tulit) deformosissimus Thirteus 688
Ezechias sacrificia à longo tempore intermissa reuocat 228
Ezechiel 234.743
Ezrō vnus ex quatuor filiis Ruben 38

F

FAbius Centurio Hierosolymorū muros conscendit Pompeiovrbem obsidente 494
Fabrica totius templi quāto artificio constet, & quàm sumptuose fuerit ipsum templum constructū 183
Fadus Theodam occidit 474
Fadus vir præclarus, & integra eius historia 469
Fames maxima Claudio rege 67
Faustus Cornelius Syllæ filius primus murum ausus transcēdere, & post eum Centuriones duo 494
Fanum 636
Felix Pallantis frater Præses Iudææ constituitur 476
Felici nubit Drusilla 476
Felix superatur 506
Filu Sem quot & qui fuerint. quorum aliquos recensuimus, alios vero lectori reliquimus videndos fol. 11
Filios fratris defuncti quis sit acceptus 90
Filios pro parentibus non esse puniēdos 92
Funeralium virtus 725
Furius secutus est Faustum 494
Furtum 91
Flumina quatuor paradisi ab vno totam terram irrigāte deriuata, quorū nomina tam Græca quàm Hebraica inuenies partim in hoc nostro Indice, secundum ordinem alphabeti partim fol. 4
Flumen inter Raphanæas & areas est, quod cum sit omniū maximum & sæpe exundet: nihilominus sexto quoq; die deficit, locūq; tam sicum ac si núquam fuisset illic aqua, relinquit: & post supradictos dies incipit more solito fluere, vocaturq; à Iudæis Sabbaticus, nomine desumpto à sacro Iudæorū septimo die sabbato dicto 679
Florus bellum excitat, & ad bellū omnes inflammat 553
Flori dolus 554
Flori execranda perfidia 552
Flori malicia insignis 482
Frater fratrem in templo ob sacerdotii controuersiam interficit 268
Fratrum intestinum bellum 312

G

GAbaa tribus Beniamin 105
Gabanitæ aliorū casu territi fœdus feriunt cum Hebræis 98
Gaber 181
Gabinii gesta cōtra Alexandrū 327
Gadara ciuitas 496
Gad filius Iacob 23
Gad propheta Dauid 173
Gadarensium fuga 617
Gadarensium tredecim milia occidūtur ibidem
Gadiani se dedunt Vespasiano 616
Galaad mons vbi, & vnde sic dictus sit 25
Galaaditis regio ibidem
Gallium ciuitas 143
Galilæi deficiunt ab Herode 348
Galilæi ab Herode quomodo fuerint subiugati 345
Galilæa tera admodum fertilis & opima 576
Galilææ terræ pleniſſima descriptio ibidem
Gallus agnomine Cestius 552
Galba imperator 620
Galbæ mors 622
Galgala loci nomen est apud Hebræos significās libertatē 97.169 dicitur autē hic locus ab aliquibus Golgol, est autē ad orientalem plagam cis Iordanē, vbi IESVS secundò populū circūcidit, & pascha celebrauit, & vbi deficiente manna triticeis panibus cœpit vti Israel Est aūt secūdo ab Hiericūte miliario, vbi multæ ātiquitatis reliquiæ etiā nunc cōspiciuntur, fuit & alia galgala iuxta Bethel sed nō ē hæc cuius meminit Iosephus loco suo præscripto

Gaza captus fuit,& Gazæorum mille ſuperati 317
Gaza vrbs 120
Gedeon quomodo populum ab Amalechitis liberarit 109
Gedeon 109
Gedeoni per ſomnium deus apparuit ibidem
Gedeòni cõſulit deus quò facilius vincat hoſtes etiam cum paruo admodũ exercitu,illo tamẽ ex potu aquæ delecto, qui modus examinandi hominum animos tunc primo inuentus fuit 110
Gedõ Iaſi filius de tribu Manaſſæ præmio honore quẽ ab hoſtibus habebat,nõ auſus ſuas ſegetes in areã portare,domi torcularibus confracta frumentorũ ſiliqua, grana excutiebat,hoc aũt potius vt pauperibus ſubueniret quàm vt ſibi,quo facto dei gratiam promeruit ibidem
Gellius Antonii amiciſſimus 352
Gemalæ vrbis ſitus 598
Geneſar terrarum omniũ Iudaicarũ feliciſſima 597
Germanicus veneno periit 424
Germanici & Claudii mater Antonia 432
Germanus augurii & ominum interpres 434
Germanici laus 435
Germani ad Cæſarem vlciſcendũ armantur 455
Germanorum in theatrum irruentiũ impetus 456
Germani pacata iam ſanguinis circa cor ebulitione,quieſcunt, & à cœpto impetu deſiſtunt 457
Gentium omniũ & linguarum diſcretio ac diuiſio 9
Geraſenorũ mille iuuenes occiſi 620
Geraſenus nouæ coniurationis princeps 620
Gerſus quid ſit 4
Geth ciuitas 144
Gatham vnus ex quinq; Eliphæ filius 27
Getho vrbs 120
Getholiæ reginæ digniſſimus interitus 220
Getũli populi,alio nomine dicti Euilei 11
Gigantũ,ſobolẽ qui ſubuerterint 14
Gigantum proles vbi fuerit 171
Gyon paradiſi fluuius 4
Gimon propheta mittitur ad Baaſam 201
Giſon Hebraice, latine maceries dicitur 185
Giſcala à Tito capitur vbi admirabilis eiulatus mulierũ, vagitus infantium,ſenũ querelæ,plebis ſtrepitus cum timore,atq; horrendæ omniũ perturbationes fuerunt 603
Gobolitis,Idumæa dicta eſt 27
Godoli principi Iudæorum ab alio principe nomine Nabuzardam illata mors 241
Godoliæ interitus, in cuius cauſa Iſmaelis malicia fuit 242
Goliath 133
Gotharzes quãprimum ſucceſſit fratri ſuo Bardani in regni gubernatiõe à Parthis deiicitur,eiuſque principatus alteri eiuſdẽ fratri,nomine Vologeſi datur 472
Gotholiæ reginæ nex 221
Gnidius Agatharchides hiſtoricus 271
Guta oppidum munitiſſimũ capitur à Machera 348
Glaphyra Alexandri vxor 519
Glaphyræ mors 420
Glaphyræ ſomnium & eius interpretatio 541
Grachus princeps quorundam militũ 413
Grandinis oppreſſio 47
Gratus miles 460.537
Græci dictionum dulcorem tantum perquirentes, auriúmque delectationem captantes, vtpote qui Aſiaticas nimiúmque teretes aures ad ſermonem haberent,omnia quantumuis aſpera ac barbara vocabula Attico ſermoni apta reddebãt Io in quam Ioſephi ſententiam doctiſſimus Aſtunica author Hiſp. deſcendit in annotationibus contra Eraſmi.R. earores conſcriptis
Græci aliena pro ſuis vſurpantes venditabant 9
Græcorum omnia noua 694
Græcorum erroris cauſſa 695
Græci nõ fuerunt nimis antiqui,nec literarũ cognitionem oportune conſequi potuerũt quãuis ſe à Cadmo & Phœnicibus didiciſſe gloriẽtur & ita factũ eſt vt apud eos Hebræorũ facta non ſint celebrata 696.694
Græci Hiſtorici vſq; adèo fuerunt leues vt tunc ſe mira gloria dignos atq; longe veriſſimos putarent cũ quædam aliter,quàm alii dixiſſent, conſcriberent 695
Græcorum ſimplicitas in ſcribendo anteacta vt cum nec interfuerint,credant tamen cuiuis referenti,omniaq; tradant tanquam veriſſima quæ ſibi velut per ſomnim accepta ex quouis ſciſcitantes perſuaſerunt 696
Græcorum ſcriptorum catalogus 70
Grypus (quo nomine Antonius quoq; aliquando appellatus eſt,inſidiis atq; proditione Herodiani proſternitur 317

H

HEber pater lectam Iudæorum proauus 11
Heber filius Sala aquo Iudei denominationem accipientes Hebræi dicti ſunt.11.aut potius(quod alii malunt)ab Hebræus.i.tranſitor,tranſierunt enim pedibus ſiccis mare rubrum & Iordanem
Hebræorum bellũ cõtra Chananæos infœliciter tamen geſtum 73
Hebræi Iſcha mulierem appellant 3
Hebræorum ſermo incipit 11
Hebræis peperit regis edictum cum ſeuere ſe aduerſus Iſraelitas haberet 40
Hebræorum dux & patronus Moſes cum videret omnes Hebræos ab AEgyptus circunciſos & loci aſperitate detentos (non enim poterant tranſire mare rubrum nec hoſtium alio modo effugere manus) cœpit deo ſupplicare pro toto populo vt oſtenderet eis viam qua progrederentur 49
Hebreis mare rubrum dei (gratia ſola virgæ percuſſione viam tribuit, terra que repente qua cuncti tranſgrederentur,patuit ibidem.
Hebrum ciuitas quam cum alus tabernaculis Eſau & Iacob fratres,Iſaac filii,diuiſerunt 26
Hebron vrbs ædificata à Roboã 197
Hecataeus Hiſtoricus 12
Helechana vir leuita Ramatha ciuitatem inhabitans Duas habuit vxores,quæ autem illæ fuerint,aut quæ earum nomina atq; progenies vide folio 118
Helena Adiabenorum regina, Monobazi autem & ſoror & coniunx cum ſuo filio ad Iudaiſmum conuerſa 470
Helenæ monumentum 633
Helias Probat ſuum deũ experimento, vt in eius cultum prophanos (qui omnes in montẽ Achab conuocati erant) inducat 203
Heliæ habitus 211
Helias propheta factus eſt 205
Heliam coru pauerunt 202
Heliæ Iuſſu cuncti pſeudoprophetæ perimuntur 204
Helia, deum omnipotentem orante, imber (quem ipſe Achab prædixerat) vberrimus decidit ibidem
Heliæ prophetæ deus apparuit 211
Helias flammam ardentem de cœlo ſuis precibus impetrauit,vt illos viuos exureret qui ſe vi apprehenſum ad regẽ ducere volebãt ibid.
Helias iterum milites impuros id ſe

missos vt eum de monte (in quo erant deiicerent ad regémq; vel nolentem adducerent simili prioris flamma de cœlo veniente exurit ibidem.
Helias de suis inimicis vlciscitur 211
Heliam tertio rex Achab ad se venire iussit misitq; (vt eum vel nolentē adduceret) tribunum pleb. cum suo satellitio, qui, cum ad Heliā venisset non vi, sed precibus id facile impetrauit sicq; cū Helia ad regem incolumis rediit 212
Helias regi Achab mortē mox adfuturam ob singularē eius nequitiam prædicit ibidem
Heliæ finē ac eius vitæ à corpore separationem nemo potuit comprehendere, fuit enim inuisibiliter ad cœlum delatus 212
Helisæi prophetia 212
Helisæus hostes ad regem Ioram deducit 214
Helisæi sepulchrum tam diuinam habuit virtutem, vt mortuos superim positos, viuos redderet 223
Helum vrbs ab Roboam ædificata 197
Helmodad 11
Hemsanæa apud Babylonios quid sit 61
Hercules è lybia auxiliatū venit filiis Abrahæ, quo facto filiam Iaphran, Hecæam nomine duxit vxorē 19
Heremus Capito 432
Herennius Agrippæ creditor 431
Hereses tres in populo Iudaico 306
Herodes reconciliatur 390
Herodes iterū accusat filios & simul eos condemnat 390.391
Herodes Tyronē atq; alios primates in custodiam dari iubet 391
Herodes Aristobulū & Alexandrū filios laqueo vitā finire voluit 392
Herodes apud amicos accusat Pheroram & eius vxorem 396
Herodis morbi immedicabiles 405
Herodis testamentum 407
Herodes mors quādo, & quandiu idē regnarit 407
Herodes Tyberiadem cōdidit 423
Herodis vniuersum genus 429
Herodi pontificem creandi potestas data fuit 470
Herodes Syriæ præficitur 500
Herodes Romā nauigat 504
Herodes cum Romanis Hierichūtē vadit 506
Herodis victoria 509.506
Herodis bona fortuna 509
Herodis vxores, liberi, & conubia 526
Herodes Herodis filius ex Mariamme Pontificis filia ibidem
Herodis pompa funebris 534
Herodis dissimulatio 354
Herodes tam vehementi amore prosequebatur vxorem, vt penè ab omnibus insanus existimaretur 354
Herodis summa virtus 355
Herodes Cleopatram interficere diu multumq; cōgitauit, amicorumq; precibus restitit 356
Herodes Cleopatram in Aegyptum duxit ibidem
Herodis fuga in Idumæam 341
Herodes Sebastiam ædificauit 365
Herodes theatra & quinquēnalia Hierosolymis instituit 305
Herodes Catálogum .i. militū delectum facit contra Arabas 357
Herodis eiusque filiorum dissidium 384.376
Herodes impius in duos legitimos filios 376
Herodis summa prudentia 31
Herodē in bello Machera iuuit 335
Herodis vxor Doris 501
Herodes ad Antoniū properat 335
Herodes tam graue & tam immaturum telum effugit, vt pro miraculo habitū sit, & hic existimatus fuerit Theophilos. i. dei amator 336
Herodes tandem læditur 336
Herodes cum fratre suo à M. Antonio Iudææ Tetrarcha constituitur id est tenens quartā principatus partem 340
Herodes tota Galilæa potitus est 346
Herodis industria cōtra latrones ibi. ibidem.
Herodis nuptiæ
Herodes templum defendit à militibus 350
Herodis magnificentia erga Aristobulum 352
Herodes Hyrcanum Dosithæi perfidia falsum atq; sua ipsius spe frustratum interimit 360
Herodes Cæsaris gratiā atq; fauorē promeritus ab eo honoratur 361
Herodes etiam in amicos sæuit 364
Herodes persecutionem à decem ciuibus qui contra se conspirarāt passus est 366
Herodes populi gratiam (vt qui popularis esset) meruit 367
Herodes sacerdotis cuiusdam filiam ducit vxorem 368
Herodis concio 511
Herodes filios suos Romā mittit 368
Herodes hoc iuris omnibus in fures esse voluit vt tanquam serui, de præhēsi venderentur 373
Herodes iterū occurrit Agrippæ venienti in Asiam 374
Herodes redit Hierosolymam 376
Herodis & filiorum suorum reconciliatio 379
Herodes Agonotheta dictus est. 381. erat autem Agonotheta quasi τῶν ἀγώνων ὁ τεύς, s.i. certaminis dispositor, seu præfectus: & qui premiū in quolibet ludo certantibus proponebat sic quoq; dicebatur
Herodes fratri suo succenset 382.
Herodi sui filii venena parabant 397
Herodis & Pheroræ filii reconciliatio 385
Herodis amici se ipsi inuicem accusabant saluti suæ Iam propè diffidentes 384
Herodis obsides Antigonus et Hierosolyma 345
Herodis sepultura 407
Herodi Cæsar diadema in signum magni honoris imposuit. 513. erat autem diadema regium quoddam ornamentum quo caput obuinciri solebat παρὰ δίαδεῖσθαι .i. ab eo quod est ligare & obuincire dictū, fuit quoq; reginarum vt Plutarchus testatur, sed de hoc vide Bayfium i libello de re vestiaria fo. 7
Herodes nō modo in Tyronem omnesq; militum Principes, sed in suos quoq; filios fuit crudelis 525
Herodis splendidissima munera quibus donat Archelaum discedentem 522
Herodes indigentibus frumenta erogauit 515
Herodis filii vincti 524
Herodes filios suos fuffocari iussit 525
Herodis bene ac piè facta partim in nostro hoc indice secundum ordinem Alp. recensuimus, partim reliquimus videnda fo. 514
Herodes tropheum instituit. 365. est autem tropheum quod ex inimicorum potestate in nostrā bellico iure reddit ab eo quod græce est trepho dictum.
Herodes in regem eligitur 344.331
Herodes accepto regno omnes occidit in concilio tunc inuentos cum Hyrcano, præter Samæū quē (obnimiam eius iniustitiam) vnicè diligebat 332
Herodotus Hist. 198.703
Herodion arx munitissima de nomine Herodis victoris, sic dicta 503
Herodium 515
Hermippus 705
Hesdras sacerdos tēpore Xerxis apud Babylonios in magna fuit existimatione quòd vnus totam Mosis legem tenere crederetur quo nomine gratiam regis Xerx. promeritus in eam se ipse insinuat 257

Heſter plenam egit pœnitentiã 264
Heſter ad regem ſupplicatura ingreditur 264
Heſter accuſat Aman 265
Helus 240
Hieus occidit ſacerdotes 219
Hieus in regem inunctus 217
Hircus pro deo colitur 708
Hieremias ex extremo periculo redemptus ſpernitur 236
Hieremias quò magis in Iudæa prophetabat eò minus audiebatur quemadmodũ & Ezechiel in Chaldea 237
Heremias vinctus ſemel atq; iterum deprehenſus adducitur 238
Hieremiæ θρηνια. Carmen meſtum ac flebile 253
Hieremias propheta 238
Hiericho vrbis obſidio 97
Hiericuntis ſitus 618
Hiericuntini fontis immutatio ibidẽ.
Hieroboam quomodo peccauit cum receſſit à deo ſacrificans vitulas aureas 195
Hieroboam abducentis populum in Idolatriam, verba 195
Hieronymus AEgyptius Hiſt. phœnitiam totam diſpoſuit 8
Hieroſolyma 712
Hieroſolyma prius dicta ιερουσαλα fuit, quid autẽ id ſit vide in liter I. ibi.
Hieroſolymis tanta fuit quondã Argenti copia quanta & lapidũ 192
Hieroſolyma à Babyloniæ Rege decem & octo menſes magno hoſtium ſtudio & virtute obſeſſa fuit 238
Hieroſolymitanos ſumma indigentia & victus pœnuria, necnon & peſtis contagio miſeranda oppreſſit 238
Hieroſolymorum reges quot & quãdiu ſinguli regnarint 240
Hieroſolymam repetentium Iudæorum numerus 254
Hieroſolymam duæ tantum tribus redeunt 258
Hieroſolymorum excidium & templi dirutio 285
Hieroſolymorum pugna 502
Hieroſolymi iterũ oppugnãtur 555
Hieroſolymorum templum à ſeditioſis occupatur ibidẽ.
Hieroſolymorum ciuitatis pleniſſima deſcriptio 634
Hieroſolyma ſita erat ſuper duos colles ſibi inuicem oppoſitos, quorum naturam, nomina, deſcriptionemq; perfectam vide fo. eodẽ.
Hieroſolymitanos iterum tàm grauis oppreſſit calamitas ac fames execranda vt primo frumenti ſinguli modii vix v no talento empti haberẽtur, poſt, magis ac magis in ualeſcente fame herbas ac radices corrodere coacti ſint, quinimo (quod abſurdius eſt) ſtercorum receptacula & cloacas tanquàm auri fodinas perſcrutantes exhauſerunt 654
Hieroſolyma floruit à rege Dauide qui primus Iudæus in ea regnauit vſq; ad extremum excidium, annos mille centũ ſeptuaginta nouẽ 694
Hieroſolyma vrbs à Babylonis poſtremò diruitur 674
Hieroſolyma quãdiu floruit à primo conditore vſq; ad extremum excidium 674
Hieroſolyma ſemel capta die ſabbati cum Iudæi nec alios propellere nec ſe defendere ob religionis ſanctimoniam audebant 271
Hieroſolyma ſacra & inuiolabilis ciuitas 299
Hieruſalem quam prouinciales Hieroſolymam vocare ſolent omnũ ciuitatum munitiſſima 706
Hieroſolymis omnium principum & Leuitarum ſit congregatio 176
Hieroſolymis quandiu regnarit Dauid poſt dominiũ quod habuit in Hebron tribus Iudæ 178
Hieroboam filium habuit nomine Nadab 201
Hieroſolymorum rex Ioſaphat 207
Hieruſalem deſtruitur à Chaldæis 238
Hieruſalem iterum atque iterum expugnatur 153
Hippia vrbs à Roboam ædificata 197
Hippeni eiuſdem ciues atq; incolæ 564
Hiſpani ab antiquiſſimis viris nõ modo Hebræis, ſed cæteris etiam qui Hebræis confines erant, Iobeli diẽti ſunt quoniam ab Iobelo originem duxiſſe creduntur 10 poſt autem pro nationum varietate, variã ſortiti ſunt appellationem, ab aliis enim ibires, ab aliis, Iberi, ab aliis Heſperii, & eorum patria heſperia ab Heſpero ſtella occidentali, ſic dicta: à cæteris omnibus Hiſpani dicuntur
Hiſpani & Galli Græcis & Hebræis antiquiſſimis. vt optimi quiq; hiſtoriographi Hiſpaniã vrbem tantum vnã eſſe exiſtimarent, qui tantam partẽ orientalis terræ noſcuntur inhabitare. de moribus aũt eius (quantamcũq; fingerẽt) Hiſpaniæ nil plane conſequi aut comminiſci potuerunt 698
Hiſpani & Romani iidẽ populi quondam fuerunt qui nunc Hiſpani dicuntur Romani tunc temporis dicebantur 714
Hiſtoriarũ quæ in Bibliis cõtinentur finis 310
Hiſtoriographi quid captent 1
Hyrcanus pontifex declaratur 495
Hyrcanus à Ioſepho genitus 282
Hyrcani adoleſcentis ſumma prudentia & aſtutia 282
Hyrcanus ducenta humana corpora, quorum centũ virginum erant, centum aũt puerorum dans pro ſingulis talentum vnum, coemit 283
Hyrcanus centũ peuros (quos coemerat) regi dedit & totidem puellas reginæ 283
Hyrcano deus locutus eſt 313
Hyrcano contumelia irrogata ibid.
Hyrcani mors & laus 314
Hyrcanus obſidet Samariam 312
Hyrcanus pauper & tenax 324
Hyrcanus Herodem ad conciliumvocat 332
Hyrcano à Parthis detẽto aures ſunt preciſæ 343
Hyrcani triumphi & fœdus quod cum Romanis iniuit 311
Hyeſos gentis cuiuſdam nomen eſt, Arabas quidam eſſe putant, alii ãlios: ſed qui ſint ignotum eſt tenuerunt tamen (quicunque hi fuerunt Aegyptium annos. 511. dictiſque ſic ſunt, vel à voce Hebraica Hyc. i. rex & Sos. i. paſtor, aut paſtores, vel (quod magis puto) à voce Agyptiaca Hyc quæ captiuũ aut captiuos ſignificat quemadmodũ & Hac dum ſono denſo profertur 699
Hiſtoria vera eſt illa qua omnes ſcriptores eadem prorſus referunt, qua re nulla eſt vera Hiſtoria apud Græcos quandoquidem mendaces & leues & nullius fidei, & neoterici cum ſint vetera tamen etiam non facta tanquam facta referunt, alii autem meliori (ſi diis placet) natura prædiți, illa ſecus dicũt. & ſic fit vt nunquam veram conſcripſerint Hiſtoriam 695
Homicidium & eius ſupplicium 88
Homeri poemate in Græcia nulla inuenitur conſcriptio vetuſtior 694
Homerus poſt bella Troiana fuit, vnde patet Græcos non ſatis maturè literas cognouiſſe, falſamq; eſſe illam qua ſe extollunt, à Cadmo & phœnicibus literarum traditionem 694

Homerus (vt fertur) nõ conſcripſit ordine quo nunc habentur ſua opera ſed diſſoluta tanquam ſybillina reſponſa foliis oliuæ aſcripta, reliquit, poſtea verò fuerunt qui ea diligenter cõcinarẽt & hæc eſt cauſa quare in pluribus locis mira inueniatur diſſonantia 695
Homo vnde primo fuerit formatus 1 de qua re vide Bibl.c.2.Geneſeos
Homicidium & eius ſupplicium 88
Huz Nachor & Malacha filius 12

I

IAbel 5 interpretatur autem Hebraice Iabel, defluens
Iacob 21.738. ſignificat autẽ Iacob ſupplantatorem
Iacob ſub dio in Meſopotamiam ad Laban miſſus iacebat 21 quam rem in Bibl.Geneſeos.c.28.latius (ſi cupis) videbis
Iacob viſus eſt videre ſcalas à terra ad cœlum vſq; porrectas ibidem. & Geneſeos loco ſupradicto
Iacob verba dei audiuit per angelorũ viſionem ſibi facta 21 quam rem (ſi alibi videre cupis) lege Bibl.Geneſeos cap.32
Iacob benedictionem præripit fratri ſuo Eſau 20
Iacob oratio ad Rachel 22
Iacob nuptias Rachelis pro mercede laboris poſtulat 23
Iacob pernoctem & noctem falſus Liam deformem & fœdam mulierem pro formoſa domum duxit ibidem
IACOBVS frater IESV CHRISTI dilapidatus 480
Iacob genealogia ibidem
Iacob offugit cũxoribus & filius 24
Iacob excuſatio ibidem
Iacob reuertenti in Chananæam phãtaſmata ac miræ viſiones apparuerunt 25
Iacõbus Soſæ filius dux præſtantiſſimus occiditur 671
Iacob cum illis phantaſmatis & viſionibus luctabatur 25
Iacob filii Iſaac natale 19
Iacob fœliciſſimus 27
Iacob filium ſuũ Ioſeph tanquã mortuum plangit 29
Iacob filii & eorũ genealogia 38 de quibus (ſi plura cupis) vide Bib.ca.1. Exodi
Iacob languit ſeptem & decem annos in Aegypto 39
Iacõbus & Simon Iudæ Galilæi filii 474
Iacob quãdo & quomodo obierit ibidem, & itidem in Bibl. Geneſ.c.49
Iacob filios ſuos Simonẽ & Leui grauiter increpauit 732
Iacob cum Lia concubuit vnde pluri mi liberi nati ſunt, quos videbis folio. 23
Iachimus filium habuit nomine Philippum 561
Iadon propheta increpat Hieroboam 195
Iairus 661
Iamblicus 497
Iamnia vrbs 496
Iamnia à Romanis occupatur 618
Iardes ſaltus cuiuſdã nomen eſt 683
Ieraſis ciuitas 227
Ienathas vlciſcitur fratrem in nuptus 296
hierosyla quondã dicta fuit Hieroſolyma quaſi ſacrilega & profana ἱερόσυλα. n. nihil aliud ẽ quã ſacrilegiũ & ἱερόσυλος ſacrilegus ſed poſtea ad euitandam nominis turpitudinem per mutationẽ & additionem litterarũ dicta eſt Hieroſolyma & ciues ipſi Hieroſolymi vocati ſunt 712
Iephthæ filia vnigenita & virgo 113
Iepthæ votum temerarium ibidem
Ieſſæ filius maior ob ægregias corporis dotes ac ſingularẽ pulchritudinẽ exiſtimatus eſt ab omnibus futurus rex quod imperio dignum eſſe tam ſingularẽ pulchritudinem iudicarẽt 131 quam opinionẽ antiquis omnibus fuiſſe vel ex illo porphirii colligi poteſt. prima quidem ſpecies dignior imperio eſt
Ieſus & Caleph 71
IESVS CHRISTVS & eius ſanctiſſima ſtudia erga omnes, tã ante reſurrectionẽ quàm poſt eã, & de eius ſectatoribus Apoſtolis, Martyribus & cæteris fidei coadiutoribus 425
Ieſus Nauæ filius de tribu Ephraim iuuenis robuſtiſſimus & callidus, iõq; ad bellum aptiſſimus 54
Ieſus Moſe mortuo ducẽs exercitum duxit Hierico. 96 Erat aũt Hierico ſeu (vt alii ſcribunt,) Hiericho vrbs quam Iordane trãſgreſſo ſubuertit Ieſus rege illius interfecto: pro qua aliam ædificauit nomine Ozam de Bethel ex tribu Ephraim quam dominus deus noſter admirabili miſericordia vſus ſaluam fecit, ſed & hæc quoq; ciuiũ perfidia deſtructa eſt, factaq; adhuc tertia alia quæ in hunc vſq; diem dicitur permanere
Ieſus cum ſociis in agros aufugit 596
Ieſus prophetat 94
Ieſus fœdus amicitiæ iniuit cũ Gabaonitis 99
Ieſus Moſi ſuccedit 84 eſt aũt Ieſus idem quod dominus ſaluator
Ieſus quidã Anani filius plebeius homo ac ruſticus diuino tamẽ veluti numine imbutus per annos ſeptem & quinq; menſes VEH HIERO SOLEMIS clamabat, necvnquam vel ſexcẽtis verberibus affectus vocẽ vultũ ne, ſimulauit cætera, mortemq; eius prodigioſam vide. 668
Ieſus Thebuti filius 672
Ieſus 663
Iezara fons Samariæ 209
Iezabel de turri præcipitata à canibus deuorata eſt 218
Ioab 168
Ioab & Abner bellum 149
Ioab occiditur in templo 179
Ioab ſumma induſtria contra hoſtes 158
Ioab vbi moratus ſit 149
Ioad 223
Ioachas & Ioas 222
Ioachazam 221
Ioatham rex Oziæ patri ſuo in regni poſſeſſione ſucceſſit 226 de quo ſi plura ſcire cupis recurre ad Bibli. 2.Paralip.ca.27.
Ioachas filius Hieu 222
Ioachim rex prophetã conſulit 239
Ioas primus reparauit templum 221
Ioas rex 221 de quo ſi plura vis videre lege Bibl.2.Paralip.c.23
Ioas occiditur, eique ſuccedit filius Amaſia 222
Ioas infantulus in regẽ vngitur 220
IOANNES BAPTISTA eiuſdemq; vita, ac mors 429
Ioannes Eſſæus 683
Ioannes ſagittæ ictu interimitur 641
Ioannes templi donaria ſurripit 654
Ioannes capitur 674
Ioãnes Giſcalenus inſidiator Ioſephi 685.
Ioannes moritur 297
Ioannes cum Simone & cæteris fidei coadiutoribus in cloacas cõiectus à Romanis dexteram ſibi porrigi, ac dari eſtlagitabat 674
Ioannis odium in Ioſephum 573
Ioannes Læuiæ filius 602
Ioannes Giſcalenus conſiliorũ Anani proditor 607
Ioãnis vita, mors, ac progenies 489
Iobel Hiſpanorũ cõditor fuit vnde Iobelos Hebræi & omniũ antiquiſſimi, Hiſp. vocabere, 10 de quare plura diximus ſuperius in litera H.
Ionas Annæ pontifex 465
Ionæ prophetæ hiſtoria 224
Ionathas à Bachide obſidetur 297
Ionathas induitur purpura 301
Ionathas capit Ioppen ibidẽ
Ionathas Saul filius 136

Ionathas Nabatheos expugnat 306
Ionathan perimitur 308
Ionathæ victoria 302
Ionathæ epistola ad Spartiatas 206
Ionathæ oratio ad patrem suum Saul pro Dauid 135
Ionathæ iusiurandum 135
Ionathas sæpius, verberatus tandem exuritur iussu Vespasiani imperatoris 693
Ionathas Ponthifex primus Massadam castellum ædificauit 686
Ionathas vinctus ducitur 693
Ionathæ obitus cui frater Simon succesit 307
Ionii, populi sic à græcis dicti qua & illi & omnes Helladici à Iano principium habuerunt vnde & mare quoq; Ionicum dictum est 10
Ioppe vrbs capitur. 566. Est autem Ioppe vrbs maritima Palæstinæ & vetustissima, vt pote quæ ante diluuiũ condita fuerit: in qua saxũ monstratur ad quod Andromadæ filia Cepæi cum exponeretur cœto, dicitur alligata
Ioppenses 301
Ioram obiit sagitta læsus ab Hieo 217
Ioram bellum acerrimum gessit contra Moabitas 212
Ioram succedit Iosaphat 213
Iordanis fons. 617. 618. est autem Iordan amœnus Iudæ fluuius oritur autem teste Plinio è fonte Panea de abluensq; bonam partem Galilææ in mare mortuũ descendit.
Iosander iurisperiti cuiusdã filius 573
Iosaphat 208
Iosaphat post annos suæ vitæ sexaginta, imperii autẽ quinq;: vita defungitur eiq; succedit Ioram 313
Iosippus in Iudæa perit 236
Iosiæ regis laus 234
Iosiæ mors 235
Iosue mittit exploratores 95
Ioseph somnia & eorumdem expositio 27
Ioseph carceri mãcipatur atq; i cisternam mittitur. 30. De qua re vide Biblio. Geneseos. capi. 37.
Ioseph à præfecto carceris humanissime tractatur 30
Ioseph A Egypto præficitur 32
Ioseph vxor & filii ibidẽ.
Iosephus confirmat se vidisse statuã salis in quam cõuersa est vxor Lot cum deo displiceret habendo cura vrbis quã ipse deus odisset ideo q; eam inflammasset 19
Ioseph venditus 29
Ioseph fame inualescente frumenta indigentibus quandoq; vendebat, quandoq; etiam gratis erogabat 39
Ioseph quãdo, & quõ obieret ibidẽ.
Ioseph ossa 40
Iosephi pater 552
Iosephi mater ibidẽ.
Iosephus lapide vulneratur 653
Iosephus Historiam (vel potius ἐφημερίδας) qua fide ac diligentia, & apud quos, & quibus testibus vsus, (vt manifeste fidẽ faceret) cõscripserit 697
Iosephus eorum quæ scripsit, partim fuit operator, partim (vt eius verbo vtar) inspector existens & omnino eorũ quæ dicta vel gesta sunt nihil ignorans ibidẽ.
Iosephi lepidè dicta in Appionẽ 719
Iosephus Simonis filius 569
Iosephus matthiæ filius quis ibidẽ.
Iosephus quot annis natus Historiam Iudaicam conscripserit 483
Iosephus de Hebræis verba incipit facere 11. 12.
Iosephus Salomes vir 517
Ioseph à Chalcidis Herode rege pontificatu priuatur Ananóq; Anani filio põtificatus possessio datur 474. 479.
Iosephi eruditio summa nec non et incredibilis diligentia in conscribenda hac Historia 483
Iosephus magnam est passus persecutionem à Iudæis 572
Iosephus huius Historiæ scriptor 569
Iosephus alio atq; alio impetu oppritmitur 572
Iosephus Tyberiadem & Sepphorim sibi recuperat, pacato omni impetu populari & insidiatorum malevolentia 573
Iosephi Callidũ & astutissimũ consilium 586
Iosephus in hostium potestatem se tradit 590
Iosephi præsagium vnum atq; alterum 592
Iosephus Hist. ex genere Machabæorum fuit 382
Iosephi scripta quot annorum Historiam contineant 2. 483
Iosephus iuuenis quidã sic dictus 280
Iosephi legatio ad Ptolemæum 281
Iosephus Hyrcanum genuit 282
Iozarus põtificatu depositus fuit 422
Iubal primus Musicen coluit 5.
Iubilæi lex 69
Iudas Hierosolymam occupat 289
Iudas Essæus propheta nunquam in eis quæ prædicebat inmendatio deprhæensus 143
Iudas Sepphotæi filius & alter Magali Matthias Sophistæ qui quod perfecte leges patrias scire, ac intelligere crederentur, magni nominis ac multæ existimationis apud omnes sui temporis fuerunt 532
Iudas auxilia Romanorum implorat 295. de quo vide etiam fol. 420
Iudas occubuit in pugna quam gerebat contra Bacchidem 295
Iudas cum vellet hostes acrius quã vnquã prius debellare, κατα λογον i. delectum militum perditissimorum fecit. 413. hi enim cum nullas habeant fortunas quarum dulcore & suauitate detenti, vitam cupiant prorogare & tutari, spe earum parandarum facilius sese vel periculis sexcentis exponunt, qua hominum sentina (vsus eodem Iudæ cõsilio) Catilina comitatus: à Cicerone & ab alijs omnibus male audiebat de qua re extãt Ciceronis orationes in eundem
Iudas sorte primus ædificauit vrbes, re vera autem Roboam Salomonis filius 197
Iudas Militiæ princeps. 227. de quo (si plura scire cupis) vide Biblia in lib. udicum. c. 1.
Iudaici belli exordium 552
Iudæorum principalia festa, ac sacrificiorum genera. 7. de quibus vide etiam Bibliorũ Deuteron. c. 16.
Iudæorum tres hereses 304
Iudæorũ reliquiæ ex captiuitate Nabuzardam 241
Iudæi suum templum atque adeò totam religionem pollutam eximolatione ab alienigenis præter consuetudinem facta existimantes, bellum graue ineunt 552
Iudæorum dolus in milites Romanos 632
Iudæi Alexandriam liberauere 715
Iudæi apud Cyrenem tanquam pecudes iugulantur 693
Iudæos quàm magna & quàm incredibilis fames oppresserit 663
Iudæorum laudes amplissimæ 715
Iudæorum tria millia perierunt 693
Iudæorum fuga. 632
Iudæorum excursus in Romam. 640
Iudæi ignem amplissimum iniiciunt in machinas & tentoria Romanorum 641
Iudæi victoriam de Arabibus reportarunt 356
Iudæi vsqueadeo fuerunt religiosi & suæ fidei amatores vt superstitiosos statuarum honores procul ablegarent. 717. quod solummodo apud

Romanos honoris & gloriæ popularis cupidos vigiat & inter primos honores locum habuit nullus enim inter Romanos statuam promeruit qui sibi quamprimum erigi non iuberet, præter Ciceronem qui cum & humanarum & diuinarum rerum esset conscius tam futiles honores posthabitos esse voluit cum vel inuito obtruderetur, de quo vide orationes in Catilinam
Iudæorum comitia in Titum & eius milites 649
Iudæorum per multi transfugæ à suis ad Romanos deficiunt 659
Iudæi tam bona fide erant prædicti, & tanta mansuetudine vt ob id nusquam non bene audirent nusquã que nõ bene acciperẽtur quãpluri mæ enim eorũ ciuitates ob id ex tributariis liberæ factæ sunt vt refert Hecatæus Hist. 715
Iudæorum hereses quatuor 421
Iudæorum circuncisio quo tempore, nec non & Arabum 17
Iudæorum studia & eorundem viuẽdi modus 697
Iudæorum inuidia contra Hyrcanũ 313
Iudæi iterum, primo eminus & longa protelatione, post comminus Arabas vicerunt. 358
Iudæorum tãta fuit religio cultus diuini vt vere impossibile crederẽt diem vnum sine solito cultu præterire, ideóque mori potius parati erant quàm solitum religionis sacrificium non implere 364
Iudæorum ad Agrippam oratio pro sua ipsorum libertate tutanda. 374
Iudæis libertas a Romanis concessa 375
Iudæi a Pylato ob perpetuam & puram religionis culturam, ceduntur 424
Iudæorum libertatem perturbantiũ accusatio ibidem
Iudæi præ nimia victoria insolentes atque ideo remissiores facti incauti ab Artemone, cum magnis & defecatis copijs inuadente oppriuntur 357
Iudæorum bellum contra Timothæum & omnes Tyrios 290
Iudæorũ bona pars ab Antonio prosternitur 502
Iudæorum mos 393
Iudæi è carcere soluuntur 407
Iudæi viui comburuntur 405
Iudæorum seditio propter oblatam sibi auream aquilam 408
Iudæorum circiter tria milia in templo cæduntur 409
Iudæorum alia atque alia strages 413
Iudæi aduersus Archelaum Romam veniunt 416
Iudæorum bona pars ab Antonio prosternitur 502
Iucundus & tyrannius accusati 523
Iudæi totam Syriam deuastarunt 563
Iudæorum miseranda strages 563
Iudæorum tredecim millia prosternuntur 564
Iudæorum cædes iterum atque iterum restauratur ac reintegratur 564
Iudæorum alia pernities in regno Agrippæ ibidem
Iudæorum quinquagies mille in Alexandria occubuerunt 565
Iudæorum constantia 439
Iudæorum innumerabilis turba occubuit 447
Iudæorum viginti milia perierũt sub seditione, tempore Azymorum a milite confiata 474
Iudæorum Pontificum catalogus ac plena nomenclatura 481
Iudæorum & Samaritarum discepta tio 300
Iudæi illos non admittebant in numerum suorum qui aliud idioma à suo addiscerent. 483. fuerũt nihi lominus per multi Hebræi (è quibus noster Iosephus est vnus) multarũ linguarũ peritissimi sed illas, nulla opera adhibita vel studio quin potius lõga cõsuetudine quæ ill s cum alienigenis sæpenumero intercedebat cõsecuti sunt
Iudæi irruunt in Romanos 631
Iudæorũ ἡ δημοκρατία, atque adeo totius rei moderamen quale ante captiuitatem & post fuerit 256
Iudæi multos inimicorum trucidant 267
Iudæorum duces eliguntur 569
Iudeæ descriptio 577
Iudeæ vndecim sortes ibidem
Iudæorum & Arabum anceps certamen 356
Iudæ oratio ad socios 288
Iudæ victoria 289
Iudæ alia victoria ibidem
Iudæ victoria de Thimotheo 290
Iudæ alia, atque alia victoria 291
Iudæ audax facinus 296
Iudæ mors 296
Iuda tota Historia & quoties triumpharit, & quoties de eo triumphatum sit 290
Iulia Cæsaris vxor. 526. 422.
Iulii Cæsaris mors in medio Senatu illata à Cassio & Bruto cum tãtum tenuisset tres annos & menses sex principatum 33
Iudæi cum Philadelphinis magnam habebãt dicertationem de finibus vnius vici cui nomen erat Meas 469. Vocat autem hic Iosephus vicum quem nos pagũ seu villam dicimus in qua significatione frequenter vsurpatum apud cultissimum latini sermonis autherem Iulium Cæsarem inuenies. nos autem vici nomine vtimur cum id dicere volumus quod doctissimi quiq; regionem vocant
Iulianus agnomine & nomine Marcus Antonius Iudææ procurator Chiliarchas congregat. 665. Vocat autẽ Iosephus chiliarchas quos latine Tribunos plebis appellamus χιλιαρχεω. nidem est quòd Tribunatũ duco: & inde χιλιαρχος: omnia tamen hæc desumpta sunt à nomine χιλιας quod est numerus mille cõtinens, quem militum numerũ frequentius chiliarchæ ducere consueuerunt
Iuliani incredibilis fortitudo 658
Iuliani casus ibidem.
Iuppiter olympius quem phidias Athenensis fecerat 448
Iuppiter templum habuit quod Capitolium à Romanis dicebatur 448
Iuppiter & Iuno eius coniũx 515
Iuuenũ quadraginta admirabilis constantia 404
Ibidum natura 43
Idumæa à Ioram deficit. 217. est autem idumæa regio Syriæ inter Arabiam & Phœnitiam.
Idumæorum plena Historia 608
Idumææ ciuitates capiuntur 488
Idumæorum atq; Amonitarum contra Iudam & Iudæ (qui primus author erat cõtentionis) contra eosdem bellum 290
Idumæi. 685. sunt autem dicti idumei ab idumæa regione Esau quæ ex eo quòd ille Edóm vocabatur nomen accepit, est autem circa vrbem Petram quæ nũc à quibusdam ecclesiasticis Gabalene dicitur.
In sensatos non verbis sed verberibus puniendos esse censuit antiquitas. 718. Vocat autem hic insensatos illos penè qui cũ brutis potum

quàm cum hominibus in racionis vſu cõueniunt qui nec honore, nec virtutis amore: nec pœnæ formidine mouentur. non autem illos hic intelligit quos Ariſtoteles in Ethicis inſenſatos quoq; vocat. ſecundum enim Ariſto. inſenſati illi ſunt qui in extremo altero modeſtiæ & cõtinentiæ ſunt. ſcilicet qui nullius voluptatis ſunt vllo modo participes, ſed tãquam lapides viuunt.
Iſboſeth occiditur 152
Iſaac repromiſſio 15
Iſaac oratio ſuper Iacob 21
Iſaac conſtantia 18
Iſaac abrahæ filius ĩ honorẽ domini dei à patre immolãdus in montẽ qui dicitur Moriam annis iam natus quinq; & viginti ducitur ſed patri volenti iam filium interficere deus obſtitit & pro morte vitam maxime lõginquam ei tribuit dicens ſe non hac ratione filium immolere præcepiſſe quòd vellet eum illo primo filio quẽ tam charum haberet & quem ad virilem vſq; ætatem proiectum voluiſſet. ſed potius vt eius animũ experiretur 18
Iſmael filius Siab 478
Iſmael nominis etymologia 13
Iſachar Iacob & Liæ filius. 23. Interpretatur autẽ ex mercede datum
Iſmaelis malicia 241
Itaburius mons 497
Iſrael 25
Iſrael .25. ſignificat autem Iſrael idẽ quod repugnans angelo malo
Izabel 202
Izates in medio inimicorum ſuorum ab omnibus ſuis copiis & à toto ſuo exercitu iam pridem coniurato in primo congreſſu deſeritur 472
Izaria circunciditur 471
Izates victoriam reportauit ampliſſimam de inimicis, ipſumq; regẽ nomine Arſanum terga dare coegit 472
Izatis mors 473
Izates Hieroſolymis ſepelitur 473
Izrael ciuitas 204

Iz

Kiſleus, menſis nomen eſt quem Macedones Apellæon vocare conſueuerunt 289

L.

LAban 21.22
Laban in Iacob defraudatio 24
Laban in eundem perſecutio ibidẽ
Lachis vrbs quam Roboam Salomonis filius ædificauit 197
Laminæ auraæ 58
Lapides duodecim 62
Laſthenes cognatus Alexandri 303
Latrocinia crebra in templo facta aſſiáque multo indigniora perpetrata. 478
Laodicia 501
Laodicenſibus aquæductum Herodes tanquã rem maximie dignã conceſsit 515
Leges bellorum 92
Letro aliàs Rahuel verba fecit ad Moſem 55
Lex mulierum parientium 69
Lex ſeptimi anni ibidẽ
Lex Iubilæi ibidem
Lex percuſſorum 91
Lex de ſpolis & præda diuidenda 147
Lex noua Herodis in fures 373
Lex qua prohibentur liberi ſeruis in gali matrimonio cõiungi 89
Libanus mons 463
Liberius Maximus, procurator fuit cui Cæſar demãdarat prouinciam diuidendi ac diſtrahendi totãterram Iudaorum 683
Lidæ populi quomodo ab antiquis fuerint appellati 11
Lyddas à Romanis occupatur 618
Linguarum atque gentium varietas & confuſio vide. 9. de qua re vide Biblia Geneſeos. c. 11.
Lyſanias rex atque Malichus Arabs Cleopatræ nimia fauitia fuerunt perempti 517
Lyſias dux 293
Lyſimachus enormia mendacia & vt vno verbo dicam hominum fidem excedentia. ſupra oẽs. n. alios ſcriptores ſtudio contra dicendi detẽtus fingebat ac pro veris paſsim vẽditabat 711
Locuſtarum cæterarumque bæſtiarũ nec non & germinum ac frugum deuaſtatio 47
λογικου græce, Hebraice Heſsin, latine rationale 62
Longinus imperator cũ maximo exercitu venit in Hieroſolymam 469
Lorica in templo Hieroſolymorum ſacerdotes à populo dirumebat 638
Lot angelos domini dei noſtri domi ſuæ ſuſcepit. 15. quam rem lector copioſius videbis in ſacro Geneſeos libro. c. 19.
Luctus. xxx. dierũ pro mortuis erat, quo prætermiſſo vxori non licebat, aut marito nouas nuptias celebrare. 90.
Ludas antiqui dicebant, quos nunc nos Lydas dicimus 11
Lugdunum Galliæ ciuitas 438
Lupus tribunus plebis 459
Lupus vxorem & filiam Caii iugulat ibidem
Lupus Rector Alexandriæ 695
Lupus ad mortẽ cum Chærea ducitur. 463
Luminarium feſtum 290
Luga vrbs. 14. hæc ab aliis quandoque Ogys dicta eſt. eſt autẽ Luza ciuitas iuxta quã Abrahã habitauit

Mc

MAchabæus 737
Machabæi oratio ibidẽ
Macedones quid vocent Diſtros 267
Macedones populi 10
Macheræ inſolẽtia 507
Macherus à ſeditioſis captus 565
Macherus 681
Machur 738
Magi 478
Magog Magogas populos inſtituit 9
Malogranata & tintinabula 61
Malichus princeps belli ab Antipatro conſtitutus 495
Malichus interficitur 501
Magus quidam 479
Manna quid 153
Manachemus Eſſenus 370
Manaſſeus Damaſcenus 7
Manaſſes 32
Manaſſes conſtituitur ſacerdos 269
Manaſſes prohibetur à fratre accedere ad altare. 268. in quo ſo. (ne fallaris) ſcias falſum eſſe numerum
Manaſſes aut ab vxore ſeparari aut ſacrarium nunquam ingredi cogitur ibidem
Menethon totam Aegyptum deſcripſit 8. 678
Manus in pariete, diuina permiſſione apparuit ducens quædam ſyllabarum lineamenta 245
Maræon vrbs a Græcis Samaria dicta 202
Mare Aeneum 184
Maria repudians Archelaum conium ta eſt ac collocata Demetrio Alexãdrino genere Iudæo fortunæ ac naturæ omni penẽ dote prædito, ex quo filium ſuſtulit nomine Agrippam 476
Maris rubri diuiſio 49
Maria Moſcos ſoror 58

Maria nupsit Archelao Chelciæ filio, conubii authore atq; duce suo patre Agrippa, ex quo Maria filiã suscepit nomine Beronicem 476
Mariammes turris sic dicta de nomine mariammes reginæ 635
Mariammè veneficiorũ conscia 528
Mariãme venefici fuit accusata 393
Mariamme moritur ibidem.
Mariamme vbi de suo interitu Herodis edictum audiuit Soemo regis secreta mulieribus aperiente per turbata decidit. 362
Mariſſa ciuitas potentissima 343
Mardochæus & eius luctus. 263. de quo si plura cupis cognoscere recurre ad Bibliorum librum qui inscribitur Hester à secundo capite ad finem vsq; epistolæ quam Artaxerxes mittit ad Iudæos
Mardochæi oratio ad deum. 264. de qua vide Biblia libro supradicto. capite. 13.
Mardochæi de festorum Iudaicorum cultu præcepta 267
Mardochæus auunculus Hester pandit regi insidias eunuchorum 262
Mardochæus quòd præmium habuerit à rege quod salutis eius fuerit auctor ibidem.
Mardochæus purpura indutus introducitur 267
Mardochæus exaltatur à rege ibidẽ.
Marsyas Agrippæ *libertus* bona deportauit nuntia suo Hero dum ei exeunti è balneis Hebraice (ne ab aliis intelligeretur) inquit, mortuus est leo. per leonem autem intelligebat Tyberium 436.
Marso interdicitur gubernatione Syriæ cuius prouinciæ prius præses fuerat 469
Marsus Syriæ præses 467
Martyr, qui pati voluit dicitur 731
Massada castellum sic dictum 342
Massida ciuitas ab Antigono obsessa 344
Matathias omnes Idolorum aras deposuit pugnaréq; (vbi necesse haberent) diebus sabbati iussit, vndè & posteri nimis anxiam esse & cos actam priscorum religionem videntes mathatiæ voluntatem secuti sunt 287
Mathias à Simone occiditur 652
Matathiæ morituri testamẽtum atq; adhortatio ad filios 287
Matathiæ mors 287
Matathias Idolatram Iudæum confodit simul cum Apollonio ibidẽ.
Matathias filius Ioannis Antiochi mandatum contempsit ibidẽ.
Matathias seditionis author comburitur 405
Mathias Pontifex Pontificatu deponitur ibidem
Mausolæum a Daniele constructum fuit 248
Mausolæum aliud ingens a Simone fabricatum est 308
Medi populi a Græcis sic dicti. 9. 10 dicti autem sunt sic a Media Assyriæ maioris regione quæ adiacet Persidi. Media autem dicta est a Madeo eius conditore
Melchizedec idem est quod, iustus rex 14. 674
Megathenes vir fortissimus, vt pote qui a fortitudine nomen habuerit 246
Menander Ephesius 700
Menander Historiographus 230 203
Memnon Aristidis filius 337
Menedemus philosophus 177
Mensa regiæ Hierosolymitanæ qualis fuerit 637
Mensa aurea 185
Mensis primi denominatio 48
Mensurarum & ponderum primus inuentor 5
Memnonis sepulchrum 546
Mesrim. i. Aegyptus 10
Messabazan genus vestimenti fuit apud Hebræos quod Moses Arabane vocauit Babylonii autem Hemsaneam 61
Messabatan vestis fuit sacra 67
Messana vrbs maritima 448
Mesopotamiæ difficultas 19
Meotis & Tanais paludes 684
Messala 344. 566
Michol astutia 136
Mygdonia ciuitas dicta est quæ prius Antiochia dicebatur 472
Mina quantum valuerit apud Hebræos 328
Mila legatus 388
Militis seditionis in Hierosolymam factæ authoris, prædicanda impudentia 474
Miraculum dei super Mosem oppressum à seditiosis 70
Miraculum aliud 65
Missahel Danielis socius 243
Missahel quandoque a rege Babyloniorum dictus est Missach ibidẽ
Misphibaseth 168
Mitra 61
Mithridates ex partibus parthorum perfuga dimittitur 497
Mithridatis victoria 446
Mithridates Pergamenus 330
Moab filius Loth 36
Moabitæ populi ibidem
Moabitarum rex filium maiusculum qui regno eius successurus erat immolat. 213. de quo vide Biblia Deuterono. c. 23.
Mocha Cappadocum ciuitas 10
Mochus Phœniciã disposuit 8
Monobazus Helenæ filius 470
Monobazus extrema senecta oppressus parum amplius suæ vitæ confidens filium Izatem à se conuocari iubet qui apud Abẽnerigum socerum suum agebat. quorsum autem eum conuocarit & quid deinde fecerit vide fol. 470
Monobazus Iudaismum subit 472
Mons ferreus 618
Moraim mons. 17. est autem mons in quo CHRISTVS cũ apparuit Abrahæ filium suum Isaac iussit immolare
Moria soror Mosis moritur 78
Moses omnia quæ facta sunt a domino deo sex diebus facta esse testatur septimo autem die eum quieuisse, de qua re vide Biblia Geneseos. c. 2.
Moses quomodo conscenderit in montem Sina & Iudæis dederit leges quas a domino deo optimo Max. acceperat 56
Moses tribum Leui constituit illãq; voluit esse purissimam ac sacro sanctam atq; ei instituit omnia necessaria ne illi necessitate coacti profanis vterentur, aut ad victum, aut ad corporis habitum 63
Mosis liber inuentus 234
Moses Ecclesiam. i. cœtum concilium congregationémque conuocat, in vnumque conuenire iubet, dicitur autem Ecclesia a verbo græco ἐκκλησιάζω. i. concionor quod vt fiat multos congregari ac in vnum conuenire oportet 93
Mosis tabulæ in qua area sitæ sint, & qualis sit illa area 60. 61. 63
Mosis educatio eiusque nominis etymologia 45
Moses pharaonis diadema proculcat ibidem
Moses filiam Aethiopiæ vocatam Tharbin ducit vxorem 47
Mosis virga Magorum virgas consumpsit 50
Moses confidentia 52
Mosis oratio ad populum in montem Sinam conuocatum 52
Mosis præcepta decem 57
Mosis duæ tabulæ 57
Moses bellicosos recenset 71
Moses verba fecit ad Core 74

Mosis alia oratio 75
Moses vixit cētū & viginti annos 9
Moses Iosue successorem facit 84
Moses hæreditatē filiæ, defuncti fratris, constituit 85
Mosis oratio ad populum Israel ante mortem 85
Moses legem scriptam dedit populo 86
Moses etiamsi multæ essent ciuitates vnum tamē solum voluit esse templum & vnum solū altare nō fuerūt sed ex lapidibus indolatis & naturalibus constructum 86
Mosis prophetia 94
Mosi seditionem instruit frater Gore ob sacerdotium 74
Mosem voluerunt dilapidare Iudæi ibidem.
Mosi dominus deus prophetat vt & ipse id aperiat plebi 72
Moses & eius præsagium 40
Moses iectus atq; expositus totos tres menses 41
Moses septimus ab Abraham 42
Mosis pulchritudo 42
Moses vidit rubum ardentem 44
Mosis verba ad deum 45
Moses cum sua vxore & filiis Aegyptum petiit 45
Mosis oratio ad deum 46
Moses quare sic sit appellatus qui prius Osarsiph dicebatur: & eiusdem nominis etymologia 710
Mosochini qui fuerint apud antiquos & iidem à nostris quomodo appellentur 10
Mosollamus omnium certissimus sagittarius 705
Mulieris fornicariæ merces 87
Mulieribus hæc lex fuit apud Iudæos vt illarum nemini liceret templū ingredi à partu: si marē peperissent ante .xl. diem. si vero fœmellam ante .lxx. 69
Mulieris puerperæ leges eiusq; mundationes 64
Mulieris Iam coniunctæ matrimonio atq; in adulterio deprehensæ leges 64
Mulieris cuiuscunq; prohibitus concubitus 64
Mulier quædam per famen filiū suum coxit 663
Mulierum parientium lex 69
Mulierum adulationes 354
Mulierum blanda in persuadendo petulantia 361
Mulieris cuiusdam summa fortitudo 234
Muris ignis iniiciebatur more antiquo: nostris autē temporibus adēo (malum) nequitia accreuit vt non solum in muros sed in tecta atq; adeō in medios hominum vultus tedæ ac lampades ardentes iniiciantur. 665.641.649.567.585. 285.562.

N

NAama mulier ammonitis mater Robaam. 194. vbi annotandum tibi est solium hoc falsum esse vbi enim. 1. esse debuit. 2. est.
Nabal vir stultissimus atq; ideō crudelissimus 141.142.
Nabal viri crudelissimi mors 142
Nabal nominis etymologia ibidē.
Nabathæi superantur 497
Nabath Azarinus 205.208
Naboth fuit dilapidatus 205
Nabuchodonosor somniū valde mirabile, eiusq; explicatio à deo habita: quorum omnium sub mane oblitus Magos conuocat 243
Nabuchodonosor secundi magnificentia. 245. sed de vtroque (si plura vis videre) recurre ad Bibliorum librum qui inscribitur Iudith capi. 1. &. 2.
Nachor fratris Abrahæ genealogia 12
Nadab Hieroboam filius 201
Nadab & Abiu mors 65
Nazaræi Corban afferunt deo 78. 494
Neemiæ labor ac studium in reparandis muris Hierosolymorū. 260. de quo (si plura vis) lege Biblia in libro Esdræ. 2.
Neemias moritur 261
Neemias à Iudæis captus Xerxis regis princeps 259
Neemias sacerdotes rogat vt relictis vicis se conferant ad vrbem habitandam. 261. vnde manifestē patet vicum latine idē significare quod pagus
Neerda Babyloniæ ciuitas admodum populosa & ab hostibus (ob eius situm incolarumq; magnam copiam) tutissima 443
Neptalis 23
Nembrod turrim edificat 9
Ner 129
Neronis summa crudelitas tum in matrem & vxorem Octauiam, tum etiam in plærosque nobiles ac primates quos sibi semper insidias parare existimabat. adeo agitabatur furiis & propria scelerum conscientia 47
Nero succedit Claudio mortuo 550
Neronis mors 620
Netiras & Philippus ex vico Galilææ Ruma denominato ortiomonium ea tempestate viuentium fortissimi 585
Nicanor aduersus Iudam destinatus periit 295.294
Nicanor pacem suadens vulneratur 639
Nicodemus filium habuit Gorionē 563.
Nicolaus Damascenus historiographus 8. 12. 311. 278. 156. 322 409. 389.
Nicolaus pro Archelao verba facit 411. 417.
Nicolaus Sylæum accusat 389
Nicomedes 324
Niger occiditur 614
Nymphius Tigillinus 620
Niniuæ regnum 224
Nisibis terra quædam Parthorum 472. 443. est autem Nisibis oppidum quoddam iuxta Euphratem fluuium qui Nedam ciuitatem supradictam cingit
Noach Hebræi dicūt Noe, νῶχος autem Græci qui Hebraica nomina propter lectionis dulcorem quem illi supra omnes semper affectantur immutarunt. 10. de quo Græcorū dulcore ac nimia in loquendo petulantia alibi à nobis dictum abunde est
Noarus 565
Noe filios tres habuit 8
Noe à Græcis νῶχος dicitur 10
Noe vinæ plantator 11
Noe, atq; eiusdē arcæ quā ingressus est reliquiæ in terra Iudæ amomi atque omnium Aromatū fertilissima. 470. de Noe aūt & eius arca vide Geneseos. c. 7.
Nouerca sæua & iniusta erga suos priuignos 519
Numidius Quadratus Syriæ præses 475

O.

OBedientia melior quam victima & deo gratior. 132. Hoc idem leges in Bibliis primo Regum. c. 15.
Oblationum dedicatio in tabernaculo 64

Ochozias rex malignus 211
Ochozias Achab patri succedit 209
Ochozias descendens ê penetralibus regiæ decidit 211
Odolla ciuitas quam Roboam Salomonis filius præter alias multas refecit 197. Est autem odolla ciuitas in tribu Iudæ Eglon quoq; nomine appellata, cuius regem Dauid interfecit Iesus. remanet tamẽ villa, magna quidem adhuc, sed nomen tantum retinens, cæteris prorsus prinata. cõspicitur q; adhuc inuendecimo ab Eleutropoli lapide versus orientem.
Og rex cum suo exercitu peremptus 79. de huius autem morte (si plura videre cupis) recurre ad Bibliorum librum qui inscribitur, Deuteronomium cap. 3.
Offelius Hierosolymita 503
Olympias Herodis filia ex Maltace Samaritide 526
Olympicum certamen 516
Olympus Herodis legatus 524
Olda prophetissa Salomi cuiusdam vxor 234
Onias in Aegypto templum deo ædificauit 300
Onias vir iustus deóque charus, quod vel ex eo facilè colligitur quod omnia quæ volebat à deo impetrabat, quare obsessus à Iudæis quòd nollet *pro eis ad dominum* deũ interoedere, occiditur 323
Onias pontifex oppidum cõdidit instar Hierosolymæ, templúmq; magnificum intus ædificauit 486
Oniæ templum depopulatur 693
Ooliab Achisamach filius de tribu Dan 58
Oppida sub ditione Iudæorum 319
Ophas loci cuiusdam nomen 562
Ophyra terra erat quæ nunc terra aurea à neotericis dici solet 191
Oratio sacrificiorum 64
Oreb rex occisus 110
Ordo Ecclesiasticus 96
Organorũ varia genera & variæ eorundem voces ex quibus vera symphonia & cõsonantia cõflatur 171
Orsanes à Parthis perfuga dimittitur 497
Osa dispensatoris cuiusdam nomen 201
Osarsiphus sacerdos genere Heliopolites sic denominatus à dei Heliopolitani nomine qui Osiris dictus est, postea vero Moses appellatus 678
Ossa quæ omnes conuiuæ ante Hyrcanum iactabant quousque conuiuium finitũ fuit, & eorũdẽ acerus satis accreuit 283
Osiris deus fuit heliopolitanus qui mutato nomine, postea dictus est Moses 700
Otho 620
Othonis mors 622
Ozias princeps creatur 217
Oziæ regis studium & præcipua exercitia 221
Oziæ regis præsumptio ac percussio ibidem
Oziæ mortuo Ioathan filius successit in regni possessione 226
Oziæ tota ac plena historia à 217 vsque ad 230

P

PAcorus rex Medorum 684
Pacori Parthorum ducis fratis 341
Pacori alius atque alius dolus 502
Pactum domini dei cum Noe 6
Phaceias patri Manahen in regni gubernatione succedit 226
Pallas Felicis frater rebus in Iudæa gestis & gerendis præficitur 476
Palæstina 15
Palæstini Israelitas vicerunt sibique iure victoris vtentes annua tributa reddi per spacium quatuor annorum coegerunt 113
Phaleg frater Lectan & filius Heber quare sic sit appellatus 11
Palus bituminis quæ distat ab Hierosolymis stadus ducentis 359
Palus Asphaltites quæ prius erat vallis 14
Pamphylicum mare diuisum est 50 quæ in loco b. inuenies pro h. positum
Panes propositionis duodecim 60
Paneas oppidum 422
Panium locus iuxta Iordanem 514
Phanes rusticus ancipiti adhuc bellorũ fortuna & dubio perturbationũ euentu existente ab agro ad pontificatum obrepsit 605
Pappus Antigoni dux 508
Pappus occiditur 509
Paradisi plantatio & eius flumina 4 de quibus vide Geneseos ca. 2
Pharan. i. conuallis 20
Pharaon regem significat apud Aegyptios 212
Pharaonis somnium & eius solutio 32
Pharaonis diadema 42
Pharaon Sara potiri tentauit 12
Pharisæi 544
Pharisæorum dogmata atque institu ta 421
Pharisæorum strages ob insidias in eis deprehensas 396
Pharisæorum hypocrisis ac immodica circa cultum diuinum arrogantia ibidem
Pharisæi & essæni 379
Pharisæorum & Sadducæorum cõtrouersia 313
Paries 625
Parthorum lex qua est cautum ne quis audeat aut tiara uti, aut in lectulo aureo dormire præter regem 472 Est autem tiara regium capitis tegmen, summitur quandoque pro galea, vide Bayfium fol. 6
Parentum contemptores 90
Pharus Alexandrina 381
Pascha 48
Paschatis sacrificia 67 de quibus vide Biblia in lib. qui inscribitur Leuiticus cap. 23
Phasellus turris & oppidum 381
Phasellus 515
Phasellus turris Hierosolymorum 633
Phaselitæ 516
Pauperes ex oraculorum responsis in eremum amandantur ad cuiusdam vrbis conflagrationem tam pestequam fame 711. 719. huiusmodi enim homines solent propemodum sexcentis morborum generibus laborare, aeremque corruptissimum exhalare, quo etiam oraculo forte prænuncia idem Gallorum regina Parisiis statim à suo aduentu fieri statuit
Phereeides primus in Græcea de cœlestibus philosophatus est 695
Pedanius legatus 524. 665
Pentecostes sacrificium 67
Pheroras Herodis filius patri suo concibatur 385
Pheroras crebræ suspicionis notam inusit Salomæ 383
Pheroras & vxor eius ab Herode accusantur 396
Pheroras moritur. 527. 397.
Petronius in Syriam legatus mittitur contra Iudæos 439
Petronius literas à Caio accepit 442
Petronii summa prudentia ac modestia 440
Petronius mire erga se deos cognouit faciles & propensos 442
Petronii epistola ad Dorienses 465
Philippi & Demetrii fratrũ duellum 319
Philo Iudæos exanimatos ac pene exangues aduersus Caium excitat 439
Pincerna somnii habiti solutionem quærit à Ioseph 30

Pincerna regi, Ioſeph doctrinam & miram explicandorum ſomniorũ, omnium,& prodigiorum cognitionem,refert 51
Philoſtratus hiſtoricus 245
Philippus Romam venit 426
Philadelphia 512
φιλελλην.i. literarum Græcarum aut potius ipſorum Græcorum amator. 315. quamuis in priori ſignificatione vſurpet dominus Budæus.cum enim agit in (Italos foraſis) Pariſiorum ingeniorum detracteres, φιλελληνας Pariſinos eſſe dicis.vide lib.de Aſſe & partibus eius.
Philoſophi periphraſis per etymologiam 1
Phinæas ſacræ pecuniæ cuſtos comprehenditur 672
Phinees filius Eli à Palæſtinis occiditur 119
Phinees filii Eli.coniunx,moritur ibi.
Phiolaes Aſſyriorum rex 226
Pyrgos Stratonos vrbs maritima quæ poſt ab Herode rege clariſſimis ædificiis illuſtrata Cæſaria dicta eſt 500.514
Philon paradiſi fluuius. 4. ſignificat autem Hebraice inundationem ſed de hoc & cæteris huiuſmodi vide Geneſeos.ca.2.
Pitholaus princeps conſtitutus ab Antipatro 495
Polla vrbs mediterranea ibidẽ.
Polemon Lyciæ rex cui per conubiũ (prius tamen circunciſo in Iudaiſmũq; converſo) Beronice conjungi properabat:ne tandiu viduata beluæ multorum capitum populi ſuſpicionibus locum daret 476
Polemon Lyciæ rex Beronices tum diuitiis tum etiam amore captus, eius petitionibus annuit ibidẽ.
Polemon Lyciæ rex ſe ſpretum & ab vxore repudiatũ ægreferens legem quoq; ipſe Iudaicã (cui conubii gratia tatũ ſeſe addixerat) abiicit ibi.
Polemum Latronum principem occiderunt Iudæi ſperantes perempto capite & cæteros quoq; omnes latrones ac totam rei publi. peſtem ceſſaturã.quod nimirum ſic ſucceſſit.469.Hoc eodem conſilio Cicero vſus eſt in coniuratione Catilinaria dum ab vrbe deiecit ipſum Catel,vt ſic cæteris omnibus careret.
Polybius megalopolitanus Hiſtoriographus 279
Politianus vir iuſtus populum cõcitatum in oppreſſione Hieroſolymorum videns,mitigat 556
Pompeius templum ingreditur cuius limina tranſgredi non niſi Pontifici licebat 495
Pompeius militum impetu opprimitur 463
Pontificum catalogus 240
Pontius Pylatus 423.424
Pontius Pylatus Iudæos patriã,deosq; penates,atq; adeo totam ſuam religionem defendentes crudeliter opprimit atque interficit 424
Populi & Senatus mira de imperatore eligendo diſceptatio 462
Populi qui nunc à Græcis dicuntur Galatæ quondam dicti ſunt Gomeritæ 10
Portæ ex ſolido auro factæ tam magnæ & tam ponderoſæ vt ducenti homines quotidie ad illas claudendas vix ſufficerent 719
Portæ 58
Porticus incenditur 661
Pueros legem omnium primam edocendos 87
Pueri cuiuſdam doloſa aſtutia qua Romanis omnibus impoſuit 669
Pudens vnus ex ala equitum Romanorum 662
Pugna grauiſſima & ſupra omnes crudeliſſima committitur Hieroſolymis 561
Pugna anceps 661
Puteus fœderis 16 dicitur quoque ab Eccleſiaſticis puteus iuramenti vbi fœdus iniuerunt,atque iurarunt Abimelech & Iſaac. Eſt autem in oppido Iſaac dicto,in Geraritica regione, iuxta Aſcalonẽ.
Phuti dicti ſunt Prouinciales, vnde autem,vide fol 10
Plato mirabilis philoſophus apud græcos 726
Pluuia inſperata 441
Primitiæ frugum 67
Principes ſeptem 87
Probamentum 438
Prodigioſa portẽta viſa, per inane in excidio Hieroſolymorum vt fere fit in huiuſcemodi perturbationibus 668. quod recte Lucanus poeta Hiſpanus obſeruauit,cum in fine (ſi recte memini) primi lib. ſub belli paraſceuem apparuiſſe multa portẽta recenſuit eorũmque bonam partẽ narrauit
Procymia 514
Propoſitio eorum quæ quinq; poſtremis libris tractantur 696
Protagoras 729
Ptolemais vrbs ab Herode nobilitata 515
Ptolemaidem Tigranus obſedit 321
Ptolemæi regis epiſtola ad Eleazarũ pontificem 273
Ptolemæus mẽſam admirabilem obtulit deo cuius deſcriptionem videbis fol. 275
Ptolemæus benignus 303
Ptolemæus latronum princeps 469
Ptolemæi admirabilis induſtria vt hoſtibus ſummum horrorem incuteret 316
Ptolemæi & Antigoni ſumma amicitia 341
Ptolemæus Philadelphus dictus, vbi primum nouit ſynceram Iudæorũ fidem, bonitatem, & manſuetudinem eos(cum capti tenerentur)redemit eorũmque fortunas omniũ adauxit 715
Ptolemæus Euergites ibidem
Ptolemæus Hiſcon ibidem
Ptolemæus Lagi filus Aegyptum poſſedit 271

Q

Quadratus præſes Iudæorum diligenter perſecutus eſt ſeditionis authores,nec vnquã quieuit quouſque omnes cruci affixit. 475
Quadrati Iudæorum præſidis nomen defertur ibidem
Quintilia mima quæ in cuſtodiam data fuerat, in tormenta conuocatur 450
Quintilia mima quæ agẽdo Roſcii ipſum manifeſte referebat in perfecta corporis hipocriſi,id eſt actione quæ in cuiuſuis rei recta imitatione conſiſtit: quamque Demoſthenes in perfecto oratore potiſſimam primámque partem iudicauit
Quo aliqui ſunt ferociores, & magis ab animi ratione alieni eo aptiores ſunt ad bellum 455 cum enim bellum res ſit beluina, quò ferociores ſummus eo magis coniuncti rebus beluinis. Ob quam rem Cæſar in principio Commentariorũ ſuorum diuidens Galliam in tres(ſi bene memini)partes,vnam ex tribus, hominũ fortiſſimorũ eſſe ait, quòd & ferociorum. vnde colligere facilè eſt, quò ferociores ſint homines eo & bello aptiores.

R

Raab meretricis beneficentia 96
Raaz latronum princeps 192

Rachel promittitur Iacob 22
Rachel Iacob vxor, viro suo collocat famulam Balam 23
Rachelis pulchritudo 22
Rachel ex partu mortua & in Ephrata sepulta est 26
Rachelis & liæ dissidiũ ac postea pristinæ amicitiæ reconciliatio 23
Rachelis astutia 34
Rameses a Rampse patre sic vocatus est qui prius Sethon dicebatur 678
Ranarum & verminum plaga 46.47
Raphanæi populi 679
Raphia vrbs 496
Raphim viro collocatur 193
Rapsaces principes militiæ 231
Ratio conscriptorum Iosephi.2. vbi sic mallem legere quam vt in margine nunc legitur, conscriptæ nostræ.
Rationale, Græce λογιον, Hebraice Essin 62
Ratio septimi mensis 67
Ratio statuens 731
Ratio 632
Rahuelis filiæ 44
Rauel alias Letro verba fecit ad Mosen 55
Rebecca pro Iacob orat deum 21
Rebellare alicui 231
Regum eligendorum mos 88
Regni diuisio 417
Rhegini *populi olim* dicti Aschenazai 10
Religio creandorũ sacerdotum quanta fuerit apud Iudæos. 696
Regionis quæ vltra Iordanem situm est, descriptio 576
Remmon filii quot & qui 152
Reparatio sacrificiorum 234
Repedare aliquò pro eo quod est aliquò redire 429
Rerum conscriptio verior apud quosuis barbaros populos, quam apud Græcos 697
Respha filia Sebabeth 150
Res miranda 65
Rex statuam adorare iubet 245
Riphæi populi dicti à Riphat à, nonnullis quoq; Paphlagones vocatio
Risam castellum 345
Roas petra sic dicta 106
Roboam quas vrbes ædificarit 197
Roboth puteus 20
Rhodus 504
Roma sub Vespasiano multum floruit 678
Romani flammis exusti 662
Romanorum duo milites capti ducuntur 670
Romanorum machinæ atq; ipsi debellatores crebro bellicorum incendiorũ impetu cremabãtur 585
Romani milites oleo perferuenti ac magnis lebetibus ahenis decoquuntur ob Iudæorum impetum atq; nequitiam 587
Romani iam ferè castrametati perpelluntur à Iudæis 631
Romani potiti sunt primo Hierosolymorum muro 641
Romani cuiusdam equitis incredibilis audacia 642
Romani secundo muro potiti sunt 643
Romani vincuntur 657
Romani iterum inuadunt hostem 660
Roxane & Salome filiæ Herodis vna ex Phedra, altera ex Elpide susceptæ 526
Ruben 127
Ruben pro ereptione Ioseph fratres alloquitur 28
Ruben noctu ad lacus venit 28
Rubẽ oratio ad Ioseph pro fratribus 33
Rufus militum imperator 413.537
Ruta 682
Ruth vxor Maabon, Boaz vxor facta est 116.117. de quibus plura in Bibl. in libro qui inscribitur Ruth à principio vsq; ad finem

S

SAab Galilææ, patria fuit Eleazari 585
Sabachadat eunuchus 266
Sabbatum Hebræis septimanam significat 60
Sabbaticus fluuius prodigiosi ac peculiaris cuiusdam miraculi est apud Iudæos 679
Sabbatorum colendorum quàm magna atque adeò superstitiosa fuerit Iudæis religio 543
Sabbatum Hebraice idem est quod requies ad quã (ex dei voluntate) dedicatum est 3, de cuius diei benedictione, vide Biblia Geneseos cap.2.
Sabæi à Saba dicti 11. Est autem Saba vrbs Metropolis in Arabia in fœlicissimo monte sita, vnde bona thura adferuntur
Sabbæus 300
Sabinus occupat Capitolium 626
Sabinus murum conscendit 657
Sabinus occiditur 627
Sabæa seditio 169
Sabuchadar eunuchus 266
Sacerdotum vxores 69
Sacerdotes 69. de modo autem sacerdotum creandorum, vide Bibl. in Exodi ca.29
Sacerdotum & Pontificis vestimenta & literæ in eis elaboratæ, pictæ, aut insculptæ 61
Sacerdotes Hierosolymitani, qui & quæ eorum indumenta 63
Sacerdotale quodam genus annotatum 696
Sacerdotes 724
Sacerdotes vnius diei quam Iudæi mirifice celebrabant 40
Sacerdotes post tẽpli muros sese occultabant in excidio Hierosolymitano 667
Sacrificiorum duo genera 66
Sacrificia Paschatis 67
Sàddocus 420
Sadducæi atque eorundem dogmata & instituta 42
Sadducæorum & Pharisæorum cõtrouersia 31
Sadducæi 544
Salomonis natale 160
Salomonis militiæ principes qui 181
Salomon filiam Pharaonis duxit vxorem 180
Salomonis sapientia 18
Salomon à deo contra dæmones magnam potestatem impetrauit ibidem
Salomon quot fecerit hostias in templo 187
Salomon quot & quas vrbes condiderit 190. de quibus vide Bib. lib.Paral.2.c.8
Salomon multas gentes subiugauit & biq; seruire coegit 104
Salomonis obitus 194
Salomes accusatio pernitiosa 52
Salomes odium in filios Herodis 373
Salomen (cum Sylæi Arabis amorem captæ flagraret) Alexæ nuberet Herodes ac Iulia, Cæsaris coniux compellunt 393
Salomes filius Antipater 410
Samaria 490
Samariæ vniuersa descriptio 570
577
Samaria nunc Sebastia appellatur 366
Samaria deletur 31
Samaritæ accusantur apud Darium 257
Samaritæ Cuthei quoque dicti sunt 255
Samaria obsidetur 21
Samaria Græce, Hebraice Maroon appellatur 20
Samæus filiũ habuit nomine Eleaza

rum. 585
Samæi iniuriæ 164
Samuel Saul regem creauit in eremo fundens vas olæi super caput eius 124
Samuel suos congregauit in ciuitate Mosphat quæ interpretatur deorsum respicere, quòd deo (hauientes aquam) sacrificarent 121
Samuel senex rem domesticam filiis suis gubernandam iniungit 122
Samuelis ortus et eius prophetiæ 117
Samuelis oratio 121
Samuelis altera oratio ad populũ 126
Samuelis responsio ad Saul de inobedientia 131
Samuelis prophetæ viri sanctissimi mors 141. de hoc & eius morte scr. copiosius vir videre recurre ad Bibl. 1. Reg. c. 25
Samuelis vmbra alloquitur Saul 145
Samuel vir iustus populum per deum adiuratvt nullo affectu detẽt (quo omnis æquus iudex carere debet) veram coram rege referat sententiam de iis ipsis cã vita anteacta quàm præsenti 126
Samuel in Bethlehem pergit vnctur⁹ Dauid regem 131
Sampson & eius facta 114
Sampson Palæstinis traditur 116
Sampson loci nomen 115
Sampsonis cubile 115
Sanabalath ab Alexandro potestatẽ obtinet condendi templum 269
Sanctum sanctorum 59
Saphin locus quidam sic dictus in Iudæa 269
Sare ætas mors & sepultura 18 de qua re, vide Genes. ca. 23
Sardianorum decretum à populo receptum 337
Sardonyches 65
Saul Cis filius 124.129.123
Saul de inimicis serio triumphat 126
Saul altare constituit 129
Saul genealogia ibidem
Saul apprehensi Samuelis vestem lacerat 131
Saul à cacodæmonibus frequẽter infestatus remedium quod non inuenit apud aliquem sapientium à cytharista accepit 132
Saul suo gladio interiit 147 de cuius obitu (si plura cupis) vide Bib. in primo Paral. ca. 10
Saul epitaphium 149
Saul petitio à Samuele 123.124
Saul omnia quæ sibi Samuel prophetarat vera inuenit 124
Saul à suis destitutus 127
Saul regni sorte adauctus 124
Saltus 698
Simon filius Iairi 661
Simon Cathlæ filius ibidem
Seleucus 733
Suidas Hist. 730
Syria 710
Sebaste vrbs condita 514
Sebaste ciuitas quæ ab Agrippæ nomine Agrippias quoque dicta est 902
Secta quarta à Iuda introducta 422
Sedechias capitur 739
Sedechiæ pseudoprophetæ argutissima & verè sophistica verba prætua luerunt 209
Sedechiæ proles 243
Seditio magna 77
Seditiosorum superba responsio 670
Seditiosi regiam deprædantur ibidẽ
Seditio magna iterum in Hierosolyma obortà, omnium (sed præsertim Militis) malitia conflata 474
Sella vxor Lamech 5
Seductio Euæ mulieris 4
Segor quid significet apud Hebræos 16
Seiani insidiæ 433
Seiron Heb. capillitium siue Cæsariẽ significat 20
Senaar campus 9, fuit aũt cãpus Babyloniæ in quo turris extructa est, vnde egressus Assur ædificauit Niniuẽ fuerunt & alii campi hoc nomine appellati, sed de hoc intelligit Iosephus sub finem 9 cap. toli supradicti cum citat Aestium Histor.
Sennacherib (vt Berosus testatur) Assyriorum rex à suis filius in vrbe Ninive & in tẽplo Arasci peremptus est 232
Sennacherib rex magnus 231
Sentius Saturninus 457
Sentii oratio ad senatum 457
Seon rex cum toto suo exercitu occiditur 79
Septem dierum series quam dominus deus IESVS CHRISTVS in omnibus rebus creandis obseruauit 3. de qua serie vide Genes. cap. 2
Sepulturam nulli mortalium quantumuis barbaro & peregrino denegandam 91
Septimi mensis (quem Macedones Hyperuereteum vocant) ratio 67
Sephor 422
Seron vincitur 288
Seruos testari non posse quemadmodum nec militare aduersus liberos nec pro liberis 87
Serpentis pœna quam ei ob eius calumniam & deceptionẽ dominus deus imposuit 4
Sethosis quandoque Aegyptus Danai frater dictus est, quemadmodum & frater eius Danaus Armais fuit appellatus 700
Sicariorum pertinatia 692
Sydon vrbs ab Herode nobilitata ad q; refecta est. 518. 515. fuit autem Sydõ vrbs phœniciæ insignis, olim Chananeorum terminus ad Aquilonem respiciens, postea tua tem regionis Iudææ facta est, cessidit in sortem tribus Aser: sed nõ venit in eius possessionem quicho stes non potuit expellere
Sichimitis solis à Pelusio Aegypti, vsq; ad rubrũ mare pepercit Saul 130
Sicheleh datus est Dauid 144
Sichimitarum & Abimelech discordia. 99. dicti autem sunt sichimitæ ab vrbe sicheem quæ Græce Sichima latine autem sicima dicta est, fuit ciuitas Iacob sed deserta & nihilominus tamen ostẽditur locus quidam iuxta suburbium Neapoleos propter sepulturam Ioseph, fuit autem subuersa hec vrbs ab Abimelech & sale conspersa
Siclus Heb. aorũ numisma est quatuor drachmis Atticis æquuale 464
Sylas in vincula conjectus 466
Sylas reuocatur ibidẽ
Sylæus 396
Sylæus damnatur 390
Sylæus Obedæ regis procurator 520. 527
Siloa fons 634
Silua agnomine Flauius 685
Symeon retento Ioseph fratres finit abire 34
Simon fratri Ionathæ succesit 307
Simon ad galilæam perueniens hostes suos in fugam conuertit & sic victoriam reportauit 290
Simonis oratio ad populum Iudaicum 308
Simon præclarum Mausolæum fabricauit 308
Simon arcem Hierosolymitanam diruit 309
Simon Herodis seruus 414
Simon capitur 674
Simon Gioræ occiditur 681.685
Simonis Iduma orum ducis ad Hierosolymos oratio 610
Simonis & Zelotarum pugna 621
Simon victoriam reportat de Cendeo 309
Simonis vxor à Zelotis capitur 622
Simonis interitus 309
Sinnabaris Assyriorum rex 13

Syrorũ perturbatio à deo facta 215
Syria à Iudæis tota fuit deuastata 563
Siroborus Assyriorum rex 13
Sisenna.nom.p.viri 496
Sitenna 20
Socho vrbs quam Roboam Salomonis filius præter alias multas ædificauit 197
Socrates 729
Sodomitarũ reges quinque 13
Sodomæorũ regibus victis ab Assyriis tributum impositum est, & sic qui prius reges erãt tributarii facti sunt 31 sunt aũt dicti Sodomæi aut; Sodomitæ à Sodoma ciuitate, quæ impiorum scelere diuino igni consumpta est. Est aũt sita iuxta mare mortuum, habet à latere Seoram vnam ex quinque Sodomorũ vrbibus quæ & Segot & Zoara quoque dicitur quæ igni quoq; diuino cõsũpta fuisset, nisi Lot deo pro ea supplicasset: cuius meminit Esaias in visione contra Moab,
Soemus primò Herodis regis secretarius fidelissimus eius arcana tãdiu fideliter celauit, quandiu mulieres non frequentauit. Verũtamen vbi primum mulierũ blanditiis & verbis (quorũ illis maxima copia est) illectus fuit omnia patefecit 361
Soemum rex Herodes ob magnã eius perfidiam interimi iussit 393
Sol stetit 99
Solutio somnii 30
Somnii coniecturam pastor audiuit ibidem
Sosæ filius Iacõbus 671
Scythæ populi sic à Græcis appellati. quondam aũt Magogæ dicti sunt, sed mutatæ sunt simul cum nationibus linguæ 10
Scythopolis vrbis nomen vbi magna fuit facta Iudæorum clades 564
Scálide 543
Super humeralia 62
Scaurus 374
Scenopegia quid 187
Spicas in iugeribus remanentes non esse colligendas 88
Stagnum Amygdalinum 649
Strennuitas 444
Stolæ sacerdotales 185
Stola pontificis à quibus sit solita cõseruari 372
Strabo Cappadox Hist. 330.351 313
Stratonos turris quæ nunc Cæsarea nuncupatur 366.500
Strutium 649

T

Tabernaculi instrumenta 63
Tabernaculorũ solẽnitas 67
Tabernaculum quomodo fuerit ædificatum 58
Thadallus dux Assyriorum cum principibus alus coadiutoribus inuadit Sodomitas 13
Tanais & Mœotis paludes 684
Tarichæi à Tito cæduntur 596
Theatrum 368
Thecos vrbs quã Roboam Salomonis filius ædificauit 197
Temporis supputatio ab Adam ad tẽpli vsq; ædificationem 183
Templi structura & constitutio 18, de qua vide Bibl.z.Paral.c.3.
Templi spoliatio 198
Templi porticus accensæ 664
Templi diruti o atq; Hierosolymorũ excidium 285
Templi restauratio ac reparatio 254.289
Templi obsidio 293
Templum 366
Templi noui ædificium 371
Templum sic ædificatum fuit, vt trasitus haberet subterraneos 373
Templum cædibus pollutum 628
Templum succenditur 665
Templis statuas, imagines, aut simulachra aliqua apponi nefandissimum habebatur, vnde Caii Cæsaris statuam in tẽplo collocari Iudæi non passi sunt, vt patet fol. 439.532
Tempestas horrenda exorta 611
Themosis rex Aegypti, regnare cœpit quamprimum expulit pastores misitq; in Hierosolymam 690
Tenebrarum caligo 47
Theodas à fado interimitur 474
Theodectes oculis mulctatus est 277
Theodorus incuatos Iudæos inuasit & ideo repente decem milia interfecit, atq; Alexandri sarcinas diripuit 317
Theophrastus 700
Theopompus quid passus sit 277
Thermut Pharaonis filius 41
Terentius Rufus 675
Testes quibus est vsurus Iosephus in suæ historiæ comprobationem 698
Testes falsi secundum legem puniendi 87
Testem vnum nõ sufficere ad alterũ condemnandum ibidem
Testimonium Sibyllæ 9
Tyberias conditur ab Herode 223
Tyberiadis dedicatio 594
Tyberius Augusto successit 423
Tyberius curam sui nepotis Agrippæ committit 432
Tyberius Cæsar ægritudine corripitur 43
Tyberii insimulatio contra Caium 436
Tyberii mors 42
Tyberii mors Agrippæ nuntiatur 437
Tyberius Alexandrinus permultos Iudæos (cum in Alexandria maneret) interfecit 565
Tyberio mortuo Caius succedit in Principatus moderatione 436
Tyberius multos Romanorum proceres extinxit 436
Tyberii mors omnibus grata & omnium animis acepta quamuis dissimulatiõne latebat omnium gaudiũ ne quid mali succederet: gaudio rei tã miseræ propalato. 436
Tygranes Armeniorum rex Cleopatram obsidet 502
Tygranes Ptolomaidem obsidet 321
Tygranæi populi à Tygrane sic denominati sunt, quos Græci Phrygas vocant 10
Tygris paradisi fluuius est Hebraice Diglath dictus quòd acutum aliquid & angustũ significet, 4 sed de hoc & cæteris huiusmodi, vide Geneseos.ca.2
Timæus Historicus 706
Timor & dolor 731
Timotheus iam congregatum suum exercitum more boni imperatoris exhortatur 291
Timotheus prope Rophon ciuitatẽ castrametatur adducens ex Arabia maximum mercede conducto rum hominum exercitum 291
Tyrii 700
Tintinabula & malogranata 61
Tyrannus 388
Tirannius & iucundus accusati 522
Tyro atque alii primates iussu Herodis comprehenduntur 391
Tyriorum obsessio 230
Tyronis filius 392
Tyronis Herodem increpantis audacia 524
Tyrus quis locus sit 284
Tyrus ab Herode refecta 515
Titi & Vespasiani munificentia erga deuictos Iudæos 278
Titi oratio ad seditiosos 669
Titus clam hostibus oppidum occupat atque in suam potestatem asserit 589
Titi oratio ad milites 595
Titus à Giscalenis suscipitur 603
Titus mittitur ad Galbam 620

Titus in Iudæam mittitur 627
Titus vrbem obſidet 630
Titus Iuxta vrbē caſtrametatur 632
Titus militum temeritatē carpit 633
Titus de ſecundo muro non minus quam Romani triumphauit 643
Titi elegans oratio ad milites 656
Titus pugnæ ſpectator 660
Titus ingreditur vrbem 673
Titus ſuis telis.i.ſua ipſius clementia nimia & virtute periit 643
Tityi ab Aſtarate debellati 700
Tubalcain vir ſupra omnes bellicoſus 5
Tubalcain artis ferrariæ primus inuentor ibidem.
Tubæ argenteæ 70
Thurribulum Regiæ Hieroſolymitanæ quale fuerit 637
Turris decidit 641
Tuſculum quantū à Roma diſtabat 433
Tribuum Iudaicarum catalogus 152
Tryphon (non notiſſimus ille, de quo Quintilianus in principio primi li. & Martialis cū dicit, & faciet lucrum bibliopola Tryphō) ſed alius vir ingenuus & nobilis qui princeps militiæ à militibus conſtitutus eſt 309
Tryphonis viri in conuiuiis præſertim, facetiſſimi reſponſum, quo ita regem Ptolemæum delectauit vt omnes extemplo Tryphoni applaudere iuberet 283
Tryphon adulator 392
Tryphon Tyrannus 487
Tryphonis ſumma malitia 309
Tryphonis iuxta Antiochiam bellum 304

V

Valerius Aſiaticus vir conſularis 457
Varus præſidiū ſuis ferre maturat 415
Varus iubet Antipatro vt refūtet verba Nicolai contra ſe de parricidii ſuſpicione facta 402
Varus Antiochiā perrexit: dum Romam nauigauit Archelaus 409
Vaſa 185
Vaſa promiſſionis 252
Vaſthiani eunuchi 262
Venenū ſumma vis 402
Venenum profertur 531
Venones à Parthis pulſus ob nimiā eorum barbariem 423
Venones capitur 424
Ventidius Baſſus dux R manus 344
Verba Mulieris adulteræ volentis in ſuū concubitum inducere Ioſeph, & eiuſdem mulieris accuſatio in eundem nolentem flectī. 29. 30. quæ res mihi per ſimilis videtur illi quæ eſt apud Ouidium de Phedra & Hyppolito
Vermium plaga 47
Veſpaſianus mouet exercitū contra Tarichæos 594
Veſpaſianus à ſuis in medio inimicorum deſeritur 599
Veſpaſiani animaduerſio in exercitum 600
Veſpaſianus à Tyberienſibus recipitur ibidem.
Veſpaſianus grauiſſimum vulnus ac propè lethale ſuſcepit 595
Veſpaſiani & Titi munificentia erga Iudæos deuictos 278
Veſpaſianus templum pacis conſtruxit 681
Veſpaſiani clementia 684
Vinearum Plautandarum mos 88
Vineæ inuentor & plantator primus Noe 11
Vitellius 620
Volumnius militiæ magiſter 524
Vulpes trecentæ 115
Vrias Bethſabeæ maritus occiditur 158
Vrias Ioathan ſucceſit, Vriæ vero Nerias 240
Vriæ literæ 159
Vtenſile pro re qua vti poſſumus vſurpatur folio. 513
Vrbs muro circundatur 651
Vrbs funditus euertitur 644
Vxoris diuortium 90
Vxorum ducendarum mos 89

X

Xanticus menſis appellabatur apud Macedonas māſis ille qui Hebræis Niſan dicebatur. 64. 67. 256. Erat autem hic menſis primus Azymorum, quem nos Aprilē vocamus. Dicebatur & Xanticus dies ille quē nos per Calendas intelligimus.
Xantico menſe iuuenes qui expeditionem Iā facere poterant AEgyptum deſeruerunt 48
Xaloth vicus ſeu vt noſtri dicunt pagus quidam, à quo Ptolomaidis magnitudo vſq; ad Berſabem protendi cognoſcitur 576
Xerxes Perſarum Rex aduerſus Græcos (vt Chœrilus antiquiſſimus poeta refert) militauit 703
Xerxes Dario patri defuncto ſucceſit 257
Xerxis epiſtola ad Satrapas Syriæ pro Iudæis ibidem.
Xerxi defuncto Cyrus eius filius (quē Græci Artaxerxem vocant) ſucceſſit in imperii gubernatiōe quemadmodū & ipſe Xerxes patri Dario ſucceſerat 261
Xerxes ab athenienſibus turpiter fugatur 621
Xylophorias feſtū eſt apud Hebræos in quo omnes homines ligna congerebant in templum vt eſca adhibita, ignis perpetuus pmaneret 561
Xyſtus 663

Z

Abilus Arabum potentiſſimus
Zalexādri Caput abſcidit 303
Zabulon Galilææ terra 700
Zabulon validiſſima Galilææ vrbs incenditur 566
Zacharias Ioadæ filius lapidibus obruitur 222
Zacharias & Aggeus templi concionatores 256
Zacharias accuſatur à zelotis 613
Zamarias Iudæus Babylonicus & eius mors 394
Zamarias princeps tribus Simeon vxorem habuit Chozabimadiani tidem mulierem ducis cuiuſdam filiam 62
Zamarias equorum princeps ibidē.
Zamarias Helam regem Therſa filium, vix duobus annis regni exple tis interfecit 201
Zamarias totū Baaſan genus (vt Simon prophetaret) è medio ſuſtulit ibidem.
Zamarias aulam regiā igni appoſito ſeq; intus recumbentem concremauit ibidem.
Zara 487
Zaraſim Mardochæi vxor 264
Zareas rex Athiopiæ 200
Zebedæus Achar filium habuit qui inuentam chlamydem regiam auream atq; variis gemmis cōſperſā & intextam tetræ tumulo ſepeliuit 97
Zeb rex occiſus 110
zebennæi populi à zebenna regione ſunt dicti 312
Zebenæus Alexander ibidē.
zebus princeps Sichimitarum 111
Zebulonitæ 101
zelari 707
Zelotypiæ lex 69
zelotis ſuadet Eleazarus auxilium aliunde efflagitare 608
Zelotæ in vrbem per inſidias clandeſtinas Idumæos intromittunt 611
Zelotarum crudelitas 714
zelotarum pugna Cum Simone 622
Zelotæ 685
Zelotypia Herodis non paucis nocuit 517
zepha Liæ miniſtra 23

Zelpha filium habuit nomine Gad quod interpretatur fortuitum 23
Zenodorus 369
Zenodorus idem 386.513
Zenonis res mirandæ vbi 319
Zephyrium 518
Zephyrus & eius natura 544
Zeugma vrbs 679
Zeuxis, Regis Antiochiæ frater 279
Zethura vrbs quam ædificauit Roboam Salomonis filius 197
Ziba libertus Saul 168
Zipha vrbs quam Roboam creditur ædificasse 197
Ziphæi Dauidem prodiderunt tamē ab eo facile veniam impetrarunt 138. dicti autem sunt Ziphæus à Ziph vbi nunc vicus ostenditur in quo Dauid fuit absconsus. fuit autem vicus ille tribus Iuda in Doroma iuxta fines Eleutheropoleos.
Zoara Arabiæ locus 619
Zoilus tyrannus 316
Zona 61
Zorobabel princeps Iudæorum 250
Zorobabel templum atque vrbem reparaturus proficiscitur 254
Zorobabel sententiam profert de mulierum natura 253
Zorobabel itidem & de veritate sententiam fert ibidem.

TOTIVS INDICIS FINIS.

AD NOBILISSIMVM ET VTRIVSQVE
linguæ eruditissimum principem dominum
RODERICVM MANRIQVEZ
Hieronymi Rupei Metinensis carmen

Ingenuo cuperet cum se nimiúmque probato
Historiá hæc nostro tersa labôre dari,
Præsentemque sibi cuperet dominúmq; patrẽq;,
Ad tua festinum limina vertit iter
Nobilium, soboles castæ fœtûra Mineruæ
Hesperiique (ferens) splendor honósq; soli
Excipe me: & longæ dábitur spes maxima vitæ
Auxilio potero quolibet inde frui
Seu mea Fabricii relegant, seu scripta Catones
Hoc idem quod tu dixeris esse, ferent.
Hanc igitur Princeps (tibi quæ se tradit habendã)
Historiam: facili fronte manûque cape.

Eiusdem Historien comion ad lectorem

En prodit sophiæ vetus camœna
Cunctôrum reuocans virûm seueras
Heróum Historias, deúmque gesta
A primo reuocat Parente primos,
Conscribit medios, citat recentes,
Vero gesta patrum stylo reponens.
Hinc Hinc si Latios petas lepores
Si doctas cupias videre Athenas,
Hebræósque viros, virúmque mores,
Vitam, dogmata, res, modósque cunctos,
Hinc gentes varias, locos vetustos,
Hinc saltus, nemorum lacus amœnos,
Fontes mellifluos, aquas beatas,
Et quod Christicolæ probatiores
Debent poscere BIBLION sacrorum
Perfectam Historiam, sacrique cultus
Ritus percelebres, deos συμπαν.
Non hæc ficta dat, aut proterua facta,
Vexatos ue deos manu Gigantum,
Aut cœlum insolita via Prometei
Arsisse, aut Cereris graues querelas,
Nullam Pasiphaen, poli ue Atlanta.
Nullæ hic Eumenides, Camilla nulla est,
Nulli sunt Satyri feri & bicornes,
Vertas huc igitur tuos labores
Conatus, studia, & cadûca facta
Quisquis perpetuam petis quietem.

Libri caſtigator Lectori.

Animaduertes Lector ſtudiôſe ſequentem errôrum Catalogum, ne fallâris: Quemadmodũ & illi falſi ſunt, qui, aut ſua ipſorum imprudentia, aut incuriâ (quo morbo omnes hi quos compoſitores vocant ſolent laborare) cum aut primo componunt, aut compoſita, ex caſtigatorisque recognitione accepta, ſegniter curant emendanda. Scias quoque lector me in hoc negotio inſignes tantum & eos quos facile incautum lectorem remoraturos arbitrabar, annotaſſe: quos autem quiuis facile ſecum poſſet coniectare, præteriiſſe.

Indicis errores.

Secunda pagi. D. literæ, linea à principio ſexta illi lege, non, illic. & ibidem, linea à fine quinta lege ſæpenumero.
3. pag. D. literæ, in voce Diaphantes, linea. 2. lege effingendam.
penultima pag. C. literæ, linea. 9. lege militum ductores, non auctores.
3. pag. ſiue penultima literæ. D. linea. 44. τῶν τοπικῶν potius leges, niſi mauis Ἱστορῶν Ἀνελλιτικῶν nomine Topica quoque comprehendi, quod ſane non fiet præter omnium opinionem.
2. pag. E. literæ linea à fine. 4 Menophilo lege.

Totius Hiſtorię errores.

Primus numerus indicat tibi lib. ſecundus fol. tertius lineam.

1. 495. 53. lege principes non princeps, aut ſi hoc mauis lege erant non autem erat.
1. 513. 23. illi lege potius quàm ille
1. 3. 19. lege natalilia non autem natalia, & ibidem aere non ære, & linea immediate præcedenti horarum lege.
1. 15. 6. miſereretur lege. &. 3. 62. 40. herba lege non verba.
20. 774. 28. naſceretur lege. &. 20. 474. 50. diripi lege.
20. 472. 47. ipſe lege. &. 20. 470. 16. Helena lege.
3. 586. 35. ſuggerere lege. &. 7. 149. 44. vſque lege non abſque.
20. 480. 11. IESV lege, non IESVM.
17. 410. 49. lege etiam
1. 711. 26. contra App. obitum lege non abitum, &. 6. 124. 20. ſenſum lege
Totius operis vltima pag. linea. 13. lege Eleazarus, & paulo ante fol. 734. linea. 23.

Marginalium Annotationum errores.

1. lib. fol. 4. Ann. 5. multati lege, &. 17. lib. Ann. 3. lege reliquias.
1. 7. 6. lege frumenta. & 19. 456. 1. ſic lege impetus Germanorum euntium in theatrum. & 11. 269. 3. occurrunt lege.
7. 662. 2. ſic lege Romani fluminis exuiſti. & 4. 90. 3. pro mortuis lege. & 14. 327. 1. lege vinctus, nõ victus. & 16. 376. 2. redit lege à redeo non aut à reddo. & 742 Ann. 1. lege matris

IOsephus Mathathię filius, ex Hieroſolymis ſacerdos, à Veſpaſiano captus, cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam veniens, ſeptem libros Iudaicę captiuitatis imperatoribus patri filiôque obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi ſunt. Et ob ingenii gloriam ſtatuam quoque meruit Romę. Scripſit autem alios viginti Antiquitâtum libros, ab exordio mundi, vſque ad decimũquartum annum Domitiani Cęſaris, & duos ἀρχαιότητος aduerſum Appionem grammaticum Alexandrinum: qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaicæ continentem ſcripſerat. Alius quoque liber eius, qui inſcribitur De imperio rationis, valde elegans habetur, in quo & Machabęorum ſunt digeſta martyria. Hic in decimooctauo Antiquitatum libro manifeſtiſſime cõfitetur, propter magnitudinem ſignorum, Chriſtum à Phariſæis interfectũ & Ioannem Baptiſtam vere prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Iacôbi Apoſtoli dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem de domino in hunc modum. Eodem tempore fuit Ieſus vir ſapiens, ſi tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum qui libenter vera ſuſcipiunt, plurimos quoq; tam de Iudæis quàm de gentibus ſui habuit ſectatores, & credabatur eſſe Chriſtus. Cúmq; inuidia noſtrorũ principum cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui eum dilexerãt, perſeuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die viuens, multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus: & vſq; hodie Chriſtianorum gens, ab hoc ſortita vocabulum, non defecit.

FLAVII IOSEPHI

RELIGIONE IVDAEI, HISTORIOGRAPHI GRAECI Viri clariſſ. in. XX. libros antiquitatum iudaicarum, è Græco in Latinum traductos Ruffino Aquileieñ. interprete, præfatio.

ISTORIAM conſcribere diſponentibus, non vnam nec eandem video eiuſdem ſtudii cauſam, ſed multas exiſtere, & ab alterutro plurimum differentes. Nam quidam eorum ſui ſermonis pandere volentes ornatum, & ex hoc gloriam aucupantes, ad partem huius diſciplinæ accedunt: Alij vero illis gratiã referentes, de quibus ipſam deſcriptionem eſſe contigerit, in eodem opere vltra virtutem coacti ſunt laborare. Quidam autem ipſa rerũ neceſſitate vim paſſi ſunt, vt ea, quibus interfuerunt cum agerentur, ſcripture declaratione colligerent. Multos autem magnitudo rerum vtilium, inoculto iacentium, inuitauit, vt hiſtoriam ex his advtilitatem deberent proferre cõmunem. Harum itaq; quas prædixi, cauſarum duæ nouiſſimæ mihi etiam proue nerunt. Bellum nanq; quod inter Romanos & nos Iudæos fuit, & qui actus ei, quiq; finis acceſſerit, experimẽto ipſe cognoſcens, narrare coactus ſum, propter eos qui veritatem in ipſa conſcriptione corrumpunt. Præſens autem opus aſſumpſi, credens dignum ſtudium etiam Græcis omnibus apparere. Cõtinebit itaque omnem antiquitatem noſtram, & conuerſationis ordinem, ex Hebraicis libris interpretatum. Dudum ſiquidem, cum bella conſcriberem, propoſueram declarare, qui fuerint in initio Iudæi, & quibus ſint vſi fortunis, & per quem legis latorem ſint eruditi, hoc quod ad pietatem aliámque virtutis continentiã noſcitur attinere: & quàm longis pugnantes temporibus, inuiti nouiſſime venerint ad certamina Romanorum. Sed quoniam ingens erat operis eius ordo, & valde perplexus, in ipſo libro diuidens diſponensque principia atque finem, conſcriptionem ipſam abbreuiare tentaui. Tempore nanque procedente, ſecundum illud, quod ſolet accidere grandia cogitãtibus, mihi quoque ſegnities tarditasque ſucceſſit tantam arripiendi materiam, in vſu extraneæ linguæ, & à noſtra conſuetudine peregrinæ. Erant autem qui me hiſtoriæ deſiderio pro rebus talibus inuitarent: & præcipue horum omnium Epaphroditus, vir qui vniuerſas quidem diligeret diſciplinas, maxime autem rerum geſtarum cognitione gauderet, vtique cum & ipſe magnis rebus & multimodis cauſis interfuiſſet: & in omnibus mirabilem naturæ fortitudinem, & immutabilem ſuæ virtutis voluntatem oſtenderet. Huic enim viro ſemper ſui obediens, qui vtiliter & bene agentium cooperator exiſteret: & ne viderer deſidia potius quàm optimo labore gaudere, ad hoc me protinus armaui: illud quoque ſuper ea quæ iam dicta ſunt, non tranſitorie cogitãs: quia per hæc, & de noſtra proſapia aliquid tradere noſtris volui, & Græcis, ſi qui eorum ſcire quæ ſunt noſtra voluerint. Comperi ſiquidem, quomodo Ptolomæorum ſecundus rex, maxime circa diſciplinam & librorum collectionẽ ſtudium habens, in noſtra præcipue lege opus ſuæ largitatis oſtendit, & cõſtituta eius feſtinauit Græca voce transferri. Pontifex vero noſter Eleazarus, nulli virtute ſecundus, non inuidit vt prædictum regem hac vtilitate priuaret: cui omnino forſitan reſtitiſſet, niſi patriæ noſtræ congrueret, vt nihil bonorum eius remaneret occultum, Ideóque mihi ſcilicet ipſi couenire putaui, vt in magnanimitatem pontificis imitarer, & vt regiæ largitati ſimiliter reſponderetur ab eis, qui doctrinæ amatores eſſe noſcuntur. Neque enim ille omnẽ deſcriptionem à trãslatoribus accepit: quando ea tantummodo quæ legis ſunt, hi qui ad explanatio-

Ratio conſcriptæ noſtræ.

Epaphroditus.

Eleazarus.

Quot annorũ historiam Iosephus conscripserit.

nem missi fuerant. Alexandriam, tradiderunt: cum sint alia innumera, quæ per sacras literas indicantur, vtpote quinque milium annorum historia in istis exposita: & diuerse quidem in his continentiæ sunt, multę vero ciuitatum fortunę, & fortia facta dudum, & mutabilitates conuersationum. Quod totum ex ipsa præcipue historia poterit quilibet agnoscere, si eam voluerit lectitare, In qua etiam reperitur, quomodo eis qui propriam voluntatem non sequuntur, & ea quę bene sancita sunt, transcendere non præsumunt, omnia ad terminum fidei tendentia prospere peraguntur: & honoris felicitas præbetur à deo. Quando vero receserunt aliqui ab huius diligentie veritate,, fiunt eis omnia sub inopia, quæ videbãtur in abundantia constituta, & in calamitatẽ importabilem eis vertitur, quicquid quasi bonum agere festinabant. Iam itaque eos qui lecturi sunt hos libros, exoro, vt voluntatem suam deo submittant, & legislatorem nostrum probent, si naturam eius digne considerauit, & semper decẽtes actus virtutis eius exposuit: puram rationem de illo custodiens ab omni, quæ refertur ab alijs, turpitudine fabularum: licet ex longitudine temporum, & ętate vetustiore potuisset multam figmentorum fallacium habere licentiam. Fuit enim ante annos duo milia: in qua longitudine seculi, neque ipsorum deorum generationes poetæ, nisi forte hominum actus aut leges dicere prę sumpserunt. Integritatem videlicet eorum quę à me conscripta sunt, procedens sermo ordine proprio declarabit. Hoc enim me facturum in isto negotio proposui, vt nihil adijciam, nec iterum prætermittam. Quia vero penè omnia ex Moseos legislatoris sapiẽtia apud nos pendere noscũtur, necesse mihi est pauca de illo prædicere, ne qui legentium quærant, cur noster sermo, studium descriptionis habens de dictis & factis, in tantam naturę rationem processerit. Sciendum itaq; quomodo legislator ille omnium rerum, necessarium iudicauit, vt quisquis suam vitam bene gubernaturus, & legem esset alijs posiurus, dei primitus deberet considerare naturã, operaq; eius mente contemplaretur, & eius exemplum imitaretur, & quãtum virtus esset, hunc sequi tẽtaret. Neq; enim vel ipsi legis latori fuit sufficiens mens, dum in ipsius contemplatione deficeret: nec eis qui conscripturi sunt, pro causa virtutis aliquis prosper euentus, erit nisi præ omnibus doceantur, quia pater omnium & dominus deus existens, & vniuersa respiciens, sequentibus se, vitam feliciſſimam præbet: à virtute vero digredientes, maximis calamitatibus subdit. Hoc ergo docere desiderans Moses suos ciues ac populos, legis constitutionem non à iure communi, nec à proprijs placitis inchoauit: sed ad deum & mundi fabricam eorum erigens mentes, & persuadens, quoniam creaturarum terrenarum opus dei præcipuum homines sumus: dum habuisset eos iam ad pietatem obedientes, de rebus reliquis eis facillime persuasit. Alij namq; legislatores, fabulas sequentes, humanorum delictorum confusionem potius in deos suos sacrilego sermone verterunt, & multam malignis peccandi licentiam præbuerunt: noster vero legislator summam virtutem deum habere pronuncians, infudit hominibus eam participari, & eos qui taliter non saperent neq; crederent, iussit ineuitabiliter castigari. Secundum hoc ergo argumentum facere examinationem lecturos exoro. Sic enim considerantibus, nihil irrationabile dictum, nihil ad maiestatem dei atq; clementiam videtur incongruum. Cuncta nanq; circa naturam rerum affectionem consonam habere noscuntur, alia quidem aperto vel simplici modo legislatore tangente, alia vero cum sua honestate allegorice proferẽte. Quæcũq; autem clare dici proderat, hæc manifeste declarauit. Volentibus autem etiam causas rerum singulas considerare, cõtemplatio multa nimis, & valde philosopha reperitur. Quod ego nunc quidem dicere superpono: sed deo nobis tempus præbente, post hoc opus tentabo conscribere. Conuertar autem ad rerum narrationem, reminiscens primitus eorum, quæ de mundi fabrica Moses dixit. Hæc autem in sacris libris comperi ita scripta.

FLAVII IOSEPHI

IVDAEI, HISTORIOGRAPHI VIRI CLARIS. ANtiquitatum Iudaicarum liber Primus.

De creatione cœli & terræ, & operibus ſex dierum, & requie diei ſeptimæ. Cap. I.

N PRINCIPIO creauit deus cœlum & terram. Gene.1. Sed dum terra ad aſpectum non veniret, & profunditate ac tenebris celaretur, & ſpiritus dei deſuper portaretur, deus lumen fieri iuſſit: quo facto, conſiderás omnem materiam, ſeparauit lumen & tenebras. Et alij quidem rei nomen impoſuit noctem: aliud vero vocauit diem: veſpere & mane appellans initium lucis & requiem. Et is quidem eſt primus dies: Moſes autem eum vnum dixit. Et licet ſufficiam cauſam huius rei etiam nunc dicere, tamen quia pollicitus ſum rationem cauſarum ſingularū ſeorſum tradere, ad illud tempus & huius rei interpretationem me neceſſarium eſt differre. Poſt hæc ſecunda die cœlum ſuper omnia collocauit, illudq; ab alijs diſtinguens, in ſemetipſo conſtitutū eſſe præcepit: & ei cryſtallum circunfigens, humidum eum & pluuialem, ad vtilitatem quę ſit ex imbribus terræ, congrue fabricatus eſt. Tertia vero die ſtatuit terram, circa eā mare diffundens. Ipſa vero die repēte virens herba, & ſemina de terra ſunt orta. Quarta autem die ornauit cœlū ſole & luna, alijsq; ſideribus motus eis tribuēs & curſus, quibus horatum diſtinctiōes aperte deſignarētur. Quinta vero die animalia natalia & volatilia, alia quidē in profundo, alia vero in ære eſſe cōſtituit: copulans ea ad cōmunionem atq; permixtionē cauſa ſobolis pro futuræ, & vt eorum natura multiplicari poſſet & creſcere. Sexta vero die creauit quadrupedum genus, maſculum faciens atque fœminam: in qua etiam hominem finxit. Ita ergo mundum cunctum ſex diebus, & omnia quæ in eo ſunt, facta Moſes ait: ſeptima die deum ab operibus manuum ſuarum requieuiſſe dicens. Vnde etiam nos ea die laboribus proprijs vacare dignoſcimur, eum ſabbatum appellantes: quod nomen requiem Hebraica lingua ſignificat.

Dies primus

Dies.2.

Dies.3

Dies.4.

Dies.5

Dies.6

Dies.7

De plaſmatione protoplaſtorum: & plantatione paradiſi: deq; introductiōe Adam & Euę in ipſum. Caput. II.

POſt ſeptimam vero diem cœpit de hominis natura Moſes reddere rationē, ita dicens: Finxit deus hominem, puluerem de terra ſumens, & in eum ſpiritum inſpirauit & animam. Hic autem homo Adam vocatus eſt: quod nomen Hebraica lingua ſignificat rubeus: quoniam conſperſa ruben terra factus eſt. Talis eſt enim virgo tellus & vera. Præſentauit autem deus animalia Adæ ſecūdum genus, fœminam maſculumque demonſtrans: & his nomina impoſuit: quibus etiam nunc vocantur. Videns autem deus Adam non habentem ſocietatem ad fœminam, neq; cohabitationem, cum vtique non eſſet delectatus vt in alijs animalibus quæ copulata videbantur: vna die eo dormiente auferens coſtā eius, finxit ei mulierem, & Adam ſibi coniunctam cognouit de ſe fuiſſe plaſmatam. Iſcha vero Hebraica lingua mulier appellatur. Nomē vero mulieris illius erat Eua: quod ſignificat omnium viuentium matrem. Dicit autem etiam deum plantaſſe ad orientem paradiſum omni germinatione florentem. In hoc enim eſſe & vitæ plantationem, aliamque prudentiæ, qua cognoſceretur quid eſſet bonum, quidue malum: & in hunc hortum introduxiſſe Adam & eius vxorem, præcipientem plantationum eos habere ſolicitudinem. Rigatur autem hic hortus ab vno flumine, circa omnem terram vndique profluente. Hic in quatuor diui-

Gene.2

Adam rubeus interpretatur

Eua mater omnium dicitur

ditur partes: & vni quidem nomen est Phison, quod inundationē significat: eductus in Indiā, pelago late diffunditur: qui Getha nuncupatur à Græcis. Euphrates autem & Tigris in mare rubrum feruntur. Vocatur aūt Euphrates quidē Foras, quod significat dispersionem seu flos. Tigris aūt Diglath, quod indicat acutum aliquid & angustum. Gyon autem per Ægyptum fluens ostendit eum qui nobis ab oriente redditur, quem Græci appellant. Nilum

De quatuor fluminibus paradisi

De transgressione protoplastorū: & eiectione eorum è paradiso. Cap. III.

Genesis. 2. &

Deus igitur Adam & mulierem ex aliis quidē plantationibus gustare præcepit, de prudentiæ vero plantatione voluit abstinere: prædicens, contingentibus ex ea perditionem esse venturam. Et dum illo tempore cuncta animalia concordiarent, serpens cohabitans cum Adam atque muliere, inuidiā habuit, in quibus eos arbitrabatur esse felices, obedientes vtiq; præceptis dei: quos putans per inobedientiam calamitati succumbere, persuasit mala voluntate mulieri, vt de prudentiæ plantatione gustaret, dicens in ea boni maliq; esse cognitionem. Quo facto, beatam eis vitam, & cui nihil diuinæ cognitionis deesset, dicebat accedere. Et seduxit quidem mulierem, vt dei mandata cōtemneret. Quæ cum ex illa plantatione gustasset, & tali epulatione gauderet, etiam Adæ vt vesceretur exinde persuasit. Quo facto, cognouerunt semetipsos esse nudos: confusionemque manifestam habentes, tegumentum sibimet requirebant. Illa nanq; plantatio, causa acuminis erat & intellectus. Foliis ergo fici semetipsos operuerunt: & hęc genitalibus opponentes, videbantur sibi magis esse felices in his, quę prius putabant se difficilius inuenire. Deo autem in hortum veniēte, Adam quidem prius, ne ad eius veniret alloquium, conscius iniquitatis suæ, discessit. Deus itaque intendens quod egerat, causam inquirebat, propter quam prius eius delectaretur alloquio, postea vero refugeret & confunderetur. Illo vero nihil loquēte, eo quod se cognouerat dei transgressum fuisse mandatum, deus ait: Mihi quidem de vobis notum est, quemadmodum felicem vitam, & extra malorum omnium passionem habueritis, nulla solicitudine vestrum animum conturbante: cum vobis sponte ad fruendum, & ad voluptatis abundantiam orirentur vniuersa, me prouidente, virentia sine vestro labore atq; miseria: sed nunc malis præsentibus senectus velox vobis aduenier, & non longa vita succedet: quoniam mihi contumeliam tali voluntate feciſtis, mea mandata pręuaricando. Neq; enim virtutis causa taciturnitate constringeris, sed mala conscientia retineris. Adam vero peccati veniam postulabat: rogabatq; deum ne eum nimis affligeret: & de facto coniugem accusabat, dicens se ab ea seductum deliquisse: quæ rursum de serpēte, qui eam seduxerat, querebatur. Deus autem Adam victum consilio mulieris, pœnæ subiecit: præcipiens terræ, ne quicquam eis sponte proferret, sed laborantibus & operatione contritis, alia quidem fructum redderet, alia negaret. Euam vero partu & conceptionum doloribus castigauit: quoniam Adam, in quibus ipsa fuerat à serpente decepta, seducens, calamitatibus implicauit. Abstulit autem serpenti vocem, iratus eius malignitati, quam gesserat in Adam: & venenum ei sub lingua ponens, quod esset hominibus inimicum, præcepit vt mulier eius capiti plagas inferret: ille vero iacens, hominibus esset aduersus, & interitū facilem eis pro vindicta portaret. Quem etiam pedibus priuauit, vt volutatus in puluere traheretur. Et, deus quidem hæc eos pati præcipiens transmigrauit. Adam & Euam ex horto in aliam regionem.

Seductio mulieris.

Diuina super hominem sententia.

Adam & Eua mulctari.

Serpentis poena.

De interfectione Abel per Cain: & pena qua mulctatus est Cain: deq; duabus columnis lateritia, & lapidea, in quibus conscripserunt filij Adam omnem disciplinam rerum cœlestium, quam per se adinuenerunt. Caput. IIII.

Gene. 4 Cain. Abel.

NAti sunt autem eis filij duo masculi, quorum vnus quidem prior, appellabatur Cain: quod nomen interpretatū significat possessionem. Abel vero secundus, quod significat nihil hoc. Quibus natæ sunt etiā filiæ. Germani siquidem

ſiquidē diuerſis ſtudijs lætabātur: Abel quidē iunior iuſtitiā colebat: & in omnibus quæcunq; gerebat, deum putabat eſſe preſentem, virtutemq; proſpiciebat, cuius conuerſatio erat paſtoralis. Cain autē erat circa alia malignißinius, & ad lucra tantūmodo ſemper intentus. Terram vero primus arare competit, & fratrē huiuſmodi cauſa peremit. Nam cum eis placuiſſet ſacrificare deo. Cain quidem de culturæ generationibus obtulerat fructum: Abel aūt lac, & primogenita gregum. Deus enim hoc potius ſacrificio delectatus eſt, quod ſpontaneis & naturaliter ortis fructibus fuerat honoratus: & nō in illis, quæ ex inuentione hominis auari nata videbātur. Quapropter Cain indignatus, eo quod Abel fuiſſet à deo prepoſitus, fratrē interemit. Quem cum necaſſet, & mortuū occultaſſet, credidit latere cōmiſſum. Deus aūt ſciens quod erat factum, venit ad Cain, de fratre requirēs vbi eſſet, quod eum diebus plurimis non videret, cum cętero tempore illū cum eo conuerſari reſpiceret. Cain aūt hæſitans, nec habens quod deo poſſet dicere, ipſe quoq; ſe prius quod fratrem nō videret, cogitare dicebat. Et cum deus vehementer inſtaret atq; perſeueraret, indignatus ille, non ſe eſſe pædagogū atque cuſtodem eius, nec actorē fratris ſui effectum effatus eſt. Deus vero repente Cain increpauit, interemptorē fratris effectum, & ait: Admiror ſi de fratre neſcis dicere quid factum ſit, quem ipſe peremiſti. Cui tamen ſacrificium celebranti, atq; poſcenti, ne ob hoc iram ſuſciperet, ſæuiorem pœnam homicidij relaxauit, maledictumq; eſſe conſtituit, & eius ſobolem vſq; ad generationem ſeptimā interminatus eſt eſſe puniendā: & ex illa terra eum cum vxore proiecit. Quo formidante. ne beſtijs capiēdus incideret, & eo modo periret, iuſſit vt nihil triſte de tali cogitatione metueret, neque ei propterea mali quicquam per beſtias eueniret: ac per omnē terram eum ſine formidine, ſigno ei impoſito quo notus fieret, abire prēcepit. Multam vero peragrans terram cum ſua vxore Cain, collocatus in loco qui Naida nuncupatur, ibi que moratus eſt, quo ei etiam filij nati ſunt. At vero pœnam illam non habuit pro emendatione, ſed crementū ad libidinē ſuo potius nutriuit in corpore: licet cum iniuria ſecum cōmorantiū hanc haberet, augēs domum multitudine pecuniarum, ex rapinis & violentia congeſtarū: ad luxuriā quoque & latrociniū ſuos familiares inuitans, quorū doctor in ſceleſtis ſtudijs erat. Et ſimplicitatē quidē, cum qua prius viuebāt homines, adinuētione menſurarū & ponderū permutauit: integramq; eorū vitam ex earū rerum ignorātia magnanimē ad calliditatē corruptionēq; perduxit. Terminos terrę primus poſuit, muriſq; muniuit, illicq; coegit ſuos conuenire domeſticos. Hanc vero ciuitatē, ab Henoch ſeniore filio ſuo, Henochiā appellauit. Henoch vero Iared filius fuit, ex quo Mahuiael: cuius fuit filius Nathuſael, qui habuit filiū Lamech: cui fuerunt filij ſeptē & ſeptuaginta, qui ex duabus vxoribus ei iunt nati, Sella & Ada. Horum quidē Iabel, qui fuit de Ada tabernacula fixit, & greges amauit: Iubal cōſanguineus eius exiſtēs, muſicā coluit, & pſalteriū citharamq; laudauit. Tubalcain qui ex altera natus eſt, fortitudine cūctos excellēs, res bellicas decēter exercuit: ex his etiā quę ad libidinē pertinēt corporis enutriuit: ferrariam artē primus inuenit, habuitq; filiā nomine. Naema. Et quoniam res diuinas ſapiēter ſciēs, videbat ſe ſubiacere pœnę Cain ob necē fratris, hoc ſuis vxoribus indicauit. Adhuc autē viuēte Adam, cōtigit Cain ſobolē per ſucceſſionē eſſe nequiſſimā, & aliū alio peiorē exiſtere, qui vtiq; ad bella incontinētes erāt, & ad latrocinia properabāt. Siquis autē eorū ſegnis eſſet ad fundēdū ſanguinē, alijs rebus peſſimis imminebat, cōtumeliā faciēs, & auarus exiſtēs. Adam vero (qui primus de terra factus eſt, & de quo nos exigit narratio adhuc habere ſermonē) Abel quidē extincto, Cain aūt propter necē illius effugato, de filiorū procreatione cogitabat: & vehemēter eum generationis amor habebat agentem annos ducentos & triginta: ſuper quos alteros viuens ſeptingentos, defunctus eſt. Fuerūt ergo ei & alij filij plurimi, inter quos etiā Seth. Sed de alijs quidē lōgū eſt dicere, conabor aūt de Seth narrare tantūmodo. Is nanq; nutritus, & peruenies ad

Abel a fratre occiſus

Menſurarum & ponderum inuētor

Prima ciuitas

Iubal primus muſicam colu

Artis ferrar. inuentor.

Seth

ad ætatem,quę iam posset ea quæ sunt bona discernere,virtuti studuit.Et cum fuisset vir egregius,imitatores sui filios dereliquit:illi aũt omnes cum boni fuissent orti,in eadem terra sine vexatione viuẽtes,felicissime commorati sunt:nihilq; eis vsq; ad vitæ terminum crudele prouenit.Disciplinam vero rerum cœlestium& ornatum earum primitus inuenerunt.Et ne dilaberentur ab hominibus quę ab eis inuenta videbantur,aut antequam ad notitiam venirent,deperirent, cum prædixisset Adam exterminationem rerum omnium,vnam ignis virtute, alteram vero aquarum vi ac multitudine fore venturam,duas facientes columnas,aliam quidem ex lateribus, aliam vero ex lapidibus,in ambabus quę inuenerant conscripserunt:vt & si constructa lateribus exterminaretur ab imbribus lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere:simul & quia laterem aliam posuissent:quæ tamen lapidea permanet hactenus in terra Syria.Et isti quidem septem generationibus permanserunt,deum iudicantes esse dominũ omnium,& ad virtutem semper inspicientes.

Inuẽtores rerum celestium

De inundatione diluuij super terram:& vbi Noe saluatus cum generatione sua per arcam. Caput V

Genes.6

DEinde tẽpore procedẽte de paternis solẽnitatibus ad mala progressi sunt neq; legitimos honores vlterius præbentes deo,neq; circa homines iustitiæ verba facientes:sed zelum quem prius habuerant pro virtute,in duplã malitiã,per ea quæ gerebant,postea demonstrabant.Ob hoc itaq; deum contra se iritauerunt.Nam multi angeli dei mulieribus coeuntes,vitiosos filios genuerunt:qui omne bonum despicientes propter confidẽtiam fortitudinis,similia his qui dicti sunt à Grecis gigantes,perpetrasse traduntur.Noe vero grauiter ferẽs eorum actus,& habens eorum consilia nimis ingrata.agebat vt ad meliora mẽ tẽ eorum actusq; transferret.Cum autẽ videret nõ acquiescentes ad talia,sedvehementer eos malorum libidine detineri:metuens ne ipsum quoq; cum vxore & filijs & suis omnibus interficerẽt,discessit ab ea terra,Deus itaq; Noe quidẽ iustitiã dilexit:condẽnauit autem nõ solum illorum malitiam,sed & omne genus humanũ.Quod dum ei disperdere placuisset,& aliud constituere genus maligni tate priuatum,& minuere hominum vitam,annisq; non quantis prius vixerant, sed vsq; ad centum viginti esse mensuram,tunc aridam conuertit in maria,& sic vniuersi inundatione perierunt.Noe vero liberatus est solus,dicẽte ei domino, vt sibi fabricam ad salutẽ huiusmodi faceret,id est,arcam:quatuor cameras habentem:& longitudinem cubitorum trecẽtorum,quinquaginta vero latitudinẽ, & triginta altitudinẽ:in qua cum matre filiorum, & eorum vxoribus introiuit. Et alia quidem quæ sibi pro solatio vitæ forent necessaria posuit,cunctorumq; animalium ad seruandum genus eorum,masculos simul & fœminas pariter introduxit,aliorum vero animalium numerum septuplum.Erat autem arca parietibus atque cameris fortis,vt ex nulla parte fluctuaret,nec aquę violentiavinceretur.Et Noe quidem cum suis ita saluatus est.Erat aũt & ipse quidem ab Adã decimus,Lamech vero filius,cuius pater fuit Matusalael.Hic autem fuit Henoch,qui fuit Iared:Iared autem Mahelaleel,qui de Cainan natus est,qui fuit Enos cum sororibus plurimis.Enos vero Seth filius fuit,qui natus est ex Adam.

Noe

Diluuii tempus

Contigit autem hæc passio sexcentesimo anno natiuitas Noe, mense secundo, qui à Macedonibus Dios nuncupatur , ab Hebræis autem Marachat . Sic enim in Ægypto annum constituerunt . Moses autem Nisan mensem , qui est Xanticus,primum in festiuitatibus definiuit,in quo ex Ægypto Hebræos eduxit . Hic autem apud eum in cunctis muneribus diuinis valde pollebat, in venditionibus autem & emptionibus , & alia gubernatione , prioris seculi decreta seruauit. Pluuiam vero inchoasse dicit,septima & vicesima die præsentis mensis.Et vsque ad hoc tempus ab Adam,qui primus creatus est , anni fuerunt duo milia , sexcenti quinquagintasex . Quod tempus in sacris libris conscriptum : multa integritate signatum est , vnà cum natiuitatibus insignium

Non ignoret lector,hanc supputationem

insignium virorum,qui tunc fuerunt, simul & terminis. Addæ si quidem,cū esset triginta & ducentorum annoram,Seth filius natus est,qui nongentos & triginta vixit annos.Seth autem centesimo & quinto anno genuit Enos . Qui dū quinq; & nongentis vixisset annis,Cainæ filio suo rerum diligentiam tradidit, quem genuerat anno nonagesimo.Hic vixit annis decē & nongentis.Caina cū vixisset decem & nongentis annis,Mahelaleel filium dereliquit, quem genuit cum esset annorum septuaginta.Iste Mahelaleel cum vixisset quinq; ac nonaginta & octingētis annis,defunctus est. Iared filium derelinquēs,quem genuit cum sexagintaduorum & centum esset annorum.Cui nouem & sexaginta super hæc & nongentis annis viuenti,Henoch filius successit,natus cum sexaginta- super hæc & nōgentis annis viuēti,Henoch filius succesſit,natus cū sexaginta quinq; annis,discessit ad deum.Vnde finis eius non inuenitur esse conscriptus. Matusalael autem Henoch filius,quinto ei & cē tesimo natus anno, Lamech filium habuit,cum esset annorū octoginta septem & centum:cui tradidit principatum,quem ipse tenuerat annis non gentis sexaginta & nouem. Lamech autem cum habuisset principatum annis septingentis & septem,Noe filium suum rerum præceptorem ostendit:qui de Lamech natus est agente annum ætatis secundum & octogesimum & centesimum, quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum extitit prę sul. Isti vero anni qui collecti sunt,tempus quod cōscriptū est prius,compleucrunt.Nullus itaque perscrutetur priscorum fines,quando cū suis filijs,eorumq; auis aut atauis suam quis extendebat ætatem:sed tantum ortum eorum generationis intendat.Igitur decernente deo, & incipiente pluere, aqua cūctis diebus quadraginta ferebatur , ita vt vsque ad quindecim cubitos transcenderet terram:quod propterea factum est,ne plurimos fugæ occasio liberaret.Quiescente autem pluuia,atquæ vix diebus centum & quinquaginta defecere,quasi mense septimo : quo instante paulatim inchoauit latens herba parere . Deinceps dum arca circa summitatem cuiusdam montis in Armenia constituti sedisset , intelligens Noe aperuit eam : & respiciens modicum circa eam,in spe meliori constitutus,tunc quidem siluit. Post paucos vero dies aqua amplius recedentē misit coruum,volens agnoscere , siquid etiam terræ fuisset ab aqua derelictum,& ad egrediendum iam tutum esse videretur. Qui cuncta reperiens inundantia,non regressus est ad Noe.Post septem vero dies columba,quam miserat vt aliquid de terra cognosceret,lutulenta remeante, simul & ramum oliuæ portante,cognoscens terram diluuio liberatam : manensque adhuc alijs septem diebus,&animalia ex arca dimisit,& ipse cum generatione sua simul egressus,sacrificansque deo cum suis epulabatur.Hunc autem locum Armenij egressorium vocant: Illic enim arcæ solutæ reliquias nunc vsque prouinciales ostendunt.Huius vero diluuij & arcæ memoriam faciunt omnes,qui historias barbaricas conscripserunt:quorum est vnus Berosus Chaldæus:narrans enim de diluuio,taliter est effatus: Dicitur autem & nauis eius quæ in Armeniā venit , circa montem Chordieum adhuc aliqua pars esse , & quosdam bitumen exinde tollere,quo maxime homines ad expiationes vtuntur. Meminit autem horum & Hieronymus Aegyptius,qui antiquitatem Phœniciæ noscitur conscripsisse.Sed & Manasseas Damascenus in nonagesimosexto historiarum libro ita de eis dicit,Est & super Miniadam excelsus mons in Armenia,qui Baris appellatur : in quo multos confugientes , fermo est, diluuij tempore liberatos: & quendam simul in arca deuectum,in montis venisse summitatem, ligno rumque reliquias multo tempore conseruatas.Fuit autem iste quem etiam Moses legislator Iudeorum scripsit.

diuersam esse non solum a ueritate Hebraica sed etiam ab editiõe.lxx uerum consentientibus uetustis exemplaribus nos quicq; quam immutare minime esse ausos

Gene.7 & 8 Diluuiū fit super terram. xl diebus

In Armenia arcæ solutæ reliquas ostendi

Manasseas Damascenus

Noe post diluuium oblatis domino hostijs,orat nullam aquarum inundationem vlterius induci super terram. Caput VI

Gene.8 NOe vero metuẽs,ne per annos ſingulos diluuium deus terræ induceret: humanum genus decernens omnino deleri,fana incendens omnia, ſupplicabat de cætero deo pro ſtatu priori: vt nullam vlterius huiuſmodi vaſtationem ſuperinduceret, quo periret omne animalium genus: ſed punitis malis parceret eis,qui propter bonitatem fuerant derelicti,& decreuerunt mala vitare:nam infeliciores ſcilicet eſſent illis. & peiori afflictione damnati,ſi non ſaluarentur ad integrum,ſed magis alteri diluuio ſeruarentur:cum prioris quidẽ terrorem experimentumq; vidiſſent, poſteri vero perditionem nouiſſimam ſuſtinerent:rogabatq; vt eius hoſtias ſuſcipere propitius dignaretur, & nullam iracũdiã ſimilem vlterius terra ſuſciperet:vt eius operibus impinguati, & ciuitates conſtituentes,de cætero vitã poſſent habere felicem, & nullo bonorum quibus ante imbrem adaucti fuerant fraudarentur,ad longam vtiq; ſenectutem,& vitæ longitudinem peruenturi.

Deus annuit precibus Noe, arcum pluuialem deſignans ei in teſtimonium fœderis. Caput VII

Gene.8.& 9 NOe vero has effundente preces,Deus pro iuſtitia virum diligens, annuit, vt eius vota ad finem vſque perduceret:neq; defunctos dicẽs ipſe perdidiſſe,ſed pœnã pro malitia propria pertuliſſe:neq; tales homines,qui ita perderẽtur fuiſſe factos,cum vtique caſtum noſſet eis eſſe principium:neque donaſſe vitam,quę corruptione delectaretur:ſed per quæ contumeliam, inquit,pietatiuirtutiq; fecerunt,per ea quoq; compulerunt me vt pœnam eis hanc inferrem. Ceſſabo nanq; de cætero poſt hanc iram ab eis pro ſuis iniquitatibus pœnas exigere,& multo potius te rogante:& ſi in aliquo amplius aliquando peccauerint, iam non opus erit imbrium magnitudine,neque enim vlterius ita terras aquarigabit. Moneo tamẽ vt ab humana nece omnes abſtineant,& ſint ab homicidio puri:facientes quippe tale aliquid,puniturus ſum, Vtimini vero cunctis animalibus vt vultis,& deſiderium quiſquis habuerit,dominos enim feci vos eſſe omnium terrenorum,& natatilium,& quæcunque volatilem habent motum, & in aere vegetantur,abſtinentes à ſanguine,in quo eſt omnium anima. Deſigno autem vobis futuram requiem arcu meo. Arcus autem dei apud illos iris eſſe putatur. Et deus quidem hæc dicens atque promittens,ſiluit.

Pactum dei cum Noe

Arcus dei, Iris dicitur

De morte Noe,& de filijs eius. Caput VIII

Gene.9 NOe vero cum vixiſſet poſt diluuium trecentis & quinquaginta annis:omne tempus feliciter agens,mortuus eſt anno vitæ ſuæ nongenteſimo quinquageſimo. Nullus autem ad vitam modernam,& annorũ breuitatẽ,quibus nunc viuimus,vitam comparans antiquorum,putet falſa quę de illis ſũt dicta: & eo quod nunc vita tanto non ducatur tempore, credat nequaquam illos ad vitæ illius longitudinem peruenisſe. Illi namq; cum eſſent religioſi,& ab ipſo deo facti,cumq; eis pabula opportuniora ad maius tempus exiſterent præparata,tantorum annorum circulis rite viuebant. Deinde propter virtutes,& glorioſas vtilitates,quas iugiter perſcrutabãtur,id eſt,aſtrologiam, & geometriam deus eis ampliora viuendi ſpatia condonauit:quæ non ediſcere potuiſſent,niſi ſexcentis viuerent annis. Per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Teſtes autem mei dicti ſunt omnes, qui antiquitatem apud Græcos & barbaros conſcribere maluerunt. Nam & Manethon, qui deſcriptionem fecit Ægyptiorum: & Beroſus, qui Chaldaica defloruit: & Mochus & Eſtius ad hæc & Hieronymus Aegyptius,qui Phœniciam diſpoſuerũt.concordant cum meis dictis. Iſiodorus quoq; & Hecatæus, & Hellanicus,& Acuſilaus,& inter hos Ephorus,& Nicolaus,in hiſtorijs ſuis memoriam faciunt antiquorum,annis mille viuentium. De his itaq; ſicut ſingulis gratum eſt,ita conſiderent. Filij autem Noe tres erant. Sem,Cham,& Iaphet:qui ante centum diluuij annos fuerant generati. Hi primum de montibus ad campeſtria deſcenderunt:vt illic haberent habitaculum: & alios, valde metuentes propter diluuium ad campos deſcendere,

Aſtrologiam & geometriã nullus primum ediſcere potuit,niſi qui ſexcentis uixiſſet annis

Gen.10 *Noe filii tres*

descendere,& segniter habentes,ab excelsis locis ad inferiora venire coegerũt: quippe vt eorum fiducię imitatores existerent. Et campus quidem in quo prius habitauerunt,Sẽnaar appellatur. Deo autem iubente eos ad crementum hominum peruenire,dispersi sunt,ne inter se dissensiones efficerent: sed vt multa cõlentes spatia terrarum,abundantia fructuum potirentur. Qui cum essent ineruditi,& deo inobedientes existerent,in calamitatibus incidẽtes,sua grauiter peccata senserunt. Et quia iuuentutis multitudine feruebãt,rursus eos deus à semet ipsis migrare fecit:quoniam non in illius propitiatione putabant se habere bona,sed propriam fortitudinem sibi credebant causam esse diuitiarum. Vnde apposuerũt,vt voluntati dei inobedientes existerent:putantes quod per inuidiam eius ab alterutris migraretur,vt diuisi possent deo facilius subiugari. *Sennaar campus*

De Nemrod filio Cham:& de ædificatione turris,deq; diuisione linguarum. Caput IX.

FEcit autem eos esse elatos ad iniuriam dei atque contemptum Nemrod filius Cham,filij Noe. Qui cum esset audacior & manu fortissimus, suadebat eis vt non deo ascriberent,quia hominibus per illum felicitas eueniret, sed quia hæc eis propria virtute præberetur:& cognatos sui generis ad causam tyrannidis adduxit:solus ipse præsumens homines à dei timore reuocare, & spẽ suam in propria virtute reponere:vlciscig; sese timentes deum putabant, interminantem inferre diluuium terræ. Ob quam rem turrim ædificandam altiorem suadebat,vbi aqua non posset ascendere. Multitudo autem prona erat,vt Nemrod pręceptionibus obedirent:graue putantes seruitium, obsequi deo:& turrim ædificabant:in nullo sua studia deserentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem, & plus quàm sperare quis posset,multis manibus vtiq; fabricata crescebat. Latitudo tamen ita erat fortissima,vt prope eam respicientibus longitudo videretur imminui. Ædificabatur autem ex latere cocto colligato bitumine, ne forte penetraretur,ac dissolueretur aquis. Sic illos insanientes deus intendens,exterminare omnes pariter non decreuit,quoniam nec alijs dudum perditis formidabant:sed discordiam immisit illis diuersarũ linguarum,vt per multas absonasq; voces intellectu carere possent. Locus autem in quo turrim ædificabant, nunc Babylon vocatur:dicta propter confusionem, quam circa elocutionem suam tunc habuerunt. Hebræi namque confusionem Babel appellant. De hac vero turri,diuersisq; vocibus hominum hoc meminit Sibylla,dicens: Cum omnes homines vnius vocis existerent,quidam turrim ædificauerunt excelsam,tanquam ascensuri per eam in cœlum. Dij vero immittentes ventos,euerterunt turrim,& vocem propriam vnicuiq; partiti sunt: & propterea Babyloniam vocari contigit ciuitatem. De campo vero qui vocatur Senaar in regione Babylonis:meminit Estius,ita dicens: Qui vero de sacerdotibus sunt erepti,Iouis sacra sumentes,in Sẽnaar Babylonis venerunt. *Gene.11* *Descriptio turris Babylonica* *Testimonium Sibyllæ*

De dispersione gentium in vniuersas terras post ædificationem turris. Caput X

DIuisi sunt itaq; post hæc diuersitate linguarum,migrationes agentes vbique,& terram apprehendentes vnusquisq; felicem, & ad quam eos deus adduceret:ita vt omnis terra per eos compleretur,mediterranea simul atque maritima. Quidam autem etiam nauibus transeuntes,insulas habitauerũt: vnde aliquæ gẽtes ab institutoribus positas appellationes hactenus seruãt. Quidam vero placita sibi nomina mutauerunt:alij autem, vt in habitatoribus clarius esse visum est,conuersionẽ nominum fecerunt Græci tamen sunt huius rei autores,qui posteris temporibus confortati, etiam antiquorum gloriã propriam effecerunt,& gentes nominibus exornarunt, vt eis sapiens esse videbatur:ornatum vtiq; ponentes eorum reipub,velut à se constitutæ. *Gene.11*

De filijs

De filijs Iaphet filij Noe,& de gentibus quę per eos inſtitutæ ſunt. Cap. XI

Gene.10 FVerunt autem filijs Noe filij,quorum nomina propter honorem gentibus, quas condiderunt,impoſuerunt homines,& terris quas apprehendere potuerunt. Iaphet autem filius Noe habuit filios ſeptem, & habitauerunt iſti regionem à Tauro & Amano montibus incipientem,& pertingentem in Aſiam vſq; ad flumen Tanaim. In Europa vero vſq; terram Gazirorum, cum nullus eorum qui ſupradicti ſunt,ibidem habitator exiſteret,gentes eius diuerſis ſe nominibus appellabant. Qui enim nunc à Græcis Galatæ nuncupantur, olim dicti ſunt Gomeritæ, quos Gomer inſtituit. Magog vero Magogas à ſe nominatos inſtituit:iſti à Græcis Scythę ſunt appellati. Item filiorum Iaphet Madeus & Ianus fuerunt:& ex Madeo quidem ſunt gentes,quæ à Græcis Medi vocantur:de Iano vero omnes Ionij & Helladici deſcēdunt,qui & Græci,vnde & mare Ionicum appellatur. Condidit autem Iobel Iobelos, qui noſtris temporibus Iberes appellantur,qui & Hiſpani,à quibus poſtea Celtiberi nūcupati ſunt. Moga vero primum dicebatur,quę poſtea Cappadocia,nunc autem Cæſarea,à Romanis hoc ſortito vocabulo,id eſt,à Cæſare. Moſochini vero à Moſochim plātati ſunt,qui nunc Cappadoces nuncupantur,quorum antiquę appellationis ſignum oſtenditur. Nam ciuitas eſt apud eos,quæ adhuc Moha dicitur, oſtendēs intelligere volēti,quòd aliquādo omnes gentes regionis ipſius ita vocatæ ſunt. Tiras autem Tireſes appellauit ſuos,quorū princeps fuit:à quibus Græci Thracum nomen cōmutauerunt. Tantæ ſiquidem gentes per Iaphet filios inſtitutæ ſunt Gomer aūt habente tres filios, Aſchenaz quidem Aſchenezæos inſtituit: qui nunc Rhegini vocantur à Græcis. Riphat autem Riphęos,qui ducuntur Paphlagones. Tygran vero Tygraneos,qui Phryges à Græcis ſunt nuncupati. Iano autem Iaphet filio,& ipſo tres habēte filios, Eliſas quidem Eliſeos vocauit eos,quorū princeps fuit, qui nunc ſunt Aeolij. Tharſis vero Tharſos,ſic enim antiquitus Cilicia vocabatur. Tarſos enim apud eos maxima ciuitatū metropolis appellatur, T litera pro O mutata. Cethim autem Cethimam inſulā habuit, quæ nunc dicitur Cyprus:& ab ea omnes inſulę, & maritima loca Cethim Hebraice nominantur. Teſtis enim ſermonis mei eſt vna in Cypro ciuitatum,quę antiquam appellationē valuit retinere. Cythis enim ab his, qui ei Græcum nomen impoſuerunt,vocatur:neq; ſic fugiēs Cethi nomen. Iaphet itaq; filij ſeu nepotes habuere has gentes,quæ forſan nunc ignorantur à Græcis. Hoc ergo prædicens,ad narrationem reuertar eorum,vnde digreſſus ſum. Nomina ſiquidem propter ſcripturæ decorē,Græci ad delectationem legētium mutauerunt. Neq; enim prouinciæ noſtræ eſt huiuſmodi formis vti:ſed licet vnū quidem ſchema, & finis nominum ſit vnus,vltimas tamē nominum ſyllabas aliter illi declināt.

Filii Iaphet gentesq; ex illis ortæ

Nochus Noe namq; apud eos Nochus appellatur:& Abram Abramus:& ſic hæc forma in omni ſchemate cuſtoditur.

Abramus

De filijs Cham filij Noe,& de gentibus per eos inſtitutis. Cap. XII

Gene.10 FIlij vero Cham à prouincia Syria,& Amano & Libano mōtibus cū ętas terras obtinuerunt,quæcunque ad mare ſunt poſitæ:apprehendentes etiam eas quæ vſque ad oceanum ſunt, & proprias facientes appellationes:tamen aliarum quidem omnino perierunt,aliarū vero in alias tranſmutatæ & trans formatæ,nimis ignotæ ſunt. Quatuor enim filijs exiſtentibus Cham,Chuſo quidem nihil nocuit tempus. Nam Aethiopes quorum princeps fuit, hactenus & à ſemetipſis,& ab omnibus Aſianis Chuſæi vocitantur. Seruata vero eſt etiam Meſreis ſecundum appellationem priſca memoria. Ægyptum nanque Meſrim, & Meſræos omnes vocamus Ægyptios. Inſtituit autem & Phut Libyam. Phutos à ſe vocans prouinciales. Eſt autem & fluuius in Mauritania prouincia,qui iſto nomine nuncupatur. Vnde & plurimos Græcorum hiſtoriographorum inuenimus huius fluminis memoriam facientes. & ex adiacenti prouincia,quæ Phuti vocatur,ei nomen impoſitum Mutatum eſt autem nomen quod ei nunc eſt,ab vno filiorum Meſraim,qui Lahabim dictus

Chuſæi

bim dictus est. Post paululũ vero dicemus & causam, pro qua contigit eam Africam nominari. Chananæus vero, quartus existens filius Cham, quæ nunc Iudęa vocatur inhabitans regionem, à se Chananæam appellauit. Fuerunt autem & istis filij: Chusо quidem Saba, ex quo Sabæi: Euila, à quo Euilæi, qui nunc Getuli vocantur: Sabatha vero ex quo Sabatheni, qui nominantur à Græcis Astaba ri. Condidit autem etiam Sabatacha Sabathachenos. Rama vero Ramæos instituit: & duos filios habuit: quorum Iudas quidem Aegyptiacam gentem Hesperiorum inhabitans, Iudæis cognomen suum reliquit: Saba autem Sabathęos. Nemrod autem filius Chusi permanẽs apud Babylonios, tyrannidem exercuit: sicut à me etiam primitus declaratum est. Porrò Nemrod cum essent octo filij, omnem terram à Chaza Ægyptum vsq; tenuerunt. Solius autem Philistijm cognomen prouincia custodit, cuius partem Græci Palestinam appellant. Ex alijs autem, id est, Ludim, & Anamim, & Lahabim, solus Lahabim à se prouinciam Libyam nominauit. Nephtuhim, autẽ & Phetrusim, Chaslohim, Caphthorim, vltra nomina nihil scimus. Bello enim Æthiopico, de quo postea declarabimus eorum ciuitates euersæ sunt. Fuerunt autem & Chanaã filij: Sidon, qui & ciuitatem sui nominis ædificauit in Phœnice. Sidon autem à Græcis appellata est. Amath autem Amatheos instituit, quę etiam nunc est, & à prouincialibus Amathi vocatur: Macedones vero eam Epiphaniam ab vno priscorum vocauerunt. Aradius autem Aradiam insulam habuit: Aracæus autem Arcen, quæ in Libano posita est. De alijs vero septem, id est, Ethæo, Cethæo, Iebusæo, Amorræo, Gergesæo, Euæo, Cinęo, præter nomina in sacris literis nihil habuimus. Hebręi namq; eorum destruxere ciuitates.

Chananæi
Sabæi
Euilæi, Getuli

Noe inebriatus nudatus, irrisus, irrisorem filium maledictioni subdidit: fratribus eius maledictum patris effugientibus. Caput. XIII.

NOe itaq;, post inundationem terra ad propriam reuertente naturam, venit ad operam: & dum vineam in ea plantasset, videns fructum in ea perfectum, vindemiauit: & deducto ad vsum vino sacrificans erat in epulis. Inebriatus autem in sopore resolutus, nudatus q; inhoneste iacebat. Quem cum vidisset iunior filiorum, fratribus irridendum ostendit. Illi vero operuerunt patrẽ. Quod dum Noe sensisset, alijs quidem filijs felicitatem optauit. Cham vero propter cognationem sui non quidem maledixit, sed eius proli: & alijs effugientibus maledictionem, deus Chananæi filios emigrauit: & de his quidem dicemus in reliquis.

Gene. 9.
Not Plantator uineæ

De filijs Sem filij Noe, seu de gentibus per ipsos institutis: & de ortu Abrahæ. Caput. XIIII.

SEm vero tertio Noe filio quinq; fuerunt nati, qui vsq; ad oceanum seorsum habitant Asiam, ab Euphrate facientes initium. Elam siquidem Elamitas, qui Persarum sunt principes dereliquit. Assur autem Ninum instituit ciuitatem, & subiectos sibi Assyrios nominauit, qui fuerunt valde felices. Arphaxad autem, Arphaxadæos nominauit, qui nunc Chaldæi vocantur, cum princeps eorum esset. Aram vero Aramenos instituit, quos Græci Syros appellant. Quos autem nũc Lydos vocant, Lud tunc Ludas nominauit. Aram vero quatuor existentibus filijs, Huz quidem instituit Traconitidem, & Damascum, quæ est media Palestinæ Syrięq; coniuncta: Armeniam vero Vl, Gether Bactrianos, Mes autem Mesanæos, quæ nunc Arax vocatur ab omnibus. Arphaxad autem filius fuit Sala, de quo natus est Heber, à quo Iudæos Hebræos initio vocauerunt. Heber autem lectan genuit & Phaleg, Dictus autem Phaleg, quoniam secundum diuisionem habitationum natus est. Phaleg autem diuisionem Hebræi vocant. Iectan vero qui filius fuit Heber, habuit filios, Helmodad. Saleph, Asarmoth, Iarach, Adurã, Vzal, Decla, Obal, Abimahel, Saba, Ophir, Euila, Iobab, Isti à flumine cophino Indię, & positæ circa eã Syriæ loca quædã inhabitãt: Hæc ita quę de filijs Sem dicta sufficiant. Faciam quoque de Hebræis sermonem. Phaleg enim

Gene. 11.
Ab Heber Hebræi dicuntur.

leg enim filio Heber, fuit filius Reu: huius autē Sarug, de quo Nachor filius generatus est: cuius filius fuit Thare, qui fuit pater Abraham. Hic autem decimus quidem est à Noe. Secundo vero & nonagesimo anno super ducentos post diluuium natus est. Thare enim septuagesimo anno genuit Abraham. Nachor cum esset viginti & octo annorum genuit Thare, De Sarug autem Nachor nascitur circa annum trigesimum secundum, Reu autem Sarug habuit cū esset annorum trigintaduorum. Ijsdem vero annis habuit Phaleg Reu. Heber autem quarto & tricesimo anno genuit Phaleg: natus ipse de Sala annum habente tricesimum: quem Arphaxad genuit quinto & tricesimo anno natus. Sem filius Arphaxad natus est post annos duos facti diluuij. Abraham autem habuit fratres Nachor & Aram. Quorum Aram quidē filio derelicto Lot, & Sara & Melcha filiabus inter Chaldæos, mortuus est in ciuitate chaldæorum, quæ dicitur Hur: & hactenus sepultura eius ostenditur. Duxerunt autem vxores filias fratris sui: Melchā quidem Nachor, Saram vero Abraham. Porro Thare dum odio habuisset terram Chaldeorum propter luctum Aram, migrauerunt omnes in Charran Mesopotamę ciuitatem: vbi etiam Thare morientem sepelierunt, cum vixisset annis ducentis quinq;. Recidebatur enim iam vita hominum, fiebatq; paulatim breuior, vsq; ad generationem Mosi, postquam terminus vitę centum & viginti annorum positus est: hos annos statuente deo, quantos & Mosen quoq; vixisse prouenit. Nachor autē de Melcha octo fuerunt filij, Huz, Buz, Camuel, Cased, Azo, Pheldas, Iedlaph, Bathuel. Isti ergo Nachor filij fuerunt legitimi. Thabach enim & Gaham, & Thabas & Maacha de concubina eius nati sunt. Bathuel autem filio Nachor, nata est Rebecca filia, & filius Laban.

Genealogia Abrahæ

Genealogia Nachor fratris abrahæ Geneſis. 22.

Abraham secundum præceptum domini, de Chaldęa migrat in Chananæum. Cap. XV.

ABraham vero Loth filium fratris sui Aram, vxoris vero suæ Saræ germanum adoptauit, filium legitimum non habens: dimisitque chaldæam cum septuaginta & quinque annorū esset, deo iubente vt migraret in chanaan, in qua etiam habitauit, prolisque suæ eam reliquit: prudens existens, & nimis intelligens in omnibus rebus, & sapiens in his quæ audierat, & de quibuslibet aliquid cogitaret. Propterea & virtute prudentiæ maior alijs fuit: & opinionē, quā de deo tūc cuncti habebāt, innouare & immutare præualuit. Primus itaq; præsumpsit pronunciare, deum creatorē vnū esse cunctorū. Reliqua vero ad felicitatem tendentia, per præceptum præbentis singula quęq; dari, & non propria virtute subsistere confessus est. Hęc vero conijciebat per terræ passionem & maris, & ea quę contingunt circa solem & lunam, & ex omnibus quæ circa cœlum semper eueniunt. Virtute enim eius præsente, & prouidentia ordinationis, eorū cuncta disponi docebat: quibus quicunq; priuarentur, manifesti fierent, quia neque ea quę ad vtilitatem nobis necessaria sunt, sua potestate potuerunt possidere, quæ scilicet secūdum iuuentutis fortitudinem ministrantur, cui bonum est solummodo, honorem & gratiarum tribuere actionem propter quæ chaldæis & alijs Mesopotamitis in eum consurgentibus, migrationem eligens sequi, per voluntatem & adiutorium dei, terram chananæam late possedit: vbi collocatus, altare deo ædificauit, & hostias ei immolauit. Meminit autē patris nostri Abraham Berosus, non quidem nominans eum, sed ita dicens: Post diluuium decima generatione apud chaldæos fuit quidam vir iustus & magnus, in cœlestibus rebus expertus. Hecatæus autem etiam memoriam eius plus aliquid fecit. Librū enim de illo conficiens dereliquit. Nicolaus vero Damascenus in quarto historiarum libro sic ait: Abrahamus regnauit in Damasco, veniens aduena cū exercitu de terra chaldęorum, quę super Babylonem dicitur. Igitur post non multū tempus exurgens etiam de hac regione cum populo suo, terram, quæ tunc chananæa, nunc vero Iudæa dicitur, habitauit, & hi qui de illo multipliciter sunt progeniti: de quibus in alio libro quæ dicenda sunt explanabo. Abraham vero

Geneſis 12 Abraham adoptauit Lot filium fratris sui in filium.

De ſapientia Abrahæ.

Hecataeus Nicola. Damascenus,

vsq;

vsq; nunc in Damascena ciuitate nomẽ habetur in gloria: & vicus ostenditur, qui ab eo dicitur habitatio Abraham.

Abraham fame opprimente Chananęam, Aegyptum ingreditur, vbi dignus & clarus habetur disciplinam arithmeticæ, & astrologiæ, contradens Aegyptijs: à quibus iterum regressus in Chananæam, partitur terram cum Loth cognato suo.

Cap. XVI

FAme vero posteris temporibus apprehendente Chananęam, Abraham Aegyptios viuere feliciter audiens, ad eos proficisci tendebat: vt eorũ abundantia participaretur, & sacerdotum simul auditor esset, & agnosceret quę de dijs exponerent: vt aut meliores inueniens sequeretur, aut eos sua prudentia in ornatum meliorem transponeret: deducens pariter Saram. Metuens autem vesaniam Aegyptiorum circa mulieres, ne rex cum propter vxoris speciem trucidaret, hanc exquisiuit artem, vt se fratrem eius assimularet: sed & illam hoc respondere docens, eo quod sibi prodesse confideret. Qui cum veniisset in Aegyptum, pertulit quod ipse pręuiderat. Tũc enim pulchritudo vxoris eius innotuit. Vnde & Pharao rex Aegyptiorum non contentus his quę de ipsa dicebantur, etiam ipsam inspicere festinauit, arbitratus sibi Saram posse contingere. Sed deus impedinit desiderium eius iniustum, ægritudine scilicet, & tumultu causarum. Cumq; pro liberatione sacrificarent, per iram dei pestem sacerdotes aduenisse significabant, eo quod vxori peregrini iniuriam voluisset inferre. Ille vero pertimescens, interrogauit Saram, vt diceret quę esset, & ille qui eam adduxerat. Qui cum veritatem audisset, excusabat se apud Abraham, dicens: putasse sororem, & non vxorem eius: & festinasse circa eam cognationem sibi facere, & non iniuriæ causa suum desiderium perpetrare. Cui multa quoq; munera condonauit, & vt esset inter sapientissimos Aegyptiorum instituit: virtutemq; eius & gloriam ex hoc esse contigit clariorem. Nam cum essent Aegyptij diuersis moribus complacẽtes, & adinuicẽ leges proprias reprobãtes, & à se etiam propter ea dissidentes: sibimet eos comparans, & vnumquenq; despiciens, verba eorum inania nihilq; verum habentia demonstrabat. Erat igitur in admiratione cunctorum, tanquam vir sapiens: atq; paratus non solum ad intelligendum, sed ad satis faciendum & ad loquendũ quodcũq; docere niteretur. Arithmeticá quoq; eis contulit: & quæ de astrologia sunt, ipse contradidit. Nam ante aduentum Abraham in Ægyptum, hæc Aegyptij penitus ignorabant. A Chaldæis enim hæc plantata noscuntur in Ægypto, vnde etiam peruenisse noscuntur ad Græcos. Et cum veniisset in Chananæam, partitus est terram cum Lot, dum pastores eorum inter se iurgia facerent propter loca pasturæ: electionem tamen atq; conditionem cõcessit Lot. Sumẽs itaq; ipse partem ab eo relictam, habitauit in ciuitate Ebron: quę est antiquior annis septem, ciuitate Ægyptia Prothanide. Lot igitur terram, quę posita est in campo circa Iordanem fluuiũ, habitauit non longe à ciuitate Sodomorum: quæ tunc etiam erat bona, nunc autem probatur exterminata voluntate dei. Quam causam loco proprio designabo.

Genesis 12 & 13

Aegyptiorum incontinentia

Abraham Arithmeticam & astrologiã contulit egyptiis

Separatio abraham a Lot

Sodomitę congressi cum Assyrijs prelio vincuntur: victi captiui abducũtur, cum quibus Lot captiuus abducitur.

Cap. XVII

ILlo nanq; tempore Assyrijs Asiam obtinentibus, reges Sodomitarum valde florebant in diuitijs, & multa virtute: quibus erant reges quinq;, eorum prouinciam gubernantes. Ballas, Balleas, Sinnabaris, Simoborus, & Baliorum rex. Singuli nanque eorum habebant proprium principatum. Aduersum quos congressi Assyrij, & quatuor partes sui exercitus facientes, obsidebant eos. Dux autem erat vnusquisq; suis ordinatus. Commisso autem prælio vincentes Assyrij, tributum imposuerunt regibus Sodomorum. Duodecim siquidem annis isti seruientes, tributum sibimet impositum soluere passi sunt, tertiodecimo autẽ abstinuerunt. Quapropter exercitus Assyriorum super eos aduenit: ducentibus simul exercitum, Amraphelo, Ariocho, Chodolochomorro, Thadallo, Isti nanq;

Genesis 14

De quinq; regibus Sodomitarum

& vniuersam diripuerunt Asiam, & Gigantum sobolem subuerterunt. Qui cum venissent Sodomis, castra posuerunt in valle quæ dicitur putei bituminis. Illo nanq; tempore putei erant in eo loco: nunc autem exterminata ciuitate Sodomorum, vallis illa palus effecta est, quæ dicitur Asphaltitis, id est, bituminalis. De hac itaq; palude rursus non post multa dicemus. Sodomitis autem cum Assyrijs congressis, & forti prælio commisso, multi quidem eorum mortui, reliqui vero captiui sunt ducti: cum quibus & Lot ducebatur, qui venerat ad auxilium Sodomorum.

Palus Asphaltus

Abraham irruēs in Assyrios, Lot & captiuos Sodomitarū eripuit: cui regresso occurrit rex Sodomitarum, & Melchizedech rex Solymorum: deinde accepto promisso diuino de posteritate, genuit Ismael: ipseq; circuncisus est præcipiente domino, & Ismael, totaq; domus eius. Cap. XVIII

Genesis 14 & 15

ABraham autem cum audisset calamitatem eius, timor simul de Lot cognato eius, & misericordia in eum ingressa est, propter Sodomitas, amicos atq; vicinos. Et cum festinaret eis ferre suppetias, non tardauit sed accessit: & quinta nocte irruens super Assyrios circa Dan (sic enim alter Iordanis fons appellatur) & inueniens eos antequam armarentur, alios quidem in lectulis cōsti tutos occidit, qui neque suspectionem cladis haberent: alij vero nondum in soporem conuersi, tamen præ ebrietate pugnare non valentes, effugerunt. Abraham autem persequens eos expulit eos vsq; ad terram Damascenorum: ostendens victoriam non in multitudine, nec in plurimis manibus esse: sed confidentiam pugnatorum, & fortitudinem præualere, contra totius numeri quantitatē. cum trecentis nanq; decem & octo & tribus amicis, tantum exercitum superauit: quicunq; autem hostium effugerunt, inglorij sunt reuersi. Abraham autē captiuos eripiens Sodomitarum, qui capti fuerant ab Assyrijs, cum pace reuersus est. Occurrit autem ei rex Sodomorum ad colloquendum, in loco qui vocatur vallis regia, in via Solymæ ciuitatis. Stuscepitq; eum rex Melchizedec, quod significat rex iustus, & erat vtiq;, & sine dubio talis: ita vt propter hanc causam etiam dei sacerdos esset Solymorum, quam ciuitatem postea Hierosolymam vocauerunt. Ministrauit autē iste Melchizedec Abraham exercitui xenia, & multam abūdantiam rerum opportunarum simul exhibuit, & super epulas eum collaudare cœpit, & benedicere deum, qui ei subdiderat inimicos. Abraham vero dante ei etiam decimas spoliorū, munus accepit. Rex autem Sodomorum prædam quidem de Abraham non poscebat: homines vero qui eius essent, recipere precabatur, quos ab Assyrijs eripuerat. Abraham vero ait, non hoc solum facere: sed nec aliam vtilitatem ex illa se habiturum præda, nisi quæcunq; pro cibo seruorum eius videbantur impensa: partem vero quandam amicis suis fore præbendam, qui cum eo pugnassent: quorum primus Esch ol vocabatur & Aner & Mambre. Laudans autem deus virtutem eius, ait: Non perdes mercedes tuas, dignū est pro talibus actibus te habere gratiam. Et quæ putas fuit retributio mercedis, cum nondum esset qui ei succederet? erat enim adhuc sine filio. Deus & filium ei generandum esse promisit, & multam ex illo sobolem proximamq; stellarum numero profuturam. Et ille quidem hæc audiens, deo sacrificium obtulit, ab eo iussus hoc facere. Erat autem huiusmodi sacrificium: vitula trienni, & capra triennis, & aries similiter triennis, & turtur & columba, quæ diuidi iusserat: auium vero nihil diuisum est. Et antequam cōstitueretur ara alitibus super uolantibus, pro concupiscentia sanguinis, vox affuit diuina, significans malignos proli eius vicinos fore annis quadringentis in Aegypto, in quibus afflicti supererent inimicis: & vincentes bello Chananæos, habituri essent eorum terras & ciuitates. Abrahā autem habitauit circa Luzam, quæ vocatur Ogys. Est autem regio Chananæorum, non longe ab ciuitate Hebron. Et cum grauiter haberet super nō pariente muliere, deprecatus est dominum, vt ei sobolem masculi filij condonaret. Domino autē iubente, vti confideret & pro alijs omnibus bonis,

Melchizedec rex iustus Hierony. ad Euagrium, in hac parte Iosephū refellit

Verba dei ad Abraham

Genesis 16

nibus bonis,in quibus à Meſopotamia eductus fuerat,etiã filios ei promiſit futuros. Tunc Sara præcipiente deo,vnam ancillarum cui nomen erat Agar,Ægyptiam genere,collocauit ei,tanquam ex ea filios habitura. Et dum concepiſſet ancilla,iniuriam facere Saræ pręſumpſit,quaſi rex foret filius,qui ex ea fuerat procreatus. Hanc dum Saræ Abraham pro vindicta tradidiſſet,fugam meditata eſt: & afflictiones non ſuſtinẽs,deprecata eſt deum,vt eius miſeretur,occurritq; per deſertum eunti diuinus angelus, iubens eam ad dominos remeare, & vitam habituram potiorem caſte viuentem. Tunc namq; eo quod in dominã ſuperba ingrataq; fuerat,mala talia pertuliſſe:quæ ſi inobediens eſſet deo,& lõgius abſcederet eam perire dicebat:ſi vero reuerteretur,fieret mater pueri in illa terra poſtea regnaturi. His obediens illa,veniam reuerſa à dominis ſuis impetrauit:& poſt non multum peperit Iſmael:ac ſi quis dicat, deo nobilitatam: eo quod exaudierat dominus preces eius. Abraham itaq; cum ſex eſſet annorũ & octoginta,natus eſt ei quem prędiximus. In nonageſimonono autẽ anno eodem conſtituto apparuit deus,promittens quod filius ei de Sara naſceretur,iuſſitq; vocari Iſaac:ſignificans gentes magnas ex eo futuras,& reges,& qui oppugnantes omnem Chananęam à Sidone vſque ad Aegypti terminos obtineret. Præcepit autem,vt genus quod naſceretur ei,aliis non miſceretur,& ſua genitalia circunciderent,& hoc faciendum octaua die poſt partum. Cauſam vero circũciſionis noſtræ in aliis indicabo. Conſulenti autem Abraham de Iſmaele vtrũ multo tempore viueret,lõgæuum ſignificauit deus,& patrem gentium fore magnarum. Et Abraham quidem in his gratias agens deo,repente circunciſus eſt, & omnes qui apud eũ erant,& puer Iſmael pariter,qui die illa tredecim erat annorum,ipſe vero nouem & nonaginta annos agebat.

Contemptus Agar ancillæ Aegyptiæ in Saran

Etymologia nominis iſmael

Repromiſſio Iſaac Geneſis 17

De Abraham quomodo tres angelos ſuſcepit:& de Lot, qui & ipſe ſuſcepit angelos hoſpitio:& de euerſione Sodomorum:& quomõ vxor Lot cõuerſa eſt in ſtatuam ſalis:& de commixtione filiarum cum patre. Cap. XIX

EOdem ſcilicet tempore,Sodomitę diuitijs& abũdantia pecuniarum elati, hominibus cõtumelias faciebant:& erant impij circa deum, vt nequaquã recordarentur beneficiorum eius:auerſiq; ſunt à ſuſceptione peregrinorũ, & circa eos affectum habere deſtiterunt. Exaſperatus igitur in his deus, diſpoſuit eorum punire ſuperbiam,& ciuitatem eorum ſubuertere, cunctamq; regionem ſimul exterminare:ita vt neque plantatio,neque fructus ex ea vltra conſurgeret. Cumq; hæc Deus de Sodomitis decreuiſſet explere, Abraham reſpiciẽs tres angelos,dum ſederet ad ilicem Mambre circa ianuam domus ſuæ,putaretq; eſſe peregrinos,conſurgẽs amplexatus eſt: & ibidem eos retinens, rogabat quatenus xenia eis impartiretur. Quibus annuentibus,panes repente de ſimila præcepit fieri:& occidens vitulum & aſſans,obtulit eis ſub quercu iacentibus. At illi ei gratias retulerunt. Et cum adhuc comederent,de muliere querebant vbi eſſet Sara. Quo dicente eam intus eſſe,venturos ſe in futurum eſſe dixerunt,& inuenturos eam iam matrem exiſtere. In hoc ergo ſubridente muliere, & impoſſibile ſibi eſſe filium habere dicente,cum ipſa quidem nonaginta eſſet annorum, vir autem eius centum:tunc illi iam non ſe celare continuerunt,ſed pronunciauerunt ſemetipſos angelos dei eſſe:& quia miſſi ſunt, vt vnus ſignificaret de filio,duo vero Sodomitas euerterent. Hæc audiens Abraham doluit ſuper Sodomitis,exurgensq; deũ deprecatus eſt,rogans ne iuſtos & bonos perderet cum malignis. Deo vero dicente,nullum Sodomitarum eſſe bonum,nam ſi inter eos eſſent decem iuſti,omnibus remitteret peccati ſupplicium: Abraham quidem ceſſauit,angeli vero in ciuitatem Sodomam peruenerunt,quos Lot pro ſuſceptione rogabat(cum eſſet valde circa peregrinos humanus, & Abraham benignitate diſcipulus)vt cum illo manerent. Sodomitæ vero reſpicientes iuuenculos, nimio vultus decore præcipuos, & apud Lot eos ſucceſſiſſe cognoſcentes,ad vim & iniuriam eorum pulchritudinis ſunt conuerſi. Lot vero monente vt caſti eſſent,&

Geneſis 18 & 19

De ſuſceptione angelorũ in domo Lot

sent,& ad peregrinorum confusionem nequaquam accederent,sed reuerentiam in eorum successione haberent:quod si ita intemperantes essent, filias suas pro illis concupiscentiæ eorum se dicente præbiturum:neq; sic quicuerunt. Deus autem eorum præsumptionibus indignatus,ipsos quidem excæcauit,ita vt non possent ad ingressum domus accedere:Sodomitarum vero omnem populum pestifera morte damnauit. Lot autem dea dicente futuram Sodomitarum perditionem,ereptus est cum coniuge,duas filias assumens,quæ adhuc virgines erant. Sponsi autem egredi cõtempserunt,consuetudinem hanc verborum Lot esse dicentes. Deus igitur immisit gladium in ciuitatem,eamq; cum habitatoribus concremauit,terramq; simili exterminauit incendio:sicut dudum à me dictum est, cum bellum Iudaicum descripsissem. Vxor autem Lot decedens,cum respiceret sæpius ciuitatem,& eius curam haberet,interdicente deo ne faceret, in statuam salis conuersa dignoscitur. Vidi siquidem eam:hactenus enim manet. Fugit autem ille cum filiabus,in paruulo quodam agro se retinens ab igne liberato, qui locus Segor hactenus appellatur:sic enim Hebræi modicum vocant. Illic autem desolatione hominum,& inopia ciborum afflictus habitabat. Virgines autem omne genus humanum exterminatum existimantes,cuicunque misceri voluerint,licere credebant:hoc vero faciebant,ne deficeret genus humanum. Fuerunt autem filij,de seniore quidem Moab,ac si quis dicat ex patre:iunior autem genuit Ammon,quod nomen significat filius generis. Et instituerunt,alter quidem. Moabitas quorum hactenus magna gẽs est:alter vero Ammonitas:vtraque enim gens est in valle Syriæ. Et Lot quidem huiusmodi esse contigit de Sodomis egressum.

Quomodo Abraham migrauit in Gerara. & Abimelech adamauit Satã vxorem Abrahæ:& de natiuitate Isaac. Cap. XX

Genesis 20

ABrahã vero migrauit in Gerara Palæstinæ, in locũ sororis,Saram habẽs, similia prioribus simulãs pro timore. Metuebat enim Abimelech locorum regem:qui etiam cum adamasset Saran, credens eam se posse corrumpere, propter concupiscentiam in ægritudinem incidit dei voluntate, medicisq; desperantibus consoparatus somnio,ne cõtumeliam faceret vxori peregrini, & aliquantulum leuiatus,amicis exposuit,quod deus ei hanc ægritudinem intulerat pro vltione peregrini,vt eius vxorem sine iniuria conseruaret:quia non sororem eam haberet,sed lege iunctam vxorem,& promisisset se ei præbiturum sospitatem,si pro vxore ille sine timore consisteret. Et cum hæc dixisset. Abraham amicis suadentibus euocauit:nihilq; eum vlterius de coniuge quasi aliquid turpe passura, formidare præcepit deũ eius habere curam dicens,cuius auxilio vxorem suam permanentem sine iniuria reputaret. Deo enim protestante,conscientiaq; mulieris,dicebat neque eam ab initio se appetisse,si esse eã sciisset vxorem, sed tãquàm pro sorore seductum:rogabàt,que vt mitis circa eum esset, & deum ei propitium faceret:& si apud eum manere vellet,omnem ei vbertatem conferret:volenti vero discedere,danda munera rerum omnium,quibus ad eum indigens aduenisset. Hæc illo dicente,Abraham non de cognatione mulieris mentitum se esse dicebat,fratris eam filiam esse referens:& eo quod præter hoc figmentum aduentum suum non fuisse securum arbitraretur:nec esse suam culpam in illius ægritudine prædicabat:& debere regem habere de salute fiduciam, paratumq; se manere apud eum esse dicebat. Abimelech itaque & terram ei distribuit & pecunias:constitueruntq; inter se,vt sine dolo conuersarentur, facientes ad quendam putcum fœdus,quem Bersabeæ vocant,quod fœdus putei poterit dici:sic enim hactenus à prouincialibus nominatur. Post non multum vero tem poris natus est Abraham filius de Sara,sicut fuerat ei à deo prædictũ, quem nominauit Isaac:hoc autẽ significat risum. Nã eo quod Sara riserat,dicente deo quod pareret,nec iã speraret præ senectute partum,ideo filius ita vocatur. Hęc itaq; annos tunc agebat nonaginta. Abraham vero centum. Natus est ergo filius vtroq;

Excusatio Abimelech pro Sara

Fœdus putei

Genesis 21

Post octo dies

lius vtroq; ſene, quem repente poſt octo dies circunciderunt. Et ex illo poſt totidē dies mos eſt Iudęorum, circunciſiones efficere: Abraham autem poſt annos tredecim, eo quod Iſmael, qui gentem eorū inſtituit, filius Abrahæ de concubina, hoc fuerit tempore circunciſus: De quo certiſſime omne tempus exponam.

ſit circunciſio Iudeorū, Arabum poſt tredecim annos

Quomodo Abraham monente Sara: & præcipiente domino amiſit à ſe Agar cum filio Iſmaele. Cap. XXI

SAra natum Iſmaelem de Agar ancilla primitus diligebat, nihil fauoris in eo imminuēs: quem vtiq; quaſi proprium filium, & principatus nutriebat hæredem Iſaac autem filio procreato, non dignabatur eum nutrire cum Iſmaele, cum ſenior eſſet eumq; poſſet opprimere patre moriente. Suadebat ergo Abrahæ, vt eum in aliam regionem cum matre tranſmitteret. Ille vero initio quidem non appoſuit voluntatem ad ea quę Sara fieri feſtinabat: crudele nimis arbitratus, paruulū filium & mulierem neceſſarijs egentem abijcere. Poſtea vero cū deo placuiſſet, ad ea quę prȩcipiebat Sara conſentiens, matri tradidit Iſmaelem, qui nondum à ſe poterat gubernari: & aquam in vtre & panem ferentem, iuſſit abite quo itineris neceſſitas imperaret. Dum ergo abeunti neceſſaria defeciſſent, erat in malis, cum eſſet aquatio difficilis: & exponens puerum ſub quadam arbore animam protrahentem, ne ea præſente deficeret, procul abſceſſit. Ad quam veniens diuinus engelus, dixit ei ad eſſe fontem: & monuit, vt prouideret ac infantulum recrearet, dicens grandia ei eſſe conferenda de pueri ſoſpitate. Illa confidens de promiſſionibus, & ſtudens alere puerum adhibendo curam, declinauit ęrumnas, Cum vero ad virilē puer peruenisſet ætatem, vxor ei coniuncta eſt Aegyptia genere, vnde etiam ipſa antiquitus fuerat oriunda, de qua filij Iſmaeli nati ſunt duodecim, Nabaioth, Cedarus. Abdielus, Mabſam, Maſmaus, Dumaus, Maſaus, Adadus, Themaus, Ieturus, Naphiſus, Cedmas. Iſti nanq; omnem terram ab Euphrate vſq; ad mare rubrum poſitam tenuerūt, Nabathæam prouinciam nominantes. Sunt autem iſti, qui gentem Arabicā ſecundum tribus ab eis vocant, & propter virtutem eorum, & propter Abrahæ dignitatem. Iſaac autem filium ſuum pater Abraham nimium diligebat, cū eſſet vnigenitus, eiq; à deo pro munere & in ſenectute cōceſſus. Prouocabat enim ad fauorem amoremq; ſuum potius parentes & ipſe puer, eo quòd omni virtuti ſtuderet, & parentum haberet ſolicitudinem & affectum circa dei religionem.

Geneſis 21

Geneſis 25

Abraham accepit à domino de immolatione Iſaac. Caput XXII

Geneſis 22

ABraham autem cum felicitatem ſuam filio legitimo relicturus eſſet, morti vicinus hoc voluntate dei promeruit. Qui tentare volens religionē eius apparuit ei: & cuncta quæ præſtitiſſet ei dinumerans, & quomodo hoſtibus ſuperior fuiſſet effectus, & præſentem felicitatem eius ſtudio percepiſſet, & Iſaac filium habuiſſet, eundem filium eius ſibi ſacra immolatione præcepit offerri, in monte nomine Moraim eleuatum, ara ibidem collocata: ſic enim apparituram eius religionem, ſi etiam ſaluti filij præponeret quod deo placeret. Abraham autem in nullo iuſtum eſſe decernēs non obediri deo, ſed cunctos ei miniſtrare debere, tanquam eius prouidentia omnes viuant quibus ipſe eſt propitius, celans coniugem dei præceptum, & quam ipſe habuiſſet de cæde voluntatem: ſed neq; ſeruorum cuiquam hoc palam faciens, ne forte deo parere prohiberetur: ſumēs Iſaac cum duobus ſeruis, & quæ erant ad ſacrificium neceſſaria imponens aſino, iuit ad montem. & duobus quidem diebus iter cum eo ſerui fecerunt. tertia vero, cum iam circa locum montis eſſent, reliquens in campo reliquos qui cum eo erant, cum ſolo filio venit ad montem: in quo templum poſtea rex Dauid collocauit. Portabant autem ſecum cætera, quæ erant ſacrificio neceſſaria præter victimam. Iſaac vero cum eſſet quinque & viginti annorum, altari conſtructo interrogabat quid eſſet ſacrificaturus pater cum victima non adeſſet. Ille autem dicebat, deum ad prębendum hoc idoneum: qui etiam ea quæ non ſunt, abundanter hominibus condonaret: & ea quæ ſunt, ab his qui in ſemetipſis cōfiderent,

Obedientia Abrahæ

Allocutio Abrahæ ad filium Isaac

siderēt,posset auferre:daturum ergo & illi victimam,si propitius ad sacrificium suum dignaretur accedere:Dum ergo altare fuisset constructum, & ligna super posita,& omnia parata,dicit ad filium:O puer,quem innumeris votis optaui à deo mihi cōferri:& dum peruenisses ad vitam,nihil est quod pro alimento tuo non feci:neq; me feliciorem magis arbitrabar, nisi cum te viderem ad virilem ætatem peruenisse,& moriens successorem mei principatus relinquere cōgaudebam:quia dei volūtate tuus pater sum factus,denuo secundum eius placitum te repono:hanc fortiter porta dicationem.Deo nanq; te cædo,qui hunc honorem à nobis dignatur accipere,eo quod placidus mihi fuit,&per omnia suffragator. Natus ergo feliciter morere, non communi modo hanc vitam egrediens: sed à patre proprio oblatus deo patri cunctorū,ob legitimum sacrificium. Reor enim quia te iudicauerit dignum nec ægritudine,nec bello, nec alia qualibet passione,quæ solent hominibus accidere, ex hac vita liberare: sed cum oblationibus & sacrificijs animam tuam suscipere,&apud se nihilominus obtinere.eritq; mei de cætero curam habens,senectutemque regens, qua gratia te maxime nutriebam:hæc mihi deo scilicet pro te præbituro. Isaac autem habens patrem valde fortissimum,sapientiaque delectatus, & libentissime sermones eius accipiens, ait:Quia neque iustum esset, vt initio nasceretur,si & dei & patris iudicium esset refutaturus, aut non se monstraret amborum voluntatibus præparatum, quando licet solo patri hæc volenti facere, si non obediret esset iniustum. Hoc dicens accessit ad altare,pariter & ad cædem. Sed opus infirmatum est,deo offerente impedimentum. Inclamauit enim Abraham nominatim deus, suspendens eum à filij nece:Non enim quasi sanguinem desideraret humanum,cędem filij se ei imperasse dicebat,neq; cuius patrem eū fecerat,hunc ei auferre cum tā ta impietate poscebat:sed eius mentem se probare velle,si etiam talia iussus facere obaudiret.Cognoscens vero eius obedientiam,& excellentiā religionis intendēs,delectari quidē se in his quę prębuerat ei,nec vnquā fraudandū eū omni cura dicebat:& genus eius honorandū,futurumq; filiū eius longæuum,feliciterq; victurum in omnibus bonis,prębiturumque se eius soboli magnum principatum:prædicebatque genus eorum & multis gentibus & diuitijs esse constituendum,& memoriam sempiternam generis eius principibus affuturam:Chananeāq; terram armis esse possessuros,& exemplum boni futuros cunctis hominibus.Hęc cum dixisset deus,arietem ex improuiso produxit eis ad sacrificium, Illi vero præter spem semetipsos amplexantes,quippe qui bonorum talium promissiones audirēt,osculabantur alterutrum:& sacrificio celebrato, reuersi sunt ad Saram:feliciterq; degebant,cuncta quæ vellent eis præbente deo.

Constantia Isaac

De morte Saræ,& sepultura ipsius,post cuius mortem Abrahā accepit Ceturam vxorem. Caput XXXIII

Gene.23

ET Sara quidem non multo post tempore defuncta est, cum vixisset annis centum viginti & septem:sepultaq; est in Hebron permittentibus Chananæis, sepulchrumque eius duplex factum est: Abraham emente agrum siclis quadringentis à quodam Ephron de Hebron: & sepulchra sibi Abraham & eius soboles constituerunt. Post hæc autē Abraham duxit vxorem nomine Ceturam,ex qua ei sex filij nati sūt, & ad labores validi,& ad sapiētiā cauti:Zamran, Iexan,Madam,Madian,Iesboc,& Sue.nati sunt autem etiam his filij: & Iexan quidem Saba fuit & Dadan. Huic vero fuerunt Assurim & Lasurim, & Laumim. Madian autem habuit Epha, & Apher, Henoch,& Abida, & Eldaa. His omnibus filijs filiorumque natis Abraham ex proprijs dona præbuit:qui & Troglodyticam apprehenderunt, & Felicem Arabiam, in quantum ad mare rubrum pertingit.Dicitur autem quod dum Apher castra fixisset in Libya,& filiorum eius filij habitassent in ea,terram illam ex illius nomine Aphricam vocauerunt. Testatur autem meo sermoni Alexander, qui dicitur Polyhistor,sic dicens:Cleodemus autem propheta,qui & Malchus,scribens

Sara moritur

Gene.25

Alexander dictus polyhistor

historiam

hiſtoriam Iudæorum,ſicut etiam Moſes legiſlator eorum retulit,ait,quia de Çe tura Abrahę multi filij fuerunt. Dicit autem eorum etiam nomina tria, Apheran Surim & Iaphran. & de Surin quidem Aſſyriam nuncupatã: ex duobus autem reliquis Iaphran & Apheran,ciuitatẽ Abran & prouinciam Aphricam nominatam,his etiam auxiliũ præbuiſſe Herculem in Libya,& duxiſſe vxorem filiam Iaphran nomine Hecæam,& genuiſſe ex ea Dodorim filiũ,cuius fuit filius Sophon: ex quo barbari Sophaci nominantur.

Quomodo Iſaac quadragenarius duxit vxorem Rebeccam. Cap. XXIIII

ISaac autem circa quadraginta annos iam cõſtituto,pater Abraham vt vxor duceretur ei Rebecca,quæ fuit fratris eius Nachor neptis,filia Bathuelis, ſeniorem ſeruorum ſuorum miſit ad deſponſandam eam,magnis fidei ſacramẽtis obſtrictum,quæ hoc modo faciebant: Sub femore manum mittentes: deinde inuocantes deum teſtem omnium futurorum. Miſit autem & munera ibidem commanentibus, quæ apud illos eſſent rariora,aut nec omnino in illa regione reperirentur. Quj multo tempore vadens,eo quod ſit iter agentibus dira Meſopotamia,hyeme quidem propter luti profunditatẽ,æſtate autem propter aquæ defectionem,inſuper etiam latronibus ibidem commorantibus , quos defugere non eſſet facile, niſi prouidentia viatoribus inhæreret: venit in ciuitatem Carrenorum. Cum ergo eſſet in ſuburbanis,virgines vidit plures euntes ad aquam: orauitq; deum vt Rebecca,ob quam deſpõſandam filio eum miſerat Abraham, ſi ſecundum voluntatem eius eſſent nuptiæ celebrandę,inter illas inueniretur: & ita cognoſceretur,vt alijs aquam poſcenti negantibus,illa præberet . Et ille quidem hanc habens voluntatem,venit ad puteum: rogauitq; virgines vt potum ei præberent. Illis autem auertentibus ſe,dicentibusq; aquam domum portare, & non præbere illi,quæ vtiq; difficile poſſet hauriri,vna ex illis omnibus increpans eas pro peregrino,quaſi non eſſet hominibus ad illas aliquando cõmunio, quæ neq; aquam participarent egeno,ſola ei prębuit abundanter,Ille autem inſpem rerum omnium veniens,inſuper volens cognoſcere veritatem , laudabat eius benignitatem atque nobilitatem,quia etiam cum ſuo labore egentibus ſufficientiam præbere minime declinaſſet: Interrogabat autem de quibus parentibus eſſet , optauitq; quod illi foret gratiſſimum,vt in domum viri boni veniret,filios ei paritura germanos. Illa vero neque hæc inuidit volenti cognoſcere,ſed & genus indicauit: & Rebecca,inquit , ego dicor: pater autem Bathuel fuit,ſed ille quidem iam defunctus eſt: Laban vero frater noſter eſt,qui & domui proſpicit ſimul & matri,& illæ meę virginitatis ſolicitudinem gerit . Ille igitur gaudebat in his quæ facta fuerant atque dicta,Deum ita videns ſuo itineri clare proſpicere: & proferens redimiculum,& alia pariter ornamenta,quibus virginis decet vti,dedit puellæ,vt ei cauſa poculi hæc retributio foret & honor: iuſtum eſſe dicens,vt talia mereretur,quę fuerit bona pręter virgines vniuerſas. Poſcebat autem apud eos ſuccedere,quando ad eam integrius aliter peruenire nequiret,cum iam nox vtique ſupereſſet. Portabatq; ornamenta muliebria valde precioſa: æſtimans nihil eſſe cautius,quàm quibus iam videbatur expertus. & conjcere ex ea & matris & fratris eius clementiã: & quia nihil in eorum eſſet virtute difficile,neque ſe eos grauaturum: ſed mercedem peregrinationis præbiturum,& proprijs impenſis vſurum eſſe dicebat. Illa vero de parentum quidem ſuorum clementia recte eum aſſeruit arbitratum: culpauit autem pro mercedis verbo,cum eſſet vtique omnia ſine mercedibus habiturus. Sed vt nunciaret prius Laban fratri,quo permittente accerſendũ eſſe dicebat . Cum ergo factum hoc fuiſſet,peregrinus adductus eſt : & camelos quidem ſumentes Laban famuli eis diligentiam adhibebant: ipſe vero cœnaturus ingrediebatur cum eo, & poſt cœnam ad eum matremq; puellæ locutus eſt,dicens: Abraham Thare quidem eſt filius , veſter autem cognatus . Nachor enim horum ŏ mulier puerorum auus , frater Abrahę fuit ex eodem patre vel matre: is ergo miſit ad

Geneſis.24.

Oratio ſerui

sit ad vos, petens hanc puellam vxorem filio suo esse iungendam, qui legitimus
Abrahe pro Rebecca est ei solus in omnibus bonis enutritus: cui possibile quidem fuit, felicissimam ex inde mulierem ei copulare, sed noluit. Honorans autē genus, nuptias postulat, cuius studium ac voluntatem nolite contēnere. Dei enim voluntate & alia quidem pariter mihi prospera contigerunt, & puellam citiuś & vestram inueni domum. Dum enim essem proximus ciuitati, virgines videns plurimas venientes ad puteum, orani, vt in istam inciderem, quod scilicet factum est. Nuptias ergo diuina prouidentia dispositas vos quoq; firmate. Illi vero per ea quæ eis fuerant secunde collata, dispositionem diuine volūtatis intellexerunt, miseruntq;, sicut petebat, virginem, quam duxit Isaac potitus omnium rerum Abrahę. Nā qui nati fuerant de Cetura, exinde migrauerunt.

Abraham moritur, & sepelitur in Hebron cum Sara vxore sua. Cap. XXV.

Gene. 25. POst paululum vero temporis mortuus est etiam Abrahā, vir quidem omni virtute summus, & digne à deo pro studio, quod circa eū habuerat, honoratus. Vixit autē omne tempus suū annis centum septuaginta quinq;, & in Hebron cum Sara coniuge à filijs suis Isaac & Ismaele sepultus est.

De partu Rebeccę: & quomodo Isaac peregrinatus est in Gęraris tempore famis: & quia cum senuisset, & caligarent oculi eius, benedixit Iacob cum putaret se benedicere Esau. Caput. XXVI.

Geneſis. 25. POrrò post mortem Abrahā concepit vxor Isaac: cuius vētre nimis intumescente, hęsitans consuluit dominum, respōditq; geminos parituram fore Rebeccam, & in omnibus eos gentibus esse nominandos: maioris autem primatum esse minuendū. Peperit ergo paulatim secundū diuinum eloquium geminos filios: quorū senior quidem (vt credimus) à capite vsq; ad pedes erat hirsutus vehementer, quem iunior præcedentem tenebat à planta. Diligebat autem pater quidem seniorem qui vocabatur Esau, secūdum etymologiam pilorum. Hebręi nanq; capillaturam Seiron dicūt. Iacob autem iunior charus erat genitrici. Fame vero superueniente, dū Isaac placuisset vt iret in Ægyptū, vbertuosam valde prouinciā, pergebat in Geraris deo præcipiente. Hūc suscepit rex Abimelech pro muneribus & amicitijs Abraham. Et cū multo circa eum fauore fuisset vsus initio, in hoc permanere semper inuidia faciente prohibitus est. Videns nanque deum Isaac esse præsentem, & tanto eum studio fouentem, expulit eum. Ille vero huiusmodi inuidia tentatus per Abimelech, tunc quidem discessit in agrum
Geneſis. 26 qui dicitur Pharan, id est, conuallis, nō longe à Geraris vbi cum foderet puteū,
Abimelech rex, Isaac per inuidiam expulit irruentes pastores in lite congressi sunt, prohibentes illud opus impleri: quo nolente contendere, præualuisse videbantur. Discedens autem alium fodiebat. Et vim facientibus alijs quibusdam Abimelech pastoribus, etiam hunc relinquens abscessit, expectans bonæ voluntatis gratiorem licentiam. Quod dum sponte ei fuisset concessum, vt puteum sine prohibitione foderet. Roboth puteum appellauit, quod nomē significat spatiosum. Priorum vero alium quidem Eschon appellauit, quod potest dici litigium: alium vero Sitennam, quod nomē significat inimicitias. Isaac itaq; rerū magnitudine fortitudineq; pullulabat. Abimelech autem contra se crescere putans Isaac, propter hoc quod cum eo degens ex incertis inimicitijs egerat: metuens ne prior amicitia nihil ei prodesset, cōuerso Isaac
Rhoboth Eschon Sitenna ad vltionem eorum quæ videbatur esse perpessus, amicitias rursus cum eo firmauit: & vnum ducum suorum nomine Phicholum ob hoc destinauit. Et cū omnia quæ poposcerat Abimelech meruisset propter Isaac bonitatem, qui recenti iracundiæ priscam gratiam in se inq; patrem suum habitam præposuerat, tulit eum in propria. Isaac vero filius Esau, circa quem maximū pater habebat affectum. cū esset annorū quadraginta, duxit vxores, Ada Elomis filiam, & Olibema Sebegonis, virorum inter chananęos valde potentium, semetipsum faciens dominum in potestate nuptiarum, neq; patris consilium sumens, quia nec permisisset
De uxoribus Esau Isaac, si in eius voluntate iaceret. Non enim libenter habebat, ad prouinciales

suam

ſuam copulare cognationem. Nolens autem moleſtus eſſe filio, vt iuberet eum abſtinere à mulieribus, tacere decreuit. Cum ſenex autem eſſet, & aſpectum penitus non haberet, euocans Eſau, & ſenectutem indicans, quia & propter cæcitatem & paſſionem viſus, impedimẽtum ei iam eſſet deo ſeruire, iuſſit eum egredi ad venandum: vt dum caperet quodcunque potuiſſet, præpararet ei ad cœnam, poſtq; domino ſupplicaret, vt auxiliator ei in omni vita & cooperator exiſteret: incertum eſſe dicens, quando etiam moreretur: & ante hoc ſe ei præbiturum, vt deum propitium eius orationibus habere mereretur. Et Eſau quidem ad venationem egreſſus eſt. Rebecca vero deum pro fauore Iacob rogabat, & præter Iſaac voluntatem, iuſſit eum hœdos occidere, cœnamq; præparare. Iacob autẽ miniſtrabat matri, ei ſemper obediens. Cum vero fuiſſet cœna parata, hœdi pelle brachia conuoluit Iacob, vt pater propter pilos eſſe credere Eſau, Nam cum in omnibus alijs aſſimilarentur, eo quod eſſent gemini, in hoc tantummodo differebant: trepidusq; Iacob, ne antequam fierent orationes, repertus in hac calliditate, patrem vt contraria faceret iritaret, proferebat patri cœnem. Iſaac vero ſentiens vocem Iacob, proprio eum nomine vocitabat. Illo autem brachiũ porrigente, cui pellem circundederat hœdi, cõtingens eum Iſaac ait: Voce quidem Iacob proximus, ſecundum pilorum vero profunditatem Eſau mihi eſſe videris. Nihilq; ſuſpicans mali, cum cœnaſſet, conuerſus eſt ad orationem & dei preces Domine, inquit, omnium ſeculorũ, & creator vniuerſæ ſubſtantiæ, tu patri meo magnificam fortitudinem conceſſiſti bonorum, & me dignũ preſentibus effeciſti rebus, & ex me procedentibus promiſiſti adiutorem, & propitium, & datorẽ ſemper eſſe meliorum. Hęc ergo confirma, & me noli deſpicere propter præſentẽ neceſſitatẽ, propter quã & præcipue te depoſco: & hunc filium propitius ſerua mihi & ab omni malo ſemper ſine paſſione cuſtodi: dans ei felicem vitam. poſſeſſionemque bonorum, quorumcunque tibi præbere poteſtas eſt. Fac autem eum metuendum inimicis, amicis honorabilem atque gratiſſimum. Et ille quidem arbitratus pro Eſau ſe orationes facere, rogabat deum. Mox enim vt ceſſauit, à venatione *affuit Eſau*. Iſaac autem ſentiens quod egerat, quieſcebat. Eſau vero petebat ſimilia, quæ fratri fuerant iam collata. Patre vero negãte, eo quod omnes in Iacob fuiſſent orationes expenſæ, luctum agebat, quod eſſet oratione fruſtratus eiusque lachrymis afflictus pater, eo quod circa venationẽ & fortitudinem corporis eſſet aptus, in armis & omnibus operibus Eſau probabilẽ fore dicebat: eumq; fructum earum rerum, & gloriam ſempiternam, etiam genus quod ab eo deſcenderet, habiturum: fratri vero eſſe ſeruiturum.

De uenatione Eſau

Iacob & Eſau.

Oratio Iſaac ſuper Iacob

Iacob timens fratrem fugit ad Laban, vbi filias eius duxit vxores, cum ancillis earum: ex quibus filios. 12. genuit, & vnam filiam: quaviolata à Sichem filio Emmor regis Sicimorum, indignati fratres eius, vniuerſos oppidanos contrucidarunt. *Geneſis. 28*

Caput. XXVII.

IAcob autem metuentem fratrem, vlciſci ſe in eo volentem, pro eo quod in illo deliquerat, mater eripuit. Marito autem hæc perſuaſit, vt Iacob de Meſopotamia cognatam ſuam daret vxorem: cum iam Iſmaelis patrui filiam Baſemath Eſau coniugem accepiſſet. Non enim erant deuoti Chananæi circa Iſaac, in prioribus eius bellis valde grauati, cum Barematim cepiſſet, circa quam præcipue laborauerat. Iacob autem in Meſopotamiam miſſus à matre propter nuptias filiæ Laban eius germani, permittẽte Iſaac nuptias celebrari, eo quod ei fuiſſet vxoris conſilio perſuaſum, per Chananęam properabat: & propter odium prouincialium, apud nullum ſuccedere voluit: ſed ſub diuo iacebat, caput ſuum lapidibus ſubditis ſuperponens: ibique per ſomnium vidit huiuſcemodi viſionem. Aſtitiſſe ſcilicet ſibi ſcalam, à terra pertingentem ad cœlum, & per eam deſcendentes figuras, honeſtiorem naturam habentes quàm homines, & ad vltimum ſuper eam deum manifeſte ſibimet apparentem, nominatimque vocantem, & huiuſmodi verba facientem: Iacob cum patris boni

Iacob ſubdio quieſcit Scala Iacob

Verba dei ad Iacob

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tris boni ſis filius, & aui qui gloriã magnę virtutis inuenit, fatigari te in prę ſentibus non oportet, ſed ſperare meliora: etenim opulentiſſima tibi maximorũ bonorum meo ſolatio erit vbiq; prę ſentia. Abraham itaque ex Meſopotamia huc ego deduxi à cognatis expulſum, & patrem tuum cunctis felicem oſtendi, quorum nõ minorem partem in te quoq; reponam. Cõfidens ergo & hoc itinere tuo proficiſcere, me dirigente ſecurus. Impetrabis enim nuptias, ad quas valde feſtinas: eruntq; tibi filij boni, quorum multitudo numero maior erit, & potiores filio: derelinquent, quibus ego huius terræ potentiam condonabo, eorumq; filijs, qui replebunt omnem quam ſol reſpicit terram, ſimul & maria. Sed neque vllũ periculum timeas, nec laborum multitudinem metuas, me prouidente omnia, quę tibi conferenda ſunt & in præſentibus, & multo magis in poſteris. Hæc ita que deus Iacob prędixit: ille vero lętus effectus in his quę viderat, fuerantq; promiſſa, clarificauit illos lapides: quippe cum tantorum bonorũ factum ei fuiſſet illic alloquium votumq; fecit, immolaturum ſe ſuper eos, ſi acquirens vitam impaſſibilem remearet: ideoq; promiſſum exoluit denuo remeãs. Nã & ipſum agrũ honorandum eſſe decreuit: eiq; Bethel nomen impoſuit, quod diuinas diuitias latina lingua ſignificat. Procedens autem ad Meſopotamiã, longo tempore peruenit in Carran: paſtoresq; in ſuburbanis inueniens, & pueros aduleſcentulos & virgines, ad quẽdam puteum aquam haurituros. morabatur cum eis potum quærens, & verba cum eis habens, percontabaturq; ab eis, ſi noſſent quendam. Laban adhuc ſupereſſe apud ſe. Illi vero omnes ſe noſſe dixerunt, talemque eſſe virum qui ignorari non poſſit: eiuſque filiam vnam cum eis paſcere gregem, quã mirabantur non eſſe præſentem, dicentes ei: Ab ipſa integrius poteris agnoſcere, quæcunque de illo audire deſideras. Hæc itaque illis dicentibus, aſtitit puella cum paſtoribus qui vnà deſcenderant: eſque Iacob oſtenderunt, dicentes: Peregrinus iſte venit de patre tuo conſulens. Illa vero per infantiam læta facta propter Iacob prę ſentiam, requirebat eum, & quis eſſet, & ad eos vnde veniſſet, & qua cauſa fuiſſet adductus: orabátque ſimul, vt eſſet poſſibile præſtãdi ei, quibus veniſſet egens. Iacob autem non propter cognationis cauſam, neq; propter fauorem prę ſentem, ſed amore puellæ victus obſtupeſcebat, pulchritudinẽ eius talem eſſe conſpiciens, vt paucæ mulierũ ita florerent: & ait. Ad te mihi patrem que tuum (ſi tamen filia es Laban) familiaritas eſt, ex antiqua mea tuaq; generatione conſiſtens. de Thare enim Abraham & Aram & Nachor filij ſunt progreſſi Bathuel autem tuus auus, filius eſt Nachor. De Abraham autem & Sara, quæ nata eſt de Aram, Iſaac eſt, meus pater. Vicinum autem & nouum cognationis pignus inuicem poſſidemus. Rebecca enim mater mea, Laban patris tui ſoror eſt, ex eodem ſimul patre & matre progenita. Conſobrini ſiquidem ſumus ego & tu. Nunc autem ſalutaturus vos, & antiquam cognationem renouaturus veni. Illa vero recordata (ſicut iuuenibus ſolet accidere) quę audiſſet à patre de Rebecca, & parentes ſciens eius nomen deſideranter audire, propter paternum fauorem ad lachrymas deducta eſt, & amplexa eſt Iacob. Quem cum oſculata fuiſſet, perducere maxima delectatione optabat ad patrem: omnibúſque domeſticis memoriam matris eius eſſe dicebat: impendítque ei totius boni retributionem, eumque ad patrem iam venire iubebat, & ſequi ſe præcedentem: nec eius delectatione fraudari amplius illo tardante poterat. Hæc dicens, ducebat eum ad Laban. Cognitusque ab auunculo, & ipſe ſine formidine inter amicos erat: & illis maximam delectationem cõferebat, inopinabiliter eis oſtenſus. Poſt nõ multos itaque dies, Laban ſe gaudere quidem in eius maxime prę ſentia, & vltra quam poſſet indicari ſermone, dicebat: cauſam vero pro qua veniſſet, patrẽ matremque ſenes derelinquens, & eius præſentiæ ſolatijs indigentes, ab eo quærebat, præbiturumq; ſe ei omnia quibus opus haberet. Iacob autem omnem ei cauſam narrabat, dicens, Iſaac fuiſſe geminos filios ſe & Eſau: quem dum pro paternis orationibus matris ſapientia fefelliſſet, illum ſe interficere voluiſſe dicebat,

Geneſis. 28. Bethel diuinas hoſtias ſignificat.

Pulchritudo Rachelis Oratio Iacob ad Rachel.

cebat,tanquam ablato ſibi à deo regno,& bonis quę pater optaſſet:& hanc fuiſſe cauſam ſuæ præſentiæ,mãdato materno factæ.Omnibus enim nobis, inquit, ſunt fratres:ſed mater amplius illius cognationem metuens,ita mihi proſpexit, quod vtiq; ſolum munimen meæ pueritiæ indicauit.Vnde deum reſpiciẽs,in prę ſentibus ſum ſecutus. Laban aute & propter parentes promiſit omnem ſe ei par ticipare demẽtiam:& propter matrem,cuius fauore licet abſentis,ſtudium ſuum circa eum ſe dicebat oſtendere:gregis ſcilicet curam eum habiturũ conſtituere ſe dicebat,& præponendum his exoptabat:volentemq; ad proprios remeare parentes,cum talibus donis & honoribus dimittendum,qualibus talis cognatus iuſte promeriturus eſſet.Iacob autem libenter hęc audiens.donec eſſet quidẽ apud eos,hunc laborem ferre ſe gratiſſime reſpondit:mercedem vero pro tali labore, Rachel nuptias poſtulauit:cum etiam propter alia honore digna apud eum haberetur,tum maxime quod miniſtra eius fuiſſet aduentus.Amor nanque puellæ eum huiuſmodi verba facere compellebat.Laban autem gauiſus in his , annuit ei puellæ nuptias,nec alium generum meliorem ſibi optaſſe venturum,ſi tamen aliquantum tempus apud eum maneret: ad Chananæos enim ſe non miſſurum filiam:quia de ſororis cura etiam pœnitentiã agere ſe dicebat,quod eam ibidem direxiſſet.Cum vero Iacob hoc fieri conſentiret,ſeptem prõmiſit annos:tantum enim iudicauit ſocero miniſtrandum,virtutis ſuæ præbens experimentũ,vt quis eſſet,magis cognoſceretur.Laban vero ſuſcipiens ſermonem,tranſacto tempore propoſuit epulas nuptiarum.Nocte vero ſuperueniente,ignorante Iacob,collocauit ei alteram filiarũ Liam,ſeniorem & non decorã aſpectu. Ille vero per ebrietatẽ & noctem ei permixtus,die facto apud Laban de iniuſtitia quereba-tur.Qui dandam veniã neceſſitati poſcebat,ob quam talia geſſerat. non enim per malignitatẽ ei Liam dediſſe,ſed alia maiori cauſa victum ſe hoc feciſſe dicebat,quæ tamen impedire non poſſet:ſed amãti daturũ ſe eam poſt ſeptẽ alios annos promittebat. Cõſenſit ergo Iacob,nihil ſcilicet aliud ei amor puellæ facerpermittebat.Et præteritis alijs ſeptem annis.Rachel accepit vxorem.Erant autẽ ambabus miniſtrę,quas dederat pater.Zelpha quidem Liæ,Rachel verõ Bala:non quidem ancillæ,ſed ſubditæ.Et Lię magna erat ſolicitudo de amore viri,quem habebat circa ſororem ſperabatq; ſe exiſtentibus filijs honorandam, & exorabat cõtinue deũ.Natoq; filio maſculo,& propter hoc conuerſo ad eam marito,Ruben filium nominauit,eo quod dei miſericordia ei fuiſſet conceſſus: hoc enim ſignificat iſtud nomen.Habuit autem poſt tempora etiam alios tres filios: Symeon,quod nomẽ ſignificat,exaudibilem ei fuiſſe deum: deinde Leui , quaſi firmator ſocietatis:poſt hunc Iudam,quod ſignificat gratiarũ actionẽ . Rachel autẽ metuens ne propter copiã partus ſororis,minorem apud virũ partem haberet,collocauit cum Iacob ſuã famulam Balam ex qua naſcitur Dan,quod á deo iudicatũ lingua Latina ſignificat:& poſt hunc Neptalim,tãquam ex machinationibus:eo quod cõtra partus ſororis copiam,arte fuerit vſa.Hoc aũt & Lia fecit contra ſororis opus denuo machinata:collocauit ei & ipſa ſuam famulam:& natus eſt de Zelpha filius Gad,quod quis poterit appellare fortuitũ:& poſt hũc Aſer,quod beatificum poteſt dici,qui Liæ gloriam cumulauit. Cum autẽ Ruben ſenior filiorum Liæ matri mandragoræ mala portaret,Rachel aſpiciẽs dari ſibi poſcebat,quem cupiuerat cibum.illa vero non conſentiente,ſed ſufficere ei dicente,quia eam viri honore priuaſſet:Rachel mitigans ſororis iram,cõceſſurã ſe ei dicebat,vt cum ea vir illa nocte dormiret.Qua hoc percipiẽte munus, Iacob cum Lia dormiuit.Rurſus ergo nati ſunt ei filij:Iſachar quidem,quod ſignificat ex mercede factum:Zabulon,quod ſignificat fauoris pignus ad eam. Nata eſt aũt & filia Dina.Poſt hæc vero tempora natus eſt & Rachel filius Ioſeph,quod indicat augmentum alicuius faciendum. Hoc ergo omne tempus, quod ſunt anni viginti,paſcebat ſoceri greges. Poſt quod rogabat,vt ſumptis vxoribus ab eo diſcederet.Socero autem non permittente,latenter hoc facere cogitabat:

Idcob nuptias Rachelis pro mercede laboris poſtulat,

Iacob per ebrietatem & noctem neſciens Liæ miſcetur.

Nomina filiorum Iacob, & nominum etymologia.

Fuga Iacob cum uxoribus & filiis

cogitabat: vxorésque requirebat quid de profectione tractarent. Illis autē discedere libēter habentibus, Rachel & ſimulacra deorum quos colere patria lex erat, pariter furata, cum Lia ſorore fugiebat: & vtriuſque pueri, & puellę cum filijs, & quęcunque poſſeſſio eis erat. Ducebat autem Iacob etiam gregum medietatem, non reſpiciente Laban, Rachel ergo deorum ſimulacra portabat, licet docuiſſet eam Iacob huiuſmodi honorem ſpernēdum, vt ſi comprehenderetur patre ſequente, veniam illa ad hęc confugiens impetraret. Laban autem poſt primum diem cognoſcens Iacob diſceſſum ſimul & filiarum, multa animo perpeſſus mala, perſequebatur maximavirtute & circundatus: & ſeptima die in quodā colle procul eos collocatos inuenit. & tunc quidem quia erat veſpera requieuit.

Gene. 13. Inſecutio Laban

viſio autem ei apparuit, monens, quatenus ſumens generum atq; filias conquieſceret: & nihil in eos per furorem præſumeret, ſed vt pactum faceret cum Iacob. Quod ſi eius paucitatem contemnens, aggrederetur cum eo pugnare, ei ſe auxilium dicebat illa viſio præbituram. Laban autem dum huiuſcemodi ei factum à deo fuiſſet alloquium, orto die Iacob euocans, & manifeſtans ei viſionem, cui credens ad talia declinaſſet, cœpit eum culpare, dicens: quoniam eum & paupe rem venientem ad ſe, & omnium indigentem ſuſceperit, eique cunctam ſuę poſſeſſionis tribuerit vbertatem. Nam & filias meas, inquit, coniunxi tibi, fauorem tuum circa nos per hæc augendum eſſe confidens: tu vero neq; matris tuæ, aut cōmunionis, quam circa me per cognationem habes, neq; vxorū quas duxiſti pudorem gerens, neq; filiorum quorum ſum auus, lege belli apud me vſus es: poſſeſſionem quidem meam auferens, filiabus autem genitorem ſuum fugere perſuadens, & ſacra quoq; paterna diripiens, domū vtiq; portaturus, quæ & à meis parentibus honorata ſunt, & à me religione ipſa coluntur. & hæc quidem quæ nec expugnantes inimicos ſuos faciunt, tu perpetraſti cognatus, & ſororis quidem

Excuſatio Iacob

meę filius, filiarū vero maritus, peregrinuſque & coepulator meus, domui meæ nequaquam talia ingerere dubitaſti. Cum hæc dixiſſet Laban, Iacob ita ſatiſfaciebat, dicens: Ego non ſolum deum patriæ deſideraui, ſed etiam omnes vnà cognatos: & poſt tantum tempus, dignum eſt me ad propria remeare. Pro præda vero quod dicis, alio iudicante, tu potius inuenieris iniuſtus: cum te deceret gratias nobis ſoluere pro his, quę à me cuſtodita & facta maiora ſunt: quomodo in hoc iuſtitia non priuatis, cum mihi ingratus exiſtis? cur partem eius paruam ſumentes abſceſſimus? Filię vero tuę non mea malignitate ſecutæ ſunt, ſed iuſta deuotione, quam ſcimus vxoribus legitimis circa viros poſſe competere. Sequuntur itaque non tantum me, quantum filios. Et hæc quidem ipſe dicebat, ne aliquid gereretur incongruum. Querebatur autem, accuſationémque faciebat: quia cum matris eius videretur eſſe germanus, & filias ei iunxiſſet, imperijs eū vulneraſſet aſperrimis, viginti annis eum detinens: & alia quidem nuptiarum occaſione feciſſet, quę licet fuiſſent crudelia, leuiter ſuſtinuiſſet: peiora tamen facta poſt nuptias, quæ quilibet etiam inimicus effugeret. Reuera enim valde cru

Defraudatio Laban in Iacob

deliter Laban vſus eſt Iacob. Vidēs enim deum ei ad quodcunque voluiſſet præſtabilem, promittebat vt quicquid natum fuiſſet ei præberet, interdum quicquid procederet album, aliquando vero quæq; nigra naſcerentur. Creſcente autē ſub nomine Iacob gregum partu, aliquando quidem fidem de preſenti non cuſtodiebat, aliquando autem in altero anno præbiturum ſe eſſe dicebat: eo quod multi

Inquiſitio idolorum.

tudinem gregum videret abundare, cum in futuro tātam fore potius deſperaret: fallebatq; rurſus in his quæ nata conſpiceret. De ſacris autem furatis inquiſitionem fieri iuſſit. Cum autem accepiſſet Laban perſcrutandi poteſtatem, Rachel hoc audiēs, poſuit idola in ſtratorio cameli qui portabat eam, & ſedens dicebat naturalem purgationem ſibimet imminere. Et Laban quidem ceſſauit amplius perſcrutari, non credens filiam cum tali paſſione poſſe ad idola accedere: fecitque cum Iacob fœdus, in nullo eorum ſe memoriam quæ geſta fuerant habiturum: ſed & ille ſe dilecturum filias eius. Et has pollicitationes fecerunt ſuper

montes

montes quoſdam,in quibus columnam ſtatuerunt ſub ſchemate aræ:vnde mõs ipſe dicitur Galaad,ex quo hactenus Galaaditin terram appellant. Et cum factis pactionib.immolaſſent. Laban quidem reuerſus eſt: Iacob autem in Chananeam procedenti,ſubinde viſiones apparebant:de futuro ei ſpem optimam pollicentes. Et locum quidem illum appellauit dei caſtrum. Volens autem noſſe quid eius cogitaret frater,ſingula cogniturus cum integritate prẽmiſit:metuẽſq; propter priſcam ſuſpicionẽ,præcepit his quos mittebat,vt dicerent Eſau: quia Iacob putans iniuſtum eſſe vt hic te iraſcente cõuiueret,de prouincia ſponte diſceſſit: & nunc ſufficiens tempus eſſe putans reconciliationis,reuerſus eſt,vxores & filios ducens cum diuitijs acquiſitis,& cum precioſis rebus ſemetipſum tibi traditurus:quia maximũ bonũ fore iudicat,vt cũ fratre fruatur his,quæ ei ſunt à diuinitate collata. Et illi quidem hęc ei indicauerunt. Eſau vero lætus effectus,fratri cum quadringentis occurrit armatis. Iacob autẽ audiens venire ſibi in occurſum cum tantis armatis,expauit. Deo tamen ſpem ſalutis ſuę cõmiſit,& prouidentiam rerum præſentium fecit, quatenus & ipſe ſuos ſine paſſione ſeruaret,inimicisq; præualeret,ſi aliquid iniuſtum facere voluiſſent. Diſtribuẽs ergo eos qui cum ipſo erant,alios quidem præmittebat, alios autem poſt tergũ proxime ſequi iubebat:vt ſi vim paterentur qui præmiſſi fuerant inſiſtente fratre,refugium ſequentes haberẽt,& omnes qui cum eo erant hoc modo diſponens, miſit quoſdam,fratri munera deportantes. Erant enim iumenta quæ mittebantur & multitudo quadrupedũ variorũ:quæ grata ſuſcipientibus forent,eo quod illi rarius hęc haberent. Mittebantur autem diuerſis vicibus,vt frequenter aduenientes multi eſſe putarentur. Placabat aũt per dona iram eius,vel ſi adhuc aliqua indignatio remãſiſſet:ſed etiam ſermonibus blandis iubebat vti,quos mittebat ad eum. Hæc diſponens per totum diem,nocte veniente mouebat ſuos. Cumq; torrentem quendam nomine Iaboch tranſirent,Iacob ibi remanenti viſio quædam apparuit,cum qua luctabatur,illa vtiq; viſione certaminis faciente initium:quæ etiam voce vſa eſt,ſimul & verbis:lætariq; monens eum in his quæ facta videbantur:nec modico ſe præualuiſſe crederet,ſed grandẽ angelũ dei viciſſe,& hoc ſignũ arbitrari magnorũ ſibi fore bonorũ,& quia nunquam eius deficeret genus,nec fortiorẽ hominũ quenquam illius eſſe virtutis:præcepitq; eũ vocari Iſrael,quod Hebraica lingua ſignificat reluctantẽ angelo ſacro. Hæc igitur Iacob poſcenti illa viſio prædicebat. Qui ſentiẽs angelum dei eſſe,rogabat, vt quam partem habiturus eſſet,ei ſignificaret. Et viſio quidem cũ dixiſſet iſta, diſparuit. Lætatus autem in his Iacob,Phanuel locum denominauit. Cumq; ei propter certamen dolor fuiſſet exortus circa neruum latum,& ipſe abſtinuit, eo cibo,& propter illum neq; nobis eſt comeſtibilis. Proximum vero iam audiens fratrem eſſe,iuſſit præcedere vtranq; coniugem ſeorſum cum ancillis,vt de longe conſpicerent opera virorum pugnantiũ,ſi hoc voluiſſet Eſau. Fratem autem ſibi proximumvenientem ipſe ſalutauit,nihil doloſe de eo cogitantem. Et Eſau amplexus eum,requirebat de multitudine filiorum & mulierum. Et cum cognouiſſet,ipſe quidem venire eos rogabat ad patrem. Iacob autem excuſante de iumentorum labore,Eſau diſceſſit in Seiran:illic enim cõmorabatur,appellauitq; vllam de ſua ſcilicet hirſuta capillatura. Iacob autem venit ad Scenas,id eſt, ad tabernacula,quæ hactenus ſic vocãtur. Vnde in Sichimam quoq; profectus eſt,quæ ciuitas eſt Chananæorum. Sichimitis autem feſtiuitatem habentibus Dina quę fuit filia Iacob,ſola tranſiuit ad ciuitatem,emptura ornamentum prouincialium mulierum. Videns autem eam Sichem regis Hemor filius, eam corrupit abreptam;& amore confectus deprecabatur patrem,vt ei puellam acciperet in vxorem. Ille vero conſentiens venit ad Iacob,ſupplicans vt filio ſuo Sichem. Dinam lege coniungeret. Iacob autem neq; cõtradicere valens propter dignitatem ſupplicantis,neq; legitimum iudicans alienigenæ filiam copulare, petit cõcedendum ſibi ſpatium,vt deliberaret de quibus ille poſcebat. Abſceſſit

Gene.23

Iacob reuertẽti in Chananæam uiſiones apparent.

Iacobcum uiſione luctabatur

Iſrael

Gene.33

De Dina filia Iacob

Gene.34.

ergo rex,ſperans Iacob nuptias filio ſuo conceſſurum. Iacob autem indicans filijs & corruptionem ſororis & ſupplicationem Hemor,petebat cogitãdum eſſe
Pro Dina vl/tio facta quid fieret,& plurimi quidem tacebant,conſilium non inuenientes. Simeon autem & Leui puellæ fratres,ex eadem matre nati,huiuſmodi ſibi cõſtituerunt ad inuicem actionem,vt cum eſſet feſtiuitas,& Sichimitæ epulis & requie vterentur,incunctanter primis cuſtodijs aſſiſtentes,dormientes occiderent: & venientes in ciuitatem,interficerent omnem maſculum,& regem cũ eis,& filium eius, ſolisq; parcerent mulieribus. Hæc autem efficientes præter conſcientiam patris
Gene.35 reuocauerũt Dinam. Iacob autem factorum magnitudinem admiráti,& filijs iraſcenti,deus aſſiſtens iuſſit eum confidere: & purificantem tabernacula, ſacrificia celebrare: quę prius cum iret in Meſopotamiam,pro ſomnij apparitiõe deo vouerat. Cum igitur purgaret ſuos,Laban deos inuenit: neq; enim ſciebat à Rachel furatos,& quod eos celaſſet in terra ſub arbore quadam. Hos igitur exinde tollẽs,ſacrificabat in Bethel: vbi ſomnium viderat,cũ in Meſopotamiam prius iret: hinc enim proficiſcens venit in Ephrata,vbi Rachel ex partu mortuã ſepeliuit,quę ſola inter cognatos in Hebron honorem ſepulture habere nõ meruit.
Rachel ex partu perit Et cum valde fleuiſſet,filium ex ea natum Beniamin appellauit,propter dolorem qui ob eũ matri prouenerat. Iſti ſunt ergo omnes filij Iacob,maſculi quidẽ duodecim,fœmina vero vna. Horum octo legitimi,de Lia quidem ſex,duo vero de Rachel,quatuor de famulabus,bini ex vtraq;,quorũ nomina dixi ſuperiꝰ.

Moritur Iſaac in Hebron & ſepelitur,Rebecca prius defuncta.

Caput XXVIII

Geneſis.35. VEnit ergo hinc in Hebron ciuitatem poſitam inter Chananæos. Illic autẽ Iſaac cõmorabatur. & paululum quidem pariter vixerunt, Rebeccã autẽ Iacob viuam non reperit. Moritur autẽ & Iſaac,non poſt multum quãm filius eius aduenerat: & ſepultus eſt à filijs cum vxore in Hebron: vbi erat eius ſepultura parentum. Fuit autem Iſaac deo vir charus,& multa eius prouidentia dignus poſt patrem ſuum Abraham,& valde longæuus. Cumq; vixiſſet centum & octoginta quinque annis cum virtute,defunctus eſt.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICE LIBER SECVNDVS.

Quomodo Eſau & Iacob,Iſaac filij,habitacula diuiſerunt. Cap. I

Geneſis.35

POST mortem vero Iſaac,filij eius inuicẽ diuiſerunt tabernacula: non ea quæ acceperant & tenuerãt,ſed Eſau quidem Hebron ciuitatem fratri cedens habitauit in Seir,& in idumæa regnabat, quam regionẽ ita à ſemetipſo vocauit. Edom enim nominatus eſt, quam nuncupationẽ huiuſmodi venatiõis cauſa ſortitus eſt. Aliquãdo labore venationis eſuriens redibat,dum adhuc puer eſſet ætate,inuenitq; fratrem lẽtem ubi præparantem ad prandium,rubeum colorẽ nimis habentem: & propterea potius incitatus rogabat vt ei præberet ad cibũ. Qui vendere ſibi primatũ propter cibum per eius eſuriem compulit fratrem. Ille vero fame cõpulſus, ceſſit cum ſacramẽto primatũ. Quamobrẽ propter ruborẽ cibi,à coetaneis infantię tempore Edom vocatus eſt. Hebrei namq; Edom rubeum dicunt. Et ideo regionẽ ſic appellauit,quam Græci honeſtius Idumæã denominauerunt. Fuit autem pater filiorum numero quinq; quorum Iehus,quidem,& Iaelom,& Core,ex vna muliere ſunt geniti,O holibema nomine: reliquorum vero Eliphas quidem ex Ada,Rahuel autem de Baſemathæa ſunt nati,Iehus quidem filij non fuerunt: Eliphas vero fuerunt legiti-

Eſau cur vocatus Edom Gene.36 Hebræi Edom rubeum dicunt

mi quinq;,

mi quinq;,Theman,Omar,Sophar,Gatham,Cenez. Amalech enim naturalis erat,de cõcubina Thamna nomine procreatus. Iſti ſiquidẽ habitauerũt in Idumæa. quæ Gobolitis eſt dicta,& ab Amalech Amalechitis eſt appellata. Cum enim aliquando magna fuiſſet Idumæa,& in tota regione nomen integrum retinebat,& in partibus appellationes ab habitatoribus cõſeruabat. Contigit autẽ Iacob,vt ad tantam felicitatis magnitudinem perueniret,quæ facile ab alijs cõprehendi non poſſet. Diuitijs enim cunctis prouincialibus eminebat,& filiorum virtutibus inimitabilis & conſpicuus erat,nec vllius rei penitus indigebat, quando illi ad opus manuum & laborum tolerantiã erant prompti,& ad intelligentiam præparati. In tantum vero habuit eius prouidentiam diuinitas & felicitatis curam,vt etiam ex his quę videbantur eſſe triſtia,bonorũ ei præberetur ſublimitas: faceretq; eum,& qui ex eo procreati ſunt,autores reuerſionis ex Ægypto, quo patres noſtri huiuſmodi cauſa morati ſunt. *Quanta fuerit felicitas Iacob*

Quomodo Ioſeph iunior filiorũ Iacob,ſomnijs ei demonſtrãtibus felicitatẽ futuram,inuidiam ſuſtinuerit fratrum. Caput II

IOſeph ex Rachel filium ſuſcipiens Iacob,& propter corporis honeſtatem & animi virtutem,cum vtiq; alios ſapientia præcelleret,eum amplius alijs filijs diligebat. Huic ſiue paterna dilectio odium fratrum concitauit,ſiue ſomnia: quę cũ vidiſſet,patri & eis protinus indicauit,eo quod profectum eius annuncia rent: cũ ſępius zelentur homines etiã ſuorum felicitates. Viſiones autem quę apparuerũt Ioſeph erant huiuſmodi: Miſſus à patre cũ fratribus vt colligeret meſſem,cum maturę fruges eſſent,vidit nimis pręcipuam viſionem,& vltra ea quæ ſolent per ſomnia prouenire. Quam viſionem dum ſurrexiſſet,fratribus ſuis tanquã ſomnium ſibi diſcernentibus enarrauit: dicens vidiſſe ſe trãſacta nocte manipulum ſuum de tritico ſtantem in quo eum poſuerat loco: illorum vero concurrentes,adorare eum,ſicut dominum ſerui. Illi vero intelligentes,ei virtutem & rerum magnitudinem prædicere viſionem,& cõtra ſe eius poteſtatem futuram, Ioſeph quidẽ tanquã ignorãtes ſomnium nihil explanauerunt: conſilium vero fecerunt,ne ad effectum ei quæ arbitrabatur accederent,& circa eũ graues amplius exiſtebant. Impugnans autem diuinitas eorum inuidiam,ſecũdam Ioſeph pręſtitit viſionẽ multo mirabiliorem quàm primam. Vidit enim ſolem ſimiliter & lunam & vndecim ſtellas in terram deſcẽdere,& ſe adorare: quam viſionem patri,nihil de fratribus mali formidans,etiam his præſentibus,indicauit: & interpretari ſibi,quid vellet hoc ſignificari, poſcebat,Ille vero ſomnio gaudens, cũ expoſitionẽ eius mente conſpiceret, & cũ ſapientia non ſine conſideratione conijceret,lætabatur,magnisq; ſignificationibus felicitatem filio nunciabat: tẽpusq; largiente deo futurum,quo à parentibus & fratribus eſſet honorandus, & adorari dignus ſolem quidem & lunam patri matriq; cõparans,eo quod illa augeat & nutriat vniuerſa,ille vero formet,& aliam fortitudinem præſtet: ſtellas vero fratribus,cum & ipſi vndecim eſſent,ſicut ſtellæ vigorem à ſole lunaq; percipientes. Et Iacob quidem non inſipienter huiuſmodi diſcretionem protulit viſionis: fratres vero Ioſeph vehementer ea quæ prædicta ſunt contriſtauerunt. & incitati aduerſus eum,velut extraneum bona quę ſignificata fuerant illis ſomnijs habiturum,& non quaſi de fratre gaudentes, dum etiam cum eo potuiſſent his frui bonis: nempe qui cum cognatione communicarẽt,& felicitatis ſocij forent: interimere adoleſcentulum ſunt aggreſſi. Dumq; hoc cõſilium ſtatuiſſent, ad perfectionem eius tendebant,in Sichimis abeuntes. Hęc autem prouincia paſturis eſt ouium optima,& gregum nutrimentis valde copioſa. Quo dum curam gregum haberent,nec patrem ſcire fecerunt,quod ibidem morarentur. Ille vero ignorans hæc,eo quod nullus ad eum à gregibus aduenire t,qui quod eſſet verum de filijs nunciaret: triſtemq; animum pro illis gerens,& in formidine cõſtitutus,miſit Ioſeph ad greges,vt de fratribus cognoſceret,& quid agerent indicaret. Illi autem fratrem videntes ad ſe venire,gauiſi quidem ſunt,ſed non velut *Expoſitio ſomnii Ioſeph*

familiaris ſui præſentia,& à patre directi: ſed quaſi ſuper inimico:& manibus
Rubem pro ereptione Ioſeph fratres alloquitur eorum diuina voluntate contradito. Ad internicionem vero eius, nolentes diſferre præſens tempus,protinus acceſſerũt. Quos dum Ruben ſenior eorum inſpiceret ita conſpirare,& ad actum iam videret vnanimes,eos retinere tentabat, magnitudinem præſumptionis & ſcelus eis oſtendens:quod malignum quidem deo,& hominibus eſſet abominabile,etiam non conſanguineum perimere:multo autem ſceleſtius cædem fratris ita perficere,quo ſcilicet interfecto pater vna perimeretur,& mater in luctu ex filij priuatione non humana lege facta conſumeretur. Etiam eis hoc dicebat,vt vno animo perciperent, quid ipſi paterentur mortuo ſibi bono filio & iuuenculo,& vt recederent à tali præſumptione, deum timentes,qui inſpector ſimul & teſtis eſſet,& vt ab huiuſmodi actione receden tes,pœnitentiam diligerent,& potius temperantiæ deſeruirent. Nam accedentes ad hoc opus,omnem pœnam pro fratris nece perſoluerent,violátes vtiq; dei prouidentiam vbique præſentem:cui neq; quod in deſerto,neq; quod in ciuitatibus agitur,poteſt eſſe abſconſum. Vbicunq; enim eſt homo,oportet eum ſcire illic eſſe deum. Sed etiam conſcientiam ſuam eos habituros inimicam in his præſumptionibus edicebat:quam neq; bonam habentes aliqui,neq; talem qualis in eis tunc habitaret,poſt mortem fratris effugerent. Adijciebat autem dictis ſuis hæc:quod fratrem neq; iniuſtum aliquid facientem ſanctum eſſet occidere: bonum vero eſſe etiam inimicis obliuiſci,ſi quid forte peccauerint. Ioſeph autẽ in nullo malignum circa eos extitiſſe,vnde eum occiderent:cuius ætatis infirmitatem menſurare deberẽt,quando ipſe eorum tutelam potius expectaret. Cauſam vero huius interitus multo peiorem eorum facere actionem,eo quod ptopter inuidiam futurorum ei bonorum,eum vita priuare conarentur:quibus bonis ſimiliter cum eo fruerẽtur,eius cõmunioni pariter participátes,cum nõ extraneus ſed domeſticus eorum exiſteret:vnde deberent ſua putare,quæcunq; Ioſeph largitas diuina conferret,Sed & ſupernam iracundiam propterea ſæuiorem ſibimet affuturam,ſi eum qui à deo iudicatus fuerat dignus,occiderẽt:& auferrent deo eum, cui eſſet talia donaturus. Et Ruben quidem hæc dicens,& his potiora ſupplicãs, eos à fratricidio conabatur auertere. Cũ vero in nullo eos mitiores videret, ſed feſtinantes ad necem,ſuadebat vt malum ſceleris aliquatenus leuigarent. Nam vlciſci ſe volentes prius credebat flectere,cum vero præualuiſſent vt fratrem occiderent,dicebat non eſſe valde futuros malos,ſi his quæ nunc hortaretur obedirent:in his enim eſſe & opus quod feſtinarent,non tamen huiuſmodi,ſed leuius in comparatione mali. Petebat enim eos manus in fratrem nõ mittere, ſed proiectum in lacum vicinum,eum illic ſinere mori,& contra ſcelus manuũ ſuarum vel ita luctari. Illis vero conſentientibus,ſumens Ruben aduleſcentulũ,& caute ligãs eum,in lacũ cum quiete depoſuit:erat enim ſine aqua. Et ille quidẽ cũ hoc feciſſet,abſceſſit,quærẽs loca opportuna paſturæ.

Quomodo Ioſephvenundatus à fratribus propter odium,delatus eſt in Ægyptum:ibiq; emptus à Putiphare,tandẽ abeius vxore falſo accuſatus ſtupri,conijcitur in carcerem. Caput III

Gene.37.et.39 IVdas autẽ,qui & ipſe filius erat Iacob,videns negotiatores Arabes ex Iſmaelitarũ genere,aromata & onera Syra portantes Ægyptijs de Galaad,poſt diſceſſum Ruben fratribus perſuaſit,vt extrahentes Ioſephvẽderẽt Arabis:quo lõgius cõſtituto,vel ſi moreretur apud peregrinos,ipſi foret à ſcelere liberi. Hoc dũ placuiſſet,Ioſeph extractum de lacu negotiatoribus vendiderunt precio minarum viginti,cum decem & ſeptem eſſet annorũ. Ruben autẽ nocte ad lacũ
Ruben nocte ad lacum uenit veniẽs,latẽs fratres,vt liberaret Ioſeph,dum clamanti ei nõ reſpõderet,metuẽs ne poſt eius abſceſſum interemiſſent eum:culpabat fratres. Illis vero quod geſtum fuerat edicentibus,ceſſauit à luctu Rubẽ. Cumq; hæc circa Ioſeph geſta viderentur à fratribus,quid agerent poſtea,vt extra ſuſpicionem patris fierent, exquirebant.

exquirebant:tunicamq; qua venerat indutus ad eos Ioseph, quam abstulerant dum eum in lacum deponerent,placuit discerpere,& hirci sanguine maculatam portare,patriq; monstrare,vt ei videretur quasi à bestijs deuoratus.Quod faciẽ tes venerunt ad senem.Et cum ab eis de filij cognitione requireret,dicebant se quidem Ioseph neq; vidisse,neq; si qua calamitas accidisset ei,nouisse:illam ve ro tunicam inuenisse se,sanguine maculatã atq; diruptam:arbitrari se,quod in cidens in bestias interisset:si tamẽ ea tunica fuisset indutus,de domo proficiscẽs Iacob autem cum prius in leuiori esset spe,tanquam forte prędato suo filio,hanc spem desceuit,cum tunica eius mortis indicium ei faceret manifestum. Cogno uerat enim eum ipsa vestitum,cum properaret ad fratres:& velut super mortuo de cætero videbatur afflictus,adulescentem lugens:& tanquam si vnius filij pa ter esset.& aliorum cõsolatiõe priuaretur,sic erat apud semetipsum:male prius fratribus cum æstimans comparatum,qui à bestijs credebatur esse consumptus. Sacco autem sedebat vestitus,& ex tristitia grauissimus,vt neque à filijs conso lationem sumens leuior fieret,neq; laborãdo doloribus interdicere prævaleret. Ioseph autem venditum,à negotiatoribus comparãs Putiphares vir Ægyptius, qui erat super coquos Pharaonis regis,habebat in omni honore,doctrinamq; li beralium artium edocebat:& eum vti meliori cibo,quàm conueniret seruili per sonæ iubebat:commisitq; ei domesticam curam.Ille vero cum his frueretur,vir tutem humilitatis,quæ circa eum erat,neq; hac mutatione dereliquit:sed osten dit,prudentiam(cum certissime affuerit)prævalere posse rebus in vita difficillimis,nec felicitatibus solũmodo temporalibus inhærere. Itaq; cum vxor eius do mini,propter pulchritudinem & opportunitatem actum eius,esset illius amore confecta:& putaret quia si hoc ei faceret manifestum,facile suaderet eum veni re ad suum concubitũ:quasi ille iudicaret felicitatem eo quod ei domina suppli caret,& ad figuram illius tunc seruitij,& nõ ad modum respiceret castitatis: de siderium suum ei prodidit,& verba de permixtiõe fecit.Cuius respuebat ille pre ces,dicendo,nõ esse iustum huiusmodi sibi imponi seruitium,vnde emptorem à quo dignitate tanta fuerat honoratus.iniquitatis contingeret iniuriam sustine re:sed rogabat eam comprimere passionem,desperationem quippe huius ei desi derij proponens:quia si non esset spes,hoc ei facile possit auferri:ie vero omnia potius ferre dicebat,quàm in hoc quodammodo consentire.Nam si seruum, in quit,dominæ suæ nihil facere oportet aduersum,contra hæc præcepta maxime conuenit resultare.Illius autem amor potius augebatur,eo quod non speraret omnino deuiare Ioseph.Et cum vehemẽter obsideretur à passione,secundũ rur sus fecit experimentum.Igitur dum festiuitas publicæ celebrationis instaret, in qua ad ceremonias etiam mulieres interessent,ægritudinem marito simulauit: captans ob hoc solitudinem atq; silentium,vt exoraret Ioseph.Qui dum acces sisset,vberiores prioribus obtulit ei sermones:quia bonum quidem fuisset,vt pri scis precibus flecteretur,nec in aliquo contradiceret,propter reuerentiam domi næ deposcentis: & excellentiam passionis,qua cogeretur domina de sua digni tate descendere:sed nunc melius ageret,si quæ pridem contempserat emẽdaret, quàm quod secundas preces expectaret.Hoc illa etiam maiore studio se feciſſe referebat,& egritudinem simulasse,& festiuitati vel ceremonijs prępositisse eius amplexum.sibi autem quod primis sermonibus non credendo resultauerat, nul la factum fuisse malitia iudicaret:signumq; crederet vtilitatis bonorum prę sen tium,quod ipsa in ea voluntate persisteret:quæ bona quasi iã possideret, si eius amore flecteretur,& maioribus frueretur obediens:vindictam vero & odium eum asserens susceptorum,si eius contemneret dignitatem,sed etiam dominæ castitatem conferre videretur.Neq; enim hoc illum iuuare posse dicebat,si ipsa ad accusationem accederet illius,& tentatam se ab illo proprio marito menti retur:magisq; creditorum vxoris sermonibus Putipharem quàm illius,licet eos ex veritate proferret. Hæc dicente muliere,simul & flente,nec misericordia

Iacob filium suum Ioseph quasi mortuum plangit

Gene 39

Ioseph venditus

Mulier adultera Ioseph appetit

eum recedere à caſtitate ſuaſit,nec metus coegit:ſed & preces reſpuit,miniſq; nõ ceſſit,metuens iniuſtitiam ſuſtinere,& pati magis quodlibet ſęuius elegit,quam lęticijs frui præſentibus,in quibus etiam conſcius eſſet perditionis ſuæ. Comme morabat autem ei nuptias,& viri ſocietatem,& his potiora tribuẽda,quàm tem poralis ardoris libidini ſupplicabat:nam talibus perpetratis,quæ pœnitentiam magis augerent,dolorem ſumeret,& nequaquam quæ deliquerat emendaret: & timorem nimium eſſet habitura,quando cauſa huius mali nullatenus poſſit abſcondi:viri autem ſuæ ſocietatis adoptionem habitura ſine periculo:inſuper magnam conſcientiæ apud deum fidutiam ſimul & apud homines,tanquam in eius manens amplexibus munda:& apud eum dominæ poteſtatem,& non pro pecca to habitura confuſionem:multoq; melius eſſe habere fidutiam in bonis quæ cognoſcuntur,quam in malis quæ timore celantur. Et hæc dicens, & his multo maiora,ardorem mulieris retinere,eiusq; paſſionem ratione conuertere nitebatur. Illa vero ſuo ſtudio vehementius incitata,immittens manum,cum verbis deſperaſſet ſuadere,eum cogere pertentabat.Cumq; fugiſſet iratus Ioſeph, illa eius veſtem tenente qua ſe exuerat,exiliuit è domo.Quæ in formidine conſtitu ta,ne viro ſuo hoc diceret,iniuriã volens pręuenire,quatenus aduerſum Ioſeph mentiretur excogitauit,vt hoc modo vlciſceretur iniuriam,quæ ita ſuperbe fuerat contempta,præcedere in accuſatione fore ſapientiſſimum ſimul & muliebre credens:Et ſedebat quidem deiecta atq; confuſa ob triſtitiam,quæ fuerat ſua cu piditate decepta,tentamentum corruptionis ſuæ cum ira fingens.veniente autẽ viro,vultu conturbato,cauſamq; conſulente,fecit Ioſeph accuſationis initium: & velut mortua dixit:Marite,ſeruum nequam cubile tuumviolare volentem ca ſtiga:qui neq; qualis in domum noſtram venerit recordatus timuit,neq; quãtum ex tua bonitate promeruit,mente percepit:ſed pro his cum rebus omnib.bonum ſe præbere debuiſſet,inſidiatus nobis eſt,vt lectum tuum contumelijs afficeret: & hæc in feſtiuitate,captãs abſentiam tuam.Qui licet humilis prius videretur, propter tuum metum quieſcebat,non quod eſſet natura benignus. Hoc aũt factum eſt,eo quod indigne & præter ſpem ad honorem acceſſerit. Qui dum fidẽ totius poſſeſſionis tuę,& diſpenſationem obtinere prævaluiſſet,& ſeniorib. famulis præpoſitus eſſet,tuam quoq; violare tentauit vxorem.Dum vero quieuiſſet in verbis,oſtẽdebat veſtem,quaſi dum tentaſſet ei vim facere,reliquiſſet eã. Putifares autem neq; lachrymis vxoris neq; his quę dicebat illa vel videbat ipſe diſcredens,& eius amori cuncta tribuens,examinationem veritatis fieri hõ per miſit,vxori tribuens caſtitatem,Ioſeph vero nequam eſſe decernens:& illũ quidem miſit in malignorum carcerem,vxori vero potius ornamenta caſtitatis in eſſe teſtatus eſt.

Verba dominæ contra Ioſeph

Ioſeph carceri mancipatur

Ioſeph ſomnia interpretatur,pincernę ac piſtoris.mox regis ſomnium interpretatus maximis afficitur honoribus. Caput IIII

Gene.39

IOſeph itaq; omnia ſua deo cõmittẽs,neq; ad ſatiſfactionẽ,neq; ad integram factorum manifeſtationẽ cõuerſus eſt,ſed vinculis & neceſſitati tacitus man ſuetusq; ſuccubuit:meliorẽ eſſe confidẽs deum,calamitatis cauſam & veritatẽ ſciẽtẽ,quàm illos,qui eum iniuſtæ pœnæ contradiderant,cuius prouidentiæ experimẽtum repẽte.ſuſcepit.Cuſtos namq; carceris,diligentiam eius fidemq; conſiderans,& videns dignitatẽ formæ,ſubtraxit vincula,& quod erat peſſimũ,leuius ei fecit:ciboq; eum vti,quàm vinctis conueniebat,meliore pręcepit,Eis vero qui in eiſdem calamitatibus erant,dum ab ærumnarum onere ceſſarẽt,ad colloquiũ(vt aſſolet)cõmunionis & ſimilis calamitatis veniẽtibus,& ad inuicem cauſas pro quibus cõdẽnati fuerãt requirẽtibus,pincerna regis ab eo vehemẽter honoratus,eiusq; affectu deuinctus,& cum Ioſeph habens cõpedes,familiarior ei magis effectus eſt.Sapientia nãq; ei videbatur excellere.Quũq; ſomniũ vidiſſet,expoſuit:petẽs,vt quid ſignificaret,inſinuaret:cauſãs,quia ſupra mala regis adhuc

Carcerarius cũ Ioſeph luius agit

Gene.40

Pincerna ſomnii ſolutionem quærit

adhuc ei diuinitas ſolicitudinem apponeret ſomniorum. Dicebat ergo vidiſſe ſe trium palmitum natos botros ex vnoquoq; pendere: grandes iam & ad vindemiandum ſpecioſos: eosq; ſe cõprimere in poculo regis, muſtumq; ei offerre bibituro: & illum gratanter ſuſcipere. Quod ergo viderat, hoc eſſe dicebat: poſcebatq;, vt quemcunq; Ioſeph ſortiretur in his intellectum, ei ſuo manifeſtaret eloquio. Ille vero exhortabatur eũ cõfidere, & ſperare ſe in tribus diebꝰ à vinculis abſoluendum, rege deſiderante miniſterium eius, & rurſus in eo eſſe conſtituendum. Fructum enim vineæ ſignificabat in bono deum hominibus præbuiſſe, quod etiam ipſi libatur, & fidẽ hominibus amicitiáq; paciſcitur. Soluit ergo lites paſſionesq;, & triſtitias aufert his quibus offertur, & ad delectationem ſæpe conuertit. Hoc ergo dicis, inquit, ex tribus compreſſum botris manibus tuis ſuſcepiſſe regem: bonam igitur viſionẽ tibi ſcito futuram, & præſentis neceſſitatis indulgentiã in tot diebus prenũciantẽ, de quot palmitibus fructũ viſus es vindemiaſſe per ſomnium. Sed memor eſto mei, dum fueris expertus quæ tibi prænunciaui bona: & in poteſtate conſtitutus, non obliuiſcaris in quibus nos derelinquis. Nihil enim peccantes ad vincula venimus, ſed pro cauſa virtutis & caſtitatis, ea quæ reorum ſunt, ſuſtinere damnati ſumus: quando nec in propria delatione eum, qui nobis hęc intulit, iniuriam ſuſtinere voluimus. Et pincernæ qui dẽ (vt aſſolet) audienti huiuſmodi expoſitionem, gaudium erat, expectabatq; interpretationis finem, Seruus autem quidam ſupra piſtores conſtitutus regis, cũ pincerna vinctus in carcere, dum talem Ioſeph protuliſſet de illius viſione ſententiam, in ſpe bona conſtitutus, quum & ipſe ſomnium vidiſſet, petijt Ioſeph, vt & illi quæ pręterita nocte viderat, quid vellent ſignificare, depromeret. Erat enim huiuſmodi: Tria inquit, caniſtra ferre me vidi, ſuper caput, duo quidem panibus plena, tertium vero obſonio varijsq; cibis, quales ſolent regibus miniſtrari: ſuperuolantes autem alites, omnia conſumpſiſſe. Et ille quidẽ ſimilem expoſitionem futuram ſibi, quæ fuerat pincernæ dicta, credebat. Ioſeph autem animo concipiens ſomnium, dixit ad eum: Velle ſe quidem interpretem ei fore bonorum, & non talium, qualia viſio demonſtraret: Duas, inquit, ei vitæ ſupereſſe dies: hoc enim ſignificare caniſtra, tertia vero eum crucifigendum, & cibum volatilibus eſſe futurum: nihilque fore, quod ferre poſſit auxiliũ. Hæc ergo ſimilem terminum in ambobus, ſicut Ioſeph prędixerat, ſuſceperunt. Prædicto namque die quum natalis eſſet regis, non ſicut rex agens, piſtorem quidem crucifixit: pincernam vero vinculis abſoluens, in proprium miniſterium reuocauit. Ioſeph vero quum duobus annis vinculorum mala ſuſtinuiſſet, nihilque à pincerna prædictorum memoria iuuaretur: deus eum eripere volens è carcere huiuſmodi ei machinatus eſt libertatem: Rex Pharao nocte viſiones ſomniorum videns duas, & cum his vtriuſque expoſitionem, interpretationem quidem oblitus eſt, viſiones vero recoluit: afflictusque in his quæ viderat, nempe quum triſtia viderentur, facto die conuocauit ſapientes Ægyptiorum, volens agnoſcere ſomniorum diſcretionem. Hæſitãtibus autẽ illis, rex potius turbabatur. Pincernæ vero regis videnti confuſionem, memoria reddita eſt Ioſephi, eiusque circa ſomnia ſapientiæ: & accedens ad regem, indicauit ei de Ioſeph, & viſionem quã ipſe vidiſſet in carcere, pariter & euentum: & quod ipſe dixerit crucifigendum ea die piſtorem: & ſibi omnia ſecundum interpretationem ſomnij contigiſſe, prædicente Ioſeph: victumq; eum afferens à Putiphare principe coquorum vt ſeruum, quum diceret ſemetipſum Hebræorum non humilis eſſe generis, nec gloriæ paruę. Hunc, inquit, euocant, nec propter modernam eum calũniam culpans, quæ tuis ſomnijs indicatur agnoſces. Iubente ſi quidẽ rege Ioſeph ad ſuũ vultum adduci, obediũt famuli, diligẽtia ei præcepto regis adhibita. Rexve ro eius dextram comprehendens: à iuuenis, inquit, tu enim mihi nunc optimus, & prudentia digniſſimus teſtimonio mei famuli nunciatus es: his ergo bonis, quibus iſte participatus eſt, etiam me fac eſſe cõſortem, pandens quæcunque ſo-

Solutio ſomnii

Piſtor ſomnii conjecturam audit

Genc. 14

Pincerna regi de Ioseph Suggerit

mniorum prænunciant visiones. Nolo autem te vllo terrore constrictum, blandiri sermone fallaci, & delectabile facere, si re vera sit triste quod vidi. Putabā enim circa fluuium ambulans, videre me boues pinguissimas, simul & magnitudine præcipuas, numero septem, gradiri de pascuis ad paludē: alias vero tantas numero proxima de palude currere, valde tenuissimas & ad videndum deformes. Quæ dum deuorassent pingues & magnas, nihil adiutæ sunt, crudeli fame detentæ. Post hāc visionem de somno surgens, & turbatus, quidq; esset visio hęc apud me considerans, rursus in soporem solutus sum: & vidi secundum somnium multo mirabilius priori, quod me etiā potius terret atq; cōturbat. Spicas septem vidi ex vna radice natas, capite iam grauatas, & reclinatas ex fructu, & aptas ad messem: & ad hæc alias septē spicas inanes, & infirmas nimia siccitate. Quę conuersæ, vt consumerent speciosas spicas, stuporem mihi fecerunt. Ioseph aūt respondens, ait: Visio quidem ista rex, licet duabus formis apparuerit, vnum tamen terminum eūdemq; significat futurorum. Quot enim boues vidisti, animal in aratro fortissimum, à peioribus deuoratas, & spicas à minoribus fuisse cōsumptas, famen Ægypto & sterilitatem æquis totidem annis prænunciat, æquis scilicet primo temporibus felicitatem ferentibus, quorum vbertas posterorum totidem annorum sterilitate consumetur, Erit ergo difficultas rerum necessariarū, quæ inemēdabilis vehementer existat. Signum autem hoc est, quoniam exhaustæ boues quæ consumpserant meliores, satiari minime valuerunt. Deus tamen non vt tristificet, futura prędicit hominibus: sed vt præscientibus leuiora faciat experimenta prænunciatarum rerum. Tu siquidem congregans bona tempore primo futura, facias, vt calamitatem vēturam Ægyptiorum terra non sentiat. Mirante itaq; rege prudentiam sapientiamq; Ioseph & consulente quemadmodum vbertatis tempora dispensarentur, vt posterior sterilitas leuior esse videretur, huiusmodi consilium dedit, vt frugum parcitas haberetur, & non affluenter Aegyptios his vti permitteret, sed quantum sufficeret ad pabulum erogaret: quæ vero superessent, sterilitatis seruarentur in tempora: recondiq; monebat triticum ab agricolis perceptum, vt ad sata tantummodo & expensas ministraretur alimētorū. Pharao vtrunq; admiratus in Ioseph, & interpretationem somnij pariter & consilium, dispensationem eius rei ipsi commisit: quatenus ageret ea, quæ populo Aegyptiorum & regi æstimaret vtilia: inuentorē scilicet huiusmodi viæ, etiam dispensatorem optimū fore cōfidens. Ille vero potestate sibi à rege collata, ita vt eius vteretur signaculo, & purpura vestiretur, per vniuersam terrā ductus vehebatur in curru: frumentūq; agricolis sufficiēs ad semen, & pabulum singulis metiens, nulli causam significabat, pro qua talia peragebat.

Somnium pharaonis

Solutio somnii

Ioseph Aegypto præficitur

Quomodo Ioseph totius Aegypti administrationem accepit. Et quomodo gessit se erga suos fratres. Caput V

TRiginta siquidem ætatis iam annos transierat, & omni honore collato sibimet à rege fruebatur: quem appellauit Psomphtonsanicon, videns eius intellectum inopinabilem. Significat autem hoc nomen inuentorem absconditorum. Duxit autem vxorem valde dignissimam, filiam Putipharis, qui vnus fuit Heliopolitanorum sacerdos, adhuc virginem, nomine Asseneth, cooperante sibimet rege. Ex hac fuerunt ei filij duo, ante sterilitatis tempus: Manasses quidem senior, quod nomen significat obliuionem, eo quod per felicitatem obliuio ei infelicitatis accesserit: iunior vero Ephraim, quod restitutionem significat, eo quod redditus esset libertati maiorum. Aegypto siquidem, secundum expositionem somniorum Ioseph, septem annis beatissime transigente, fames iam annum tangebat octauum: & eo quod non præsensissent casu rum super se malum, laborantes in eo crudeliter omnes, ad regis ianuas confluebant. Ille vero Ioseph vocauit, qui eis frumentum vendidit, factus multitudinis sine dubio saluator: & mercimonium nō cum prouincialibus tantūmodo faciens, sed etiam paratus vēdere peregrinis: omnesq; homines secundū cognationes suas

Gene. 4 Ioseph uxor & filii Manasses

Ephraim

Fames exoritur in Aegypto

nes ſuas Ioſeph ſolatia merebantur, eius felicitate vtentes. His ita geſtis, dum Chananæa fame crudeliter vexaretur, omnem namq; terram hæc peſtis inuaſerat, miſit etiam Iacob filios vniuerſos in Aegyptum comparaturos frumentum, cõfidens licere tritici cõmerciũ fieri peregrinis: Beniamin tantummodo retinẽs, qui ei ex Rachel fuerat generatus, & erat Ioſeph conſanguineus. Illi ſiquidem in Aegyptum veniẽtes, adierunt Ioſeph, frumentum emere ſupplicantes. Nihil enim erat, quod non illius conſilio gereretur: nam miniſtratio regia tunc vtilis erat hominibus, quãdo Ioſeph honor exhiberetur. Qui dum cognouiſſet fratres nihil de ſe cogitantes, eo quod adoleſcens quidem ab eis abſceſſerat: ad hanc vero ætatem ita peruenerat, vt figura etiam eis ignotus eſſe videretur: quũ magnitudine quoq; dignitatis neque ſuſpectio proueniret, tẽtabat eos vt diceret, quam haberent de rebus omnibus voluntatem. Quibus frumenta quidem non venundabat, exploratores vero rerum principis eſſe dicebat: & ex multis quidem locis eos eſſe congregatos, excuſationis vero cauſa ſe cognatos aſſerere, impoſſibile dicens eſſe viro priuato tales filios, & forma ita clariſſimos enutrire, quum regibus tot filiorum copia eſſet valde difficilis: vt per hæc etiam de patre quę proueniſſent latenter agnoſceret, ſimiliter & vt de fratre ſuo Beniamin audiret. Metuebat enim ne forſitan & in illum, vt in ſe quoq; peccauerant, aliquid deliquiſſent. Illi autem erant in tumultu pariter & timore maximo cõſtituti, periculum putantes ſibimet imminere, nihilq; de fratre mente ſua percipientes, & aſtãtes reddebant pro cauſis ſingulis rationem, Ruben ita concionante primitus, qui eorum ſenior exiſtebat: Nos, inquit, non pro læſione venimus huc, neq; regis negocijs aliqua mala facturi, ſed egentes ſalute, & refugio malorum, quę regionem noſtram obtinere noſcuntur, veſtram vtiq; ſcientes clementiam, quos nõ ſolum ſubuenire ciuibus proprijs, ſed etiam peregrinis mercimonium propoſuiſſe frumenti audiuimus, vt omnibus indigentibus ſalutem maximam prẽſtaretis. Quia vero ſumus fratres, & communis nobis eſt ſanguis, clarum quidem hoc facit familiaritas formæ non valde mutatę. Pater autem nobis eſt. Iacob vir Hebręus, cuius exiſtimus filij duodecim, ex matribus quatuor: quibus omnibus viuentibus felices eramus: vno vero mortuo Ioſeph, res noſtræ ad peiora conuerſæ ſunt. Nam & pater immẽſum in eo protrahit luctum: & nos ex calamitate defuncti, & ærumna ſenis affligimur. Venimus igitur pro comparatione frumenti, curam que patris, & noſtrorum prouidentiam Beniamin iuniori fratri reliquimus. Poteris autem mittendo ad domum noſtram agnoſcere, ſi quicquam dicimus mentientes. Ruben quidem huiuſmodi verbis tentabat perſuadere Ioſeph, vt eis meliora decerneret. Ille vero Iacob cognoſcens viuere, fratrémque Beniamin minime interiſſe, tunc quidem in carcerem eos quaſi per otium diſcutiendos iniecit. Tertia vero die educens eos: quando, inquit, aſſeritis, neq; pro malignitate rerum principis huc veniſſe, & eſſe fratres & vnius patris filios, de quo dicitis, hæc ita eſſe mihi manifeſtabitis, ſi relinquẽtes vnum ex vobis apud me, nihil iniuriabile paſſurũ, portantesq; pabula genitori, denuo reuerſi fueritis ad me, fratrem quem reliquiſſe vos dicitis domi, vobiſcum pariter adducentes: hoc enim erit ſignum credibile veritatis. Illi vero in maioribus malis conſtituti flebant, & inter alterutros de calamitate Ioſeph frequenter ingemiſcebãt: tanquam propter id quod in illum cogitauerant, in eis deo vlciſcente, talia ſuſtineret. Ruben autem nimius erat, & eos in huius pœnitentiæ ſermonibus increpabat, ex qua nulla quidem de Ioſeph generaretur vtilitas: illos vero quicquid mali ſuſtinerent, pro vindicta illius faciente deo, fortiter tolerare poſcebat. Hæc autem dicebant ad inuicem, non credentes ſuam linguam Ioſeph intelligere. Omnes autem Ruben increpẽte, habebat deiectio: & pœnitentia ducebantur rerum geſtarum, cur ipſi non cogitaſſent illo tempore: pro quibus quum tunc punirentur, iudicabant deum eſſe iuſtiſſimum. Videns autem eos Ioſeph ſic æſtuantes, per cõpaſſionem ceſſit in lachrymas: nolensq; fratribus apparere, diſceſſit. Et poſt

Gene. 42

Oratio Ruben pro fratribus ad Ioſeph

quam

Retento Si|meone, fra|tres finit a|bire

quam reliquit eos, iterum venit ad eos. Et retinens obſidem. Simeon pro reuer ſione fratrum, illos ſumentes mercimonium tritici, abire prȩcepit: iubens miniſtro, vt pecuniã quã pro frumenti emptione detulerant, oneribus eorum latẽter immittẽs, dimitteret eos, illam pariter portaturos. Et ille quidem imperata perfecit. Iacob autem filij venientes in Chananæam, nunciauerunt patri quid eis apud Aegyptum contigiſſet: & quod quaſi exploratores regis illuc veniſſe ſint crediti: dicentibusq; ſe fratres, & vndecimum apud patrem reliquiſſe, creditum eis non ſit: & quomodo Simeon reliquerint apud principem militiȩ, donec Beniamin veniret, & fidem de his quæ à ſe apud eum dicta fuerant, perficeret, rogabantq; patrem, vt nihil metuens, cum eis iuuenculum deſtinaret. Iacob autẽ nihil omnino placebat ex his quæ à ſuis filijs erant geſta, & dum de Simeon detentione grauiter ferret, ſtultiſſimum iudicabat, Beniamin quoq; his malis adijcere. Et ille quidem neq; ſupplicantis Ruben ſermonibus flexus eſt, licet filios ſuos traderet, vt ſi quid Beniamin in itinere pateretur, occideret eos auus. Illi vero hæſitabant in his malis, quos potius cõturbabat argẽtum, quod in ſaccis miſſum latenter inuenerát. Tritico vero quod delatum fuerat iam deficiente, & fame magis inualeſcente, coactus neceſſitate Iacob Beniamin deliberauit deſtinare cum fratribus. Non enim poterant in Ægyptum venire, niſi pergerẽt cum ſua promiſſione. Quumq; famen augeri quotidie conſpiceret, filijs ſupplicantibus, quid aliud de præſenti faceret, non habebat. Iudas autẽ quum & in alijs eſſet vir audax, & in his apud eum fiducialiter auſus eſt: dicens, non eum debere de fratre metuere, neq; aliquid aduerſi ſuſpicione concipere: quoniam nihil circa eum agendũ foret, vbi deus prouiſor eſſet: & quia quicquid ei immineret, eo etiã apud eum manente omnino contingeret: eos autem ſic palam in perditione pueri adijcere non debere: nec alimentum ex vbertate Pharaonis promiſſum, propter puerum irrationabiliter auferendum: cogitandum autem & de ſalute Simeon: ne dum parceretur profectui Beniamin, ille perimeretur: deo autem de illo eſſe credendum. Quo exhortáte atq; dicente, aut ſaluum reuocari filium, aut ſe cum eo remanſurum atq; victurum, credens ei Iacob, tradidit ei Beniamin: & duplex tritici precium, ſimul & quę apud Chananeos naſcuntur, vnguenta balſami, & ſtacten, & terebinthum, & mel, munera Ioſeph direxit portanda. Multæ vero in egreſſione filiorum à patre lachrymæ fundebátur, pariter & ab illis. Ille nanque ſi filios ſaluos de itinere ſuo reciperet, cogitabat: illi vero ſi fratrẽ incolumem reperirent, nihil pro eorum triſticia perpeſſum mali. quotidieq; eis mœror ingerebatur. Et ſenior quidem feſſus tolerabat: illi vero ibant in Aegyptum, ſpe meliori triſtitiam curaturi rebus prȩſentibus. Quum vero in Aegyptũ perueniſſent, ſucceſſerunt apud Ioſeph. Timor autem eos non fortuitus perturbabat, ne propter tritici præcium crimini ſubiacerent, velut ipſi furtum ſub calliditate geſſiſſent: & apud prȩpoſitum Ioſeph multis ſatisfactionibus vtebantur, dicentes, domi ſe in ſuis ſaccis inueniſſe pecuniam, eamq; nunc reportaſſe. Illo itaq; reſpondente, ſe etiam quod dicerent non ignorare, releuati ſunt à timore: ſoluensq; repente Simeon, cum fratribus eum eſſe permiſit. Veniente vero Ioſeph a miniſterio regis, ei munera proferebant, & ſciſcitanti de patre dicebant, quod eum incolumen reliquiſſent. Ille vero cognoſcens ſupereſſe Beniamin, ſi is eſſet iunior frater interrogabat, quem vtiq; in præſenti cernebat. Quibus reſpondentibus ipſum eſſe, ait, deum ſemper omniũ eſſe ſuffragatorẽ. Ipſe vero paſſione motus ad lachrymas, diſcedebat, nolẽs ſemetipſum fratribus demonſtrare, ſumpſitq; eos ad cibũ, fecitq; diſcũbere, ſicut erant ſoliti apud patrẽ. Qui dũ circa recumbẽtes, benignus exiſteret, Beniamin partibus duplicibus honorabat.

Beniamin cum aliis dimitti|tur

Ioſeph fratrem Beniamin vt furem retinet: tandemq; ſe fratribus manifeſtás patrem cum tota domo ad ſe accerſit. Cap. VI

Gene. 44

DVm vero poſt cœnã in ſoporem fuiſſent conuerſi, iuſſit prȩpoſito vt & triticũ eis menſuratũ daret, precium q; rurſus in eorum ſaccis abſcõderet: in

Gene. 43

onere

onere vero Beniamin etiam poculum argenteum, quo bibere congaudebat, immitteret, Hæc itaq; faciebat: experimentum fratrum ſumere volens: vtrum aliquando auxilium ferrent Beniamin pro furto detento & patienti periculum: an certe relinquẽtes eum, tãquam nihil mali ipſi gerentes, ad paterna limina remearent. Quum vero famulus mandata feciſſet, die facto, nihil horum ſcientes Iacob filij, diſcedebant, recipientes etiam Simeon, & duplici gaudio congaudentes, tam propter eum, quam etiam Beniamin reuocantes, ſicut promiſerant, patri. Qui dum abirent, inſequebantur eos equites, ducentes famulum à quo in ſacco Beniamin poculum videbatur immiſſum: & inopinabili equeſtrium inuaſione turbatos, cauſamq; ſciſcitantes, pro qua ſi cveniſſent: illi maliuolos appellabant, qui dum honore & muneribus potiti ab eorum domino fuiſſent, neq; munera, neque hoſpitalitatem Ioſeph memoria retinentes, præſumpſerint iniqua in eum committere: & ſcyphum quo ille in conuiuio bibere congauderet auferẽtes, iniuſta ſecum lucra portarent: amicitiamq; Ioſeph, ſuumq; periculum ſi inuenirentur in fraude, ſecundo loco ponentes: minabanturq; eis ſupplicium futurũ: qui nec deum latuerint, nec cum furto fugientes euaſerint, licet miniſterij famulum latuiſſent. Cognoſcetis ergo, dicebant, quid ignorantes de poculo paſſi fuerimus, ſcituri tamen repẽte vos eſſe puniendos. Hæc & his maiora in eos dicẽs famulus increpabat. Illi vero neſcientes hoc factum, eius verba deridebant, leuitatemq; verborum illius famuli mirabantur: quod talem cauſam viris præſumeret inferre: qui dũ precium in ſuis ſaccis inuentum nequaquam retinuiſſent, ſed quod geſtum fuerat nullo ſciente reuocaſſent, multo potius ab huius maleficij voluntate recederent: & quia rei perſcrutationem negatione iudicabant eſſe fideliorẽ, famulum requirere imperabant: & ſi quiſquam rapuiſſe comperiretur, omnes eſſe puniendos, Nihil enim ſibi conſcij habebant fiduciam, vt putabant, omni periculo carituram. Illi vero inquiſionem fieri exigebant, vnius vero fore ſupplicium, qui in furto fuiſſet inuentus. Et dnm quererent, omnesq; iam cæteros pertranſiſſent, ſecundum inquiſitionis modum ad Beniamin nouiſſime peruenerunt: non ignorantes, quomodo in illius ſacculo poculum abſcondiſſent: ſed ſubtilem inquiſitionem ſe facere ſimulantes. alij ſiquidem de ſuo timore liberati, de Beniamin videbantur eſſe ſoliciti: confidebant tamen, quia nec in illo poſſet maleficium inueniri: increpabantq; eos qui fuerant perſecuti, velut eis multum proceſſuris, impedimentum itineris attuliſſent, Quum vero ſcrutantes onus de ſacculo Beniamin inuentum poculum protuliſſent, in luctum & gemitum omnes repente conuerſi ſunt: & indumenta rumpentes, flebant fratrem ſuum pro furti crimine puniendum, ſéque mentitos patri de ſalute Beniamin. Creſcebat autem eis hoc malum ex eo quod iam credentes ſe triſtitiam deuitaſſe, rurſus in fratris ſui malis inciderent: & paternæ ſuper illum triſtitiæ cauſam ſe fore dicentes, qui vim patri feciſſent, vt eum cum eis vnà dirigeret. Equites ergo ſumentes Beniamin, ad Ioſeph ducebant, fratresq; pariter ſequebãtur. Ille autem dum illum quidem cerneret in cuſtodia poſitum, illos autè luctuoſo ſchemate laceratos: quid, ait, ŏ maligni aut de mea clementia, aut de prouidentia dei cogitantes, talia in hoſpitem & benefactorem facere præſumpſiſtis? Illis autem in ſupplicium ſe tradentibus pro ſalute Beniamin, & rurſum recordantibus dicentibusq; beatiorẽ eſſe Ioſeph, qui ſi quidem mortuus eſſet, à vitæ triſticia liber eſſet, ſi vero viueret, quia pro illo ſuper eos deus vindictam inferret, aſſerentibus autem ſe eſſe amaritudinem patris, quia triſticiam quam pro illo hactenus haberet, etiam de Beniamin ipſi ei rurſus adijcerent, Ruben etiam eos inter hæc vehemẽtius increpabat. Ioſeph ergo dicente, illos quidem à ſe abſolui, à quibus in nullo fuerat læſus, ſolamq; ei ſufficere pœnam fratris, neq; enim iuſtum eſſe illum dimitti propter eos qui in nullo deliquerant, neq; eos cum fure puniendos, ſed etiam abeuntibus ſe præbere ſecuritatem, omnes quidem tenuit ſtupor, & dolore huiuſmodi paſſionis obmutuerunt. Iudas autem qui etiam

Inquiſitio fit per ſingulos filios Iacob

Beniamin quaſi reus capitur

patri

patri perſuaſerat, vt aduleſcendum dirigeret,& in alijs erat vir efficax,pro fratris ſalute ſe decreuit opponere: Licet crudelia,inquit,opera cõmiſerimus in te, & ſupplicio digna:iuſtumq; ſit omnes nos ſubiacere torméto,licet non ſit iniquitas omnium, ſed vnius iunioris:tamen deſperantibus de eius ſalute;ſpes relicta eſt nobis de tua benignitate,& euadendi nobis,te pollicente,periculum.Et nũc non ad nos reſpiciens,nec malefacta conſiderans,ſed ad tuam naturam conuerſus,virtutem potius exerce non iram,qua alij cum fortitudine parui ſint,non in maximis ſolummodo,ſed etiam in fortuitis ſumentes vtuntur. Tu eſto magnanimus,neq; vincaris ab ita,vt eos perimas,qui neq; ſuam potuerunt tueri ſalutẽ,ſed à te eam ſumere popoſcerũt.Non enim modo eam primitus nobis donas, ſed dum frumentorum veniſſemus ad emptionem, velociter & opulentiam donaſti ciborum,& noſtris familiaribus vberrime deferenda præbuiſti,quæ periculum ſuſtinentes à peſte famis eriperent.Nec deſpicias pereuntes egeſtate rerum neceſſariarũ nec punias quividentur deliquiſſe,& circa beneficium quod à te nobis ſplendidiſſime collatũ eſt,inuidiæ calamitate damnatis,permaneat tua gratia,alio tamen modo data.Saluabis enim,quos ob hoc etiam nutriſti:animasq; quas fame laborare non paſſus es, à morte tuis muneribus liberabis: quatenus hoc ita mirabile ſit & magnum,vt & animas nobis dones,& præbeas indigentibus vnde poſſint permanere.Reor enim deum cauſam hanc præparaſſe, virtutem tuam circa nos volentem cunctis oſtendere:nosq; in hac ærumna conſtituiſſe,vt iniquitatibus in te peccantiũ videreris ignoſcere,& non ſolis ob aliam cauſam indigentibus tuę clementiæ adminicula condonares:quanquam & hoc magnum eſt,ſi benefiat inopibus:principale tamẽ exiſtit ſaluare quenquam eorum,qui pro delicto in ſe commiſſo debeant pœnas exoluere.Nam ſi paruas læſiones deliquentibus dimittere,laudem attulit multis, iracundiam cohibere in his,pro quibus vita peccantium ſit obnoxia,diuinæ cognoſcitur eſſe naturæ. Et ego quidem niſi patrem ſcirem quemadmodum in amiſſione filiorum affligitur propter Ioſeph mortem,nequaquam quantum ad nos attinet, ſalutis verba proferrem, niſi forſitan hoc tuis moribus donarem:quorum eſt proprium etiam hos ſaluare,qui tribulantur in huius morte:ſed etiam præberemus nos paſſuros quę cunq; velles.Nunc autem non noſtri miſerentes,licet iuuenes ſimus,& nõdum fruentes vitæ bonis,moriamur:ſed de patre cogitantes,& ſenectutis illius miſerentes has tibi preces offerimus,& cõmendamus animas noſtras, quas tibi noſtra malignitas tradidit ad ſupplicia perferenda. Nam neq; ille malignus eſt, neq; nos tales futuros genuit:ſed quum ſit benignus,& vt experiatur talia,non ſit iuſtum,etiam nũc abſentibus nobis,pro nobis ſuſpectus affligitur. Quum autem audierit perditos,etiam cauſam mortis amariſſimæ ſuſtinebit, & ob hoc vitam ſuam multo citius derelinquet:ita vt eam conuerſationis noſtræ turpitudo corrumpat,peſſimũq; faciat de præſenti luce diſceſſum: & dum ad alios ſtudeat noſtra bona pandere,vt noſtri actus neq; ſentiantur,efficiet.In hac ergo ratione conſtitutus,licet mala te noſtra commoueant,tuam iuſticiam dona patri: vt propter illius miſericordiam maiora dicaris facere,quã cogaris pro noſtra malitia:nec ſenectus eius in deſolatione defecta conſiſtat,aut noſtra perditione deficiat. Verere patrum nomina hoc ei condonans.In hoc itaque & tuum honorabis genitorem,& tibi honorem præſtabis,quum iam hac appellatione potiaris:& in ea ſine paſſione ſeruaberis à deo patre cunctorum: in quo per communionem huius nominis pie agere comprobaberis,noſtri patris habẽdo miſericordiã,ne fraudatus filijs aliquid patiatur. Tua ſunt ergo quæ nobis prębuit deus, habentis vtiq; poteſtatem & auferre & dare ,nihilq; ab eius gratia differentis. Namſdum quilibet in vtrunque habuerit poteſtatem,optimum eſt,vt hac in bonis vtatur:& poteſtatem quæ in malo eſt,tanquam ſi non ſit,obliuiſcatur:quaſi hoc ſolum conceſſum ſit,vt de ſalute ſit cogitandum. Tu vero omnes nos ſaluabis ignoſcendo fratri,in quibus infeliciter egit: neq; enim vita nobis eſt hoc

punito,

punito,quo non licebit ad patrem remeare iam quasi defuncto: Supplicamus ergo domine,vt si decreueris fratrem nostrum occidi,nos cum eo punias,tãquam delicti participes. Non enim patimur nosipsos,quasi propter mortui tribulationem afficere:sed tanquam similes eius malitię existentes,ita debemus interimi. Et quoniam vt iuuenis deliquit,nec dum prudentia roboratus,& humanum est talibus veniam tribui,hoc tibi relinquo,& vlterius verba proferre cessabo: & siquidem nos condemnare volueris, ea quæ dicta non sunt,non videbuntur nos ad tristiciam deducere: si vero absolueris,etiam illa in tuæ benignitatis conscientia reuolue,quia non solummodo nos saluabis, sed etiam vitam redonabis: propter quod potius iustior apparebis,quando plus nobisipsis probaris de nostra salute solicitus. Si autem culpam castigare mauis, me magis pro isto castigans hunc patri remitte si vero aliquem tibi retinendum iudicas seruum, ego vtilitatibus tuis minister potior,quanto aptior,sicut vides, ad vtrasque passiones existo. Iudas itaque omnia sustinere pro fratris salute libẽter habens, prostrauit se metipsum ante pedes Ioseph,si quo modo eius iram flectere potuisset. Prostrati sunt etiam fratres vniuersi fluentes, & semetipsos pro anima Beniamin neci tradentes. Ioseph autem animi sui passionibus victus,& nequaquam valẽs iræ tolerare figmentum,iussit quidem abire præsentes, vt fratribus se tantummodo demonstraret. Discedentibus autem omnibus, semetipsum fratribus indicauit,dicens: Virtutem quidem vestram atque fauorem circa fratrem vestrum valde collaudo, & meliores quàm speraram ex his quæ in me cogitastis inuenio. Hæc autem omnia feci,experiri volens amorem vestræ fraternitatis. Naturaliter autem neq; circa me malignos vos arbitror extitisse,sed dei voluntate factũ est:quo & nunc bonorum adeptio,& in futuro,si propitius deus nobis fuerit,conferenda sit. Patris ergo salutem inopinatam cognoscens, talesq; vos circa fratrem inueniens,neque illorum quæ in me commisisse putamini, vlterius recordabor. Cessabo autem & ab odio mãlignitatis,quod super his habebam: & tanquam fuerint voluntate dei completa,& status præsentis mihi vos sitis occasio, gratiam me habere profiteor:vosq; ipsos volo illorum obliuionem sumentes,magis delectari in illo,quod tunc inconsiderate feciſtis,dum ad huius termini qualitatem causa peruenerit;quam confusionem grauiter ferre propter hæc quę putamini deliquisse. Non ergo videatur vos contristari,quod aduersum me malignam protuliſtis sententiam: nec pœnitentia vos eius afficiat,quando impleri non potuerunt quæ fuerant cogitata. Exultantes ergo in his quæ à deo facta sunt,ite hæc nunciantes patri,ne etiam pro vestra consumptus solitudine,splendorem meæ felicitatis obscuret:si ante quàm ad meum venieris vultum, præsentium q; rerum potitus,hac luce priuetur. Ipsum ergo,vestrasq; coniuges, liberos quoque,& cognationem sumentes,huc migrate. Non enim absentes oportet esse bonorum meorum mihi chariſſimos,in super & fame annis adhuc quinque permansura. Hæc quum dixisset Ioseph,amplexus est fratres. Illis vero in lachrymis & in tristitia constitutis,super eo quod cogitauerant contra illum potius videbatur esse supplicium bona voluntas fratris. Et tunc quidem erant in epulis. Gen. 45

Rex autem audiens veniſſe ad Ioseph fratres, lætatus est eximie: & tanquã in proprijs bonis affectus,præbenda eis & vehicula tritici plena,aurumq; simul & argentum patri portandum decreuit: sumentesq; illi dona regis & ampliora fratris,alia quidem patri ferenda,alia sibi singulis habenda,gaudebant:maioribusq; muneribus donato Beniamin,exultantes abibant.

Iacob audito quia Ioseph viueret in Aegypto,& clarus haberetur,descendit ad eum cum tota domo sua. Cap. VII

QVum ergo reuertentibus filijs. Iacob de Ioseph cognouisset,quia nõ solum euasisset mortem,pro qua degebat in luctu,sed etiam viueret clara felicitate,& cum rege totam Aegyptum sua prouidentia gubernaret: nihil qui

dem horum quæ ei fuerant nunciata, incredibile iudicabat, cogitans de maximis operibus dei, & ipsius æquitate. Et licet medio tempore afflictione defecisset, repente tamen profectus est ad Ioseph. Et quum peruenisset ad puteum iuramenti, sacrificauit ibi deo, metuens ne propter felicitatem Aegypti, filijs amantibus habitationem prouinciæ, nequaquam ad Chananæam soboles eorum reuersa teneret eam, sicut deus promiserat: aut ne prẽter dei voluntatem eorum in Aegyptum oriretur aduentus: super hæc autem formidans ne prius à vita recederet, quam ad Ioseph faciem perueniret. Dũq; has haberet cogitationes, in soporem resolutus est: astitit q; ei deus, & secundo nomine vocans, respondenti q; quis esset, ait: Non est iustum ignorare te deum, qui semper præsidio tuis maioribus fuit, & post eos etiam tibi. Nam quum te pater primatu priuasset, hũc ego tibi restitui: & meo fauore solus in Mesopotomiam missus, & bonas nuptias adeptus es, & filiorum multitudinẽ, pecuniarumq; plenus, ad propria remeasti: permansit q; tibi omne genus prouidentia mea saluum, & Ioseph filium tuum, quem te perdidisse putabas, ad maiorem bonorum adeptionem culmenq; perduxi: & Aegypto dominum, vt paũlulum à rege videatur differre, constitui. Assum vero nunc, dux tibi futurus in hac via, vitamq; tuam in manibus Ioseph finiendam esse nunciaturus, longumq; per seculum tuam sobolem in principatu & gloria mãsuram prænuncians, eamque in terra quam promisi constituendam. In hac ergo visione confidens, promptior in Aegyptum cum filijs & eorum omnibus properabat. Erant ergo omnes septuaginta. Nomina vero eorum significare mihi nõ videtur, & præcipue propter difficultatem eorum. Vt tamen ostendam eis, qui non arbitrantur nos de Mesopotamia esse, sed ex Aegypto: necessarium iudicaui nominum quoq; facere mentionem. Iacob quidem filij erant duodecim, quorũ Ioseph iam prius abierat. Eos vero qui post eum profecti sunt, & eorum sobolem demonstrabo. Ruben itaque fuerunt quatuor filij, Henoch, Phalech, Ezrom, Charmi. Simeon autem sex habuit: Iemuel, Iamin, Ohad, Iachin, Zohar, Saul. Leui quoque filij tres fuerunt: Gerson, Caath, Merari. Iudæ autem filij fuerunt tres: Sela, Pharez, Zara. Duo autem nati de Pharez: Hezron, & Hamul. Isachar quatuor habuit: Tholas, Phuua, Iob, Simeon, Tres autem Zabulon habuit filios: Sered, Elon, Iaheleel. Hoc ergo genus de Lia descendit, cum qua etiam ascẽderat & filia eius Dina. Sunt ergo isti omnes triginta tres. Rachel autem filij fuerunt duo, quorum Ioseph quidem fuerunt filij: Manasses, & Ephraim. Bẽiamin autem decẽ, Bela, Becher. Asbel, Gera, Noemã, Echi, Mupim, hupim, Ared, Iaros: isti quatuordecim superioribꝰ additi, fiunt numero septem & quadraginta: & legitimum quidem Iacob hoc genus fuit. De Bala vero famula Rachel fuerũt Dan, & Nepthalim: quem sequebantur filij quatuor: Iachzeel, Guni, Iezer & Silam. Dan autem vnigenitum habuit filium Asom. His itaque additis super illos quos prædiximꝰ, quinquaginta & quatuor numero adimplentur. Gad autem & Aser nati sunt ex zelpha, quæ fuit famula Liæ: fuerunt q; filij Gag, septem: Zephion, Hagi, Suni, Ezebon, Eri, Erodi, Ariel. Aser fuit filia Sara, & masculi numero sex, quorum nomina sunt, Iemna, iesua, Iesui, Beria, Heber, Melchiel, Isti quum sint quindecim, adiectis eis prædictis quinquaginta & quatuor, memoratus numerus completur, reputato cum eis iacob. Cognoscens autem ioseph aduenire patrem (nam iudas præcedens eius aduentum nunciauerat) occursurus egressus est, eiq; in ciuitate, quæ Heroum vocatur, apparuit. Ille ex inopinata magnaq; lætitia pene ad defectum mortis vsq; peruenit, sed eum recreauit ioseph, licet nec seipsum retinere potuerit, vt propter nimia ni lætiam talia minime sustineret, non tamen qua pater passione deuictus est. Deinceps illum quidem cum quiete venire iubens, & ipse quenq; fratrum suorum sumens pergebat ad regem, dicturus ei aduenire iacob cum genere suo. Ille vero hoc lætus audiuit, inssitq; Ioseph, vt diceret eis, quam vitam se habere delectarentur, vt eos degere ita decerneret. Ille

Genealogia filiorum iacob.

Genes. 47

ret. Ille vero optimos paſtores eos eſſe reſpondit, nihilq; aliud præter hoc ſolũ modo velle: & vt non ſeparatim, ſed vt omnes pariter habitarent, atque prouidentiam facerent patris, quatenus & Ægyptijs gratus eſſet, & nihil quod illorum eſſet, iſtis imponeret. Ægyptijs enim abominabilis erat conuerſatio paſtoralis. Veniente vero Iacob ad regem, & ſalutante pariter, & pro eo orante, Pharao ſciſcitabatur, quanto tempore iam vixiſſet. Illo vero, centum & triginta annorum ſe eſſe, dicente, longinquitatem vitæ Iacob miratus eſt. Cum vero dixiſſet, quod pauciores annos vixerit quàm eius maiores, conceſſit ei vt cum filijs ſuis in Heliopolitana vrbe conuerſaretur. Illic enim paſcua etiam paſtores eius habuerunt. Fames igitur Aegyptijs augebatur, & peſtis eos potius inopes aciebat, quum neque fluuius terram irrigaret. non enim creſcebat (vt mos erat) neq; pluerat deus, quum vtiq; per ignorantiam futura prouideri nequiuerint. Ioſeph autem ad pecunias dante frumenta, quum eis etiam hæ deficerent, de ſuis opibus & mancipijs triticum comparabant: & quibuſcunq; pars eſſet terræ aliqua, hanc pro precio alimenti cedebant. Sic itaq; rege omnium poſſeſſionum dominо facto, alij alibi migrauerunt, quatenus regiones eorum fierent regi firma poſſeſſio, præter ſolummodo ſacerdotum. His enim regio ſua ſeruata eſt. Nõ ſolum ergo eorum corpora ad ſeruitutem peſtis adduxit, ſed etiam mentes, ita vt de cętero ad turpem egeſtatem alimentorum venire cogerentur. Imminuenteve ro fame, & fluuio terras inaudante, & fructus ea abundanter referente, Ioſeph ad vnam quanq; ciuitatem veniens, eiusq; multitudine congregata, eandem terram quam ipſis cedentibus rex habere poterat ſolusq; frui, in toto redonabat, & velut poſſeſſionis proprię laborem eos amare poſcebat, quintam ſolummodo partem frugũ regi ſoluturos pro terra quam illis dabat. Illos ergo inopinatæ terræ dominos conſtitutos lętitia comprehẽdit, ob quã rem pręcepta quoq; ſunt cõſtituta. Hoc ergo modo dignitas Ioſeph apud Aegyptios potior habebatur, maiorq; fauor ab eis regi collatus eſt: & vt quintam frugum partem regi perſoluere deberent, apud reges etiam poſteros lex iſta permanſit.

Fames inualeſcit & Ioſeph frumenta uendit

De morte Iacob, & ſepultura qua ſępultus eſt in Hebrõ à filijs: de morte quoque Ioſeph & fratrum eius. Cap. VIII

IAcob autem ſeptem & decem annos in Aegypto commoratus eſt: & languore confectus præſentibus ſibi filijs, quum optaſſet alijs quidem poſſeſſione bonorum: & prædixiſſet eis per prophetiam, quemadmodum ex eorum generatione habituri eſſent poſteri Chananæam, quod etiam multis poſt temporibus eſt effectum: & quum Ioſeph magnis præconijs prætuliſſet, quia malorum memoriam circa fratres non habuerit, ſed benignus potius fuerit: & donauerit eos bonis innumeris, quæ nec benefactoribus ſoleant repenſari, præcepit quoque ſuis filijs, vt Ioſeph natos, Ephraim & Manaſſen in numerum ſuum acciperent, diuiſuri cum eis Chananeam, de quibus poſt hæc loquemur: popoſcitq; ſimul, vt ei ſepultura fieret in Hebron: & moritur quum vixiſſet annos ſeptem & quadraginta ſimul & centum, in nullo maiorum ſuorum cultu diuinę pietatis inferior: retributionemq; promeruit, quam iuſtum erat ita benignum accipere. Ioſeph itaque concedente ſibimet rege, patris corpus in Hebron reducens, multa largitate ſepeliuit. Fratribus autem reuerti cum eo nolẽtibus, quum terror eos haberet, ne illos patre mortuo caſtigaret, propter nequitiam quam ei fecerant, nec vlterius circa eos mitis exiſteret ſatisfecit eis, vt nihil metuerent, neque talium habe rent ſuſpicionem: multaque bona quæ ſecum detulerant, donauit: nihilque quod circa eos benigne debuiſſet impendere, dereliquit. Mortuus eſt autem & ipſe, cũ vixiſſet annos centum & decem, virtute mirabilis, & omnia ratione diſponens, poteſtatemque ſuã humiliter agens: quod vtique huiuſmodi felicitatis cauſa ei fuit apud Ægyptios, & aliunde ſcilicet venienti, & talem qualem dudum diximus paſſo calumniam. Mortui ſunt etiam eius fratres feliciter in Aegypto conuiuentes: quorum corpora poſt vitam illorum reportantes poſteri eorum, in He-

Gene. 47 48. 49 Iacob langueſcit

Iacob moritur Gene. 50

Ioſeph moritur

Ossa Ioseph bron sepelierunt. Ossa vero Ioseph nouissime, quando Hebræi egressi sunt ex Aegypto, in Chananæam reportauerunt, sic enim eos coniurauerat Ioseph. Horum ergo vnusquisq; qualiter se habuerit, quibusque laboribus obtinuerint Chananæam, significabo: causamq; narrabo primitus, pro qua Aegyptum deseruisse videantur.

De oppressione filiorum Israel in Aegypto: & de natiuitate Mosi educationeq;: & de sacrorum scriba, qui voluit interficere puerum. Cap. IX

AEgyptijs siquidem delicatis & desidiosis in laboribus existentibus, & alijs libidinibus valde subiectis, etiam propter amorem lucri contigit, vt pessime circa Hebræos inuidia eorum felicitatis afficerentur. Videntes enim Israelitarum genus augeri, virtute & laboris ingenio, atque diuitiarum affluentia valde nobilitatos, contra se eos augeri suspicabantur: oblitiq; bonorum propter longinquitatem temporum, quę merucrant per Ioseph, regnoq; translato ad aliam domum, crudeliter opprimentes Israelitas, studebant varias illis inferre miserias. Fluuium nanq; per multas deriuationes eos diuidere, murosq; ciuitatib. ædificare, & fossata circunducere, vt eas inundare fluuius non valuisset, & pyramidas ædificare præcipiebant, vt nostrum hoc modo genus attererent. Omnes ergo artes efficientes, & in laboribus assueti, quadringentorum annorũ tempus in his miserijs extiterunt, eratq; hæc inter eos pugna, vt Aegyptij quidem vellent laboribus Israelitas consumere, illi vero meliores semper eorũ se præceptionibus exhiberent. Dum vero in his essent vtriq; rebus, causa qua magis studerent in exterminationem generis nostri semper Aegyptij, huiusmodi fuit: Quidam sacrorum scriba (cum sint experti de futuris prædicere veritatem) enunciauit regi pariendum quendam illo tempore inter Israelitas, qui humiliaret quidem Aegypti principatum, augeret autem suo cremento Israelitarum genus, virtuteq; transcenderet vniuersos, & gloriam in perpetuum memorabilem possideret. Cuius consilio iussit rex, vt omne masculinum quod ex Israelitis nasceretur, iactantes in fluuio consumerent: custodiendosq; conceptus Hebręarũ, & partus earum obseruare præcipiens Aegyptijs obstetricibus. Ab eis enim hoc officium iubebat impendi, quas propter cognationem credebat regis non trãscẽdere iussionem. Eos autem qui contemnerent hoc præceptum, & saluare partus earum occulte præsumerent, perimi cum sua generatione præcepit. Hanc ergo illi sustinebant crudeliter passionem, & nõ tantum dolentes quod filijs priuarentur, aut quia dum parentes essent, ad perditionem filiorum sibi nascentiũ ministrarẽt: sed etiam ex illa cogitatione qua eorum deleretur genus, quando nati quidem eorum necabantur, ipsi vero paulatim redigebantur ad nihilum. Et illi quidem erant in illo malo positi contra vero dei voluntatem nemo poterat prę ualere, nec si innumeris hoc artibus exercerent. Puer itaque quem prædixerat ille sacrorum scriba, latenter regia cautela nutritus est: & verax in his quæ per eum facta sunt, ille qui prędixit, inuẽtus est quod hoc modo gestum est: Amramis vnus Hebræorum nobilis, cum metueret pro cuncta gente, ne defectio in nutrienda iuuentute proueniret: & grauiter hoc ferret, ne vxor eius pareret: dũq; in hæsitatione consisteret, ad dei supplicationem conuersus est, rogans, vt aliquam miserationem hominũ haberet, qui in nullo eius religionem contemnere viderentur: daretque eis rerum libertatem, pro quibus illo in tempore affligebantur. Deus autem misericordiam eius habens, & ad supplicationem eius aures inclinans, astitit ei per somnium, & nequaquam eum desperare de futuris exhortabatur, pietatisq; eorũ se dicebat habere memoriam. Et propterea retributionem esse prębiturum: & dudũ quidẽ eorũ maioribus hoc donasse, vt ex paucis magna eorũ fieret multitudo: Et Abraham quidem solum de mesopotamia in Chanaan venisse, factumq; loc upletem: & inter alia dum vxor eius ad genus fuisset primitus sterilis, deinde eius voluntate ad hoc habilis facta, genuisset filium: & reliquisset Ismaeli quidem & qui ex eo fuerunt, Arabiam regionem: Che-

Exodi. I

Præsagium de Mose

Exodi 2

tura

turæ autem filijs Troglodyticē: Isaac vero Chananęam. Qui dum meo, inquit, pugnasset auxilio fortiter, semper vicit. Iacob autem etiā cōtribulibus suis fuit ignotus, qui deinceps magnitudinem felicitatis cum qua vixit, etiam suis posteris dereliquit. Qui cum septuaginta in Aegyptum venit, & vltrà sexcēta milia iā estis effecti. Nunc autē me vtilitatis vestrę & tuæ gloriæ scito prouidentiam communiter habiturum. Is enim puer, cuius generationem Ægyptij metuētes, cuncta perdere decreuerunt quæ ex Israelitico semine generantur, tuus erit. & disperdet quidem eos qui eius interitum intendebant, nutritusq; mirabiliter, Hebræorum quidem genus ab Ægyptiorum necessitate liberabit: eritq; eius memoria quantiscunque temporibus permanserint vniuersa apud homines, nō solum Hebræos, sed etiam alienigenas gentes, me vtique & alia præbente tibi, & his qui de te nascituri sunt. Erit autem etiam ei frater huiusmodi, qui meum habeat sacerdotium, & ipse & qui de eo fuerint cūcto tempore procreati. Dum ergo hęc illi visio fuisset ostensa, surgens Ammiramis indicauit hoc Iochobel vxori suæ, maiorq; timor eis alloquio huius visionis instabat. Non enim de filio solummodo eis esse videbatur formido, sed etiam pro magnitudine futurę felicitatis. His tamen quæ prænunciata fuerant à deo, fidem partus prębuit mulieris. qui custodes latuit per conceptus sui silentium, ex eo quod non vehementer ei dolores insisterent. Et tribus quidem mensibus apud semetipsos occulte nutrierunt infantem. Deinceps autem metuens Ammiramis, ne captus regiæ iræ succumberet, & ipse cum puero deperiret, & dei prouidentiam excluderet, deliberauit potius hoc modo pueri consulere saluti, prouidentiāq; latendi hanc esse iudicauit. Nā illud erat incertum, cum periculum immineret non solum puero, qui occulte nutriebatur, sed etiam nutrienti: deumq; iudicauit omnem habiturum cautelam, quatenus in nullo quæ promiserat esset mendax. Hæc cogitantes, vas rotūdum ex vimine complicitum, velut alueoli magnitudine præpararunt, quod sufficeret vt infans ibi spatiose iaceret. Deinde vnxerunt illud bitumine. Natura nāque bituminis est, vt in viminalibus vasculis accessum aquæ possit coercere. Illic ergo mittentes infantem, & circa fluuium ponentes, eius salutem domino reliquerūt. Et fluuius quidem eum suscipiens deportabat. Maria vero pueri soror, matris iussione custodiebat, quò illud vasculum portaretur intendens. Tunc itaque deus ostendit, humanam prouidentiam nihil esse: sed omnia quæcunq; vult ipse fieri, effectum optimum protinus adipisci: nec prędalere quidem eos, qui pro sua cautela alios quocunque condemnare nituntur interitu, multoq; studio hoc implere conantur, cum inopinabiliter illi saluentur, & penitus ex medio periculorum inueniant ereptionem, dei solius voluntate. Tale ergo aliquid circa hūc infantem gestum, aperta virtute dei probatum est. Thermut igitur erat filia regis. hęc dum luderet circa littus fluminis, portari à fluuio illud vas conspiciens, prędepit vt ad se ille alueus portaretur. Venientibus autem qui ad hoc fuerant destinati cum alueolo, videns infantem valde gauisa est, propter pulchritudinem & speciem eius. Tanto enim studio deus circa Mosen vius est, vt ab ipsis qui propter eius natiuitatem decreuerant interimere omne genus Hebræorum, alimento & cura dignus haberetur. Iussitq; mulierem adduci Thermut regis filia, quæ daret infanti mamillam. Quo non accedente ad illius vbera, sed euitāte, & hoc in multis mulierib⁹ faciente: Maria his assistens quę flebāt, nō vt quasi de industria videretur, sed in turba astare, ait: Frustra ŏ regina has mulieres ad nutrimentum vocas, quæ nullam ad eum cognationem habent. Si vero aliquā Hebræarum mulierum adduci præceperis, puto tanquam contribulis suæ, poterit vbera excipere. Cumq; putaretur bene dixisse iussit hanc abire, vt aliquā quę lactare eū posset adduceret. Illa vero accepta huiusmodi potestate, reuersa est, ducens matrem nulli cognitam: infansq; grate quodammodo ad eius accessit vbera, & supplicante regina commissum est ei cum omni diligentia pueri nutrimentum. Cui secundum euentum rerum, nomen impositum est, eo quod de flu-

Trium mensium Moses exponitur

De Thermut filia Pharaōis

mine sit saluatus. Aquam enim Moy Ægyptij vocant. Esis vero saluatus. Cõponẽtes itaque hoc ex ambobus, Moyses ei nomen imposuerunt, id est, ex aqua saluatus. Et erat indubitanter secundum dei proloquium, prudentiæ magnitudine & laboribus sapientium Hebræorum nimis industrius. Huic igitur Abrahã pater septimus erat, Erat enim iste Ammiramis filius, qui fuit ex patre Chaath, qui natus est de Leui: Leui vero de Iacob, qui fuit ex Isaac filio Abraham. Erat aũtem ei sapientia non pro ætate concessa, sed sua mensura multo superior: & seniorem huius rei facultatem in infantia demonstrabat, maioremq; spem actio eius iam tunc, quàm viri perfecti gerebat. Et cum trimus fuisset effectus, de9 mirabiliter eius staturę eleuauit spatium. Nam quantum ad speciem, nullus erat ita seuerus, vt Mosen videns, eius pulchritudinem non amaret: multisq; contingebat, dum eum cernerent per plateam ferri, vt conuerterentur quidem ad aspectum pueri, & ea in quibus videbantur studium habere, desererent, delectati potius eius visione. Erat enim in eo infantilis multa gratia, & excellenter circa eũ ac decenter existens, retinebat inspicientes. Hunc ergo cum talis esset. Thermut sibi filium adoptauit, cum sobolem legitimam non haberet. Et cum aliquando portasset Mosen ad patrem, ostẽdebat eum, quasi de successione cogitaret, si voluntate dei proprium filium non haberet, dicebatque: Nutriui infantem forma diuinum, & prudentia valde fortissimum, mirabiliterque de fluminis gratia condonatum, quem meum quidem decreui filium esse, tui vero imperij successorem. Hæc dicens, posuit in manibus patris infantem. Ille vero sumens eum, & ad pectus applicans per amorem, pro filiæ gratia imposuit ei diadema: Moses autem cõuoluens illud proiecit in terram, quasi per infantiam, calcauitque suis pedibus, quod regi ferre videbatur augurium. Contemplatus autem ille sacrorũ scriba, qui eius natiuitatem prædixerat, ita futurum ad humiliationem principatus Ægyptij: impetum fecit vt eum occideret. & terribiliter clamans ait: Hic est ille puer ŏ rex, quem nobis deus occidendum ostendit, vt de cætero timore careamus. Testimonijs enim ostenditur, quod tuum inuasurus est principatum. Isto nanque perempto, Ægyptijs quidem timor eius tolletur: Hebræis autem spes confidentiæ, quam propter eum habere creduntur, auferetur. Quæ cum dixisset, vix pręualuit eum abripere Thermut: cum etiam rex segnior esset ad eius necem; deo eum huiusmodi propter prouidentiam salutis Mosaicæ faciẽte. Alebatur itaque multa solicitudine: & Hebręis quidem spes in eo erat optima circa cuncta, suspicionem vero eius crementum generabat Ægyptijs. Et cum nullus esset certus, vel si rex occideret infantem, aut cognatum per adoptionem faceret, aut aliorum quilibet, quid amplius Ægypti versutiæ vel vtilitati prodesset, ex quo iam non metuerunt de præscientia futurorum, abstinebãt omnes ab eius nece.

Moses septimus ab Abraham

Pulchritudo Mosi

De diademate Pharaonis

Post quam creuit Moses, iniunctum est ei bellum Aethiopicum: vbi bello feliciter gesto, copulata est ei filia regis Æthiopum matrimonio. Vnde odium & inuidiam magnam contraxit Ægyptiorum. Cap. X

Exodi. 2

MOses itaq; prędicto modo natus atque nutritus est, & transiens ad ætatem perfectã, Ægyptijs formã suæ virtutis ostendit: & ad humiliationẽ quidẽ illorũ, augmentum vero Hebræorũ factũ est, vt huiusmodi occasio proueniret. Æthiopes cum sint proximi Ægyptijs, negotia sua in eorũ regionẽ portabant, & referebant Ægyptiorũ. Illi vero irati castrametati sunt, vindicaturi cõtemptũ: prælioq; commisso deuicti, alij quidem ceciderunt, alij vero turpiter domũ reuertentes euaserunt. Secuti sunt autem Æthiopes, & arbitrati illos defecisse, pręsumptione sua omnẽ Ægypti prouinciam obtinere potius exarserunt: gustantesq; eorũ bona, ab eis se non abstinebant. Cũq; vicinas partes adeuntibus non pręsumerent repugnare, accesserunt vsq; ad Mephim & mare, nulla scilicet ciuitate resistere prævalẽte. His ergo malis obstricti, ad respõsa & diuinationes

Ægyptij

Ægyptij ſunt conuerſi: & deo eis præbente conſilium, vt auxiliatore vterentur Hebræo, iuſſit rex filie, vt daret Moſen ducem à ſe conſtituendum. Illa vero ſacramentis acceptis, vt nihil ei fieret mali, tradidit Moſen: pro magno quidē beneficio iudicans eius auxilium, & annihilans ſacerdotes, qui eum velut hoſtem prędixerant occidendū, quaſi neſcientes quod aliquādo vtile foret eius auxiliū. Moſes vero à Thermut exoratus, ſimul & à rege, libēter ſuſcepit hoc opus. Gaudebant ergo ſacri vtriuſque gentis ſcribæ: Ægyptiorum quidem, tanquam & hoſtes ſuos illius virtute deuincerent, & ipſum Moſen dolo comprimerēt: Hebręorum autem, tanquam hæc eis occaſio foret. Ægyptios omnino diffugere, quod Moſes eorum dux eſſet. Ille vero antequam hoſtes cognoſcerent eius inuaſionē, ſumens ducebat exercitum, non per fluuium iter faciēs, ſed per terram: vbi ſapiētiæ quoq; ſuæ mirabile fecit indicium. Nam cum terra iter agentibus valde ſit ſæua, propter reptilium multitudinem, quia illic omnia hæc naſcuntur: ita, vt etiam quę apud alios non ſunt, illa ſola nutriat terra, virtute atque malitia & aſpectu ſolito differentia: quorum ſunt aliqua etiam volatilia, vt cum de terra nocere nequeant, ſuperuolando non prouidentes occidāt. Moſes itaque pro cautela exercitus, & itinere eorū innoxio, hoc mirabiliter adinuenit. Plectas enim ex papyro fecit in modum arcarum, easq; complens de ibidibus ſecum portabat. Hoc autem animal ſerpentibus inimicum eſt, fugiunt enim eas aduenientes: & cum ſe celare voluerint, flatu velut ceruorum arreptæ deuorantur. Ibides autē ſunt valde manſuētæ, & generi tātum ſerpentino feroces. Et de his quidem prętereo nunc ſcribere, non ignorantibus Græcis quale ſit genus ibidis. Dum vero ad terram nutricem beſtiarum veniſſent, per eas (vt dixi) naturam ſerpētum ex pugnabant, eisq; velut aduerſus hoſtes vtebantur. Hoc ergo modo iter agens, antequam Æthiopes agnoſcerent ſuperuenit: & cōgreſſus cum eis, pugna deuicit, ſpemq; quam habebant contra Ægyptios & eorum ciuitates abſtulit: ibatq; ſubuertens omnia, & terram Æthiopum maxima virtute vaſtabat. Tunc per felicitatem Moſeos, cum de labore ſuo guſtaſſet Ægyptiorum exercitus, fatigationē minime ſentiebat: tanquam præter eum, ſeruitutem & nouiſſimum ſubuerſionis periculum potuiſſent Ægyptij ſuſtinere. Poſtea autem inſequentibus Ægyptijs cunctos Æthiopes, in Saba ciuitate regia Æthiopiæ, quam poſtea Cambiſes Meroen denominauit à ſororis ſuæ nomine, obſidebantur. Erat enim valde inexpugnabilis locus ille, cum & Nilus circundaret eum & circuncluderet: & alia flumina Aſtabus & Aſtaburas, fluctus difficiles obijcerent eis, qui illic tranſire tentarent. Ciuitas enim interior exiſtens habitabatur, vt inſula muro circundata valde fortiſſimo. Et contra hoſtes quidem obiectos habet fluuios: foſſata vero grandia inter muros & flumina ſunt quatenus inundari non poſſet ciuitas, aquæ illic violētia deportata. Hæc ergo res etiam illa flumina trāſeuntibus difficilem faciebat ciuitatis inuaſionē. Cum ergo grauiter ferret Moſes ſegnitiem exercitus, quando hoſtis nequaquam ad manus venire præſumeret, tunc tale aliquid prouenit. Tharbis filia regis Æthiopum fuit. Et dum hæc Moſen circa muros exercitum applicantem, fortiterq; pugnantem videret, eius efficaciam experientiamq; mirata, & deſperantibus iampridem Ægyptijs, libertatis autorem eū fore bono ſuæ felicitatis exiſtimās. Æthiopibus ſcilicet exultantibus in his quæ contra eos geſſerant, eumq; tunc in periculis exiſtentem conſpiciens, in amorem eius eſt lapſa crudeliter: & cum paſſio pręualeret, miſit ad eum fideliſſimum ſeruulorum, vt ei de nuptijs loqueretur. Illo vero eius ſermonem ſuſcipiente, vt traderet ciuitatem, præbitiſq; fœderibus, vt & vxorem eam duceret, & ciuitatem obtinens, nequaquam pacta tranſcenderet: effectus verba præuenit: & poſt necem Æthiopum gratias agēs deo Moſes nuptias celebrauit, & Ægyptios in propriā terram reduxit. Illi vero ex quibus ſaluabantur à Moſe, ex his odium aduerſus eum habebant, & feruentioribus aduerſus eum conſilijs vtebantur, arbitrantes non propter bonos actus eum in Ægypto ita creuiſſe: innotue-

De natura ibidum

runtq; regi, quid de facta cæde prouenerit. Ille siquidem apud se industriam viri continuit: inuidia vero ductus Moseos, & oppressionis suę formidine tractus, compulsusq; à sacris scribis, nitebatur Moseos nece grassari.

Moses cognitis insidijs regis Ægyptij, latenter effugit: & veniens in Madiã, habitauit cum Rahuele sacerdote, cuius filiam accepit vxorẽ. Cap. XI

Exo. 2. QVi dum cognouisset eius insidias, latẽter effugit: & itineribus obsessis, per desertum fugam suam expleuit. Dumq; ei ciborum esset inopia, viribus tolerantiæ prævalebat: veniensq; ad ciuitatem Madian, circa mare rubrum positam, cognomen tum habentem ab vno filiorum Abraham de Cetura progenito, sedens super quendam puteum, ex labore & miseria quiescebat existẽte meridie, non procul à ciuitate. Quo ei actus accessit huiusmodi ex vsu prouincialium, qui cumulum eius virtutis ostendit, occasionem ad meliora præbens. Nã cum sint loca inaquosa, præcedebant pastores, ne forte est puteis aqua exhauriretur ab alijs, & oues potu necessario priuarentur. Astiterunt itaq; tunc ad puteum septem virgines sorores, Rahuelis filiæ sacerdotis, qui multo honore apud prouinciales habebatur. Quę gregum patris curam agentes, eo quod hoc ministeriũ etiam mulieribus regionum sit Troglodytarum, sufficientem aquam de puteo leuauerunt, expectantes vt greges suos abundanti irrigatiõe satiarent. Superuenientibus vero pastoribus, & virgines expellentibus, vt aquam ipsi occuparent. Moses crudele iudicans puellas despicere, iniustitiam patientes, violentiãq; virorum sinere potiorem quàm iustitiam virginum: illos quidẽ prohibuit violetos esse, virginibus autem opportunũ præbuit adiutorium. Quo beneficio impetrato, venerunt ad patrem, iniuriamq; pastorum narrantes, & solatium sibi exhibitum peregrini, rogabant ne eius benefactum illi esset vacuum, ne retributione debitæ priuaretur. Ille autem & filias approbauit, circa benefactorem ita studẽtes, & Mosen iussit ad vultum suum adduci, iustissimæ gratiæ recompensans præmia meritorum. Cumq; venisset, filiarum testimonium ei de suo solatio declarabat: eiusq; virtutem admiratus, non fore eius auxilium bona sine recompensatione dicebat, sed idoneum se ad reddendam gratiam, ita vt magnitudine recompensationis, mensuram possit transcendere benefacti. Fecitq; eum quasi filiũ, & vnam filiarum dedit ei vxorem, gregumq; suorum (in quibus omnis erat antiquis barbaris possessio) eum voluit habere curam atq; dominium. Et Moses quidem dum hæc impetrasset à Gechegleth (hoc enim cognomen erat Rahueli) debebat ibi eius pascendo greges.

De filiabus Rahuelis

De rubo qui videbatur Mosi quasi arderet, qui tamẽ non comburebatur: vbi audiuit mandatum diuinum, vt reuertens in Ægyptum, liberaret filios Israel de oppressione Ægyptiorum. Caput XII

Exodi. 3 POst hęc autem tempora, dum pasceret gregem, in montem qui vocatur Sina ducebat oues, qui mõs est excelsus, & ad pasturas egregius, optimas herbas habens. Hic enim dum esset opinio habitare deum, primitus nemo pascebat: quia pastores minime illuc ambulare præsumebant: quo tamen prodigiũ ei mirabile nimis apparuit. ignis namque depascens rubi viriditatem, eiusq; florem, transijt innoxius, fructiferosq; ramos nullo incendio dissipauit, cum vtique flamma vehemens & velocissima nimis esset, ille autem & iam ipsam visionem inopinabilem formidans obstupuit, & potius dum vocem ignis emitteret, & nomine eum vocaret, verbaq; facere videretur: quibus etiam fiduciam eius præsumentis accedere ad loca, vbi nullus hominum primitus. ambulasset, eo quod diuina essent, redarguit: eiq; suasit, vt procul ab igne recederet, & vt sufficerent ei quæ viderat, cum esset bonus vir, magnorumq; virorum proles, nihilq; amplius indagaret. Prædicebatq; futuram ei gloriam & honorem apud homines, deo præsente: iussitq; vt cum fiducia abiret in Ægyptum, dux & princeps futurus multitudinis Hebræorum, & cognatos proprios ab illorum iniuria liberaturus. Nam & terram, inquit, habitabunt hanc valde felicem,

Rubum ardentẽ Moses uidet

quam

quam habitauerat pater veſter Abrahã: omnibusq; adepturi ſunt bonis, ad hæc, vtiq; eos te tuaq; ſapientia deducente. iuſſitq; vt educens Hebræos ex Ægypto ſacrificium gratiarum actionis veniens ad illa loca celebraret. Hæc ergo ex illo igne diuina voce prolata ſunt. Moſes autem obſtupeſcens in his quæ viderat, & multo potius quæ audierat: Vtruti: inquit, tuæ non credere dominæ, quam & ipſe colo, & maioribus meis apparuiſſe non dubito, veſaniſſimum ſecundũ meã ſapientiam eſſe puto. Veruntamen hæſito, quemadmodum vir ignarus, & nullius virtutis idoneus, aut ſuadeam verbis, quatenus cognati relinquentes terram quam nunc inhabitant, me ſequantur, ad quam ipſe eos deducam: aut vel ſi ipſis ſatiſfiat, quomodo potero exigere Pharaonem vt dimittat Hebræos, quorum laboribus & operibus virtus eius felicitatis augetur. Deus autem eum in omnibus confidere, ſeq; ei adeſſe promittens: & vbi quidem opus eſſet ſuaſione, verba præbiturum: vbi autem operibus, virtutem miniſtraturum: iuſſit vt baculo in terram proiecto fieret ſerpẽs, quo ſigno crederet promiſſa ſe percepturum. Hoc dum feciſſet, draco repebat conuolutus ſpiris ingentibus, & tanquam contra perſequentes, ſuum caput ſæuiſſimum inſurgebat, qui deinceps factus eſt virga. Poſt hoc vero mittere eum dextram in ſinum præcepit: obediensq;, candidam & velut niuei coloris eam protulit, poſt quod tamen ad ſolitum eſt reuerſa. Iuſſusq; iterum aquam de proximo ſumere, eamq; in terram proijcere, vidit eam colore ſanguineo factam: mirantemq; in his confidere pręcipiebat deus, & adiutorem ſibimet eum noſſe maximum, & ſignis his ad credendum apud omnes vſurum: dicebatq;: Miſſus à me, ſecundum mea mandata facies vniuerſa. Iubeo ergo te in nullo tardantem ad Ægyptum feſtinare, die noctuq; laborare, ne tua tarditas maius tempus faciat Hebræos in ſeruitute conſiſtere. Moſes autem non diffidens in his quæ promittebat diuinitas, inſpector vtique talium iudiciorum, & auditor factus orabat, vt hac virtute eodem modo experiretur in Ægypto: ſuppli cabatq; ne nominis ſui deus notitiam ei celaret, vt dum voce eius participatus fuiſſet pariter & aſpectu, inſuper agnoſceret & vocabulum: quatenus ſacrificãs nominatim eum adeſſe hoſtijs ſupplicaret. Et deus quidem ei ſuam ſignificauit appellationem, quam primitus homines nequaquam videbantur audiſſe, de qua mihi dicere non eſt fas. Moſes itaque illa ſigna non tunc ſolummodo, ſed ſemper & vbicumq; contigerat faciebat. Ex quibus omnibus plus maiorem veritatem ſignis diſtribuens, deumq; propicium & ſuffragatorem habiturũ ſe credens, & domeſticos ſe ſaluare ſperabat, & Ægyptios malis afficere.

Verba Moſi ad deum

Exodi. 4.

Moſes regreſſus eſt in Ægyptum ſecundum mandatum domini: vbi faciens ſigna & prodigia maxima, eduxit filios Iſrael de Ægypto in manu valida.

Caput XIII

Exodi. 4.1

AVdiensq; Ægyptiorum regem Pharaonem eſſe defunctum, ſub quo ipſe diffugerat, petijt Rahuel, vt eius permiſſu pro vtilitate cognatorum iret in Ægyptum: ſumensq; Sephoram quam habebat vxorem filiam Rahuelis, & filios quos habebat ex ea, Gerſum & Eleazarum, tetendit ad Ægyptum. Nominum vero horum eſt ſignificatio: Gerſus quippe Hebręa lingua ſignificat, in terra peregrina: Eleazarus autem, qui adiutore patrio deo vius, Ægyptios effugiſſet. Cum vero veniſſet iuxta montem, frater Aaron occurrit ei, deo iubente. Cui Moſes ſignificauit. quę in monte contigerunt, pariter & diuina mandata. Procedentibus autem eis, occurrerunt nobiles Hebræorum, eius præſentiam cognoſcentes. Quibus Moſes, quoniam verbis ſuadere non poterat, ſigna ſibimet oſtenſa monſtrabat. Illi vero ſtupore eorum quæ inopinabiliter inſpiciebant, omnino credebant, & ex omnibus erant & in ſpe maxima conſtituti, deo ſcilicet eorum prouidente ſecuritatem. Dum vero iam obedientes haberet Hebręos Moſes, promittentes ſecuturos ſe quæ iuberet, libertatemq; reſpicere, venit ad regem illum qui nuper ſuſceperat principatum, & in quocunque iuuerat olim Aegyptios ab Aethiopibus compreſſos, cum ſuiſſet eorum direpta

Moſes cũ uxore & filiis tendit ad Aegyptum

Exodi. 5

repta prouincia,declarauit:& quia militia & laboribus magnis vſus tanquã pro ſuis,poſt diuerſa periculà nõ dignam retributionem acceperit,intimauit:pariter etiam quæ illi in monte:Sina contigerant,deiq; voces,& ſigna ſingula ab eo mõ
Exodi.7 ſtrata propter fidem rerum,decenter expoſuit,rogauitq; ne diſcredẽs in his, impedimentum dei faceret voluntati. Deridente vero rege,Moſes opere fecit,vt cõ ſpiceret ſigna,quæ fuerant in monte Sina monſtrata. Ille ergo dedignatus, illũ quidem maligniſſimum appellauit,& prius Aegyptiorum fugiſſe ſeruitium, & nunc pro ſeductione remeaſſe:& prodigiorum opus,ſtuporemq; factum,magicarum artium appetiſſe remedio. Cumq; hæc dixiſſet:iuſſit ſacerdotes eaſdẽ quas ille,facere viſiones:tanquam Aegyptij etiam in hac diſciplina ſapientes exiſterent,& quaſi non ſolus Moſes peritus eſſet rerum,quas ipſe per deum poſſet explere:vt quod eratvalde mirabile,ſi etiam ab alio fieret,oſtenderetur. quomodo humana doctrina conſtaret. Et ponentibus illis virgas,dracones ſunt facti. Moſes autem non expauit,ſed ait. Nec ego quidem ò rex. Aegyptiorum deſpicio ſapientiam:ſed tanto melius à me hæc quàm horum magica arte ſunt facta,quanto conſtat humanis diuina eſſe meliora. Oſtendam vero,non artibus magicis, nec errore,ſed ſubſiſtere veritate,quæ mihi ſunt dei prouidentia & virtute patefacta. Cumq; hec dixiſſet,proiecit virgam in terram,iuſſitq; eam vt in colubrũ verteretur. Illaq; obediens,etiam Aegyptiorum virgas,quę videbantur eſſe dracones,deuorauit inſiliens donec conſumeret vniuerſas. Quam in ſuo ſchemate redeuntem,denuo ſumpſit Moſes. Rex autem nihil maius in hoc actu ſe vidiſſe ſimulauit,ſed iratus,& in nullo eum dicens præferri Aegyptiorum ſapientiæ atque integritati,iuſſit ei,qui ſuper Hebræos videbatur eſſe conſtitutus, vt nullam eis præberet requiem,ſed maioribus quàm prius eos malis affligeret. Ille vero cum prius eis paleas præberet ad lateres,nihil dedit vlterius: ſed die quidem operibus eos faciebat affligi,nocte vero paleas congregare. Et cũ eis duplex hoc malum exiſteret. & ærumna per illum crudelior inſtitiſſet,ille neq; minis regis fatigatus eſt,neq; increpationibus ceſſit Hebręorum:ſed animam ſuam cõſtituit ad vtraq;.vt & laboraret,& libertatem cognatis acquireret:veniẽsq; rurſum ad regem,ſuadebat ei,vt dimitteret Hebræos ad montem Sina, ſacrificaturos deo. Hoc enim deum præcepiſſe dicebat,& in nullo contradicendum iuſſionibus illius exorabat:deumq; propitium fore cunctis,ſi eos dimitteret egredi: ne prohibendo illos ſibimet reputaret patiendum,quæcunq; patiuntur,qui dei præceptionibus contradicunt:quando eis qui iram in ſe commouerint diuinam, ex omnibus oboriuntur aduerſa. Ex quibus vtiq; neq; terra neq; aer ſuauis exiſtit,nec ſoboles eorum naturali modo progreditur, ſed inimica omnia & aduerſa ſentire Aegyptios edicebat,& Hebræorum populum abire ex eorum prouincia etiam illis nolentibus affirmabat. Rege vero Moſeos deſpiciente ſermones,nullamq; cõuerſionem ſui ad talia faciente,paſſiones peſſimæ,quas ſingulas explanabo. Aegyptios inuaſerunt:nec prius flectebantur quàm eorum experimenta percipe-rent:ſimul & quia vellet deus Moſen in nullo eorum quæ prædixerat monſtrare fallacem. & quia prodeſſet hominibus. vt diſcerent obſeruare & facere ea, in quibus non poſſet offendi diuinitas:ne ad iracundiam conuerſus, in eorum iniquitatibus vlciſcatur. Fluuius enim eis ſanguineus dei voluntate profluxit, & qui bibi non poſſet,cum fontem aquarum alium non haberent. Et non colore ſolummodo talis erat,ſed etiam ſe contingentibus dolores & amarum genitum inferebat: Eratq; talis Aegyptijs,Hebręis autem dulcis & potabilis exiſtebat,li
Exodi.8 cet naturaliter videretur eſſe mutatus. In hoc miraculo rex timens atq; hęſitans propter Aegyptios,abire permiſit Hebręos. Cumq; malum aliquo modo fuiſſet releuatum,rurſus ſententiam permutauit,nec eos permiſit abire. Deus autem, illo contemnente poſt calamitatis ablationẽ:& nolente à ſua malitia ſe temperare,aliam Aegyptijs intulit plagam. Ranarum namq; infinita multitudo eo-
Plaga ranarũ rum terras late depaſta eſt,plenusq; erat his etiam fluuius:& polluebatur eorũ potus,

potus, & animalibus ibi putrescētibus fœtor cūctis noxius exhalabat ex aqua: eratq; cuncta regio huiusmodi malo plena, ebullientibus ranis & morientibus: quæ etiam domestica eorum habitacula valde vexabant: dum in cibis eorum & poculis sępius inuenirentur, & in cubilibus eorum inhabitantes, fœtorq; crudelis erat & abominabilis, morientibus ranis ac putrescentibus. Dum his ergo malis Aegyptij premerētur, iussit rex Mosen tollentem Hebræos abscedere. Cumq; dixisset hoc, repēte ranarum exterminata est multitudo, & terra simul & fluuius in suam reuersi sunt naturam. Pharao vero mox vt passiōibus terra priuata est, oblitus calamitatis illius, rursus retinuit Hebræos: & tanquam si plurimas passiones experiri vellet, nequaquam dimisit Mosen populumq; discedere, quando prius timore potius quàm prudentia eos abire decreuerat. *Plagauermium* Rursus ergo alterius mali percussione, eius fallaciam diuinitas vulnerauit. Pediculorum namq; innumera multitudo Aegyptijs pullulauit, ex interioribus ebulliens, ex quibus mali male consumebantur: neq; lauacris, neq; medicamentorum vnguentis genus eorum exterminare prævalentes. Ob hanc ergo pestem rex Aegyptij turbatus, metuensq; simul pestem sui populi, licet fatue verecundiam se deuicti viri putaret habiturum, cogebatur tamen à malo temperare, & Hebræis concessit egressionem. Cumq; hoc iterum leuigaretur, filios & vxores obsides reuersionis suę eos relinquere sentiebat. Vnde iritauit potius deum, credens se eius quoq; prouidentiam fallere, sicut etiam Mosen. Sed ipsum latere non potuit Aegyptum puniențem propter Hebræos. *Bestiarum passio* Bestijs namq; multigenis & multimodis, quarum aspectibus nullus occurrit, eorum primum impleuit regionem, quibus & ipsi contumebantur, & terra agricolarum cultura nudabatur. *Exodi. 9* Siquis enim primarum passionum malis euaderet, hoc languore & interitu hominum talia sustinentium succumbebat. Cumq; Pharao neq; sic dei iussionibus obediret, sed vxores quidem abire cum viris diceret, relinquendos vero filios postularet: non defuit deo, vnde calliditatem eius diuersis malis & maioribus superuenientibus castigaret. *Grandinis oppressio* Crudelior namq; eorum corpora vulnerabantur interius corrupta, & ita passim Aegyptiorum multitudo cōsumebatur. Rege vero neq; hac plaga temperante, grando vehemens (cum neq; prius in Aegypto aer aliquid tale protulerit, neq; similis apud eos hyemis tempore descenderit (maiorq; quàm apud habitatores boreæ partis & septentrionalis aeris rigore defertur, etfluxit, & fructus eorum vsquaq; contriuit. *Locustarum vastatio* Deinde genus locustarum, germen quod non fuerat consumptum grandine, deuoraut: vt eis generaliter ipes terrenorum fructuum deperiret. *Exodi. 10* Sufficiebant nanque quemlibet sine calliditate fatuum etiam ea quæ prædicta sunt mala ad intellectum & cogitationem vtilitatis adducere. Pharao vero non tantum imprudens, quantum malignus, sentiens causam, deo tamen contradicebat, iussitq; Mosen cum vxoribus suis Hebræos abducere, facultatem vero eis deserere, eorumq; depopulandas domos. Mose vero non acquiescente ita dimitti eos, quos oporteret deo sacrificium de suis rebus offerre, cum propter hanc causam multo tempore moraretur, tenebræ profundissimæ & partem luminis non habentes, Aegyptijs sunt diffusæ: pro quibus & visus eorum aeris crassitudine clausi sunt, eosq; mori miserabiliter compulerunt. *Tenebrarum caligo* Metuebant enim ne caligine simul absorberentur. Deinde his excussis, post tres dies totidemq; noctes, dum nullatenus pœnitentiam ageret Pharao, propter egressum Hebræorum accedens ad eum Moses ait: Quousque inobediens eris voluntati dei? Iube dimitti Hebræos. Non potueris enim aliter ab his malis eripi, nisi hæc voluerjs implere. Rex autem iratus in his quæ fuerant dicta, minatus est eius se caput auferre, si ad eum ob hanc importunitatem denuo remearet. Tunc Moses, nequaquam se de his verba facturum dixit, sed illum ipsum cum proceribus Aegyptiorum deprecaturum fore, vt Hebræi discederent. Et ille quidem cum hæc dixisset, abscessit. Deus autem ostendens adhuc vna plaga feriendos Aegyptios, vt dimitterent Hebræos, iussit Mosen præcipere *Exo. 11. & 12.*

populo,

Denominatio primi mensis

populo, vt sacrificium paratum haberent: essentq; præstructi decima die Xantici mẽsis ad quartamdecimam (qui mensis apud Ægyptios quidem Pharmuthi, apud Hebræos autem Nisan vocatur, Macedones vero Xanticum eũ appellãt) & egressuros Hebræos, omniaq; portaturos asseruit. Et ille quidem præparatos iam habens ad egressionem Hebræos, & cõstitutos per tribus, ibidem retinebat. Cum autem instaret quartadecima dies, omnes ad egressionem tendentes, & immolantes sanguinem, domus proprias hysopi frondibus emundabant. Cuniq; cœnassent, reliquias carnium egressuri concremabant. Vnde hactenus secundum hunc morem ita sacrificeamus. Illamq; festiuitatem pascha vocauerunt, quod significat transcensionem eo quod illa die deus transcendere eos pestem voluit, quæscilicet Ægyptios visitauit. Mors enim primogenitorũ ita Ægyptijs facta

Pascha

est, vt plurimi procerum congregati circa regalia, Pharaoni persuaderent, quatenus Hebræos sub velocitate dimitteret. Qui vocatum Mosen abire præcepit: arbitratus fore vt si de prouincia recederent. Ægyptus ab imminenti castigatione cessaret: muneribusq; Hebræos honorabant, alij quidem vt citius egrederentur, alij vero propter vicinitatis eorum consuetudinem. Et illi quidem egrediebantur, flentibus Ægyptijs, & pœnitentiam agentibus, eo quod eis fuerint sic crudeles, tendebãtq; ad ciuitatem nomine Lithus, quæ tunc erat deserta, vbi Babylon postea fabricata est, dum Cambises Ægyptum deuastasset: celeriterq; iter agentes ad locum Beelsephon, tertia die ad mare rubrum venerunt. Et cum propter desertum nihil de terra possent habere ciborum, fermentata farina, axymis panibus, & modico tantummodo tempore coagulatis vescebantur: hisq; triginta sunt vsi diebus: longiori enim tempore eis non sufficerunt quæ tulerant ex Ægypto, cum iam is cibus sub necessitate custodiretur, nec ad satietatem eodem vterentur. Vnde & in memoriam illius inopiæ, festiuitatem octo dierum agimus, quæ dicitur Azymorum. Omnis itaq; multitudo, mulierum pariter & infantum egressorum, considerantibus innumerabilis erat. Qui vero ętatem habebãt aptã ad expeditionem, sexcenta milia erant: reliqueruntq; Ægyptum mẽse Xantico, luna decimaquinta, post annos triginta & quadringentos, quàm pater noster Abraham venisset in Chanaan: post Iacob autem aduentum in Ægyptum, anno ducentesimo & quinto. Moses autem erat quidem anno iam octogesimo, frater autem eius Aaron tribus annis maior extabat. Portabãtq; etiam ossa Ioseph dum hæc ille filios suos facere præcepisset.

Quomodo Ægyptij pœnitentia ducti quod dimisissent filios Israel, insecuti sunt eos vsq; ad mare rubrum, quod diuisum virga Mosi ingressi filij Israel, sicco vestigio transierunt: Ægyptij autem ingressi post eos, reuertente mari in seipsum, suffocati sunt. Caput XIIII

PORrò cum Ægyptios Hebræorum pœniteret egressus, dumq; rex grauiter ferret, tanquam veneficijs Moseos signa facta fuissent, deliberauerunt super eos irruere. Et sumentes arma persequebatur eos tanquam reuocaturi,

Exodi. 14.

vbicumq; comprehendissent, nec eos vlterius deo committerẽt: seq; contra eos facillime præualere iudicabant, cum & inermes essent illi, & itinere fatigati. Et à singulis occurrentibus requirẽtes quò abirent. Persequi cum studio festinabãt, licet molesta sit illa terra iter agentibus, nõ solum expeditis, sed etiam singulariter ambulantibus. Moses autem per ea loca prouide ducebat Hebræos, vt siquidem pœniteret Ægyptios, & persequi vellent Hebræos, supplicium malitię suę, & transgressionis indubitanter exoluerent. Per Palestinam vero grauiter ferebat transire, propter antiquam molestiam, volebatq; quolibet modo latere pergens. Confinis enim est hæc Ægyptiorum prouincię, & propterea via quidem ducente ad Palæstinam populum non eduxit: per desertũ vero multum agens iter, malaq; perpessus innumera, ad Chananæa studuit peruenire: insuper & propter mandata dei, iubentis adduci populũ ad montem Sina, illic sacrificium oblaturos. Apprehensis ergo Hebræis Aegyptij ad prælium parabatur: & multa vi

tute

tute persecuti, concluserant eos in paruulo quodam loco. Sexcenti enim currus persequebantur eos, & equites quinquaginta milia, & CC milia pariter armatorum. Et itinera quidem clauserunt quibus Hebræos fugere iudicabant, inter rupes intransgressibiles eos & mare claudentes, vbi terminatur mons ex asperitate viarum nimis immensus, & fugam eis penitus amputantes: à maritima náque & montis congressione Hebræos militibus obsederũt, os ipsius fugæ claudẽtes, vt egressum illis ad campestria denegarent. Ita tolerãtes obsessionis modum erant Hebræi propter necessariorum egestatem, neq; fugæ facultatem habentes, armisq; priuati: qui licet si pugnare vellent, eis spes rerum omnium videretur amissa, nisi semetipsos traderent voluntati Ægyptiorum. His ita factis, Mosen culpabant in omnibus oblitiq; signorum, quæ eis fuerant à deo pro sua libertate monstrata, vsq; ad hoc venerũt, vt etiam prophetam qui eis salutem promiserat, sua pro incredulitate lapidibus niterentur obruere, seq; tradere cogitarent, eratq; luctus & gemitus mulierum & infantum, ante oculos habentiũ mortem: montibusq; se & mari claudentibus simul & hostibus. & fugam nullatenus ex istis inueniẽtibus. Moses autem, licet esset in eum exasperata multitudo, ipse tamen non cessabat circa prouidentiam eorum: sed hæc omnia iactabat in deũ, qui eis etiam iam alia quæ prædixerat, pro eorum libertate contulerat, neque in hoc eos relinquendos esse inimicis dicebat, neq; seruituros, neq; perituros, stansq; in medio ait. Nec hominibus quidem bene cõuersantibus circa nos iustũ erat non credere: de dei vero prouidentia vos desperare opus non est, à quo vobis omnia prouenerunt, quæcunq; per me ad salutem & libertatem seruitutis vestræ, neque sperantibus compromisit: cum in hæsitationem sicut putatis venientes, oporteret nos dei adiutorium sustinere: cuius opus erit, etiam nunc in tali nos difficultate concluso, ex desperatione sicut vos creditis habituros salutem, & ex hostibus libertatem, qui fortitudinem vtiq; suam circa nos est ostensurus, & prouidentiam facturus. Non enim in paruis diuinitas auxilium sui fauoris solet accommodare, sed potius in quibus humanam spem ad meliora nõ videt accedere. Vnde tanto auxiliatori credentes, cui virtus est etiam parua grandia facere, & tantarum infirmitatem rerum suo munimine roborare, nolite Ægyptiorum arma metuere: nec quia mare & posteri montes viam fugæ prohibent, propterea salutis spatia desperare. Fient vobis & hæc quasi campi dei prouidentia, & pelagus conuertetur in terram. Cumq; hæc dixisset, ducebat eos ad mare, Ægyptijs intuentibus. Erant enim è diuerso positi, & labore persecutionis affecti. Ideoq; in crastinum differre prælium vtile fore credebant, Dum vero Moses veniisset ad littus, sumẽs virgam rogabat deum, & auxiliatorem atq; adiutorem inuocabat, dicens: Neq; tu quidem ignoras, quia effugere nobis mala præsentia nec fortitudine, nec auxilio licet humano: sed tu præbe aliquod salutare exercitui, tua voluntate Ægyptum relinquenti. Tuum est enim nos eripere: Quia nunc omni spe & auxilio desolati, ad tua solius subsidia conuolamus: & quicquid ex tua prouidentia nobis accesserit, quod nos ab Ægyptiorum ira liberare nunc possit inspicimus: velociterq; tuam nobis ostende virtutem: & populum desperatiõe ruentem in peius, ad securitatem dignare & ad fiduciam pietatis erigere. Nõ enim in extraneis sumus, sed tuum quidem est mare, tuus & mons est qui nos circundat: ita vt hic aperiri te præcipiente, & pelagus conuerti possit in terrã. Valebimus enim effugere, etiam per desertum: si tuæ placeat virtuti, hac etiam nos parte saluare. Talia siquidem cum orasset, percussit virga mare. Quod repente percussione in cisum, & in se diuisum, terram reliquit nudam, vt Hebræis via esset & fuga. Moses autem videns ad destinationem dei & pelagus eis cessisse propriam terrã, primus illic intrauit: & Hebræos, diuino itinere facto, periculum præsentium hostium euadere, & se sequi præcepit. Qui delectabantur in hoc, agebantq; deo gratias propter salutem, quæ per eum vltra modum rationis accesserat: quos iam nequaquam tardantes, sed cum festinatione pergentes, velut sibi præsente deo,

Confidentia Mosi

Oratio Mosi ad deum

Diuisio maris rubri

vesanos quidem primitus Ægyptij iudicabant, & tanquam ad internitionē manifeste mortis intentos. Cum vero viderent eos illæsos abire, nullumq; impedimentum eis nec difficultates aliquas obuiare, persequi eos aggressi sunt, tanquā & illis pelagus ita quietum existeret. Pręordinantes ergo equos, ingrediebantur in mare. Hebræi vero, illis se armantibus atq; tardantibus, ad terram contra posita peruenerunt, sine aliqua passione illos effugientes. Quapropter illi audaciores effecti, persequebantur tanquam nec ipsi aliquid essent passuri: cum nescirent Hebręis proprie factam, & non esse communem viam: quæ vtiq; pro salute periculum patientium fuisset ostensa: & non propter eos qui ad perditionem illorum accedere festinabant. Cumvero Ægyptiorum exercitus omnis intrasset mare, rursus effusum est: & descendens ventorum procella, imbresq; simul ę cœlo pariter descendentes, & tonitrua valde grauissima, coruscationesq; labentes & fulmina, omnes comprehenderunt Ægyptios: nihilq; fuit vindictæ rerum euenientium per iram dei ad perditionem hominum, quod eis minime tunc accessit noxiosq; caliginose & fluctuose mare apprehendit. Et isti quidem ita sunt perditi, vt nemo ex Ægyptijs relinqueretur. Hebręi vero neq; se retinere poterāt gaudio inopinabili suæ salutis, & hostium perditione firmissime liberati: quando de fecerant qui eos seruire coegerunt, deumq; adiutorem suum inspiciebant. Et illi quidem periculum ita effugientes, insuper & inimicos punitos sic esse respicientes, vt nulli vnquam priorum hominum potuerint reminiscī, hymnum tota nocte dixerunt. Moses autem in domini laudem & gratiarum actionem, cāticum propitiationis eius hexametro cōposuit. Ego siquidem vt inueni in sacris libris, ita hæc singula quæq; tradidi. Nullus vero discredat verbo miraculi: si antiquis hominibus & malitia priuatis, via salutis liquet per mare facta, siue voluntate dei, siue sponte reuelata: dum & eis qui cū Alexandro rege Macedoniæ fuerūt, olim & antiquitus à resistentibus Pampbylicum mare diuisum sit: & cum aliud iter non esset, transitum præbuit eis, volente deo per eum Persarū destruere principatum: & hoc confitentur omnes qui actus Alexandri conscripserunt. De his itaq; sicut placuerit cuilibet existimet. Postea vero armis Ægyptiorum per fluctus violentia ventorum allatis exercitui Hebræorum, Moses & hoc arbitratus de permissione factum, vt neq; armis egerēt, hæc exijt colligens: Hebræosq; his muniens duxit eos per desertum ad montem Sina, illic immolaturus deo, & pro salute multitudinis Hebręorum, vt dictum erat, munera redditurus in pace.

Exodi. 15

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICE LIBER TERTIVS.

Quomodo Moses populum ex Ægypto sumens, duxit ad montem Sina, multo itinere fatigatum. Caput I

IGITVR inopinabiliter Hebræi tali salute donati, grauiter iterum contristabantur, dum Sina duceren tur ad montem, essetq; regio valde deserta, & necessarijs alimentis valde egena, & aqua difficilis: quæ non solum vt præberet hominibus aliquid indigebat, sed etiam nec aliquavt aleret animalia erat idonea. Est enim sterilis, nullusq; nouus fructus ex ea valet oriri. Per huiusmodi siquidem regionem necessario properabant: quando vnde irent ad aliam non habebant. Portabatur autem aqua ex locis iam trāsactis duce iubente, & ea expensa, ad effodiendos puteos cum labore propter terræ duritiam accedebant: & cum inueniretur, erat impotabilis: sed amara simul & praua.

& praua. Hoc itaq; modo facientes iter circa meridiana, veſpere venerunt ad lo *Exodi.15*
cum, quem propter aquæ malitiam Mar nominauerunt: Amaritudo enim He-
braica lingua ſic dicitur. Ibiq; fatigati itineris violentia, in indigentia ciborum,
qui eis defecerant, omnino manſerunt. Erat enim illic puteus valde dirus, qui
nec ſufficere quidem tanto exercitui poterat, paruam tamen eis conſolationem
præbuerat, quod in illis locis fuiſſet inuentus. Audierant enim ab exploratori-
bus, quod nihil ambulãtes vlterius inuenirẽt. Illa ſiquidẽ aqua amara grauiter
non tolum hominibus, ſed etiam ſubiugalibus exiſtebat. Videns itaq; Moſes po
pulum in anguſtia conſtitutum, & ſimul cauſam cui conſultari non poterat: ne-
que enim inimicus erat hoſtis, quatenus vim inferenti neceſſitate, potuiſſet ſua
fortitudine reſiſtere: ſed dum iſto modo eorum deficeret virtus, infantũq; & mu-
lierum multitudo debilior, nihilq; prodeſſet doctrina verborum, calamitatẽ om
nium ſuam Moſes propriam faciebat. In vnum deniq; concurrebant eiq; cuncti
inſtabãt: mulieres quidem pro paruulis, viri autem pro ſemetipſis, ne eorum vti-
litatem ſperneret, ſed eorum ſaluti, quocunq; ordine prouideret. Ad hoc ergo cõ
uerſus eſt, vt deo tolummodo ſupplicaret, vt aquam ex malitia præſenti conuer
teret, eamq; illis potabilem condonaret. Et concedente deo tantam gratiam, ſu
mens ſummitatem virgæ, quàm in præſenti gerebat, diuiſit per medium: & in lõ
gitudine ipſam inciſionem faciens, deinceps iactauit in puteum ſatisfaciens He
bræis, eo quod deus eius orationes audiſſet, & promiſiſſet aquam ſe eis qualem
concupiſcerent præbiturum, ſi tamen iuſſis eius non ſegniter, ſed promptiſſime
miniſtrarent. Illis vero dicentibus quod vellet ſe facturos, ſi aqua conuertere-
tur in melius: iuſſit eos qui iuuentute valebant haurire aquam, dicens quod prius
effuſa plurima, quæ ad vltimum remaneret aqua, eis eſſet potabilis. & illi quidẽ
laudauerunt dictum, aqua vero frequentibus contuſionibus exercitata & pur-
gata, facta eſt potabilis. Hinc itaque caſtris motis, venerunt in Helim, quæ pro
cul quidem bona videbatur aſpectu. Habebat enim palmarum arbores. De pro
ximo autem maligna comprobabatur. Nã palmę illic ſeptuaginta non amplius
erant, increſcibiles, nec multum eminentes à terra, propter aquæ inopiam: quia
dum eſſet locus omnis arenoſus, neque eis ex duodecim fontibus humectatio quę
dam, aut ad rigandum ſpes vtilis habebatur: ſed dum germinare non poſſent,
ſteriles erant indubitanter & paucæ. Cumq; per arenam diſcurrerent, nihil eis
penitus occurrebat: vel ſi manibus paucum aquæ ſumerent, inueniebant inutile
atque cœnoſum. Fructum vero ferre erant illæ arbores nimis inualidæ, propter
aquæ vt dixi ſterilitatem. Pro hac ergo cauſa culpabant Moſen ducem: clama-
bantq; ei ſuam miſeriam, experimentumq; malorum per eum ſe pati dicebant,
triginta dierum ambulantes viam: Quæcunq; enim portabant penitus conſum-
pſerant: & nihil inuenientes, erant in deſperatione rerum cunctarum. In prę-
ſenti namq; malo habentes animum, & non recordantes quanta eis fuiſſent à deo &
Moſeos virtute ſapientiaq; collata, iraſcebantur aduerſus ducem, & lapidare
eum ſimul aggreſſi ſunt, quaſi ipſe cauſa tantæ calamitatis exiſteret. Ille vero
ita multitudine prouocante, & contra eum amare commota, de deo confidens,
& conſcientia pura prouidentiæ ſuæ, quam gerebat contra contribules ſuos, ſe-
metipſum dedit in medium: & conclamantibus, atque ad lapides manus haben-
tibus, cum eſſet ille aſpectu gratiſſimus, & ad alloquendum multitudinem ſua-
ſibilis, mitigare cœpit iras eorum. Neque eos malorum pręſentium recordãtes,
obliuionem priorum beneficiorum habere poſcebat: nec quia tunc laborarent,
ideo debere perpetua dei munera donaq; proijcere, quorum iam magna & inopi-
nabilia meruiſſent. Sed ſperare potius, etiam de præſenti anxietate ſe dei pro-
uidentia liberandos, qui eorum virtutem probare vellet, ſi haberent tolerantiã,
& animo bono præcedentia retinerent. Quia ſi non ad illa bona propter præſen
tia mala reſpicerent, exercerentur in malis, & arguerentur non eſſe boni, neque
circa patientiam, neque circa beneficiorum priſcorum memoriam: cum ita deum

eiusq; voluntatem contemnerent, per quam Ægyptum reliquissent, & ita circa eundem ministrum eius affecti esse viderentur: cum eis vtiq; in nullo fuisset mẽ titus, de quibus dicendum aut faciendum dei mãdato haberet. Enumerabat igitur omnia, quemadmodum perempti fuissent Ægyptij, qui eos contra domini compresserant voluntatem & quemadmodum idem fluuius illis quidem sangui neus esset, ipsis vero potabilis atq; dulcis: & quomodo per mare nec longius fugientes, nouam viam aggressi, ipsi quidem ex illo saluati sint, inimici autem eorum prorsus absorpti: & quia dum arma non haberent, etiam hoc eis deus abunde præbuerit: & alia quæcunque ad perdendos inimicos, & istos saluandos necessaria fuissent, eis vltra spem virtutis suę more contulerit. Non ergo debetis, inquit, etiam in pręsenti de eius prouidentia desperare, sed sine iracundia sustinere: & cogitare, eius auxilium non quidem tardum esse, sed ideo nunc differri, vt vos hac difficultate probet, vtrum credatis deum non per defectum esse segnem sed pro experimento virtutis vestræ & desiderio libertatis: vt cognoscat vtrum & ciborum inopiam, & sterilitatem aquæ pro eo fortiter ferre possitis: an seruire potius eligatis, sicut iumenta dominantibus sibi, & eis qui propter ministerium suum hæc pinguissime nutrire consueuerunt: Adijciens super hæc dicebat, non se tantum de sua salute metuere, quando vtique nihil mali pateretur, si moreretur iniuste: sed potius pro illis cogitare, ne per lapides quos mitterẽt super eum, deum condemnare iudicarentur, Sic itaque mitigauit illos, & ab impetu quidem lapidationis absterruit, ad pœnitentiam vero ab sceleris actione conuertit: dicens eos non hoc rationabiliter, sed necessitate fecisse, cogitauitq; quod oporteret, vt ad diuinam supplicationem precesq; veniret. Et ascendens in quendam scopulum, deposcebat, vt quæstum aliquem deus populo tribueret, & eos ab impia liberaret: in ipso enim esse salutem suam, & in alio nullo: vtq; concederet veniam his, quæ in præsenti fuerant necessitate populi gesta: cum generi hominum res importune prouenientes, & difficile placeant, & eis accusatio sit amica. Deus autem & prouisurum se compromisit, & occasionem eorum desiderijs præbiturum. Moses vero à deo hęc audiens, descendit ad plebem. Illi vero cum viderent eum promissionibus lætum, à mœstitia ad hilaritatem conuersi sunt, stetitq; ille in medio, venisse se dicens à deo, portans eis pro hæsitationibus pręsentibus libertatem. Et post paululum coturnicum multitudo, quas præcipue nutrit sinus Arabicus, trascenso medio mari peruolauit: & post laborem volatus, quasi ad terrenam requiem descendit inter Hebræos. Illi ergo tanquam alimentum sibi à deo collatum, comprehenderunt eas. Tunc Moses ad orationes dei repente conuersus est, qui promissionis suæ compleuit auxilium. Mox autem post occasionem cibi prioris, etiam secundum eis deus emisit. Extendente namque Mose manus ad orationem, ros descendit ex aere. Cumque fuisset eius manibus illinitus. Moses arbitratus est etiam hoc ad cibum eorum à deo fuisse collatum, gustauitq;, & lætus effectus est ignorante multitudine: & imbrem esse credente, & temporis esse pluuiarum quod agebatur, ille docebat eos, quia non secundum opinionem illorum ros è cœlo descenderet: sed ad salutem eorum cibumq; venisset. Et cum gustaret, fidem credendi præbebat eis. Illi vero imitantes ducem, delectabantur in cibo: mellis enim dulcedinem, & delectationem habebat valde suauem. Simile autem erat aromatibus pręcipuis: & magnitudo eius seminis coriandri, festinabantq; singuli colligere vehementer, Quibus pręcipiebatur, vt omnes ex æquo per dies singulos assarij mensuram colligerent, nec esset relinquendus ille cibus in crastinum: hocq; fiebat, ne debilibus colligendi difficultas existeret, virtute valentium, & ex hoc ad neces accederent. Qui tamen plus pręcepta mensura collegissent, nihil amplius nisi labores habebant, cum maius nihil illic quàm assarium inuenirent, & quod remaneret in crastinum, nulli vtilitati proficeret, quando vermes illud & amaritudo consumeret. Sic ergo erat cibus ille diuinus & inopinabilis, & huiusmodi

vltio

vltio fiebat ipſarum rerum priuationes ſeruantibus. Hactenus autem ſic rigatur imbribus locus ille, ſicut etiam tũc à Moſe præſtandum diuinitus miſit hũc cibum. Vocant autem Hebræi hunc cibum manna. Manna itaque interrogatio eſt in noſtra lingua, dicentis, quid eſt hoc? Illi ſiquidem gaudium in his, quę illis fuerant cœlitus miſſa. celebrabãt: Quo cibo quadraginta annis vſi ſunt, quãto tempore in deſerto fuerunt. Cum vero inde migraſſent, venerunt in Raphidim, paſſi nouiſſimas pro intolerabili ſiti miſerias. Nam cũ præcedentibus diebus paucam aquæ difficultatem habuiſſent, tunc omnino comperientes terram inaquoſam, in malis erant: rurſuſq; iraſcebantur in ducem. Ille vero paululũ multitudinis impetum deuitans, ad dei preces conuertebatur, rogans vt ſicut cibum eis indigentibus prębuit, ſic etiam potum daret, cum periret apud eos etiam cibi gratia, non exiſtente potu. Qui donum non diu diſtulit: ſed præbiturum ſe Moſi tantam aquæ multitudinem, vnde non poſſit ſperare, promiſit: iuſſitq; vt virga percuteret petram, quæ ibidem erat appoſita, & ex ea ſumeret abundantiã rerum quibus egerent. Curabat enim vt neq; cum labore potus eis adeſſet. Hæc ergo Moſes à deo ſumens, veniebat ad populum ſuſtinentem, & in eum conſpicientem: viderant nanque iam eum de monte deſcendere. Cum vero veniſſet, liberaturum eos etiam de hac neceſſitate dicebat deum, donatamq; ſalutem nõ ſperatam, & de petra eis fluuiũ manare promiſſum. Quibus obſtupeſcẽtibus hũc auditum, ſi eis ſiti & itinere fatigatis neceſſitas ad hęc fieret, vt petram inciderent, Moſes virga percuſſit petram: eaq; ſciſſa, aqua manauit copioſa & valde perſpicua. Illi vero inopinabile factum mirati ſunt. Quod cum viderent, iam eis etiam ſitis ipſa cupiditas ablata eſt: bibentibusq; cunctis dulcis & ſuauiſſimus erat potus, & quale donum eſſe donante deo videretur. Tunc ergo Moſen mirati ſunt, qui à deo ſic fuerat honoratus: & ſacrificia pro dei prouidentia collata ſibimet impendebant. Declarat autem ſcriptura in templo repoſita, quod deus prædixerit Moſi, aquam hoc modo de petra manaturam.

Quid ſit Mãna

Exodi. 17

Quomodo pugnantes cum Hebræis, Amalechitæ, & qui cum eis erant, deuicti ſunt: & filij Iſrael prædam hoſtium perceperunt. Cap. II

CVm vero Hebræorum nomẽ iam valde vbiq; diuulgaretur, & de his ſermo creſceret, in timore non paruo prouinciales erant, & mittentes legatos, ad inuicem ſolatia depoſcebant, vt ſimul viros illos interimere niterentur. Erant autem in hoc inſtantes quicunq; Goboth & petram inhabitant, qui vocãtur quidem Amalechitæ, pugnatores autem maximi illarum gentium tunc exiſtebant. Quorum quinq; reges inuicem ſemetipſos, & circumhabitantes ad bellum contra Hebræos rogabant: dicentes exercitum alienigenarum & Ægyptiorum ſeruitia fugientem, ſibi inuaſiones inferre: nec bonum ſibi fore, ſi factum tale deſpicerent: ſed antequam eorum fortitudo ad maiorem tenderet poteſtatem, & ipſi pugnare magis inciperent, confidentes, eo quod illis nullus reſiſteret, deſtruendos eos eſſe, cautiſſimum atq; ſapientiſſimum edicebant. Et pœnas etiam de deſerto, & actibus quos illic geſſerant exigendas: quod non ita poſſet euenire, cum ciuitatibus atq; bonis eorum manus inijcerent. Illi autem inchoantẽ inimicorum virtutem, mollire & deijcere optimum eſſe, magis quàm iam proficientem prohibere credebant. Alij vero hoc ſuperfluum putabant. Alij nullam eis occaſionem aduerſum ſe fieri permittebãt. Hæc & his ſimilia per multas prouincias adinuicem legationibus agitantes, deliberauerunt aduerſum Hebræos bella ſuſcipere. Moſes, itaq; cum nihil belli ſperaret, hęſitationem & turbam habuit repente prouincialium, & ad congreſſionem iam præparatam, ſubitaq; pericula Hebræorum multitudinem perturbabant: quia licet omnium rerum haberent inopiam, potiorem tamen neceſſitatem pugnandi cum hominibus, qui eſſent rebus omnibus bene inſtructi, putabant. Moſes autem conſolari cœpit, eosq; confidere poſcebat, decretoq; dei credere, quo ſæpe fuerant liberati. Et quod debellarẽt

Exodi. 17

A malechitas dicit pugnatores fortiſſimos

Bellum contra Israelitas

eos etiam qui eorum hostes existerent: arbitrari autem exercitum quidem multum, & omnibus armis instructum, pecunias, alimenta, aliasq; res in quibus solent homines confisi pugnare, in auxilio diuino consistere, & sibi per deum omnia hæc adesse. Inimicorum vero manum paruam, inermem, debilem: tanquam non frueretur eis quæ istos habere constaret, deo volente facile superari. Scire autem eos oportere dicebat, qualis eorum auxiliator fuisset in multis iam experimentis & grauioribus. Et quia in præsenti quidem bello haberēt laborem aduersus homines: cum vero fuerit eis sitis, & famis inopia, & in montibus atque mari periculum, vbi fugam inuenire non poterant, hæc omnia diuino solatio deuicissent. Ergo rogabat eos promptiores esse, tanquam omnium rerum facultas eis esset, ita vt hostibus præualerent. Et Moses quidem populum huiusmodi verbis exacuebat ad prælium, conuocans tribuum principes: & postea singulos adinuicem, iuuenes quidem exorabat senioribus obedire, illos vero vt verba ducis audirent. Erant autem eorum animæ in periculo constitutæ: & ad præsentia præparatæ, sperabantq; aliquando à malis huiusmodi liberari. Iubebantq; Mosen, vt ad bella præiret, neque tardaret, ne dilatio eorum fiduciam impediret. Illeve

Iesus Naue

ro ex multitudine pugnacem eligens iuuenem, super eos instituit, Iesum Naue filium, de tribu Ephraim, valde robustum, & labores tolerare fortissimum, ad cogitandum simul & loquendum nimis idoneum, qui nosset decenter deum & Mosen doctorē colere pietate, essetq; apud Hebræos aptus. Paucos vero circa aquā constituit. Plurimos autem totius exercitus circa infantum mulierumq; custodiam. & tota quidem nocte erant præparati, quæcunq; fecerant arma sumentes, & duces proprios intendentes, tanquam prælium aggressuri dum eis præciperēt. Inuigilabat autem & Moses Iesum docendo, quemadmodum exercitum collocaret. Incipiente vero die iam pandi, rursus poscebat Iesum, ne minus inueniretur in opere, quàm circa eum spes esset vniuersorum, gloriam præsentis militiæ in futuris nationibus possessurus. Hebræorum vero nobilissimos seorsum rogabat, cunctamq; pariter multitudinem exhortabatur armatam. Et ille quidem cum ita constituisset exercitum sermonibus & operum præparationibus, discessit ad montem, deoq; simul & Iesu credidit expeditum. Miscebantur itaque hostes, & in manibus erat bellum, fiduciaq; & viribus vtebantur in inuicem. Donec ita que Moses manus extenderet ad cœlum, Hebræi comprimebant Amalechitas. Cumque laborem ex defectu manuum ferre non posset, quia quotiens eas deponebat, totiens Hebræos perdere contingebat, iussit fratrem Aarō, & sororis Mariæ virum nomine Vrion sibi assistere, eiusq; manus ex vtroque latere continere, vt adiuuantes eum non permitterent laborare. Quo facto Hebræi Amalechitas fortiter deuincebant: & omnes interissent vtiq;, nisi nocte superueniente populus recessisset à cæde. Victoriamq; optimam atq; perfectam nostri habuere maiores, inferentesq; bellum vicerunt: & circūhabitantes perterruerunt, abundantiaq; potiti sunt magnorum clarorumq; bonorum, quę suis laboribus habuerunt. Deuincētes namq; exercitum hostium, maximas diuitias & publice & priuatim possederunt omnes, cum primitus etiam alimentis necessarijs indigerent. Fuit autem eis non solum in præsenti sed etiam in futuro bonorum causa huius, quam prędiximus, pugnæ perfectio. Non tantummodo enim corpora hostium seruitio subdiderunt, sed etiam mentes: & cunctis circumhabitantibus post illorum deuictionem fuere terribiles, eisq; diuitiarum maximum culmen adiectum est. Nam fugientes inimici, magnā copiam argenti simul & auri reliquerunt in castris, & vasa ærea quibus ad vescendum vtebantur, multamq; & insignē abundantiam vtrarumq; verum, id est, ornamentorum textilium pariter & armorū, & aliorum quę parabantur ad prælium, diuersaq; iumenta, & quęcunq; moris est sequi iter agentē exercitū: prudentiaq; repleti sunt Hebræi & opere fortitudinis, & multum desiderium virtutis erat in eis, Semper enim laboribus insistebant, omnia se capere iudicātes. Huius ergo belli hic extitit finis. Postea vero Moses

exuebat

exuebat mortuos hostium,& arma fugientium colligebat, & hæc pugnatoribus exhibebat:ducemq; militiæ Iesum præconijs attollebat,exercitu testificante eũ cta quæ gesserat.Nemo ergo Hebræorum mortuus est:hostium vero tanti,quãtos neq; numero comprehendi possibile est.Pro gratiarum vero actione Moses sacrificans,altare constituit, quod dei victoriam nominauit:prophetauitq; oẽs fore perituros Amalechitas,nihilq; eorum in futuro relinquendum:eo quod cõtra Hebræos in solitudine dimicassent,& nequaquam positis in calamitatibus pepercissent.Tunc exercitum,fessum,conuiuiorum opulẽtia reparauit.Hoc ergo bello contra hostes suos post egressum ex Ægypto,primitus ita pugnauerũt. Cum vero pacificas post victoriam Moses hostias obtulisset, feciſſetq; non paucis diebus Hebræos cessare post pugnam,produxit ordinatum exercitum:multa namq; eis iam copia erat armorum.Et procedens pauliſper,tribus mensib9 post quam mouit ex Ægypto,venit ad montem Sina: vbi ei circa rubum multas visiones factas esse prædiximus.

Quomodo socerum suum Rahuel,alias Ietro,Moses ad se venientem ad mõtem Sina libenter excepit. Caput III

CVi Rahuel socer,audiens eius felicitatem,libenter occurrit.Et Moses excipiens cum eo Sephoram vxorem suam & filios suos,delectatus est in aduẽtu eius & facto sacrificio epulas copiosissimas populo ministrabat iuxta rubũ,qui flammam ignis euaserat. Et multitudo quidem per cognationes epulis vescebatur.Aaron autem sumens Rahuel & qui cum eo erant,hymnos canebãt in deum,qui eis salutis & libertatis & egressionis autor extiterat. Simulq; laudabant ducem,quasi ei[illegible] virtute cuncta eis prospera contigissent. Et Rahuel quidem præconia multa plebis apud Mosen de eorum fortitudine dixit,quia pro cunctorũ salute sic laborauerint vniuersi. Exodi.18

Quomodo persuasit ei,vt distribueret populum per millenarios & centenarios,qui prius inordinatus erat. Caput IIII

DEinde videns Rahuel Mosen in rerum multitudine constitutum,cunctis adeuntibus eũ vt lites discerneret postulantium,& tantũmodo se iustitiã impetrare credentium,si ille eis arbiter iudicaret:eis nãq; quivincebãtur, leuius esse perdere videbatur per iustitiam Moseos,quam victoris sententiam cu iuslibet auaritia sustinere:tunc equidem tacuit,nolens impedire volentibus vti ducis virtute.Cũ vero quieuisset à turba,sumẽs eum solum seorsum,docebat quę eum oporteret facere:consiliumq; dabat,quatenus minorũ quidem rerũ curam alijs cõmitteret:de maioribus autẽ & salute plebis ipse tãtummodo prouideret. Nam ad iudicandũ etiam alios Hebræorum dignos inueniri dicebat: cogitare vero pro salute tantorum,non quenquam alium nisi Mosen posse solum. Modo sciẽs,inquit,virtutem tuam,& qualis fueris in ministerio dei ad saluandum populum,rerum arbitrium committe alijs examinãdum. Tu vero ad solum dei ministerium retine temetipsum cogitando & requirendo,quemadmodum populum ab hac possis inopia liberare.Meis ergo consilijs vtere de rebus humanis,& excitum perfecte dispone per dena milia viros,deinde per mille:ita post hæc diuides eos per quingentos,& rursus in centum,deinde in quinquagenos:& iudices constitues super eos.Qui per triginta rursus diuisi,& per vicenos & denos, habebunt proprios iudices,eorum negocia finientes.Sit autẽ aliquis super istos vn9, vocabulũ à principio numeri sumens.Et hi quidem sint approbati ex omni plebe,boni & iusti,qui de diuersis rebus iudicent eos:& si quid est maius,ad potiores veniat dignitates,quod vero etiam apud eos difficile fuerit,hoc deducatur ad te.Sic enim fiet vtrunq;,quatenus & Hebræi iustitiam impetrare mereantur, & tu ministranda soli deo facias eum exercitui propitium. *Verba Ietro ad Mosen*

Quomodo hæc singula fecit Moses socero monente. Caput V

HÆc enim monente Rahuel,Moses libenter excepit,& secundum eiusmodi dictum fecit;nõ cælãs consilium eius,nec suam faciẽs illius suasionem,sed

inuentorem eius rei omni populo manifestans. Nam & in libris suis Rahuel cõ scripsit inuentorem prædictæ rei, optimum esse credens, vt omnibus notam faceret veritatem: licet ei soli potuissent præbere gloriam, quæ ab alio sunt inuenta. Factum est itaque, quatenus virtus Mosi potuisset etiam ex hac voluntate cognosci. Sed de his quidem opportune in scriptura alia declarabimus. Moses autem conuocata multitudine, ipse quidem ad montem Sina iturum se esse dicebat, tanquã cũ deo mãsurus, & aliquid ab eo vtile percipiẽs, ad eos sit remeaturus illos vero præcepit iuxta mõtẽ tabernacula sua ponere, & vicinitatẽ dei tenere.

Quomodo Moses ascendit in Sina montem. acceptasq; à deo leges Hebræis dedit. Caput. VI

Exodi. 19 HÆc cum dixisset, ascendit in montem Sina, qui excellentissimus est in illis regionibus: & propter altitudinẽ magnitudinis suæ & scopulorum proceritatem, non solum hominibus inaccessibilis, sed etiam qui videri sine aspectus labore non possit. Et cum sermo esset circa eum deum habitare, terribilis omnibus, & inadibilis erat vniuersis Hebræis. Siquidem secundum Mosi mãdata tabernacula mutauerunt, & radicem montis apprehenderunt: eleuãtes manus suas ad deum, tanquã cum promissione bonorum, quam eis promiserat, Moses reuerteretur à deo: & festiuitatem celebrantes sustinebant ducem, purgantes semetipsos alia purgatione: nec non & à coitu mulierum tribus diebus, sicut eis ipse prædixerat, abstinentes: rogantesq; deum vt placide susciperet Mosen: & dona præpararet, quibus bene viuendo de cætero vti possent. Vtebantur ergo conuiuijs opulenter, & ornamentis decenter cum coniugibus & filijs abstinebãt. duobus quidem diebus erant in epulis constituti. tertia vero die antequam sol oriretur, nubes operuit cunctum Hebræorum exercitum, & locum vbi tabernacula fixerant omnem circundedit: & fulgura facta sunt, ventiq; vehementes pluuiam nimiam concitantes vndique ferebantur: & coruscationes erãt videntibus valde terribiles: & fulmina crebro demissa, dei præsentiam omnibus indicabant. Et de his quidem vnusquisque legentium sapiat vt voluerit, mihi vero necessitas est hæc referre, sicut in sacris libris scripta sunt. Hebræos itaq; ea quæ visa fuerant, & clangor auribus redditus valde terrebat, & etiam sermo ferebatur, quod deus habitaret in monte: retinebantq; semetipsos in tabernaculis suis afflicti. Sed & Mosen ira dei periisse putabant, & de seipsis similia sustinebant. Cum vero ita consisterent, apparuit Moses lætus & nimis exultans, qui & formidinem eis abstulit, & de futuro meliora promisit: serenusq; repente & purus aer, qui ante paululum fuerat conturbatus, Mose adueniente reuersus est. Igitur inter hæc conuocabat populum in ecclesia, vt audirent quæ illis dixisset deus. Quibus collectis, stans in excelsiori loco, vnde eum omnes audirent, ait ad Hebræos: Deus equidẽ sicut & prius propitius me suscepit: vitamq; vobis felicem promittens, & conuersationis ornatum, etiam ipse nunc assistet in exercitu. Eum siquidem, & opera quæ per illum nobis facta sunt considerantes, non despiciatis ea quæ nũc dicuntur, in me qui hæc dico respicientes: nec quod per me lingua humana deus vobis loquitur attendatis, sed virtutem eius considerate & magnitudinem quoque illius excellẽtiæ cognoscite, & quomodo pro vtilitate cunctorum ad me lo qui dignatus est, Non enim me respiciatis Mosen filium Ammiramis & Iochabel, sed eum qui Nilum pro vobis cõuerti fecit in sanguinem, varijsq; plagis domuit Ægyptiorum astutiã, qui per mare iter nobis ostendit, quiq; cibum de cœlo fecit hæsitantibus aduenire, qui potum de petra æstuantibus manare concessit, per quem Adam de fructibus terræ marisq; comedit, per quem Noe ex imbribus ereptus est, per quem Abraham progenitor noster obtinuit terram Chananeam, per quem Isaac de senioribus parentibus est æditus, per quem Iacob duodecim filiorum virtutibus est exornatus, per quem Ioseph potestatis Ægyptiorũ dominus est effectus, ille vobis me interprete hæc dignatur verba proferre. Fiãt itaque vobis amabiliora, quam filij vel vxores. Felicem namque vitam habebitis ista

tis ista seruantes, terraq; eritis potituri fructifera & sine fluctibus maris, & prole filiorum naturaliter nascitur orũ, eritis etiã hostibus valde terribiles. Ad deinamque egoveniens vultũ, incorruptæ vocis auditor effectus sum: ille enim pro vestro genere semper eius est æternitate solicitus. Cumq; hæc dixisset, eduxit populum cũ mulieribus & infantibus, vt deum ipsum sibi loquentem de rebus agẽdis audirent, ne vlior videretur dictorũ virtus, ad aures eorum humana lingua per veniens. Omnesq; vocẽ audiebant ex alto venientẽ ad vniuersos, ita vt nullum effugeret. Et verba quidem quæ Moses in duabus tabulis dereliquit, fas nobis non est secundum vnumquenq; sermonem aperte depromere: virtutes autem eorum insinuabimus. Docet itaque nos primus sermo, quod deus est vnus, & hic solũmodo est colendus. Secundus autem iubet, nullius animalis factã imaginem penitus adorandam. Tertius vero, vt per deum in nulla re aliquis debeat frustra iurare. Quartus, seruandas septimanas, cum ab omni forent opere cessaturi. Quintus vero, parentes honorandos. Sextus, abstinendum à cæde. Septimus vero, non adulterandum. Octauus autem, furtum non faciendum. Nonus, falsum testimonium non dicendum. Decimus autem, nullius aleinæ rei habendã esse concupiscentiam. Et plebs quidem cum audisset præcipientem ipsum de rebus, quibus Moses fuerat locutus, gaudens in his quæ prędicta sunt, à congregatione discessit. Succedentibus vero diebus aduenientes ad tabernaculum, poscebant ab eo etiam leges sibi à deo debere proferri. Ille vero & istas posuit, & de omnibus quocunq; modo gerenda forent, reliquis temporibus designauit: quarum memoriam opportuno tempore facturus sum. Plurimas autem leges in alia scriptura disponam, seorsum de ipsis expositurus. Igitur dum circa eos ita res agerentur, Moses iterum in montem Sina conscendit, prædicens Hebræis, eisq; videntibus ascendebat. Cumq; illic tardaret (quoniam quadraginta diebus ab eis abfuerat) timor inuasit Hebræos, ne Moses aliquid pertulisset: & inter mala diuersa nihil eos sic affligebat, quam quod putarent se perdidisse ducem. Erat enim tumultus inter homines, alijs quidem dicentibus eum periisse in bestias incidentem: & maximè illi hæc dicebant, qui circa eum odium habere videbãtur: alij vero ad deum eum recessisse narrabant. Prudentes autem nihil horum quæ dicebantur à populo, pro sua delectatione suscipientes: sed & bestijs incidentem perisse humanum putantes, aut certe à deo translatum propter virtutem propriam verisimile iudicantes, mitius quidem ferre hæc ratio faciebat: sed præsule se desolatos arbitrati atque tutore, qualem alium habere non possent, vehementer affligebantur: & neque opinari poterant in tanta mora illius: quod viro boni quid accidisset, neque sine tristitia aut deiectione degere præualebãt: exercitum vero nequaquam promouere confidebant, cum Moses prędixisset eos ibidem sustinere. Cumque iam quadraginta transissent dies, totidemque noctes, Moses astitit, nullo cibo hominibus consueto participatus: & gaudio apparens totum compleuit exercitum: prouidentiamq; dei quam circa eos haberet exposuit, simul & ordinem, secundum quem viuentes essent habituri felicitatem: dicens ostensum sibi per hos dies & tabernaculum, quale sibi deus vellet fieri, in quo descendens ad eos ipse veniret: vt etiam migrantes exinde, id portarent, & nequaquam ad montem Sina egerent ascendere: quando ad eos ipse descenderet deus, vt eorum adesset orationibus. Fiat, inquit tabernaculum, mensuris & operibus quę ipse monstrauit, vobis vtiq; ad hoc opus in segniter accedentibus. Et cum hoc dixisset, duas tabulas ostẽdit eis, habentes scripta illa decem verba, in vtraq; quina. Erat ea inscriptio manus dei. Illi ergo gaudentes in his, quę videbant & audiebant à principe, quo possent eum laudare studij sui munificentia non cessabant. sed & deferebant argentũ simul & aurũ: & æs, lignaq;, & magnam valde materiã, quę nequaquã potuisset putredine violari: caprarũq; pilos, & ouiũ pelles, alias quidem hyacintho, alias vero coccino, alias purpureo flore tinctas, alias vero alium colorem præbentes: lanasque prædictis fucatas coloribus, &

X præcepta Exodi 20

Duæ tabulæ Mosi Exodi. 35

ribus,& linum byſſinum,lapidesq; inſertos auro,quibus homines ornamẽti gratia ſolent vti,pecudumq; multitudinem pariter offerebãt. Ex tali namque materia tabernaculum fabricatum eſt,quod migratum,& per loca diuerſa deuectum nihil à templo differebat. His itaque à ſingulis cum magno ſtudio oblatis, ſupra modum vniuſcuiuſque virtutis,atque donatis, architecti mandato dei in his conſtituũtur operibus,quos populus elegerat ſibi poteſtate collata: quorum nomina hæc ſunt,quæ in ſacris libris conſcripta inueniuntur: Beſeleel Vri filius de tribu Iuda, & Mariæ ſororis Moſeos , & Ooliab Achiſamach filius de tribu Dan. Et populus ſiquidem tanto ſtudio in cunctis rebus obediebat,vt etiam Moſes eos ſuſpenderet,dicens ſufficere ea quæ data fuiſſent. Hoc enim etiam artifices iam prædixerant abundare. Accedebant ergo ad opus tabernaculi faciendum:& Moſes eos ſingulam quamque menſuram ſecundũ oſtẽſionem dei,ſimul & magnitudinem,quantaq; oportet fieri vaſa,ſacrificijs miniſtratura diuinis,edocebat. Mulieres autem largitatem ſuam circa ſacra velamina,& circa alia quęcunq; huiuſmodi operibus erant neceſſaria,propter deum in ornamento & precioſis lapidibus offerebant. Omnibus itaque in præparatione iam conſtitutis,auro,& argento,& ære,& textilibus rebus,prædicens feſtiuitatem Moſes,& ſacrificia pro vniuſcuiuſque virtute facienda,ad inſtituendũ opus tabernaculi acceſſit,& atrium prius menſus eſt ita.

Tabernaculũ quomodo ſit fabricatum

Exodi.31

Exodi.6

De tabernaculo quod fecit Moſes in deſerto ad honorem dei,vt templum eſſe videretur. Caput VII

Exo.38.et.36

LAtitudinem quidem quinquaginta cubitorum,centum vero longitudinẽ. Tabulasq; inſtar columnarũ ſtatuit æreas,quinq; cubitorum habentes altitudinem:in vtroq; latere tabernaculi viginti per longum, per latum vero decem. Anuli autem ſingulis tabulis inerãt,& capita columnarum argẽtea. Baſes autem deauratæ, & cælatæ per circuitum & in terram confixæ: pertingebantq; funes ab anulis ducti vſque ad capita clauorũ æneorum,qui erãt magnitudine cubiti vnius:& per ſingulas tabulas in terram valide poſiti,vt ex violentia ventorum tabernaculum immobile cuſtodirent. Cortina vero molliſſima ex byſſo per omnes vndiq; pendebat,à capite tabularum deſcendens,baſim vſque diffuſa:& concludens omnem per circuitum locum,vt nihil à pariete differre videretur. Sic itaq; habuerunt tria latera atrij per circuitum: quartum vero latus fuit quinquaginta cubitorum,quod frons erat totius operis:vbi viginti quidẽ cubiti erant aperti,quatuor habẽtes tabulas in modum portarum:omnes opere argenti factas,præter baſes:erant enim æneæ. Ex vtroq; enim latere portarũ,ternæ erant tabulæ conſtitutæ:& propter portarum fortitudinẽ incaſtratæ , & per eas cortina byſſina circumibat. Et cum eſſent portæ viginti cubitorum longitudine,altitudine vero quinq;,velũ in eis erat ex purpura,cocco,hyacintho,& byſſo factum,ex multis floribus,& varijs exceptis animalium figuris ornatum. Intra ianuas autem aſperſorium erat æneum , ſimilem habens baſim , ex quo ſacerdotibus manus diluere,& pedes perfundere moris erat. Et ambitus quidem atrij erat ornatus hoc modo. Tabernaculũ autem ſtatuit in medio eius loco, cõuerſum ad orientem:vt mox cum ſol oriretur,in id radios ſuos emitteret. Cuius longitudo quidem triginta cubitorum erat,latitudo vero decem cubitorum habebat ſpatium. Et alter quidem paries erat auſtralis,alter vero cõuerſus ad aquilonem,poſt tergum vero eius relinquebatur occaſus: cuius altitudinem tantam oportebat aſcendere,quantam latitudinem eſſe conſtabat. Erantq; tabulæ de ligno,ex vtroq; latere viginti,ſchemate quadrangulo factę: latitudine quidẽ vni? & dimidij cubiti: altitudine vero quatuor digitorum. laminæ autem factę ex auro erant per interiorem & exteriorem partem,quibus ſingulis tabulis erant cardines bini immiſſi per duas baſes,quæ erant argenteæ,& in ſuis foraminibus tabularum cardines ſuſcipiebant. Parietis vero occidentalis tabulæ quidem ſex erant, alterutrim omnes perfectiſſime copulatæ, vt aptiſſime his compaginatis,vnus

De anulis & baſibus.

De cortinis.

De portis

De laminis aureis

tis,vnus paries esse videretur,intrinsecus & extrinsecus de auratæ. Et lateribus autem tabulę erant numero viginti,quarum latitudo habebat mensuram vnius & dimidij cubiti,altitudo tertiã partem palmæ,& ita triginta cubitos adimplebant. Posterioris vero parietis nouem cubitos sex tabulæ faciebant,quibus coniunctæ sunt aliæ duæ tabulę,ex medio cubito sectæ,quas angulares posuerunt ad instar maiorum tabularum. Singulæ vero tabulæ anulos habebant aureos, per exteriores frontes eminentes,velut quibusdam radicibus confixos per ordinem, adinuicem per circuitum respicientes:& per eos deaurati vectes immissi, vnoquoq; habente magnitudinem cubitorum quinque,erantq; ad coniunctiones tabularum:intrabatq; caput vectis vniuscuiusque in alio vectis capite,velut in modũ conchę:& post tergum parietum in longitudine positorum vnus erat ordo,per tabulas omnes vadens,quo per vncinos vtriusque parietis latera continebantur,incastrationibus factis & immissis adinuicem.Quod propterea sic exquisitum est,vt neque à ventis moueretur,neque alia causa tabernaculum cõturbaretur,sed immobile secura quiete seruaretur. Intrinsecus autem longitudinem eius tripartito diuisit,id est,decem cubitos ad interiorem partem profuturos distribuit. Quibus dimensis, in medio quatuor tabulas similiter operatas statuit,paululum abinuicem disiunctas alterutrim,quę separarent decem cubitos à reliquis viginti:& quod interius erat eorum adytum vocabatur,reliquum vero tabernaculum sacerdotum erat.Hãc itaque tabernaculi dimensionem ad instar rerum naturæ constituit. Tertia siquidem pars eius, quę erat intra quatuor tabulas,quę sacerdotibus intransgressibilis videbatur,velut cœlũ dei erat: reliqui vero viginti cubiti,sicut mare & terra gressibilis est hominibus, ita solis sacerdotibus adiacebant. Per frontem vero vnde ingressus erat factus,colũnæ ex auro factæ erant,& æneis basibus superpositæ, numero quinque,Tegebatur autem tabernaculum cortina ex byssino & purpureo,& hyacinthino, & coccineo colore facta.Et prima cortina quidem cubitorum erat decem,& vndique eas tabulas obtegebat,quæ diuidentes templum adytum habebant interius, & hoc erat quod faciebat vt à nullo videretur.Et omne quidem templum sanctũ vocabatur. Quod vero erat interius & inaccessibile vltra quatuor tabulas, sanctum sanctorum. Cortina autem erat speciosa,quasi floribus vniuersis de terra germinantibus variata:alijsq; omnibus intexta,& quæcunque pręter animalium formas poterant exornare pictores.Alia vero huic & magnitudine & textu & colore vicina,quinq; colũnas in ingressu posita s obtegebat: ab angulo summitatis vniuscuiusque columnæ cortinam anulis continentibus,vsque ad medietatem columnæ depositam.reliquum vero ingressus erat sacerdotibus accedentibus. super quam linea erat alia cortina eiusdem magnitudinis, funibus eam per angulos ducentibus ac retrahentibus:vt tegeret omnia,& impediret aspectum sacrificia contuendi, & maxime in diebus festis. Nam & in reliquis diebus, præcipue quando videretur nubilum, textus eius tegminis fortis erat, & laborem facile sustinebat. Vnde permanebat ista consuetudo etiam nobis ædificantibus templum: quatenus velum huiusmodi in ingressibus appendatur. Decem vero aliæ cortinæ erant singulæ latitudine cubitorum quatuor,longitudine vero octo: & viginti aureos habentes vncinos, ad copulandum alterutris vncinis & anulis:vt coniunctæ simul,vnam viderentur efficere.Quæ extensæ,templũ & quod erat desuper obtegebant,& parietes à lateribus & à tergo stantes, terra à vno pede suspensæ. Eiusdem vero latitudinis & alię cortinæ vna plus numero:id est,vndecim erant: longitudine tamen excellẽtes.Erant,enim istæ triginta pedum:textæ vero de pellibus,sicut illæ de lana simules omnes sigillata varietate cõtextæ:erãtq; vsq; ad terrã tegmine suo diffusæ,ad instar thalami culmen velaminis exhibentes,vna cortina ante frõtem pendente,Vndecima nanque cortina ad hoc erat assumpta:aliæ vero super has

Sanctum sanctorum

Exodi.36

expellibus

ex pellibus factæ, pro tegmine & adiutorio de super erãt impositæ, propter æstũ aut imbrium certe diffusionem. Multos itaq; stupor habebat aspicientes à longe: nam colorem eius in nullo differre putabant cœlo. Hę vero ex pilis & pelli bus factæ pendebant, sicut illud velum portarum, & æstuum pariter & imbrium iniurijs repugnantes. Hoc ergo modo tabernaculum constitutum est.

De arca qualis sit, in qua tabulas legis collocauit Moses, Caput VIII

Exodi. 37

FActa est autem & arca deo ex lignis natura fortissimis, & quæ nequaquam putredinem sustinerent, quę Hebraica lingua vocantur heron. Cuius constructio erat huiusmodi: Longitudinis quidem quinque palmorum: latitudinis trium, ex auro purissimo. Intrinsecus autem & extrinsecꝰ sic tegebatur, vt eius ligna celarentur: & aureis cardinibus tegmen compaginatum habuit valde mirabile, & vndique simul æquale, nullaq; pars eius compaginationem potuit violare. Per vtrumque vero latus longitudinis eius, anuli erant aurei bini, totum lignum penetrantes, & per eos vectes deaurati, immissibiles per vtrunq; latus, vt quoties opus esset, per eos arca moueretur. Non enim in vehiculo, sed à sacerdotibus portabatur. Super tegmen vero eius erant figurationes duæ, quas Hebræi Cherubim appellant, Sunt enim animalia volatilem habentia figurã: quæ à nullo hominum est inspecta. Hæc dixit Moses in dei se conspexisse sede figurata. In hac ergo arca duas tabulas recondidit, in quibus fuerant decemverba conscripta: quina quidem per singulas tabulas, bina semis autem per vnam quanque paginulam: & has in adyto collocauit.

De mensa propositionis, in qua omni septimana duodecim panes azymi ponebantur. Caput IX

IN templo vero mensam posuit proxime velut Delphicam: longitudine quidem habente duos cubitos: latitudine vero vnum: & altitudine trium palmorum. Erant autem pedes eius ex medietate inferioris partis, facti per circuitũ rotundi & tornatiles: quodvero ad superiora tendebat, quadranguli operis erat: habebatq; per circuitum vniuscuiusque lateris labium exornatũ, velut quatuor digitis, alto ligno circumeunte superiorem & inferiorem eius corporis partem: & per singulos eius pedes superius labio erãt anuli, per quos vectes deaurati mittebantur in ligno quod eminebat. Sinum enim habebat, vbi anuli erant commissi: & his per viam portabatur. Ponebatur enim in templo ad aquilonem conuersa, non longe ab adyto, & duodecim panes azymos in ea ponebant, senos per partem mundos valde, ex farina duorum assariorum: quæ mensura Hebraica septem cotylas Atticas habet. super panes autem ponebantur duæ phialę aureæ thure plenæ. Post dies autem septem iterum panes alij portabantur, die qui à nobis sabbatum appellatur. Septimanam siquidem nostri sabbata vocãt. Causam vero huius rei in alijs edicemus.

De panibus duodecim

De candelabro aureo, & alteri interiori & exteriori. Cap. X

COntra faciem vero mensæ respicientis ad parietem meridianum, constitutum erat candelabrum ex auro factum fusile, põdus habens minas centũ, quod Hebræi dicunt Cinthares. Græca lingua interpretatum, talentũ nuncupatur. Fecit autem & sphærulas, & lilia, cum calamis, & scyphis: erantq; omnia septuaginta, ex quibus in vna basę compositum erat omne candelabrum in altitudine, & in tantas cõstitutum partes, in quantas distribuunt planetas & solem. Consumabaturq; in septẽ capita alterutra per ordinem constituta, in quibus lucernæ imponuntur septem, imitantes singulas planetarum, quæ respiciũt ad orientem & meridiem, candelabro oblique posito. Inter quod candelabrum & mensam interiorem, vt dixi, thuribulum erat & altare, de ligno quidem vnde & priora sunt fabricata, imputribili & forti: ex vnoquoque autem latere cubitum latitudinis habens, altitudinem vero duplicem: eratq; craticula aurea in ea facta, habebatq; per singulos angulos coronas ex auro purissimo sex: & anuli & vectes inerant, quibus per itinera à sacerdotibus portabatur. Erat autẽ & altare

ante

ante tabernaculum constitutum,& ipsum quoq; de ligno,mensura vniuscuiusque lateris quinque cubitorum, altitudine vero triũm:similiter exornatũ, & ex laminis æris adopertum:cui suberat craticula in modum retium facta. Suscipiebat enim terra ignem,qui de craticula ferebatur, quia bases non erant ei subiectæ. Diuersæ autem ponebantur fuscinulæ,& phialæ,forcipes & scyphi:& quæcunq; alia vasa ad sacrificium fuerant facta,omnia erant ænea. Et tabernaculum quidem erat huiusmodi,nec non & eius vasa.

Quæ sunt vestimenta sacerdotum & pontificis. Caput. XI

FActæ sunt etiam sacerdotibus vestes omnibusq; alijs,quos Chaneos vocãt, pariter & principi sacerdotum, quem Arabarchen vocant, quod significat principem sacerdotum: vt quoties sacrificia sacerdos adiret, purificaretur. Exodi 39
Lex enim purificationem fieri iussit:Et aliorum quidem sacerdotum vestes erant huiusmodi:Primum quidem induebatur manachasim,quod constrictorium poterat dici. Est autem cinctorium circa fœmora subtile,ex byssо cõtorta contextum,ingredientibus per eum pedibus velut deuastrapis. Scinditur autẽ vltra medietatem deorsum:& super lumbos astringitur. Super hoc autem lineo indumento duplicis sindonis byssino vestitur:quod chetomene quidem vocatur Hebraica lingua:significat autem lineum:nos enim linum cheton appellamus. Est autem hæc vestis,tunica vsque ad talos,corpus omne complectens,& manicis brachia valde constringens. accinguntur circa pectus modice, super illud xonam circunducẽtes latam,quasi digitis quatuor,varie ita contextam,vt videatur pelis esse viperea:in qua flores intexti sunt coccinei & purpurei, cum hyacintho & byssо commixti. Stamen autem eius zonæ est solummodo byssus:& sumẽs initium cincturæ à pectore,& circundãs reducitur iterum ante pectus, & vsq; ad crura dimittitur,donec sacerdos nihil operatur. Pro decore namque videntium est ita cõposita. Cum vero ad studia sacrificiorum & ministeriorum præparatur, ne impediatur opus,in læuo humero eam portat. Quod Moses quidem Arabanech vocauit:nos autem à Babylonijs discẽtes,Hemsaneam vocamus:sic enim apud eos hæc tunica nũcupatur. Sinum vero nusquam habet hæc vestis,sed larga est ad collum eius apertura:& nastalæ ex vtraque parte oram eiusdem vestimenti à parte pectoris & scapularum astringunt:hoc etiam Messabazan vocatur. Super caput autem gestat pileum,in modum paruuli calamaci,aut cassidis, quod extenditur supra summitatem capitis,& modice verticis medietatem excedit:vocaturq; Masnaemphthis:& tale est vt videatur ex lini textura confectũ: habens vittas quę inuolutæ sæpius connectuntur,ne facile dilabatur. Deinde aliud vnum velamen de super circundatur,descendens vsq; ad inferiora barbæ, celans pilei illius ligaturas,& totam capitis superficiem:aptaturq; perfecte,ne laborante sacerdote circa sacrificia,corruat. Quales itaq; sint cæterorum sacerdotum vestes declarauimus. Princeps vero sacerdotum ornatur quidem & istis, nihil ex prædictis vestibus relinquens, superinduitur autem tunica de hyacintho facta,quæ & ipsa talaris est,vocaturq; Methir secundum linguam nostrã, quę zona constringitur,coloribus prædictis & floribus exornata,auroq; cõtexta variata,ornatusq; in fimbrijs eis: inest,velut malagranatorum,& tintinnabulorum aureorum multo decore factorum, ita vt inter duo tintinnabula malum granatum habeatur,item inter duo malogranata tintinnabulum. Est autem hęc tunica non ex duabus incisionibus: vt suta sit super humeros,& per latera: sed vno velo in longum vndiq; circumtexta,ad collum habens tantummodo sectionem,non è latere:sed in longum fissam à pectore ad medias scapulas. Vitta autem ei consuta est,ne possit eius apertio turpiter apparere. Similiter & vnde manus egrediuntur,apertum est. Ad hæc autem tertio induitur vestimento,quod dicitur Ephot,simile est autem superhumerali Græcorum. Fit enim hoc modo, vt sit textus eius magnitudine cubiti,de cunctis coloribus,auroq; variatus,amplectẽs omnem pectoris locum:& ad manus eijciendas apertum est, & omni sche-

De zona

De mitra

De malogranatis & tintinnabulis

De rationali mate tunicæ ſimile eſt. Huic veſtimento locus vacuus in medio pectore magnitudine palmi dimittitur, vbi inſeritur Eſſin, quod Græca lingua Logion, Latina rationale ſignificat: & cõplet totum Ephot: hoc eſt, illum locum quem texentes propterea reliquerant vacuum: vniturq; Ephot cum rationali anulis aureis per circulos ſingulos ſub æqualitate cõmiſſis per vittam hyacinthinã, quæ immitti tur per ligaturam, & conſertionibus alterutris anulorum. Ne autem vacua eſſet medietas anulorum, & rationalis, filis hyacinthinis adinuentum eſt vt ea loca conſuerent. Superhumerale vero duo Sardonychi lapides infibulant per ſingu los humeros auro clauſi: habentes per extremitates circellos aureos, in quibus

De ſuperhumerali ſuſcipiunt rationalis ligaturas. His lapidibus inſcripta ſunt nomina filiorũ Iacob, prouincialibus literis lingua noſtra, ſena per lapidem: ſeniores autem in humero dextro ſunt. Inſerti ſunt autem in Eſſin, id eſt in rationali duodecim lapides, magnitudine & decore præcipui. Hoc ornamentum propter eminentiã eius honoris ab omnibus poſſideri nõ poteſt. Siquidem lapides per quatuor ordines, terni per ſingulos ordines conſtituti ſunt, habentes aureas per circuitum coronas, quibus incluſi conſertiq; ſunt, ne poſſit quocũq; modo textura corrupta defluere. Et in primo quidem ordine tres lapides, ſardonychem, topaziũ, ſmaragdum habet: in ſecundo autem carbunculum, iaſpidem, & ſaphirum. In tertio in-

Duodecim lapides choat ligurius, deinde amethiſtus, achates eſt tertius, qui & poſt alios eſt nonus. In quarto ordine tenet chryſolithus principatum, poſt quem onyx, deinde berillus, qui eſt vltimus omnium. Literæ autem in omnibus iſtis ſculptæ ſunt nominum filiorum Iacob, quos tribuum principes arbitramur, ſingulis vtiq; lapidibus eorum nomina referẽtibus ſecundum ordinem, quo nati eſſe noſcuntur. Cum ergo per ſe illi quos diximus anuli ſint infirmi, nec poſſint pondus lapidum ſuſtinere, alios duos maiores in extremitate rationalis, quæ reſpicit ad collum, eminentes ipſam texturam faciunt, qui ſuſcipiant catenas aureas opere plectili, venientes per fiſtulas quaſdam ad extremitates humerorum: quarum catenarum ſummitas aſcendens adducitur poſt tergum, & in circulo qui eſt ad dorſum in ſuperhumerali conſeritur: & hoc eſt rationalis munimen eximiũ, ne poſſit aliqua parte diſrumpi. Zona vero rationalis conſuitur de coloribus prædictis auro conſerta: quæ ex vtroq; latere circunducta, & iterum reuoluta, ante pectus ex ambabus ſummitatibus pendere dimittitur, & habet quaſdam fimbrias ex aureis fiſtulis miro decore cõpoſitas, in vtraq; zonæ ſummitate pendẽtes. Pileum autẽ priori ſimilitudine operatum habet pontifex, ſicut reliqui ſacerdotes, & alium cõſutum ex hyacintho variatum. Circundatur autem ei & aurea corona, tribus ordinibus facta: ſupra quam ſurgit in media fronte quaſi calyculus quidam aureus,

De corona pontificis ſimilis herbæ, quę apud nos achoro nuncupatur, quam Græci hyoſcyamon dicunt. Ne quis autem, cum non viderit hanc herbam, per ignorantiam naturam eius ignoret, aut vocabulum ſciens ipſam ignoret: ſignifico huiuſmodi hominibus eius modum: Hæc verba frequenter vltra tres palmos oboritur: radicem vero rotundam habet, & quaſi rapæ ſimilem: folia vero mentæ propinqua ſunt. De ramis autem eius oriuntur calyculi rotundi, & in circuitu habet oculos, vnde fructus egreditur. Calycem vero quẽ diximus ſupra coronam auream poſitũ, habet magnitudinem digiti minoris, cuius cauatio rotũda eſt, quaſi crateris, quẽ tamen latius cõdiſcipulis explanabo. Eſt enim quaſi ſphæra diuiſa, & circa ſundum aliam habet inciſionem à radice rotundatam. Deinde paulatim cauatura colligitur, & ad ſuperiora decenter denuo aperitur: & in labio ita colligitur, vt proprie videatur hemiſphærium mira rotunditate tornatum. Super hũc iterum oriuntur inciſiones, quaſi extremitates malagranatorum ſpinoſæ, & in acutiſſimum deficientes cacumẽ: ſemperq; ſeruat fructum huius calyculi ſuperpoſitio ſeminis ſideritis vicinũ. Habet autem flores ſimiles plantagini, & per circuitũ tota corona his floribus eſt cælata, ab occipitio vſq; ad vtrũq; tempus. A fronte vero hoc quidẽ nõ habet, ſed lamina eſt aurea, quę ſacris literis dei nomen habet

inſcriptũ.

inſcriptum. Hoc ergo eſt pontificis ornamentum. Mirari ſiquidem quilibet pote rit odiũ hominũ, quod circa nos habere non deſiſtunt: quaſi nobis hoc modo diuinitatem deridentibus, quam ipſi colere non quieſcunt. Siquis enim tabernaculi poſitionem conſideret, & ſacerdotalem inſpiciat veſtem, & vaſa quibus vtimur ad ſacrificia celebranda, & legislatorem virum ſacrum agnoſcet, & fruſtra nos ab alijs blaſphemari percipiet. Nam ſingula queq; eorũ, ad ſimilitudinem & formam rerum facta reperiet, ſi abſq; inuidia velit hæc conſiderare. Taberna culũ namque triginta cubitorum trine diuiſum, in quo duas partes ſacerdotibus cunctis diſtribuit, quaſi profanum quendam communemq; locum, terram & ma re ſignificat. Hæc vtique greſſibilia cunctis ſunt. Tertiam vero partem ſoli di cauit deo, eo quod cœlum ingreſſibile ſit hominibus. Super menſam vero duode cim panes poſiti, ſignificant annum, menſium quantitate tanta diuiſum. Per cã delabrum vero, per partes ſeptuaginta compoſitum, ſeptem planetarum memoriam tetigit. Et ſuper id ſeptem lucernis planetarum curſum oſtendit. Tot nam que ſunt numero. Cortinæ ex quatuor coloribus contextæ, elemẽtorũ deſignant naturam. Byſſus enim terrã declarat, eo quod linum oriatur ex ea: purpura vero mare, eo quod piſciũ ſanguine coloretur. Aerẽ voluit ſignificari per hyacinthũ. Coccus vero eſt ignis indicium. Significat aũt & pontificis linea tunica totã terrã: hyacinthina vero veſtis polũ: quę per malogranata coruſcationes, per tintinnabulorũ ſonitũ tonitrua indicare dignoſcitur. Superhumerale etiã ad ſimilitudinẽ toti⁹ naturę eſt, quãdo deo placuit vt quatuor colorib⁹ fieret auro cõtextis, propter ſplendorẽ reor, qui mundo diffunditur. Rationale vero in medio ſuperhumerali, in modum terræ cõſtituit. Hæc namq; vndique medium tenet locum. Zonæ circulus ſignificat oceanum, qui vtiq; cuncta ſuo limbo circundat. Indicat autẽ ſolem & lunam vterq; ſardonix, quos pontifex portat in humeris. Duo decim vero lapides ſeu menſes quis intelligere poterit, ſeu numerum ſtellarum, quem zodiacum circulum Græci vocãt. Pileum vero videtur mihi cœlum imitari, cum ſit ex hyacintho: nõ enim aliter poterat ſuperponi ei nomen dei: & in corona ſcilicet deſignatum, & in lamina aurea, propter ſplendorem quo diuinitas præcipue gaudet. Et hæc quidem tantummodo declarata ſufficiant, cum ſæpius & in multis virtus legislatoris opportune poſſit exponi.

Tabernaculi inſtrumenta

Quomodo Aaron eligitur in ſacerdotem: & quomodo Moſes purificauerit tabernaculum & ſacerdotes: & quemadmodum de feſtiuitatibus & ſingulis diebus fuerit conſtitutum. Caput XII

IGitur dum prędictarum rerum terminus eueniſſet, nondum miniſtris ſacris muneribus dedicatis, aſtitit deus Moſi, & ſacerdotum Aaron fratri eius eum dare pręcepit, qui propter virtutis opus omnibus honore iuſtior haberetur. Tũ ille colligẽs in eccleſiam multitudinẽ, virtutem eius & ſtudium edicebat, & propter eos paſſurum eſſe pericula. Dumq; in omnibus ei populus teſtaretur, & eius ſtudium valde laudaret, Moſes ait: Viri Iſraelitæ, fabrica quidem iam perfecta eſt, ſicut ipſi deo gratum fuit, nobisq; poſſibile. Quia vero oportet tabernaculum iam dicare, decet primum futurum ſacerdotem miniſtraturumq; ſacrificijs, & facturum pro nobis orationes agnoſcere. Et ego quidem hac deliberatione mihi conceſſa, meipſum dignum hoc honore iudicabã, eo quod natura omnes ſui generis potius amatores exiſtant: & maxime, quia multum mihi ſum conſcius pro veſtra ſalute laboraſſe. Nunc autem ipſe deus Aaron dignum hoc eſſe honore decreuit, & hunc ſacerdotem nobis credidit iuſtiorem, ſciens quod dignus induetur ſtola deo deuota, & curam habebit altaris ad hoſtias offerendas & orationes faciendas pro nobis libenter auditurus, qui curam habet generis noſtri, virum quem ipſe magis elegiſſe cognoſcitur. Hebræis itaque placuere quæ dicta ſunt: & ordinationi dei præbuere conſenſum. Erat enim Aaron propter genus & prophetiam & virtutẽ, fratribus honore hoc dignior vniuerſis: habebatq; filios illo in tempore quatuor: Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar. Quæcunq; vero ad

Exodi. 28. 29. 30. 40

fabricã tabernaculi præparata ſuperauerãt,hæc iuſſit ad tegmen cortinæ ipſius tabernaculi,& lucernæ,& turibuli,aliorumq; vaſorũ expendi:quatenus hæc pariter neque pluuia neque puluere vexarentur:& populum denuo colligens,ſingulos ad oblationem iuſſit offerre dimidium ſicli. Siclus autem Hebræorum numiſma quatuor drachmas Atticas habet. Illi vero libenter implebant quę iuſſerat Moſes(eratq; offerentium multitudo ſexcentorum quinque milium & quingentorum quinquaginta)offerebantq; argenti libram à viginti annorum ætate vſque ad quinquaginta conſtituti: oblatumq; circa tabernaculi opus expendebatur. Purificauit autem & tabernaculum & ſacerdotes hoc modo. Myrrhæ electę ſiclos quingentos & totidem cinnamomi,& calami(eſt autẽ & hæc ſpecies ſuauis odoris,prioris menſuræ tenens medietatem)hæc iuſſit contuſa miſceri:oleiq; oliuarũ pondus menſuræ prouinciæ quæ dicitur hin,duas coas Atticas capiens. Quibus permixtis & coctis,facta eſt artevnguẽtariorũ vnctio ſuauiſſima. Deinde ſumẽs hos ipſos ſacerdotes & omne tabernaculum vnguens purificauit,offerens hoſtias multas & varias in tabernaculo: deinde aureum thuribulum,quod magni erat precij:& reliqua quorum prætermittimus enarrare naturam,ne multiloquium fiat legentibus. Secundo autem in die,id eſt, ante ſolis ortum & ad occaſum,incenſum fieri oportebat omnino:oleumq; purgantes,ad luminaria cõ ſeruabant. Quorum tres quidem lucernæ ſuper ſacrum candelabrum deo tota die lucebant,reliquæ vero accendebantur ad veſperam. Omnium vero quæ facta ſunt,optimi opifices Beſeleel & Heliab fuerunt. Nam & prioribus artificibus ipſi præpoſiti erant,ad meliorem operationem iugiter exercendam,& ad intelligentiam rerum,quarum inſtructionem primitus ignorabant. Horum itaq; Beſeleel meliorem contigit iudicari. Igitur omne tempus ad opus faciendũ trã ſijt in menſem ſeptimum:& poſt hoc,ex quo Ægyptum reliquerant, primus eis annus impletus eſt. Inchoante autem anno ſecundo, menſe Xantico ſecundum Macedonas,niſan vero ſecundum Hebræos,in nouo menſe tabernaculum conſecrarunt,& omnia vaſa eius,quæ iam declarata ſunt. Oſtendit autem ſe deus gauiſum in operibus Hebræorum,& non fruſtra eos laboraſſe in pulchritudine illius ædificij, ſed acceſſit & habitauit in eo templo. Præſentiam namque ſuam hoc modo fecit: Cœlum ſiquidem mundum erat,ſuper tabernaculum vero ſolũmodo caligo facta eſt,non alta nube,ſatis autem denſa circundans illud,vt putaretur tempeſtas eſſe:neque rurſus ita ſubtilis fuit,vt valeret per eam aſpectus aliquid contueri:gratusq; ros exinde defluebat: pandebatq; præſentiam dei his qui hoc volebãt pariter & credebant. Moſes autem cum artifices,qui talia fuerant operati,dignis muneribus honoraſſet,ſacrificauit in tabernaculi veſtibulo ſecundum mandatum dei taurum,& arietem,& hœdum pro peccatis. Dicturus enim de his quæ ad ſacrificia pertinent,de his etiam quę circa ſacrificia celebrãtur indicaturus ſum,ſimul & de quibus iuſſit holocauſta fieri,& quæ comedenda tanquam cibos laxauit. Mactatis igitur animalibus quæ prędixi,ex eorum ſanguine veſtem Aaron ipſumq; cum filijs aſpergebat, purgans eos fontium aquis & vnguento, vt dei fierent ſacerdotes. Septem itaque diebus hoc modo ipſos & eorum veſtes curabat,tabernaculum ſimul & eius vaſa,ex oleo prælibato, ſicut iam dixi,& ſanguine hircorum & taurorum immolatorum per ſingulos dies,id eſt,vnoquoq; ſecundum genus. Octauam vero feſtiuitatem denunciauit populo,& quenq; ſecundum virtutem immolare præcepit. Illi vero alterutros æmulati,& ſuperantes ſacrificijs ſemetipſos,ſinguli feſtinantes dictis obediebant. Impoſitis autem hoſtijs ſuper altare,repente ex eis ſpontaneus ignis accenſus eſt, & ſimilis flamma fulgori coruſcationis emicuit,& omnia quæ erant ſuper altare conſumpſit. Contigit autem poſt hæc & Aaron calamitas quædam, vt tãquã homo ſimul & pater de ea cogitaret:quam tamen fortiter tolerauit,quoniam & circa caſus animo fortis erat,& hoc dei voluntate prouenille iudicabat. Ex quatuor nanque eius filijs,quos iam dixi,duo ſeniores, Nadab & Abiu, portantes

Oblationum deuotio
Siclus
Exodi.40
Leui.8
De oratione ſacrificiorum
Leuit.9

ſuper

ſuper aram hoſtias,non quas prædixerat Moſes,ſed quibus primitusvtebantur, ſubito concremati ſunt,igne ſuper eos magno impetu veniẽte,& pectora facies que eorum inflammante,ita vt nullus eorum valuiſſet extinguere: & illi quidẽ ita defuncti ſunt.Moſes autem iuſſit patrẽ eorum & fratres portantes corpora, extra caſtra deducentes,honore congruo ſepelire : luxitq; eos plebs nimis amare,propter mortem quæ ſic eis inopinabiliter accidiſſet.Solos autem fratres eorum & patrem non cogitare ex hac tribulatione Moſes exorauit: cum deberent dei honorem præponere ſuæ triſtitiæ.Iam enim Aaron & ſacerdotij ſtola videbatur indutus.Itaq; Moſes omnem honorem reſpuens,quem ſibi omnem multitudinem videbat offerre , ſolum deo miniſterium celebrabat:& aliquando quidem ad montem Sina ibat,aliquando vero in tabernaculum ingrediens reſponſa poſcebat,de quibus ſeorſum rogabat deum : & ſtola priuatus, alijs cunctis ſe publicum demonſtrabat,& in nullo ab alijs differre ſtudebat:niſi tantum vt eorum ſaluti prouideretur.Inſuper & conuerſationem eorum ſcribebat in leges ſecundùm quas deo grati viuerent,& in nullo alterutros accuſarent,quas tamẽ dei præcepto conſtituit. Nunc igitur de conuerſatione & legibus exponam.Quod autem de veſte pontificis prætermiſi,volo proferre.Nullo mõ enim malignitatibus profanorum reliqui occaſionem.Si qui tamen tales ſunt, vt dignitatem dei velint cognoſcere,omnipotentem deum negligentes ſcire , delinquunt,ſiue ad ſacra veniant,ſiue adeſſe nolint,& hoc non ſolum Hebræis voluit deus eſſe manifeſtum,ſed etiam peregrinis iſta legentibus. Lapides autem quos ferre ſuper humerum prędixi pontificem,erant ſardonyces. Eorum puto naturam amplius omnium ad humanam noticiam venientium effulgere. Deus ergo ſacrificijs dum adeſſet,alter qui in dextro humero portabatur micabat:& ex eo ſplendor ita exiliebat,vt etiam procul poſitis appareret,cum prius hoc lapidi non ineſſet.Et hoc vtique mirabile eſt,his tamẽ qui ſapientiam non abiectionem diuinorum operum nanciſcuntur. Quod vero mirabilius eſt dicam. Per duodecim enim lapides,quos ſupra pectus pontifex in Eſſin ſutos,id eſt,rationali portat,victoriam pugnaturis deus prænũciabat.Tantus enim ſplẽdor fulgebat in eis,cum nondum exercitus moueretur,vt omni fieret multitudini manifeſtum,eorum auxilijs adeſſe deum. Vnde Græci qui noſtras ſolennitates honorant,eo quod nihil in his contradicere valeant, Eſſin rationale vocant. Ceſſauit itaque & Eſſin & ſardonyx ſplẽdeſcere annis ducentis antequã hæc ego conſcriberem, cum deus moleſte ferret tranſgreſſiones legum , de quibus ſub opportunitate dicemus. Nunc autem ad conſequentia verba conuertar. Tabernaculo ſcilicet iam dicato & ornatis ſacerdotum rebus, populus deum apud ſe eſſe cum tabernaculò iudicauit , & ad ſacrificia ſimul & requiem eſt conuerſus,quaſi omnem iam moleſtiam reſpuiſſet:& de futuris meliora deſiderantes,munera deo alia quidẽ communiter,alia vero ſeorſum de ſingulis tribubus offerebant.Principes enim tribuum bini & bini conuenientes,vehiculum & duos boues offerebant:erantq; vehicula ſex:& ita tabernaculum in itinere deuehebant. Ad hæc autem vnuſquiſque eorum phialam thuribulumq; portabat,& capſam capientem claricos decem,plenam thymiamatibus. Thuribula vero & phiala argentea erant:vtraque ſiclos ducentos appendentia. In phiala tamen ſeptuaginta ſolummodo ſunt expenſi. Hæc erant plena farina,oleo conſperſa,quibus vtuntur ad ſacrificia. Super illas autem oblationes vitulũ & arietem cum agno anniculo ad holocauſtum , id eſt, totum incendendum:& cum his hircum pro oblatione peccatorum offerebant ſinguli principum. Sed & alia ſacrificia quę ſalutares appellabantur,per ſingulos dies boues duos, & arietes quinque,cum agnis anniculis & hœdis. Iſti enim ſacrificabant per duodecim dies,vnus in tota die. Moſes autem nequaquam aſcendebat in montẽ Sina,ſed ingrediens tabernaculum cõſulebat deum de actuum legumq; diſpoſitione,quas humanam ſapientiã præcellentes , oporteret firmiſſime omni tempore

Interitus Nadab & Abiu

notatem mirandum

cuſtodire,& donum dei eſſe cunctis oſtendi:talesq; fore,vt eas Hebræi nec in pace per epulas,nec in bellica neceſſitate tranſcenderent.Sed de his quidem legibus dicere ſuperpono,aliam conſcriptionem facturus.

De generibus & legibus ſacrificiorum & purgationum, & ritu immolandi, deque his quæ immunda ſunt. Caput XIII

NVnc tamen quarundam paucarum memorabo,de purgatione & ſacrificijs poſitarum.Etenim ſermo mihi de ſacrificijs faciendus eſt.Duo enim ſunt ſacrificia,quorum aliud quidem ab vnoquoque proprie,aliud vero celebra
Leuit.1 tur à plebe:& hæc quidem duobus modis efficiuntur,aliud quidem quãdo totum
Duo genera quod immolatur incenditur,& propterea etiam nomen holocautomatis habet,
Sacrificiorum id eſt,totum incenſum:aliud vero quod pro gratiarum actione perſoluitur,& ad epulas immolationum exhibetur.De priori nanque narrabo. Vir priuatus holocauſtum faciens,immolat quidem bouem,& agnum,& hœdum:hæc quidem annicula.Boues autem permittuntur immolari etiam iam maiores.Sed hęc omnia maſculini generis holocauſta fiunt.His autem cæſis,limbum altaris ſanguine perfundunt ſacerdotes:deinde purgãtes ea membratim incidunt,& omnia ſuper altare imponunt,lignis inſtructum,& ſubiecto igne inflammatum. Pedes autem cum iecore purgantes,& inter pinguedinem vna cum alijs offerunt: pelles autem ſacerdotes accipiunt.Et holocautomatis quidem modus eſt iſte.

Pro gratiarum vero actione hoſtias celebrantes,hæc animalia ſacrificant,matura quidem & anniculis gradiora,maſcula tamen fœminis combinata: immo-
Leuit.3 lantesq; hæc,fundunt quidem ſanguinem ſuper aram: renes autem & adipes,& omnem pinguedinem cum reticulis iecorum, & cum his caudam agni ſuperponunt aræ. Pectora autem & crura dextra ſacerdotibus prębent,& duobus diebus de reliquis carnibus epulantur. Quæcunque vero remanſerint, concremantur.Similiter autem prædicto modo ſacrificij etiam pro peccatis hoſtia celebratur. Qui vero ſacrificia maiora non habent,offerunt columbas aut turtures duas:quarum alia quidem ſit in holocauſtum deo,alia ſacerdotibus datur ad cibum. Certius autem de ſacrificijs horum animalium in ſacrificiorum ſermone dicemus. Qui enim per ignorantiam in peccatum inciderit, agnã & hœdum
Leuit.5 fœminam eorundem annorum offert, & ſanguinem quidem fundit ſacerdos in aram non ſicut prius:ſed angulorum tangit extremitates:& renes aliamque adipem cum reticulo iecoris ſuper altare imponunt. Sacerdotes autem tollunt & pelles:& carnes ea die conſumendas in templo: lex enim in craſtinum relinqui non ſinit.Qui vero peccat quidem,ſibiq; conſcius eſt: ſed nullum habet qui eum poſſit arguere,arietem immolat lege præcipiente:cuius carnes in templo ſacerdotes ſimiliter comedunt ea die. Principes autem in quibus peccant ſacrificantes ea quidem offerunt quæ priuati:placant autem deum offerendo ad ſacrificia taurum & hœdum maſculos. Lex autem præcipit in publicis priuatisque
Leuit.6 ſacrificijs etiam farinam mundiſſimam adijci: in agno quidem aſſarij menſuram,in ariete vero duorum in tauro trium:& hoc ſanctificant ſuper altare oleo
leui.49 mixtum.Nam & oleum offertur ab immolantibus:in boue quidem Hin medietatem,in ariete autẽ huius menſuræ tertiam patrem,& quartam in agno. Hin
leuit.7 autẽ menſura Hebræorũ antiqua choas Atticos recipit duos: ſecundum quam menſuram oleum offerebant. Si quis autẽ ſacrificium non celebrans,pro voto ſimilæ primitias offerat,vnam drachmam mittit ſuper aram: reliquam vero ad veſcendũ ſacerdotes accipiunt aut ad coquendũ. nam & oleo fermentatur. aut certe ad faciendos panes ſacerdoti tollenti quodcunque ex ea ad holocauſtũ neceſſarium eſt. Prohibet autẽ lex immolari alia die natum vna cum genetrice: ſed nec aliter immolari permittit,niſi cũ octaua dies nati tranſierit. Fiũt autem & alia ſacrificia pro lãguoribus euadendis,aut pro alijs cauſis,& æqualia libamina cum hoſtijs expenduntur: quorum in craſtinum aliquid remanere lex prohibet,ſacerdotibus ſcilicet propriam ſumentibus partem.Ex publico autem

ſumptu

ſumptu lex agnum anniculum ſingulis diebus iubet occidi, inchoante die & terminante. Septima vero die quæ ſabbatum nuncupatur, duos occidunt, eodem ſacrificantes modo. In initio mẽſis & quotidiana ſacrificia, & duos boues cũ agnis anniculis ſeptem, & arietem mactant: hœdum vero pro declinatione peccatorum, ſi forte per caſum obliuionis eueniant. Septimo vero menſe quem Macedones Hyperueretæum vocant, adijcientes his quæ predicta ſunt taurum & arietem, & ſeptem agnas immolant, & hœdum pro peccatis. Offerunt autem ſuper hæc duos hœdos, quorum alter quidem viuus vltra terminos deſerti dimittitur, futurus pro toto populo expiatio & declinatio peccatorum: alterũ vero in ſuburbanis in locum puriſſimum deducentes, cum ipſa pelle totum incendunt, nihil omnino purgantes. Concrematur autem ſimul & taurus non oblatus à populo, ſed ex proprio ſumptu pontificis pręparatus. Quo interfecto & oblato in templum, eius ſanguine ſimul & hirci aſpergit digito contra menſam ſepties: eodem autem numero & pauimentum, totiesq; templum & auream aram, & reliquum quod eſt circa maius veſtibulum purgans. Super hęc extremitates & renes, & adipem cum reticulo iecoris ſuperimponunt altari. Prębet autem & arietem deo põtifex ad holocauſtum. Quinta vero eiuſdem menſis & decima, tempore ad hyemen vergente, tabernacula figere iuſſit ſingulos per familias, metuentes frigus, pro anni cuſtodia. Dumq; in patriam peruenirent, in illa ciuitate quam propter templum metropolim haberent, feſtiuitatem eos octo diebus agere, & holocauſta facere, & ſacrificare deo, & pacificas hoſtias offerre pręcepit: vtq; in manibus portarent ramos myrti & ſalicis, ſummitatesq; palmarum, & virgulas mali perſici. Prima itaque dierum fit holocauſtum hoſtiarum, ex tribus & decem bobus, & agno vno aut pluribus, & arietibus duobus, adiecto hirco pro declinatiõe peccatorum. Sex autem diebus ipſe quidem numerus agnorum & arietum cum hirco ſacrificatur: ſubtrahitur autem ſingulis diebus vnus bos, donec ad ſeptimũ veniatur: & ab omni opere die octauo requieſcunt, & deo (ſicut prædiximus) vitulum immolant & arietem, & agnas ſeptem, & hircum pro declinatione peccatorum. Hæc quidem Hebræis tabernacula figentibus celebrare patrij moris eſt. Menſe vero Xantico, qui apud nos Niſan appellatur, id eſt anni principiũ, quartadecima luna, ſole oppoſito in ariete, quo mẽſe liberati ſumus à ſeruitute Ægyptiorum, ſacrificium quod tunc egredientes ex Ægypto fecerunt, immolare nos annis ſingulis (quod paſcha dicitur) celebrareq; ſanciuit. Et vtique celebramus illud per tribus noſtras, nihil immolatorum in craſtinum reſeruantes. Quintadecima autem ſuccedit feſtiuitas azymorum, quę ſeptem diebus celebratur, in qua azymis veſcuntur, & ſingulis diebus tauri occiduntur duo, & aries quidem vnus, agnæ vero ſeptem: & hęc holocauſta fiunt: & hircus quoque pro peccato adijcitur per dies ſingulos ad epulas ſacerdotum. Secunda vero azymorũ die, quę eſt decima ſexta, frugum primitias, quas metunt, antequam ex eis veſcãtur, deum iudicantes iuſtum eſſe primitijs honorari, quo ſint hac vbertate completi, offerunt iſto modo: Siccantes ſpicarum manipulum, & contundentes, & munda ad coquendum hordea facientes, aræ dei aſſarium offerunt: & vnam dragmã ex eo mittentes, reliquum ſacerdotum vſui derelinquunt: & tunc iam licebit omnibus pro ſua metere voluntate. Immolant autem in principijs frugum agnum in holocauſtum deo. Septima vero ſeptimana tranſacta poſt hoc ſacrificium, quarum ſeptem hebdomadarum dies ſunt quadraginta & nouem, pentecoſte celebratur: quam Hebræi Aſarcha vocant, quod ſignificat pentecoſten, id eſt, quinquageſimam. In qua offerunt deo panes de alphita ſiccata factos, cum fermento aſſariorum duorum, & ad mactandum agnas duas. Hæc quidẽ duo offeruntur ſolummodo. Nam cœna ſacerdotibus præparatur, nihilq; ex his in craſtinum relinqui permittitur. Immolant autem ad holocauſtum vitulos tres. & arietes duos, & agnas quatuordecim, duosq; pro peccato hircos. Nulla vero feſtiuitas eſt in qua holocauſtum non faciant, aut in qua ex operibus laborum

Ratio ſeptimi menſis

Leuit. 23
De ſolennitate tabernaculorũ

De ſacrificiis Paſchæ

Feſtiuitas azymorum

De primitiis frugum
Leuit. 2

Leuit. 23
De ſacrificio Pentecoſtes

laborum requiem non habeant: ſed in omnibus & legitimæ immolatiõis ſpecies & vacationis certus eſt modus, & eorum quę ad epulandũ immolantur: ex communi tamen ſimila cocta fermento carens datur aſſariorum vigintiquatuor, & ad panes faciendos expenduntur. Coquuntur enim duo, & duo diuiſi ante ſabbatum. & ſabbato mane oblati ſuper ſacram menſam ponuntur, ſibi ad alteros conuerſi, duabus pateris aureis ſuperpoſitis, thure plenis, quę permanent vſque ad aliud ſabbatum: & tunc pro illis alij deportantur: Illi vero ſacerdotibus exhibentur: & thure incenſo in igne ſacro, in quo omnia holocauſta fiunt, aliud thus ſupra alios panes adijcitur, Immolat autem ſacerdos de prõprijs expenſis ſecundo per diem farinam oleo mixtam, & modica coctione duratam, quo ſit menſura vnius aſſarij: cuius medietatem quidem mane, aliam vero medietatem meridie igni ſolent offerre. De his itaq; integriorem denuo declarabo ſermonẽ, ſufficienter autem mihi etiam nunc de his videor enarraſſe. Moſes aũtem tribũ Leui, à communione populi ſegregans, ſacram vtique futuram ſanctificaũit fontium aquis valde puriſſimis: & ſacrificia pro talibus legitima præbens deo, tabernaculum eis ſacrataque vaſa & reliqua quęcunque ad tegmen tabernaculi videbantur feciſſe contradidit: quatenus pręſidentibus & dicatis iam deo ſacerdotibus miniſtrarent. Et de animalibus diſcreuit ſingula quæ comederent, & à quibus ſe penitus abſtinerent. De quibus cũm nobis occaſio huius ſcripturæ prouenerit, dicemus, adijcientes & cauſas, quibus motus, alia quidem nobis ad cibum eſſe pręcepit, ab alijs autem abſtinere imperauit. Sanguinis autem totius vſum ad veſcendum modis omnibus interdixit, animam illum & ſpiritum eſſe putans. Sed & carnes ſpõte mortui animalis ab eſu omnino prohibuit: & ab adipe & reticulo caprino & ouino, & bubulo abſtinendum eſſe prædixit. Expulit autem etiam à ciuitate leproſo corpore maculatos, & ſemine defluentes. Sed & mulieres quibus fit purgatio naturalis, remoueri iuſſit vſq; ad ſeptimã diem: poſt quam diem quaſi purgatas remeare permiſit. Similiter autem & mortuo facientes exequias, poſt totidem dies legitimum eſt redire. Eos autem qui ſuper numerum horum dierum in pollutione conſiſtunt, ſacrificare legitimũ eſt agnas duas: quarum alteram quidem ſanctificare conuenit, alteram vero ſacerdotes accipiunt. Similiter autem & immolant pro eo cuius defluit ſemen, quoties hoc per ſomnium patitur, deſcendẽte eo prius in aquam frigidam. Idem facit & qui cum legitima vxore concumbit. Leproſos autem omnino expulit à ciuitate, cum nullo penitus conuiuentes, & nihil à mortuis differentes. Si vero quilibet ſuppli cando deo hac ægritudine liberetur, ſanumq; colorem aliquando recipiat, diuerſa deo ſacrificia compenſat, de quibus poſt hæc dicemus. Vnde etiam quilibet irridebit eos, qui dicunt Moſen lepra fatigatum, & propter hanc cauſam ſimiliũ proiectorum ducem factum, in Chananæam veniſſe cum eis. Si enim hoc fuiſſet verum, nequaquam Moſes iniuria ſua hæc ſanxiſſet, cum magis rationabiliter etiam alijs hoc introducentibus contradicere pręualeret, quando & apud gentes multas leproſi ſint, & fruantur honore pręcipuo: & non ſolum iniuria & expulſione priuentur, ſed etiam militia, mereantur inſignes, & ciuilia eis ſingula cõmittantur: & in ſacris, & in templis ingrediendi habeant poteſtatem. Quapropter in nullo prohibebatur Moſes, ſi aliqua huiuſmodi paſſione circa colorem ipſe aut multitudo quæ cum eo erat vexaretur, de iſtis meliora ſancire: nullumq; detrimentum huiuſmodi paſſionibus cogebatur inferre. Sed palàm eſt, quomodo hæc de nobis inuidia concitati loquuntur. Moſes autem ab his mundus exiſtens, etiam mundis contribulibus conſtitutis, de languentibus hoc modo ſanciuit, & hoc pro dei honore decreuit. Sed de his equidem vnuſquiſque cogitet vt voluerit.

Num.3

Leuit.17

De bis quæ in munda ſunt

Leges mulieris puerperæ, eiusq; mundationes: deq; vxore adulterij ſuſpecta, & prohibito concubitu: de coniugio ſacerdotum, & anno iubileo.

Caput XIIII

Mulieres

MVlieres vero quando pariunt, intrare in templum prohibuit, ſacrificiaq; cõ tingere non permiſit vſq; ad quadrageſimum diem, ſi maſculus ſit qui pariatur: duplicibusq; diebus, ſi fœminam generari contigerit. Ingredientes autem poſt prædictę dilationis tempus ſacrificia celebrant, quæ ſacerdotes ſolẽ niter deo diſtribuunt. Si quis adulteratam ſuam ſuſpicatur vxorem, offert farinæ hordeaceæ aſſarium: & vnum pugillum ex ea mittens in altare, reliquũ dat ſacerdotibus ad edendum. Mulierem vero cõſtituit aliquis ſacerdotũ ad ianuas quæ ſunt conuerſæ ad templum: & velamen capitis eius detrahens, ſuperſcribit quidem in mẽbrana dei vocabulum, iubetq; iurare nihil eam nocuiſſe viro ſuo, nec pudicitiæ vinculũ diſrupiſſe: quod ſi commiſit, vt fœmore dextro diſiuncto, vteroq; putrefacto moriatur: ſi vero amore nimio & huius rei zelo petulãter maritus hac ſuſpicione mouetur, vt menſe decimo ei puer maſculus generetur: perfectoq; iureiurando, dei nomen diluens è membrana, in phialã exprimit: ſumẽsq; terram de templo circa parietes iacentem, & ſuperaſpergens, mulieri dat ad bibendum. Illa vero ſiquidem iniuſte accuſata eſt, concipit, & partus eius nutritur in vtero: ſi autem de toro maritali mentitur etiam deo, cum confuſione vitã reliquam ſuſtinebit. Nam & femur eius putreſcit, & vterus vertitur ad hydropem. Et de ſacrificijs quidem & purgationibus eorum. Moſes contribulibus ſuis ita proſpexit. Leges autem eis tales expoſuit. Adulterium quidem omnino prohibuit: feliciſſimum eſſe credens, viros circa torum eſſe ſecuros, & ciuitatibus ſimul & domibus expedire, filios eſſe veraces. Sed & matribus miſceri, tanquam malum maximum lex negauit. Similiter vxori paternæ, & nutricibus, & ſorori bus pro vxoribus coire quempiam filiorum, tanquam prauam iniuſtitiam nimis odiuit. Prohibuit autem & mulieri naturaliter pollutæ miſceri, & iumentis, & maſculis, eo quod hæc libido nequiſſima videatur: & aduerſus eos qui hæc prę ſumunt, mortis ſupplicium prouenire decreuit. Sacerdotum vero duplicem fecit purgationem. Nam & ab iſtis ſimiliter eos abſtinuit, & ſuper hæc neque meretrices neque concubinas eos habere permiſit, neq; ancillam, neq; captiuã eis nubere voluit. Sed & eas quę de cauponationibus & pandochijs vitam agunt: & quæ prius maritos habentes, pro cauſis quibuſcunq; dimiſſæ ſunt, ab eorum coniunctione prohibuit. Summum vero pontificem neq; mortui viri habere permiſit vxorem: licet hoc alijs conceſſiſſet, huic ſoli dedit ducere virginem, eamq; ſeruare. Vnde neque ad mortuum ſummus ſacerdos accedit, cum reliqui non prohibeantur fratribus & parentibus & omnibus ſuis ſolẽnia mortuis exhibere: quos eſſe oportet ſimplices omni ſimplicitate vera. Qui inter ſacerdotes integer non eſt, paſci quidem ait de oblationibus ſacerdotis, aſcendere autem ad altare & in templum introire prohibuit. Hos itaque non ſolum ad ſacrificia mundos, ſed etiam circa conuiuia & cultum ſum ſtudioſos & inculpabiles eſſe præcepit. Ob quam cauſam ſtola ſacerdotali veſtiti & immaculati & circa omnia mundi ſunt, & ſapientes exiſtunt. Bibere vinum donec ſtola veſtiti ſunt prohibentur inſuper & oues integras immolant, & in nullo pollutas. Hæc igitur etiam in tempore vitę ſuę geſta tradidit Moſes, quorum quędam & in deſerto degens adinuenit, quatenus dum terram Chananæam perciperent, hæc ſeruarent: id eſt, anno ſeptimo requiem terræ præbeant: ab aratro & plantationibus, ſicut & ipſos ſeptima die ab operib. ceſſare ſanciuit: & vt quę ſponte oriuntur de terra, eſſent volentibus in vſu communia, & cõtribulibus & extraneis, nihilq; ex eis ſeruarent. Hoc autem poſt ſeptimam annorum ſeptimanã fieri iuſſit, qui ſunt anni quidem quinquaginta: vocaturq; ab Hebręis hic annus quinquageſimus iubileus, in quo & debitores à credito relaxantur, & ſerui liberi dimittũtur: quos cum eſſent contribules, pro quadam tranſgreſſione legum ſeruitij ſchemate caſtigauit, mortemq; ſuſtinere prohibuit. Inſtante ſiquide iubileo, quod nomen ſignificat libertatem, reſtituunt etiam agros antiquis dominis iſto mõ: Cõueniunt venditor agri ſimul & emptor, & reputantes fructus & expenſas in agros

Leuit.12

Lex mulierum parientium

Probatio zelotypiæ Num.5

De adulterio

Leuit.19

Ibidem.20

Ibidem.21

De ſacerdotũ uxoribus

De ſacerdotij bus

Leuit.10

Ibidem.25

Lex ſeptimi anni

Lex iubilei

agros factas, fructibus exuberasse compertis, venditor recipit agrum. Cum vero expensæ transcendunt, hoc quod deest recipiens emptor, à possessione discedit, connumeratis scilicet ex æquo fructibus & expensis, prioribus possessoribus reddit agrum. Eandem legem voluit etiam in domibus obtinere, quæ per vicos quosque venduntur. Nam de his quæ in ciuitatibus venduntur, aliter definiuit. Si quidem antequam compleatur annus recipiat pecuniam, reddere domum cogit emptorem: si vero completus annus fuerit, possessionem confirmat emptori. Hanc igitur legum constitutionem Moses, dum sub monte Sina moraretur exercitus, à deo cognouit, & Hebræis scriptam contradidit.

Leges instruendi exercitus, & numerus Israelitarum aptorum bello, deq; tubis argenteis. Caput XV

CVm vero circa legislationem iam putaret ista sufficere, ad exercitij militaris iura conuersus est, habens in animo bellicas causas attingere: præcepitq; principibus tribuum præter tribum Leui, vt numerum pugnare valentium perfecte cognoscerent. Leuitæ enim sacrati erant, & ministerio alio fungi non poterant. Examinatione itaque facta, inuenta sunt milia sexcenta & tria, & sex centiquinquaginta, qui potuissent arma producere, à vigesimo anno vsque ad quinquagesimum. Pro Leui tamē elegit inter principes tribuum Manasse filium Ioseph, & Ephraim, pro ipso Ioseph. Hæc autē fuit supplicatio Iacob à Ioseph, dum feciſſet filios eius sibi præberi sicut prædixi. Figentes autem castra tabernaculum in medio statuebant, & ternæ tribus per latera singula tabernaculi commanebant, & plateas per medium habebāt: eratq; ornatus quasi fori rerumq; venalium, singulis in ordine constitutis. & opifices artium singularum in stationibus erant: nulliq; alij loco, quàm ciuitati competenter ædificatæ & collocatæ similis erat. Ea siquidem quæ circa tabernaculum erant, sacerdotes tenebant, deinde cuncti Leuitæ. Exquisiti enim sunt Leuitæ masculi, qui vltra triginta annorum essent, inuentiq; sunt vigintiduo milia, octingentioctoginta. Quotiens vero supra tabernaculum stare nebulam contingebat, tanquam deo ibidem cōmorante quiescebant, cum vero conuerteretur, procedebāt. Adinuenit autem & modum tubæ ex argento factę, quę est huiusmodi, longitudinem quidem habēs penè cubiti. Est autem angusta fistula cantatoria, calamo capacior, prębens latitudinem quę cōueniat ori ad susceptionem spiritus, & classico sono vicina est, quę Hebraica lingua vocatur Asosra. Factæ sunt tales duę, & vna quidem vtebantur ad iussionem & collectionem populi in ecclesijs celebrandam: altera vero, cum oporteret ad cogitandum de rebus necessarijs principes conuenire: ambabus autem multitudo colligebatur. Cūq; tabernaculum moueretur hęc fiebāt: insonante priore, ij qui habitabant ad orientalem tabernaculi partē surgebant: cum vero secunda sonuisset, qui ad austrum residebant apparabantur. Et ita in thecam inuoluta tabernaculi medietas, pręcedentibus sex tribubus portabatur, & alia media sequentibus sex: Leuitę vero omnes circa tabernaculum erāt. Tertia vero sonante, pars quę conuersa erat ad occidētem ferebatur: & quarta, quę circa septentrionem. Vtebantur autem his tubis etiam in sacrificijs hostias offerentes, & sabbatis, & cęteris quoq; diebus. Sacrificauit autem tunc prius post excessum de Ægypto, quod pascha dicitur, in deserto.

Num.26

Bellicosos Moses recēsuit

Exodi.40

Num.10

De duabus tubis argenteis;

Orta seditione rursum contra Mosen ob inopiam cibi, coturnicibus locus est repletus, sumpsitq; deus supplicium de seditiosis. Cap. XVI

ET post paululum procedens à monte Sina, & loca quędam commutans, de quibus dicemus, ad locū qui dicitur Eserimothvenit. Vbi multitudo rursus seditionem fecit, accusando Mosen, & necessitates profectus sui dicendo, & quod de terra bona eis suasisset exire: & cum illam perdiderint, pro felicitate quā eis se promiserat prębiturū, diuersis miserijs tenerentur astricti, & aqua priuati: & si contingeret, vt etiam manna deficeret, essent sine consolatione perituri.

Num.11

turi. Cumq; multa sæuiora in illum virum edicerent, vnus quidem monebat eos vt neq; Moseos neq; laborum eius exhibitorũ pro cunctorũ salute immemores esse deberent, neq; de dei adiutorio desperarent. Plebs autem ad hoc potius est commota, & contra Mosen maior turba consurgebat. Moses itaque confortans eos tali desperatione deiectos, licet turpiter ab eis fuisset contumeliam passus, tamen promisit eis carnium multitudinem præbiturum: non vna die sed plurimis. Illis autem hoc non credentibus & dicente quodam, vnde posset hæc tantis milib. quę prædixerat ministrare? Deus, inquit, & ego, licet mala audientes à vobis, non tamen recedimus operantes pro vobis, & istud non tarde proueniet. Cumq; hæc dixisset, coturnicib. repletus est omnis exercitus colligebantq; eas circumastantes. Deus autem non tarde hanc reddidit Hebręis iniuriam & male dictũ in se cõmissum. Nõ parua siquidẽ multitudo eorũ mortua est. Et hactenus locus ipse cognominatur Cabrothalia, quod ĩterpretari põt, desiderij sepultura.

Quomodo Moses Hebræos ad Chananæorũ fines duxit, mittẽs in Chananęã duodecim exploratores, qui reuersi metũ & terrorẽ populo incussserunt, volẽti ob id Mose & Aaron interfectis, Ægyptũ repetere. Cap. XVII

DEducens autem eos inde Moses in terrã quæ vocatur cõuallis, iuxta Chananęorum terminos existẽtẽ, & ad habitãdũ difficilem, populũ in ecclesia congregauit, eisq; in concione locutus est, dicens: Cum deus nobis duo bona promiserit, libertatem & felicis terræ possessionem, aliud deo dante iam possidetis, aliud estis percepturi celeriter. In finibus nãque sedemus Chananęorum: arcebitq; nos de cætero procedentes neq; rex, neq; ciuitas, sed neq; omnes eorum gentes. Exercitum ergo præparemus ad bellum. Non enim sine labore nobis hæc terra conceditur, sed maximis eam prelijs obtinebimus. Mittamus autem exploratores, qui huius terræ bona considerent, & quæ virtus in ea sit habitantium. Ante omnia vero vnanimes simus: & deum, qui est in omnibus nobis adiutor, & pugnandi socius, honoremus. Hęc itaque cum dixisset Moses, multitudo ei honorem exhibuit: elegitq; exploratores duodecim notissimos viros, vnũ de vnaquaq; tribu. Qui circumeũtes omnem terram Chananæorum, à partibus circa Ægyptum iacentibus vsq; ad ciuitatem Emathin, ad montem Libanũ peruenerunt naturamq; terræ & incolarum hominum considerantes validam, reuersi sunt, quadraginta diebus omne hoc opus explentes, insuper & fructus quos proferebat illa terra portantes: eorumq; abundantiam & multitudinem bonorũ quam terra illa haberet narrabant, & à voluntate bellandi populum suspendebant, metuentes etiam suæ paupertatis inopiam, dicentesq; flumina impossibilia transituros, & esse montes insuperabiles iter agentibus, & ciuitates muris valde fortissimas, & ambitus earum grandi munimine roboratos. In Hebron autem & gigantum prolem se inuenisse dicebant. Et exploratores quidem videntes, quod cunctis quos ab Ægypto egredientes inspexerant, maiores essent Chananæi, & ipsi tabuerunt, & multitudinem hoc credere compulerunt. Illi autem ex his quę audierant, possessionem terrę illius difficilem sibi iudicabant: solutoq; concilio, cum vxoribus & filijs lugentes degebant, tanquam deus nihil eis opere, sed tãtũ verbo promitteret. Rursumq; Mosen increpabant, & inclamabant ei, eiusq; fratri atq; pontifici. & pessimam quidem, licet cum illorum blasphemijs, habuerunt noctem. Mane vero concurrerunt ad ecclesiam, deliberationem habentes, vt interfecto Mose & Aaron, ad Ægyptum denuo remearent. Vnus autem exploratorum, Iesus filius Naue de tribu Ephrem, & Caleph de tribu Iuda, metuentes in medium processerunt: tenebantq; multitudinem, confidere supplicantes, & neq; deum falsitatis arguere, neq; credere his quę pro terrore, non vere de Chananæis dicta videbantur: sed sibi potius, qui ad felicitatem & possessionem bonorũ eos decentius inuitarent: quando neq; montiũ magnitudo, neq; altitudo fluuiorũ virtutem colentibus effectũ poterit impedire: maxime cum deus securitatem præbeat, & eorum propugnator existat. Pergamus ergo dicebant simul ad hostes,

Num. 31

Num. 9

num. 14

De Iesu & Caleph

ſtes,nullam timoris habentes ſuſpicionem,ſed duci credite deo:nosq; ſequimini quò vocamus. Et illi quidem dicentes hęc,nitebãtur iram populi mitigare. Moſes vero & Aaron in terram proſtrati,rogabant deum non pro ſalute ſua,ſed vt quieſcere faceret ignorantem plebem,eorumq; ſedaret animos,præſentis hæſitationis paſſione turbatos. Aſtitit autem & nubes,& inſtans ſupra tabernaculum ſignificauit dei pręſentiam.

Deus iratus prædicit per Moſen,neminem eorum terram promiſſam ingreſſurum, niſi filios eorum,poſt quadrageſimo demum annos.

Caput. XVIII

Num.14. MOſes autem confidẽs:in media aſtitit multitudine:deumq; permotum pro eorum pandebat iniuria:percepturosq; fore ſupplicium,non quidem delicto dignum,ſed quale patres pro correptione inferũt filijs. Cumq; trãſiſſet in tabernaculum,coram deo pro futura eorum perditione deflebat: commemorabatq; populum quæ paſſi ab eo, & quantis beneficijs participati ingrati circa eum exiſterent:quando etiam nunc exploratorum terrore decepti,ſermones illorum potius,quàm promiſſiones dei iudicauerint veriores:& ob hanc cauſam non equidem exterminaret eos,neque perderet genus eorum,quod omnibus hominibus haberet apud ſe potius honoratum:verum terra Chananæorum nõ eos eſſe potituros,neq; eius promiſſa felicitate lætaturos,ſed etiam ſine domibus & ciuitatibus in deſerto quadraginta annos eſſe victuros,& hanc pœnam eos pro iniquitate ſoluturos:filijs autem veſtris,dicebat,deus terram daturũ ſe compromiſit:illorum participaturos bonis,& dominos eorum fore quæ voſipſi vobis inuidiſtis accipere. Cum hæc itaque populo Moſes dixiſſet dei voluntate, in triſtitiam & ærumnam conuerſa eſt multitudo,rogabantq; Moſen vt propitium ei faceret deum,& à deſerto liberatis præberet vrbes. Ille autem dicebat deum huiuſmodi non habere conſilium,neque ſecundum leuitatem humanam ductum circa indignationem eorum,ſed habita deliberatione in eos ſententiam protuliſſe. Non itaque iudicandum eſt oportere hæc diſcredi,ſi Moſes cum vir vnus eſſet, tanta milia hominum iraſcentium potuit mitigare,& ad manſuetudinis vota reducere. Deus enim aſſiſtens ei, multitudinem populorum vinci ſermonibus ſuis præparauit:quippe cum ſæpius inobedientes,vtilem ſibimet obedientiam fuiſſe cognouiſſent,vtiq; in calamitatibus incidentes Mirabilis itaque virtute & fortitudine fuit vir ille,ad credendum ſibi de quibuſcunque populus audiret, & hoc non ſolum tempore quo vixit,ſed etiam nunc. Nullus enim eſt Hebræorum qui non tanquam præſente eo & caſtigante, ſi forte ſit moribus incompoſitus, obediat ſanctionibus eius,licet alios latere poſſit. Et alia quidem indicia vltra humanam virtutem eius exiſtunt. Olim enim quidam trans Euphraten habitantium:quatuor menſium itinere venientes propter honorem noſtri ſacrificij,cum multis periculis ſimul & ſumptibus, ſacrificantes non valuerunt immolatione participari: interdicente hoc Moſe quibuſlibet,qui non ſint noſtris legibus eruditi,neq; nobis ex paterna traditione coniuncti. Et alij quidem neque ſacrificãtes,alij vero ſemiplena ſacrificia relinquentes, alij autem neque initium ingrediendi in templum facere valentes diſceſſerunt: obedire Moſeos præceptis potius quàm ſuam voluntatem facere præponentes:& cum prohibentem ſe de tali bus non metuerent,ſolam tamen conſcientiam formidantes. Sic legiſlatio quæ videbatur dei,fecit illum virum meliorem ſua natura putari. Sed etiam ante tẽpus modicum huius belli Claudio Romanis imperante,Iſmaele apud nos exiſtẽte põtifice,cum fames talis noſtram regionem obtinuiſſet,vt quatuor drachmis venderetur aſſarium:allata farina ad feſtiuitatem azymorum in coros ſeptuaginta,qui medimni quidem ſinguli ſunt vnus & triginta. Attici autem quadraginta &vnus,nullus ſacerdotum pręſumpſit comedere,cũ ſcilicet terram inopia tanta detineret:quippe cum metuerent legem & iram,quam etiam ſuper iniquitates hominibus occultas ſolet inferre diuinitas. Igitur non oportet ammirari

De fame facta ſub Claudio

de his

de his quæ tunc gesta sunt,quando etiam nunc literæ à Mose derelictæ tantam virtutem habent,vt etiam inimici nostri fateantur, quia is qui constituit Rempublicam nostram per Mosen eiusq; virtutem,deus est. Sed de his quidem,vt placuerit vnicuiq;,consideret.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER QVARTVS.

Bellum Hebræorum absq; notitia Mosi,contra Chananæos gestum,sed infeliciter. Caput I

HEBRAEOS itaq; deserti molestia atque difficultas cogebat, etiam prohibente deo, ad Chananæos accedere. Non enim mosi sermonibus acquiescebãt obedire,sed etiam præter illius voluntatem superare se hostes existimantes,illum equidem accusabãt, suspicionem habentes quod eorum negotiaretur inopiam,& vt semper eius viderentur egere solatio,præliari vero contra. Chananæos egressi sunt, dicentes deum non propter Mosen eis auxiliari,sed communiter genti suæ ferre solatium propter maiores eorũ suamq; virtutem,quorum semper prouidentiam habuisse videbatur,& quomodo qui prius libertatem præbuisset,etiam tunc laborare volentibus ferre solatia nõ tardaret: dicebantq; etiam solos se posse hostibus præualere, licet vellet Moses deum ab eis alienare:omnibusq; hoc expedire,vt ipsi sui rectores essent, & non ab Ægyptiorum iniuria digressi,Moseos tyrannidem denuo sustinerent,& secundum eius voluntatem viuerent:nec deciperentur quasi diuinitas ei soli vtilia pro eius deuotione prædiceret:tanquam non omnes essent de genere Abrahæ: sed vnus esset his autor omnium,cui deus omnia nosse futura præberet:qui viderentur sapere,si eius superbiam contemnentes & deo credentes, obtinerent terram quam eis volentibus compromiserat,& non propter prædictam causam sub dei nomine respicerent prohibentem. Ergo cogitantes inopiam atq; desertum, propter quæ ad hęc potius vrgebantur,ad Chananęorum bella profecti sunt, deum ducem existimantes, & non à legislatore solatium sustinentes,donec sibi meliora fore decerneret. Quo facto,hostes aggressi sunt. Illi siquidem eorũ non obstupescentes inuasionem seu multitudinem, eos fortiter exceperunt. & Hebræorum multi quidem sunt interempti,reliqua vero militia cohortis eorum soluta est,sectatiq; turpiter in tabernaculum confugerunt: & eo quod præter spem tanta calamitate occubuissent,omnino deiecti sunt, & nihil vtile de cætero sperabant,cogitantes quod hęc per dei iracundiam proueniissent, accedentibus ad bellum contra eius voluntatem. Moses autem videns suos perditione compressos,& metuens ne victoria confidentes inimici, & appetentes maiora super eos accederent,indicauit exercitum in desertum procul à Chananæis educere. Cum q; ita multitudo ei consentiret,quæ vtique cognouerat,quod absque præceptionibus eius prouidentiæ præualere non posset,eleuato exercitu abijt in eremum, faciẽs eos ibi quiescere,nec prius Chananæos adire,donec ad hoc opportunum tempus à deo acciperet. Igitur quod in magno contingit exercitu,& præcipue apud eos,qui in ærumnis calumniatores & inobedientes existunt,hoc etiam Iudęis euenit. Nam dum essent sexcenta milia, & forte prę multitudine consilijs meliorib. se minime subijcerent,inopia potius & ęrumnis irascebantur,& aduersus alterutros & contra ducem. Seditio nanque tunc eos,qualem nec apud Grę cos nec apud barbaros factam nouimus,apprehendit,pro qua omnes deserẽdos Num.14.

à deo,atq; perditionis periculum ſuſcepturos eripuit Moſes,oblitus malorum,li cet paulominus ab eis fuiſſet occiſus. Pro cuius precibus deus nihil mali eos ſuſti nere permiſit,licet legiſlatorem ſuum contumelijs affeciſſent,& mandata, quæ per Moſē ipſe deus dederat,deſpexiſſent:eripuit tamē eos,quādo eis pro ſeditio ne ſua,mala prouenire potuerunt,niſi ipſe eorum periculo proſpexiſſet. Seditionem vero,& quemadmodum poſt eam Moſes conuerſatus eſt,narrabo:prędicēs cauſam,propter quam talia ſunt commiſſa.

Seditio Core & plebis contra Moſen & fratrem eius de ſacerdotio.

Caput II

Num.16

COre Hebræorum & genere nobilis,& abundans diuitijs, & lingua facilis, & ad perſuadendum plebi nimis idoneus,vidēs Moſen in honore maximo conſtitutum,per inuidiam grauiter hoc ferebat. Nam cum eſſet ex ea tribu. erat eius pariter & cognatus: & mordebatur quaſi iuſtius eſſet,vt eam gloriam ipſe potius obtineret:qui & ditior illo,& genere apud Leuitas nō videretur eſſe deterior:clamabatq; dicens eſſe crudelem Moſen,gloriam ſibimet aucupatum, & hanc per calliditatem acquiſiſſe ſub occaſione,quaſi videret deū: & quod con

Inuidia Core

tra leges Aaron fratri ſacerdotium dederit,non communi placito plebis ſed ſuo iudicio: & ſuper hęc modo tyrannico honores quibus vellet,impenderet. Sęuius autem eſſe dicebat,& vltra violentiam,quia læſionem latenter videretur inferre:quando non ſolum nolentibus, ſed neque intelligentibus inſidias eius,honores auferre contenderet:quia cum ſcierint,inquit,homines nō ſe poſſe violentia prævalere,hanc quidem volentes boni videri non inferunt, doloſa tamen arte machinantur,quatenus deſideratum perueniant ad effectum. His & ſimilibus ſuadebat plebi,quia vtile foret,vt dum adhuc huiuſmodi latere ſe crederent, punirentur,nec ſinerentur ad potiorem accedere cumulum,ne manifeſti fierent inimici. Adijciebatq; dicens: Quam rationē reddere poterit Moſes,vt Aarō & eius filijs crederet ſacerdotium? Si enim ex tribu Leui deus honorem alicui prębēdū eſſe decreuit:ego hunc iuſtior ſum accipere,genere quidē ipſo conſiſtens quo Moſes,diuitijs autem & forma potentior. Si vero maior tribus quæritur,dignum eſt vt Ruben tribus potius honoraretur,& hunc accipiant Datan & Abirom & Balas. Iſti enim ſeniores erant in illa tribu,& potētes facultate pecuniarum. Hęc itaque Core dicens,volebat quidem videri communi vtilitati prodeſſe,opere vero agebat,vt honorem hunc in ſe populi ſuffragatione transferret. Et ille quidē hæc maliuolæ plebi cum doloſo dicebat eloquio: Procedente vero ſermone paulatim ad multos,& creſcentibus auditoribus,contra derogationem Aaron omnis exercitus eſt agitatus. Erant enim concordantes cum Core ducenti & quinquaginta priores viri,ſtudentes quatenus fratrem Moſeos ſacerdotij iure priuarent,& per hoc eum exhonorarent. Tunc itaq; populus,vt etiam Moſen lapidaret aggreſſus eſt,& in eccleſiam inordinate & turbulenter conueniebant,& ante tabernaculum dei clamabant omnes: Exeat tyrannus,& populus ab eius ſeruitio liberetur,qui ſub occaſione deiviolentia mandata prębepit. Dicebāt enim: Quia ſi deus ipſe ſacerdotem futurum eligeret,digniſſimum ad hūc honorē proueheret,& non eum multis inferiori daret: & ſi decreuiſſet hūc Aaron dari,corā populo faceret,& non in fratris hoc poteſtate relinqueret. Moſes autem cum derogationem Core iam ex multo præſciret,etiam iritatum populum nō expauit: ſed confidens rebus,quas fideli deuotione tractabat, & ſciens fratrem deivolun

Moſes ad Core

tate ſacerdotium,& non ſuo munere meruiſſe:ad cōcilium venit, & multitudini quidē nihil omnino locutus eſt:ad Core autē clamās,cum eſſet dexter etiam in alijs,& ad loquēdū populis nimis ingenioſus: Mihi,inquit,ō Core & tu,& vnuſquiſq; horum(oſtendebat autē ducētos & quinquaginta viros)honore digni eſſe videmini,& totum exercitum huiuſmodi honore non priuo: licet non habeant quæ vobis ex diuitijs & culmine altę dignitatis exiſtunt. Igitur ſacerdotiū Aarō non eo quod diuitijs præcellat,cum tu ambos nos pecuniarum videaris magnitu

dine

dine ſuperare:neq; propter genus,quãdo commune nobis hoc fecit deus,eũdem progenitorem dans nobis,neq; propter fraternum amorẽ,quod iuſtius alter habere potuiſſet,ego hoc contuli fratri. Nam ſi non cogitarem de dei legibus,hũc honorem mihi potius præbuiſſem,quãdo plus mihi ego ſum vicinus quàm alter, & mihi magis quàm alteri familiaris exiſto. Nam neq; ſapiens conſiliũ erat me met periculis ſubdere,& alij ex tali cauſa felicitatis dona conferre. Sed à malitia ego ſum remotus:deus autem ſe contemni non deſpexit,neq; vos ignorarevoluit,quod hoc facientes ei præſtatis,& ipſe eligens ſacerdotem ſibi futurũ,à querela nos huiuſmodi liberabit. Non enim Aaron gratia mea hoc, & non iudicio diuino ſortitus eſt. Vnde ponet hoc deus in medio quaſi ad diſceptãdum,vt nũc qui dignus ad hoc inuenitur,accedat. Quod enim dedit deus nõ derelinquimus, ſi volentes accepiſſe iudicamur:cum ſit impium,honorem quem ille præbet non adire: & nimis irrationabile,vniuerſo tempore ſecuritatem promittente deo cõtemnere. Sed & nunc iterũ probari vult eum,qui pro nobis ei debeat hoſtias immolare,& præſul pietatis exiſtere. Incongruum nanq; eſt ŏ Core,vt quilibet appetens honorem,deo hunc præbendi cui voluerit auferat poteſtatem. Igitur à ſeditione & huiuſmodi turba quieſcite. Mane vero omnes qui ſacerdotium quæritis,thuribulum ſinguli portantes à veſtris domibus cum thymiamate & igne venite. Sed & tu Core cede deo iudicium,& in his eius expecta ſententiam,& non temetipſum deo velis facere meliorem:ſed potius adeſto, de hoc honore taliter iudicandus. Necnon & Aaron arbitror intereſſe iudicãdum,cum & eiuſdem ſit generis,& in nullo poſſit de rebus ſacerdotij iuſte culpari. Conuenientesq; pariter coram omni populo incenſum facite:& cuiuſcunq; veſtrum ſacrificium ſuaue iudicauerit deus,hic vobis ordinabitur ſacerdos:& ita derogatione fraterna,tanquam ei honorem ſacerdotij ego donauerim,liberabor. Hęc Moſe dicente,& à turba & ab eius ſuſpicione multitudo ceſſauit, & laudauerunt cuncti quæ dicta ſunt. Erat enim vir optimus,& loqui vtilia videbatur. Tunc ſiquidem concilium eſt ſolutum. Altera vero die cuncti congregati ſunt in eccleſia,vt adeſſent ſacrificio & electioni de ſacerdotio concertantium. Eratq; populus conturbatus,cum eſſet multitudo ſuſpenſa ſpe futurorum:& alij delectarentur,ſi Moſes malignus oſtenderetur:ſapientes vero ſi huiuſmodi ſeditione liberarẽtur,Metuebãt enim, ne procedente turba ordinator eorum diſciplinę deperiret. Omne ſiquidem vulgus cum naturaliter queri congaudeat de eis qui in poteſtate ſunt conſtituti, ad ea quæ forte placuerint ſententiam tumultus efficit. Moſes autem miſſis ad Datan & Abirom miniſtris,eos ſecundum conſtitutum venire iuſſit & ſacerdotium expectare. Cum vero nec obedire eos nuncij retuliſſent,nec velle dicerent Moſi quaſi contra omnem populum malignitate creſcente ſuccumbere,audiens hæc ab eis Moſes,ſequi ſe maiores natu præcipiens,ibat ad Datan & Abirom,nec indignum eſſe putabat ad ſuperbos accedere. Illi vero nihil contradicentes ſecuti ſunt. Datan autem & qui cum eo erant,cognoſcentes Moſen cum nobilibus populi ad ſe venire,accedentes cum vxoribus & filijs ante tabernacula reſpiciebãt quid Moſes eſſet acturus:erantq; circa eos conſtituti famuli,vt,ſi vellet aliquam violentiam Moſes facere,vindicarent. Ille vero cum veniſſet in proximum, manus ad cœlos tendens,multumq; clamãs,ita vt populus cunctus audiret,ait: Domine cœli & terræ & maris,tu enim mihi meorum actuũ fideliſſimus teſtis exiſtis,quoniam omnia tua voluntate feci,tu fugientibus præbuiſti viam,miſericordiam in omnibus faciens neceſſitatibus Hebræorum,eſto meus & in his verbis auditor. Tibi nanque nec quod agitur nec quod cogitatur abſconſum eſt: & ideo neque comprimis veritatem,vt horum contra me velis defenſare ingratudinẽ. Antiquitatem ſcilicet meæ generationis ipſe noſti certiſſime,non auditu cognoſcens,ſed viſu his quæ facta ſunt tunc aſſiſtens. In his ergo quæ de me,licet veritatem aperte ſcientes,iniuſte ſuſpicantur,te teſtem mihi precor aſſiſtere. Ego nanque vitam ſimplicem habens,mea quidem virtute,tua vero voluntate, hãc *Oratio Moſi*

mihi Rahuele ſocero meo relinquente, bonorum illorum adeptionem deſerens, meipſum tradidi pro iſtorum ærumnis: & primum quidem pro libertate eorum, nunc vero ſalute maximos labores toleraui, omniq; periculo me prone ſubieci. Nunc ergo quoniam velut malignus in ſuſpicione ſum viris, quorum vita meo labore ſubſiſtit, tu qui mihi locutus es in monte Sina, & tuæ tunc vocis auditorem eſſe voluiſti, & inſpectorē prodigiorū quæ in illo loco feciſti, & iuſſiſti ad Ægyptum properare, & tuam voluntatem his innoteſcere: qui Ægyptiorum remouiſti felicitatem, & à ſeruitute his prębuiſti refugium, mihiq; poteſtatē Pharaonis paruulam quidem demonſtraſti, & in terram pelagus neſcientibus nobis itinera conuertiſti, & permixtum mare Ægyptiorum necibus conturbaſti: qui nudis armorum munimina contuliſti, qui corruptos fontes nimis hæſitantibus potabiles feciſti, potumq; nobis ex lapidibus præbuiſti, qui à terrenis cibis inopes maritimis ſatiaſti, qui etiam cibum cœleſtem præbuiſti primitus non inſpectum, qui legum modum dediſti & ordinem noſtræ Reipublicæ demonſtraſti: veni domine omniū iudex, & teſtis eſto meus, quem ſuffragia vlla non redimunt: tu noſti quia nullum munus ego contra iuſtitiam ab Hebręis accepi, nec condemnaui propter diuitias paupertatem, nec contra vniuerſitatis læſionē conuerſatus ſum: qui nūc in extraneas meorum ſtudiorum ſuſpiciones incurri, tanquam te non iubente, ſed mea potius voluntate ſacerdotium Aarō dederim: oſtēde pariter nunc, quia omnia tua prouidentia gubernantur: & nihil fortuitu, ſed tuæ voluntatis interpoſitione perueniunt ad effectum: & quoniam geris ſolicitudinem generis Hebræorum, vindica in Datan & Abirom, qui te de inſenſibilitate condēnāt, quaſi mea videantur arte compreſſi. Fac itaque ſuper eos apertum iudicium prouenire, ita vt contra tuam gloriam ſæuientes, non eos communi modo facias tranſire de vita, neque humana lege morientes de ſeculo preſenti recedere: ſed deglutiat eos ſimul & generationem & ſubſtantiam eorum terra quam calcant. Hæc enim erit tuæ virtutis oſtenſio, atque doctrina cunctorum. Sic enim caſtigabis eos, qui talia de te non bene ſuſpicantur, ſic ego miniſter præceptorum tuorum fidelis omnibus apparebo. Si autem vere contra me derogaſſe noſcuntur, illos quidem innoxios ab omni læſione ſeruato: necē vero quam illis optaui, facito meā & pœnas ab eo exige, qui tuam voluit nocere plebem, vt de cętero pax concordiaq; ſuccedat: Sana multitudinem tuis præceptis obedientem, illæſam cuſtodiens eam, & à pœna peccati huius exortem. Tu ſiquidem noſti, quoniam iuſtum non eſt, pro eorum malitia ſupplicium ſuſtinere communiter cunctos iſraelitas. Hæc eo dicente ſimul & flente, repente quidem terra commota eſt, & veluti violentia venti turbatis fluctibus agitata. Populis autem cunctus expauit, grauiq; & duriſſimo ſtrepitu per illorū tabernacula cōcitato, terra ſciſſa eſt, & abſorbuit Datan & Abirom: & omnia quæcunq; erant illis gratiſſima, in ea ſunt prorſus abſorpta. Quibus ſic exterminatis, vt non occurrerent quidem illud agnoſcere: mox apertio terrę ſuper eos reducta eſt, & ita redintegrata, quaſi nihil horum quæ prędicta ſunt, factum eſſe videretur inſpicientibus. Et illi quidem ita perierunt. Probatione vero diuinę virtutis effecta, cognati quidem illorum dolebāt non ſolum calamitatem, quę digna gemitu quidem videretur, ſed etiam proximitatis affectu. Sapientes autem, quos euidenter voluntas latebat, illorum euētus iudicij certos fecit, & decernentes quia veluti erratici deperiſſent, qui fuerāt cum Datan, de eis neque contriſtabantur. Igitur Moſes euocauit eos qui de ſacerdotio contendebant propter ſacerdotum probationem: quatenus ſcirent, cuius ſacrificium deus ſuſciperet, illum conſtitui ſacerdotem. Conuenientibus autem ducentis quinquaginta viris, qui & propter patrum virtutem honorabantur à populo, & propter ſuam illos etiam tranſcenderant: proceſſerunt quoque & Aaron & Core, & ante tabernaculum omnes ſanctificauit in thuribilis quæ ferebant. Ignis vero repente tantus effulſit, quantum nullus opifex vidit,

nec de

nec de terra prolatus,vel concurſione fluctuum, aut violẽtia ſpirituum,vel materia adinuicem percuſſa,ſpõte aliquando viſus eſt exilire:ſed qualis potuit dei voluntate ſuccendi,& clarus & flammeus:quo veniente ſuper eos,cuncti ducẽti & quinquaginta & Core ſimul extincti ſunt,ita vt neque etiam corpora eorũ alicubi viderentur.Solus autem liberatus eſt Aaron,nihil ex igne læſus,qui vtique à deo videbatur electus.Moſes igitur his pereuntibus,volens pœnam eorũ memoriæ reſeruare,eamq; futuros agnoſcere,iuſſit Eleazarum filium Aarõ thuribula eorum circa altare æneum collocare,vt in memoriam eſſent futuro generi,quæ illi ſunt paſſi,qui putabant virtutem dei ſe poſſe deludere.Et Aaron quidem iam non munere Moſeos pontificatum ſe habere credebat:ſed dei iudicio patefacto,cum filijs firme ipſo honore fruebatur.Seditio tamen neque ita ceſſauit,ſed multo magis augebatur,& crudelius accreſcebat.Eratq; tumultus valde deterior,& nunquam hoc malum finiri putabatur,ſed longo tempore permanere.Homines nanque credentes iam nihil prẽter dei prouidentiam geri,& abſq; dei gratia hęc circa Moſen geſta minime iudicantes,culpabant Moſen:eo quod tanta ira dei non tam propter iniuſtitiam punitorum,quàm propter fauorẽ Moſi prouenerit.Illos enim periſſe dicebant,nihil delinquentes,niſi quod circa dei religionem ſtudium habuiſſent:Moſen vero interitu talium virorum,& optimorum omnium populum deleuiſſe,inſuper & fratri ſacerdotium dediſſe quod auferri nequiret,nullumq; alium ad hoc vlterius promouendum,cum priores viderent ita periſſe.Super hæc etiam & à cognatis extinctorum ſupplicatio multa fiebat ad populum,vt gloria Moſeos minueretur:hoc enim ad ſuam cautelã accedere iudicabant.Moſes autem diu populum in tumultu conſtitutum patienter audiebat,& metuens ne quid iterum ſeditionis emergeret,& magnum malum aliquod proueniret,in eccleſiam multitudinem congregauit,& ſuſtinens audiebat: nec ad ſatisfactionem veniebat,ne magis vulgus exacueretur auditu.Hoc autẽ ſolum principibus tribuum prędixit,vt nomina tribuum ſuis virgis inſcripta portarent.Illum enim ſacerdotium habiturum,in cuius virga deus indicium gloriæ deſignaſſet.Portauerunt ergo omnes alij virgas,& Aaron ſcribens in virga ſua tribum Leui,easq; Moſes in dei tabernaculo collocauit.Altera vero die protulit virgas,erant enim cognitæ,cum eas tũc ſinguli viri ſignaſſent,& coram multitudine deportaſſent.& alias quidem virgas in quo ſchemate Moſes accepit,in eo permanſiſſe videbant:de Aaron autem virga germen & ramos ortos, & fructum ſpecioſum amygdalæ ex eo ligno proceſſiſſe mirabãtur. Tunc obſtupeſcẽtes huiuſmodi viſionem:& licet aliquod fuiſſet odium circa Moſen & Aarõ,hoc continuo relinquentes,mirari cœperunt in illis dei iudicium:& de cætero placito diuino fauentes,ſinebant Aaron habere pontificatum.Ille ſiquidem tertio iá eum ordinante deo,hunc honorem firmiſſime poſſidebat.Hebræorum itaque ſeditio licet multo tempore viguerit,hoc tamen modo quieuit.

Core cum ducẽtis & quinquaginta exuctis ẽ

Iterum ſeditio orta

Num.17

Virga Aaron frondiuit

Quemadmodum Moſes inſtituit decimas dare Leuitis,& ſacerdotibus:& de morte Mariæ & Aaron primi ſacerdotis domini:cui ſucceſſit Eleazarus filius ipſius, Cap. III

Num.18

IGitur Moſes Leuitarum tribũ ſeruituram deo,à prælijs & militia ſegregauit: ne propter inopiam aut quæſtum neceſſariorum ad vitam præſentem, eſſent circa ſacrificia negligentes:iuſſitq; vt dum ſecundum dei voluntatem Chananæam obtinerent Hebręi,Leuitis octo & quadraginta ciuitates bonas & præcipuas diſtribuerent:ſed & terram ante muros duorum milium cubitorum ad eos pertinere deſcripſit.Super hæc autem & populum conſtituit annuorum fructuũ decimas ipſis Leuitis ſacerdotibusq; prębere.Hæc enim ſunt quæ accepit hæc tribus à populo.Neceſſarium autẽ iudicauit,ipſorum ſacerdotum quæ ſint propria declarare.Quadraginta octo quidem ciuitatum tredecim ex eis Leuitis cedere pręcepit,& decimarum quas à populo per annum accipiunt decimas eis diuidi:

insuper etiam primitias omnium frugum de terra nascentiũ, deo populum offer re iustum esse sanciuit. Quadrupedum vero quæ sacrificijs offerũtur quod primi tus nascitur, si masculinũ sit immolandũ præberi sacerdotibus iussit, & vt ipsi cum domo tota epularentur in ciuitate. Sacratorum vero, quæ comedi non pos- sunt ab eis secundum patrias leges, dominus siclum & dimidium eis præberi san ciuit. Pro homine vero primogenito quinq; siclos. Sunt autem apud eos primitię etiam tonsionis ouium & messium, vnde panes facti eis solenniter ministrãtur. Si qui vero eorũ semetipsos vouerint, quos Nazarẹos appellant, comam nutri re, & vino non vti, isti dum capillos suos dedicant, propter sacrificia venientes ad sacerdotes, Corban offerũt deo, quod significat munus: mulier quidem trigin ta siclos, vir autem quinquaginta. De his vero quicũq; sunt egeni pecunijs, licet sacerdotibus vt voluerint iudicare: sed etiam his qui domibus immolant: epula- tionis causa non religionis, necesse est offerre sacerdotibus pectus & dextrũ bra chium pecoris. Et sacerdotibus quidem Moses ex his, quæ pro peccatis populus sacrificans præbet, sicut in præcedenti libro significauimus, hoc dari constituit. Omnium vero quæ sacerdotibus offerũtur, participari constituit, & seruos, & fi lios, & mulieres, absque hostijs quæ offeruntur pro peccatis. Illas enim in tẽplo soli masculi sacerdotes ea die consumunt. Cum hæc Moses constituisset, surgens cum omni exercitu, ad terminos Idumææ venit, & legatos ad regem Idumẹorũ misit, poscens viá sibi concedi, quá se confidebat accipere, & illum cum nihil læ- deretur sine dubitatione prębere. Necessaria nanq; exercitui se ministrare dice- bat, & aquę pretiũ eos iubebat accipere. Ille vero his, quæ à Mose petebãtur, nõ consentiens, neq; viam cedens, sed castrametatus occurrit, prohibiturus eos si vio lenter transire prẹsumerent. Moses autem dum deus fieri pugnę initium non ius- sisset, recedebat, per desertum faciens iter. Tunc itaq; sororem eius Mariam fi- nis vitę accepit, cum quadragesimum complesset annum ex quo Ægyptum de- liquit, zantici mensis initio secunda luna: sepelieruntq; eam publice nimis splen dide, supra montem quendam qui vocatur Hor: & post triginta dies à fletu popu lum Moses hoc modo purgauit: Vitulam fœminam aratro & cultura expertem, totamq; rubeam, paululum ab exercitu procul eductam, in loco mundissimo põ- tifex immolauit: & eius sanguine septies digito aspersit tabernaculũ dei: deinde incensa, vt erat, tota vitula cum pelle atq; viscęribus, lignum cedrinũ in mediũ ignem miserunt, & hysopum & lanam coccineam, colligensq; omnem cinerem vitulæ vir mundus: posuit in locum purissimum. Hi ergo qui morte polluti erãt, paululum cineris in fontẽ mittentes, & hysopum baptizantes, & hoc cinere spar gentes tertia & septima dierum, erant in reliquo mundi. Hoc etiam ad promis- sam sortem venturos seruare prẹcepit. Postquam vero propter luctum sororis in exercitu huiusmodi purgatio facta est, duxit populum per desertum & per Ara- biam, venitq; ad locum quem Arabes Metropolim suam putant, primo quidem Archim nominatum, qui nũc Petra vocitatur. Hic itaq; cum esset excelsus mõs, ascendens in eum Aaron, Mose sibi manifestante quia moriturus esset, vidente cuncto exercitu, erat enim è diuerso locus vbi erat populus constitutus, exutus pontificali stola, tradens eam Eleazaro filio, ad quem propter ętatem pontifi- catus aduenit, mortuus est populo eum vidente: ipso quidem anno quo soror vi- debatur esse defuncta, cum vixisset annis tribus, & viginti, & cẽtum. Defunctus est autem secũda luna initio mensis qui apud Athenienses quidẽ Ecatombaion apud Macedones autem Lochos, apud Hebrẹos vero Sedebath, apud Romanos nuncupatur Augustus. Cumq; luctus populi super eum diebus triginta fuisset ex- pletus, post hęc cessauit.

De Nazaræis
Corban offerũt deo

Maria soror Mosi moritur

Quemadmodum Seon & Ogreges Amorrẹorum, bello vicit Moses & filij Israel. Caput IIII

Num. 21

SVmens igitur Moses inde exercitum, venit ad fluuiũ Arnõ, qui de montibus Arabię descendens, & per totũ desertum fluens, in stagnum Asphaltiten erũ pit, diuidens

pit,diuidens Moabitidem & Ammonitida. Hæc autem terra eſt fructifera, & nominum multitudinem bonis ibi naſcētiū alere copioſa. Ad Seon itaq; regem eius regionis Moſes miſit,populo viam petens, vt fœderibus quibus vellet ille credere factis,in nullo læderentur,neque terra,neq; qui ſub eo conſtituti eſſe vi debantur:ſed etiam venalia populo ſub pretio fore vendenda, ſicut illorum pro curaret vtilitas:& aquam peregrinis vt vellent eos venundare depoſcens. Seon autem hæc negans,proprium armauit exercitū,vt Hebræis Arnon fluuiū tranſi re prohiberet. Tunc Moſes videns hoſtiliter Amorræum inſiſtere, non paſſus vt Hebræis per inertiam proueniret inopia,primitus acceſſit ad eos:& cum eſſet difficile vt præualeret contra Seon,conſuluit deum, ſi eum pugnare permitte-ret. Cumq; deus victoriam promiſiſſet,fiducialiter ipſe ad certamen aduenit, & exercitum totum exacuit:dicens eos bellandi nunc deſiderio potituros, quo diui nitas vti iubebat. Illi vero vt deſiderabant poteſtate percepta, ſumentes arma ad prælium repente profecti ſunt. Amorræus itaq; inſiſtētibus populis cum iam non eſſet æqualis,ipſe quidem Hebræos obſtupuit:exercitus autem eius,fortem ſe non opere,ſed timore reſpondit. Prima ergo congreſſione non tolerantes reſi ſtere & iuſtinere Hebræos,in fugam verſi ſunt: hoc ſibi potius pro ſalute,quàm pugnare vtile iudicantes. Confidebant enim in ciuitatibus valde munitis,in qui bus cū recluſi fuiſſent,nihil profuit eis. Hebrei nanq; dum eos fuga declinare reſ picerēt,in ſiſtebant:& irrumpentes eorum aciem,eos inſecutione perterruerunt. Illi ſiquidem diſrupti fugiebant ad ciuitates, Hebræi vero perſequentes nequa-quam fatigabantur:quando & ad labores præparati, & vti fundibulis exerciti, & in omnibus iaculis propter facilitatem armorum ad perſequendum videban-tur aptiſſimi:ita vt cum hoſtes longius eſſent,fundibulis & iaculis ſternerentur vt proximi. Multa ergo cædes effecta tunc noſcitur, quando etiam fugientes vulneribus vexabantur: laborabantque potius propter ſitim, quàm propter fu-gam. Erat enim tempus æſtatis. Et cum hoſtes deſiderio ſitis, plurimi ad flu-uium concurrerent fugientes,circundantes eos Hebrei percutiebant,omnesq; il los iaculatos ſagittatosq; peremerunt:ita vt etiam Seon eorum rex ſimul extin gueretur. Hebræi vero mortuos ſpoliabant,prædamq; ſumebant, multamq; co-piam habuerunt ex illa terra,cum eſſet adhuc plena fructibus. Tunc igitur ex-ercitus ſine terrore iam captis hoſtibus egrediebatur ad epulas. Nullū enim eis erat impedimentum pugnæ,cum omnes præter paucos deperiſſent. Amorreos ſi quidem huiuſmodi peremptio comprehendit,qui nec prudentia videbātur aſtu-ti,nec opere neceſſario boni,quorum Hebræi terram late ceperunt. Eſt autem hic locus inter tria flumina poſitus,quaſi naturam inſulæ tenens. Quem locum Arnos quidem à meridiana parte circundat,Iaboch autem ſeptentrionis circuit latus,qui in Iordanem fluuium deſcendens,illi etiam nomen tradidit. Occiden talem vero partem eius regionis. Iordanis ripa concludit. Quum ergo res illę ita conſiſterent,Iſraelitis inſtabat Og Galadinæ & Galanitidis rex,ducēs exer citum copioſum,& feſtinans quidem tanquam ſolatium amico Seon præbitur?. Cumvero eum iam cognouiſſet extinctum,etiam tunc deliberauit congredi cum Hebræis, putans ſe præualere, eorumque virtutem experimento cognoſcere. Cumq; fuiſſet ſpe ſua deceptus, & ipſe bello mortuus,& omnis eius exercitus eſt peremptus. Moſes autem Iaboch fluuium tranſiens,regnum Og regis peram-bulabat,ciuitates deſtruens, & omnes inhabitatores eius occidens: qui & diui-tijs omnibus in illa terra,& virtutibus & opulentiæ multitudine præcellabant, Og autem regis magnitudo & pulchritudo fuit vehemens,qualis eſt paucorum. Erat enim manu vir fortis, vt operibus virtutis magnitudo & pulchritudo cor poris videretur æqualis. Fortitudinis vero eius & magnitudinis ſunt experti, qui lectum eius viderunt in ciuitate Rabatha regni Ammonitidum, factum quidem ex ferro, quatuor vero cubitorū latitudinem habentem, longitudinem vero duplicem, & vno cubito fotiorem. Hoc igitur cadente non ad præ-

Seon rex occiſus

Og rex cum exercitu peremitur

ſens ſolummodo Hebræis rerum fidutia eſt conceſſa,ſed etiam in futuro cauſa
Alias.XL eis bonorum moriẽs eſt effectus. Nam ſexaginta vrbes clare ninis munitas illiq; ſubditas tenuerũt:prædamq; copioſam,& ſeorſum ſinguli,& communiter omnes adepti ſunt.

De Balach Moabitarum rege:de Balam propheta, qui conſilium dedit Balach,quo modo ſeduceret populum: & de vltione quæ ſecuta eſt,& ſeductos Hebręos,& ſeductores Madianitas:& vbi Moſes Ioſue ſucceſſorem ſibi conſtituit. Caput V

MOſes itaq; caſtrametatus deduxit exercitum ad Iordanem circa magna cã peſtria,cõtra Hiericho ciuitatem opulentiſſimam, & palmas atq; balſamum ferre copioſam. Cœperunt autem proni eſſe Iſraelitæ, & deſideriũ habere bellandi. Porrò Moſes cum paucis diebus deo pacificas hoſtias immolaſſet,populumq; epulari feciſſet,partem quãdam armatorum miſit, qui & terram
De Balach rege Madianitarum Madianitarũ explorarent,& eorum patrias obſiderẽt. Cauſa vero bellandi aduerſus eos huiuſmodi fuit. Balach Moabitarum rex dum amicitias paternas haberet,atq; ſocietatem circa Madianitas,& Iſraelitas videret tanto cremẽto proficere,etiam de rebus ſuis in formidine nimis erat conſtitutus. Deniq; non credebat terram aliam Hebræos quærere niſi ſuam,cum promiſiſſet vtiq; deus Chananæam illos fore poſſeſſuros:velociterq; ſtuduit amicos de hac re ſuis tentare ſermonib. & pugnare quidem ipſe in felicitate conſtitutus,contra illos qui obſtringeretur ærumnis non iudicauit: ſed prohibere magis eos,ne potiores efficerentur:deliberauitq; legationem pro eis ad Madianitas protinus deſtinare. At illi
Nume.zz dum eſſet quidã ab Euphrate propheta prẽclarus illorum temporum,eisq; nimis amicus,miſerunt ad eum cum legatis Balach viros de ſuis fide digniſſimos, rogãtes vt veniret illẽ propheta,quatenus pro perditione Iſraelitarum maledictiones faceret. Qui venientes legatos ſuſcepit. & largitatẽ eis hoſpitalitatis exhibuit Cũq; cœnaſſet,dei voluntatem conſuluit,quæ foret,& pro quibus Madianitę rogarent. Cumq; deus impedimentũ eorum voluntati feciſſet,ad legatos redijt:deſiderium quidem ſuum & ſtudium eis oſtendens circa ea quæ ab eo requirerent, ſed deum reſiſtere ſuæ voluntati dicens,qui eum ad tantam gloriam propter veritatis eloquium perduxiſſet:exercitumq; pro quo maledicendo eum venire rogarent,eſſe nimis deo amabilem:ſuadebatq; ſimul,vt propter hanc cauſam inimicitias ſuas ab Iſraelitum gẽte ſuſpenderent. Cumq; hæc dixiſſet,legatos dimiſit. Madianitæ vero,Balach vehementer inſiſtente,& preces maximas offerente,miſerunt iterum ad Balaam. Tunc ille ſtudens aliquid viris illis prẽſtare,deũ denuo conſuluit. Qui volens eam rem experimento probare,iuſſit ne legatis in aliquo contradiceret,ſed cum eis iret. Qui arbitratus deum hæc ei non pro deceptione iuſſiſſe,cum legatis mox ibat. Angelo autem ſancto occurrente ei per viã in quodam anguſtiſſimo loco,qui erat accinctus gladio bis acuto, aſina in qua Balaam ſedebat,intelligens diuinum eius ſpiritum,declinauit cum Balaam ad vnã maceriam,nõ ſentiens plagas quas ei Balaam inferebat, dum percuſſa ad maceriam vexaretur. Cum vero inſiſteret angelus,aſina percuſſa,voluntate dei vocem loquentis emiſit,Balam accuſans velut iniuſtum,quod dum prioribus miniſterijs nihil quod de ea quereretur haberet,tunc ei plagas inferret:non intelligens,quoniam voluntate dei prohiberetur ab his quæ feſtinaret implere. Cum-
Asina plane loquitur que Balã,aſina humane loquente,perturbaretur,palã etiam angelus apparuit, eumq; increpare de plagis aſinę cœpit,tanquam non eſſet hæc culpa iumẽti,ſed quod eius iter contra dei voluntatem fieri prohiberetur. Metuens autẽ Balaam, ſtuduit remeare:ſed deus eum confortauit vt iret præcipiens,vt quicquid eius in mentem poneret,hoc ille manifeſtaret. Et ille quidem, cum hæc dixiſſet deus, venit ad Balach, Rege vero decenter eum valde ſuſcipiente,petebat vt ductus ad quendam montium,conſideraret quemadmodum Hebræorum exercitus eſſet conſtitutus. Balach autem ipſe per ſe deduxit prophetam cum regio miniſterio in

sterio in montem, qui supra eorum caput videbatur existere: Abierat enim ab Hebræorũ exercitu stadijs sexaginta. Videnscq; eos ille, præcipit, vt septem aras rex constitueret, & totidem tauros & arietes adduci iuberet. Cumq; rex celerrime ministrasset, illehæc immolauit holocausta. Quo facto, cœpit è diuerso bene dicere, dicens: Hic populus felix, cui dabit deus multorum possessionem bonorũ, eritq; eius auxiliator in omnibus, & præsulem prouidentia sua ei concedet: itavt nullum hominum genus sit, quod non virtutem eius & studia iudicet optima, & ab omni malitia segregata. Hæc itaque & vos habebitis, & melioribus filijs relinquetis. Deo quippe vos solos homines intendente, & vbicũq; fueritis in omni terra sub sole posita feliciores habente. terram vero in quá vos ipse misit obtinebitis, seruituram semper filijs vestris, quorumq; gloria complebitur omnis terra simul & mare: & sic abundabitis in orbe terrarum, vt omni terræ habitatores ex vestro genere præbeatis. O admirandum te atque beatum exercitum, qui tantus ex vno patre creatus es. Sed nunc quidem vos adhuc paucos Chananęorũ terra suscipiet, scituri orbem terrarum vestrum fore habitaculũ in æternũ. Nam multitudo vestra ita & insulas dilatabitur, & in omnes terras, sicuti nec cœli numerus est astrorũ. Et cũ tanti fueritis, nec vbertatẽ vobis negabit deus, in pace omnia bona ministrando, & victoriam atq; potẽtiam in bello largietur, & filios inimicorum qui contra vos aliqua præsumptione contenderint, iubiugabit. Non enim vltra reuertetur aduersarius vester victor, qui filios suos lætari faciat aut vxores. Tanta vobis fortitudo prouidentia dei præstabitur, cui grandia minuere virtus est, & latius augere quæ parua sunt. Talia siquidẽ ille sua sacratione præferebat: cum non esset in semetipso, sed potius spiritu dei vinceretur. Balach autem contristato & proclamante, eo quod pactum transcenderet, qui fuisset à suis amicis magnis muneribus inuitatus: & cum venisset pro maledictione hostium, laudaret eos, & cũctorum beatiores ostenderet: ait ad eum Balaam: O Balach, de cunctis rebus cogitas, & putas in nobis esse de talibus quicquá dicere seu tacere, quando dum nos spiritus dei præceperit, voces & verba quæ ipse vult nihil scientibus nobis emittit. Ego vero recordor, quomodo tu & Madianitæ supplicantes me huc desiderabiliter adduxistis, & propterea veni: fuitq; mihi votiuum in nullo tuum desiderium violare. Sed melior est deus horum, quàm quæ ego tibi præstare credebat. Nimis enim insani sunt, qui præscientiam humanarũ rerũ apud semetipsos ita suscipiunt, quatenus non ea quę diuinitas dictat dicant, quo magis illius violentiam faciant voluntati. Ego siquidem hunc exercitum neque laudare proposui, nec in quibus bonis genus eorũ deus habiturus sit aperire: sed deus propicius eis existens, & festinans eis felicem vitam gloriamq; præbere perpetuam, hæc mihi verba promissionum talium ministrauit. Nunc autem quoniá mihi votum est tibi præstare & Madianitis, quorum preces me repellere indecens, & nimis veni rursus aras alias erigamus, & sacrificia proxima prioribus celebremus: si forte flectere potuero deum, vt me permittat hos homines maledictionibus obligare. Cumque Balach fieri permisisset, & secundo sacrificanti nequaquam numen vt Israelitas malediceret annuisset: cadens pronus in terram, prædicebat passiones regibus affuturas, & quęcunque ciuitatibus eximijs erant euentura: quarum aliquas quidem nec habitari contingeret. Quæ etiam facta sunt: dum hæc temporibus priscis per terram siue per mare vsque ad memoriam meam hominibus euenissent. Et cum hæc omnia talem terminum exceperint, qualem ille prædixit: quilibet conijcere potest, quomodo & in futuro sic erit, quemadmodum præfatus est ille. Balach autem indignatus, eo quod maledicti non erant Israelitæ, remisit Balaam nullo honore muneratum. Ille vero iam discedẽs & circa transitũ Euphratæ veniẽs, & Balach principibusq; Madianitarũ vale dicens, ait: O Balach & Madianitæ præsentes, oportet me & prętervoluntatẽ dei vobis præstare consiliũ. Hebræorũ quippe genus nulla pestis apprehendit, nec bella, nec aliqua necessitas: nec sterilitas fructuum terrenorum,

num. 23

num. 24

Diuinatio Balaam de populo Israel

Verba Balaam ad ba.

nec

nec alia quælibet eos causa corrumpit. Est enim cura deo, liberare eos ab omni malo: nullamq; permittere super eos venire huiusmodi passionem, quatenus omnes deperire debeant. Euenient autem eis pauca, & ad modicum temp⁹, ex quibus humiliari videbuntur. Sed deinde intelligent, quia pro timore eis fuerit illa vexatio. Vos autem quandam victoriam ad breue tempus aduersus eos lucrari desideratis, quod impetrabitis, si hæc quæ moneo feceritis: Filiarum vestrarum
Colium Bas laam aduersus Israel speciosas præcipue virgines, quibus subdi & deludi castitas possit inspicientium propter pulchritudinis honestatem, circa eorum exercitum proxime destinate: & supplicantibus eorum iuuenibus, vt earum amplexibus misceantur, præcipite, quatenus dum eos concupiscentia viderint obligatos, deserant: rogantibusq; manere eas, non primitus annuant, quàm eos patrias leges relinquere iubeant, simul & honorem dei qui eas posuit eis, & Madianitarum atq; Moabitarum colere ritum cogant. Sic enim illis indignabitur deus. Cum hęc ille dixisset, abscessit. Madianitæ vero dum misissent filias suas, sicut ille monuerat, Hebræorum iuuenes decepti sunt pulchritudine puellarum: & ad earum colloquia veniẽtes,
Nume. 25 rogabant quatenus earum pulchritudine fruerentur, nec consuetudinis proximi tate recederent. At illæ libenter hæc verba audientes, consenserunt eis, obligantes eos amore suo. Quibus dum cõcupiscentia creuisset, eos illæ cœpere deserere. Dumq; illos angustia de mulierũ discessione crudeliter inuasisset, vberrimis fletibus exorabant, ne eos illæ desererent, sed futuras vxores & dominas omniũ substantiarum suarum manere poscebant. Hæc autem cũ iurisiurandi religione firmabant, deumq; mediatorem in promissione faciebant, flentes, & vndique semetipsos misericordia dignos mulieribus ostendentes. Illæ vero dum eos seruitute iã captos esse cognoscerent, & omni vinculo fidei consuetudinis obligatos, eis talia cœperunt edicere, Nobis quidem ŏ fortissimi iuuenes domus paternæ sunt, & bonorum magna possessio, parentumq; & domesticorum fauor atque dilectio, nihilq; horum egentes venimus ad vestrum alloquium, nec quæstum speciosi corporis requirentes, vestram nobilitatem adiuimus: sed viros bonos & iustos existimantes, honorare vos xenijs quibus indigeatis aduenimus. Nunc vero quando dicitis circa nos habere dilectionem, & nostro contristari discessu, neque nos vestras præces abijcimus, sed tantummodo fidem volumus fauoris vestri percipere: per quam nos credere digniſſimum iudicamus, vt vestram conuersationem diligentes, vxores esse possimus. Formidamus etenim, nedum fueritis satietate nostræ consuetudinis adimpleti, deinceps contumelijs affectas ad parẽtes nos proprios remittatis. Rogantibus autem illis, & vt vellent fidem daturos se pollicẽtibus, & ob amorem in nullo contradicentibus, dixerunt illæ. Quoniam hæc quidem vobis placent, moribus autem & vita vtimini omnibus aliena: ita vt etiam cibos proprios habeatis, & pocula cum nullo communia: necesse erit volentibus vobis habitare nobiscum, etiam & deos colere nostros: nec erit indicium aliud circa nos vestri fauoris, nisi eosdem deos quos nos, adoretis: nullusq; culpabit vos, si terræ ad quam venistis, eius colatis & numina: vtiq; cũ dij nostri sint cõmunes omnibus, vester vero in nullo sit talis. Dicebantq; eis, vt aut quę essent omnium ea facerent: aut aliam quærerent terram, in qua possent legibus proprijs conuersari. Illi autem amore earum deuincti, optima illas dicere iudicantes, & semetipsos tradentes voluptatibus earum, patria iura transgressi sunt: deosq; plurimos iam putantes, & immolare eis lege prouinciæ proponentes, cibis etiam extraneis congaudebant: & omnes ad libidinem mulierum contra leges proprias insurgebant, ita vt iam per omnem exercitum iuuenes agerẽt contra legem, & seditio priore multo peior incideret, cum omnino solennitates iam proprię deperirent. Nam dum semel iuuenes mores attigissent extraneos, eos vberius appetebant. Sed & siqui priorum virorum propter virtutes patrum nobiles erant, cum eis vitio subiacebant. Denique Zamarias princeps tribus Symeon, dum haberet Chozabi Madianitidem mulierem, ducis cuiusdam

filiam

filiam,viri inter illos valde potẽtis,vxore iubente ante ſolennitates Moſaicas, quod illam magis delectaret,effecit,non immolando lege patria, ſed alienigenæ nuptias eligendo.Et dum hæc ita gererentur.Moſes metuẽs,ne quid peius ac cideret,congregãs populũ in eccleſia,nullum equidem nominatim culpauit,no lens quenquam deſperatione deijcere:quia dum laterent,poterant pœnitere.Di cebat autem,quomodo non agerent digna ſe,aut ſuis patribus opportuna , dum libidinem deo præponerent,& ei placentia violarent : oportere tamen , vt dum adhuc bene eis eſſet,reuerterentur ad fortitudinem : arbitrantes non ad vim inferendam leges eſſe poſitas,ſed ad concupiſcentiam repellendam.Super hæc autem adijciebat non eſſe rationabile,vt qui caſti fuiſſent in eremo, nunc conſtituti inter bona tanta peccarent:& res quas adepti fuerant per indigentiam , tempore vbertatis amitterent.Et ille quidem hæc dicens,conabatur emendare iuuẽculos,& ad pœnitentiam eorum quę geſſerant reuocare.Poſt quem ſurgens Zamarias,ait: Tu quidem ŏ Moſes vtere legibus,quas ipſe poſuiſti,ex ipſa conſuetudine eis firmitatem attribuens:& quoniam iam frequenter caſtigaſti hebręos, qui non bene ſeducuntur,me in his quæ tyrannice imperas non habebis obnoxium.Non enim aliud quicquam hactenus ſub figmento legum & dei,quàm iugum ſeruitutis nobis inferre machinaris,& tibimet defendere principatum:auferendo nobis deſiderium,& proprium viuendi arbitrium , quod eſt liberorum & dominum non habentium.Crudelior itaque circa Hebræos tu ſolus eris Ægyptijs,caſtigare nos volens,& ſecundum leges tibi placitas ſingulorum voluntates aſtringere.Sed multo iuſtius eſt,vt tu potius puniaris:quando ea quæ omnibus indubitanter bene ſe habere videntur,ſolus exterminare contendis,&cõtra omniũ placita tuam valere ſententiam.Mulierem itaque peregrinam,ſicut ais, duxiſſe me fateor.A me enim audies meos actus ſicut à libero. Non enim latere propoſui,nec pro me alter delator erit.Et ſacrificaui dijs,quibus ſacrificandũ non iudicatis:iuſtum exiſtimans per multos me debere acquirere veritatem , & non velut ſub tyranno viuere , & omnem ſpem ſemper ex vnius conſeruatione pendere. Dum hæc autem Zamarias de his quæ & ipſe & alij male geſſerant edixiſſet,populus quidem quieſcebat formidine futurorum,legiſlatorem intendens,nolentem illius ſuperbiam ex aduerſo litigio prouocare. Metuebat enim, ne multi propter luxuriam verborum eius imitatores facti,multitudinem perturbarent:& in his quidem dimiſere conuentum,ſed cauſa mali potius augebatur. Cumque zamarias ex tali cauſa motus non fuiſſet , Phinees vir, & in alijs quidem rebus melior exiſtens multorũ iuuenum , & dignitate patris tranſcendens coætaneos vniuerſos,Eleazari ſacerdotis filius & fratris Moſi nepos, dolens in his quæ geſſerat zamarias,& antequá per licentiam fortior efficeretur iniuria, opere volens vltionem inferre,& iniquitatem ne creſceret amplius prohibere: dum adhuc qui hæc arripuerant minime punirentur, animi ſimul & corporis ſic audacia cõfortatus eſt,vt nõ prius decertare quieſceret,quam victoriá in eo facto perciperet. Tunc ad tabernaculũ zamariæ veniens,ipſum euaginato gladio & Cozabi ſimul extinxit.Iuuenes autem omnes quib⁹ erat virtutis amor,& Phinees imitatores eſſe videbãtur,perimebant eos qui in culpa zamariæ ſimiles exiſtebant.Multi ſiquidem inique gerentiũ,horum virtute perempti ſunt,omnesq; peſtilentia perierũt,deo illis poſt hęc immittente languorem,Nam & quicũque eorũ conati fuerant,& cum prohibere debuerint,magis ad iniuriam dei eos exacuerant,pariter ſunt extincti.Perempti ſunt itaque ex eorum cœtibus,non minus quatuordecim milia virorũ, Hac itaq; cauſa exaggeratus Moſes,ad interitũ Madianitarũ miſit exercitum:de quorum prælio poſt paululum edicem⁹,narrantes primitus quod reliquimus. Iuſtũ nanq; eſt,legiſlatoris voluntatem nequaquá in hoc ſine laude tranſire. Balaam enim(qui petitus fuerat à Madianitis, vt malediceret Hebræis , & hoc quidem complere diuina prouidentia non valuit,ſed conſilium dedit,quo hoſtes vtentes Hebræorum populum pene conſu-

merent

merent)Moſes magnifice nimis honorauit,eius diuinationis verba probãs:cum poſſet huius gloriam propriam facere,quando nullus qui mendacium argueret
num.31 teſtis extaret.Illi nanque teſtimonium reddidit,& eum memoria dignum fecit. Et hæc quidem ſicut voluerint,quicunque conſiderẽt. Moſes itaque pro quibus rebus prædixi, ad terram Madianitarum miſit exercitus,ex vnaquaq; tribu duo decim milia virorum eligens,quorum ducem ſtatuit Phinees,cuius fecimus pau lo ante memoriam:qui leges cuſtodiuit Hebrẽorum,& Zamariam tranſgrediẽtem eas ipſe percuſſit. Madianitæ vero videntes exercitum contra ſe venire, & quantus nunquam aduerſus eos acceſſerat:congregantes prouinciæ multitudinem,expectabant hoſtes,& vndique muniti excipiebant eos. Venientibus autem eis,congreſſione facta,Madianitarum cecidit multitudo quæ computari non poſſet,numerumq; tranſcenderet.Sed & reges eorum quinq; pariter ſunt perempti, quorum nomina erant Eui,& Zur:Rebe,& Vr:Quintus vero rex eſt Recem:de cuius cognomine ciuitas in terra Arabum cõſtituta,hactenus ab omnibus de nomine regis ædificãtis,Arecen vocatur,quæ apud Græcos dicitur Petra.Hoſtibus itaq; effugatis,Hebræi eorum tenuere prouinciam: multamq; ſumentes prædam,& poſſeſſores cum mulieribus perimẽtes,ſolas virgines reliquerunt. Hoc enim Moſes duci Phinees iuſſerat.Qui reuerſus incolumem reduxit
num.27 exercitum,& prædã valde copioſam,id eſt,boues quinquaginta duo milia ſexa
Moſes Ioſue ſucceſſorem facit
gintaſeptem,aſinos autem ſexaginta milia,auri vero & argenti vaſa innumeræ multitudinis,quibus vtebantur in domo. Nam per longam felicitatem ornatu erant valde locupletes.Deductæ ſunt autem & virgines, quaſi triginta & duo
num.32 milia.Moſes itaque diuiſa in duas parte prẽda,alterius quidem quinquageſimã partem Eleazaro dedit & ſacerdotibus: Leuitis autem alterius quinquageſimã: reliquam vero vniuerſo populo diſtribuit.Viuebantq; de cætero valde feliciter: eratq; eis per virtutem omnium bonorum copia,nullaq; triſtitia eorum voluptates impediebat. Moſes igitur cum eſſet ſenex, Ieſum ſucceſſorem ſibi conſtituit ad prophetias, & ad militiæ principatum,ſicubi neceſſarium foret, iubente deo,vt rerum teneret imperium.Ioſue autem omni doctrina legum,diuiniſq; miniſterijs Moſe docente erat inſtructus. Inter hæc autem duæ tribus, Gad, & Ruben,& Manaſſe dimidia,quadrupedum multitudine & omnibus alijs valde diuites,habentes commune conſilium,rogabant Moſen,vt eis præcipue Amorræam concederet,quæ paſcuis opima videbatur.Ille vero exiſtimans eos timuiſſe Chananæorum pugnam,& honeſtam occaſionem quaſi pro paſcuarum diligentia quæſiſſe,malignos eos appellabat,& turpem occaſionem timoris adinueniſſe:ipſoſq; velle ſine labore deliciari, dum omnes adhuc in ærumnis conſiſterent:& terram ideo quam peterent obtinere velle,ne de cætero cum eis laborarent,quibus terram ſe traditurum deus promiſerat trans Iordanem,& aduerſas gentes interempturum. Illi vero conſpicientes iratum ducem, & contra ſe iuſtiſſime prouocatum,reſpondentes ſatisfaciebant,non pro timore periculorum, neque propter laboris defectum hoc petere:ſed vt prædam in opportunis conſtituentes locis,expediti ad certamen & ad bella venire poſſent:dicebantq; ſe præparatos,vt dum poſſiderent ciuitates,ad cuſtodiam filiorum & vxorum & facultatis ſuæ,vbique cũ exercitu properarent.Porrò Moſes,cum iſte ſermo placuiſſet,vocans Eleazarum ſacerdotem & Ieſum, & ad vltimũ vniuerſos, conceſſit eis Amorræam,ita vt auxilia conferrent cognatis ſuis,donec omnia complerẽtur.Accipientes itaq; iſta conditione prouinciam, & ciuitates fortiſſimas poſſi-
nume.35 dentes,filios & coniuges,& alia quæcunque poterant circumeuntibus impedimentum facere,in eis apte conſtituerunt. Ædificauit autem & Moſes decem
Deut.4 De ciuitatib. fugitiuorum
ciuitates,quæ in numero quadraginta octo forent:quarum tres diſtribuit, vt ad eas qui nolentes facerent homicidiũ,confugerẽt:& tempus fugæ conſtituit,habẽtibus ſcilicet poteſtatem cognatis perempti occidere homicidam, ſi eũ extra terminos ciuitatis ad quam fugerat inuenirẽt,quod nulli alij permiſſum eſt perpetrare.

petrare. Hæ ſiquidem ciuitates fugacibus diſtributæ ſunt: Boſor quidem in Arabiæ finibus: Arimnam autem in terra Galaadinorũ, Gaulalim vero in Batalitide regione. Cumq; etiam Chananæorum terram obtinerent, tres alias ciuitates inter vrbes Leuitarũ Moſes fabricádas ad habitaculũ fugacium delegauit. Moſes autem adeuntibus eum maioribus natu tribus Manaſſe: & dicentibus virũ in ſignem tribuũ fuiſſe defunctum nomine Orophatim: & filios quidem maſculos non reliquiſſe ſed filias: & cõſulentibus ſi earum fuiſſet hæreditas, aut ſi quidem aliquos de tribu ſua ducerent, cũ hęreditate ad eos irent: ſivero ex alia tribu ali cui nuberent, hæreditatẽ in paterna tribu relinquerent, tunc manere vniuſcuiuſq; hæreditatem in propria tribu conſtituit.

Moſes hæredi tatem filiæ defuncti fratris conſtituit

Moſes prædicens ſe moriturum, ſtatuit populo varias leges. Tandem ab hominibus & eorum conſpectu clata circundatus nube ſublatus eſt. Cap. VI

CVm vero iam quadraginta anni minus triginta diebus implerentur, Moſes eccleſiam congregans ad Iordanẽ, vbi nunc ciuitas eſt Abila: locusq; palmarũ, cõueniente vniuerſo populo, ita locutus eſt: O viri cõmilitones, & ſicut deo placuit calamitatis longæ participes, centum viginti annis ſenectute cõfectum oportet me ab hac vita diſcedere. In his vero quæ gerenda ſunt trãs Iordanem, iam non eroveſter adiutor neq; pugnabo vobiſcum, à deo prohibitus. Iuſtum tamen credidi, neque nunc meam deponere pro veſtra felicitate curam, ſed propriam iudicare veſtræ vbertatis adeptionem, & memoriam meam in abundãtia bonorum referre veſtrorum. Nunc igitur explanans, quemadmodum vos felices eritis, veſtris filijs bonorum veſtrorum relicturi poſſeſſionem, ab hac vita diſcedo: dignusq; ſum, vt mihi fides habeatur, & propter priſtinas virtutes, & eo quod animæ ad vitæ huius terminum venientes, cum omni loquantur integritate. O filij Iſrael, cunctis hominibus cauſa bonæ poſſeſſionis propicius deus eſt. Hic enim ſolus dignis hoc tribuere, & auferre in ſe delinquẽtibus poteſt; cui vos exhibere, quales vos ipſe vult eſſe, ſimul & ego voluntatẽ eius ſciens, aperte vos moneo. Nõ enim eritis beatiſſimi & in omnibus imitabiles aut felices, ſi aliquãdo ex illius mandatis ceſſaueritis. Poſſeſſio nanque bonorum, quam nunc tenetis, firma manebit: & præſentium rerum celerrimam ſecuritatem habebitis, ſi ſolummodo quæ vos deus vulti ſequi his obediatis: & neque legum alienarum ordinem præponatis: neque pietatem, quam nunc circa deum geritis ſpernentes, ad modum alienum conuertamini: Hæc autem agentes, fortiſſimi cunctorũ eritis bella ferre, & inimicorum nulli ſuccumbere. Deo enim vobis auxiliatore prę ſente, cunctos vos poſtponere rationis eſt: præmia ſiquidem magna virtutis nobis ſunt poſita, quæ omni vita poſſideatis. Virtus etenim primitus bonarũ cauſarum eſt præmium, deinceps etiam aliarum rerum præſtat augmentum: ita, vt dum inter vos ea vſi fueritis, magnam vobis conferat vitam, & inter alienigenas glorioſos efficiat, & apud poſteros eminentes oſtendat. Hæc itaque poteritis adipiſci, ſi legibusquas dictante mihi deo conſtitui obediatis, easque cuſtodiatis, & earum ſapientiam meditemini. Ego autem diſcedo gaudens inveſtris bonis, commendans vos caſtitati legis & bonæ conuerſationis ornatui, virtutibusque ducum, qui prouidentiam veſtræ vtilitatis exhibebunt: Deus autem qui hactenus veſtri præſul extitit, pro cuius voluntate & ego vobis vtilis ſui, non vſq; ad præſens ſtare faciet prouidentiam ſuam: ſed quanto tempore ipſi volueritis eum habere patrocinantem, in virtutis ſtudijs permanentes, tanto præſidiũ eius habebitis. Conſilia nanque vobis præbebunt optima, quæ ſequentes, felices eritis: pontifex Eleazarus & Ieſus, nec non & ſeniores, & principes tribuum, quos audire vos conuenit: ſcientes, quoniam omnes qui bene ſub principe conſiſtunt, & principatum tenere, & libertati pręeſſe poſſunt: nec indignemini in his quę vos agere duces veſtri popoſcerint. Non etenim, vt benefacientibus iniuriam faciatis, in hoc fiduciam ponetis: quod de cætero declinantes, meliores cauſas habebitis: nec huiuſmodi iram aliquando ſumatis, quali circa me vti ſæpius præ-

Oratio Moſi ad populum Iſrael ante mortem

ſumpſiſtis. Noſtis enim quia frequenter peiora à vobis, quàm ab hoſtibus mortis pericula ſuſtinui. Et hæc non opprobans vobis dico: non enim in exitu vitæ dolentes contra me relinquere volens, hæc ad memoriam reuoco, quando nec tempore quo hæc patiebar, iratus agnoſcor: ſed vt de futuro à talibus temperetis, & Deu. 7. & 11 in nullo veſtris preſulibus iniuriam propter diuities faciatis: quæ vobis Iordanē tranſeuntibus & Chananæam obtinentibus, affluenter aduenient. Nam ſi per eas fueritis contemptores effecti, & virtutem deuotionemq; perdideritis, quam circa deum geritis, eum primitus habebitis inimicum: & terram quam armis obtinuiſtis, iterum cum magnis opprobrijs amittetis: totumq; diſperſi per orbē, veſtro ſeruitio omnem terram & mare complebitis: eritq; vobis, dum horū omnium experti fueritis, inutilis iam pœnitentia & memoria legum non ſeruatarum. Vnde ſi vultis hæc apud vos permanere, dum hoſtibus præualueritis, nullum relinquatis ex eis, ſed omnes perire decernite: ne viuētibus eis illorum ſtudia deguſtātes, à cōuerſatione paterna recedatis. Sed & aras & lucos & templa quecunque habuerint, deſtruenda commoneo, & genus & memoriam eorum igni conſumi. Sic etenim bonorum veſtrorum vobis erit firma ſecuritas. Ne vero per ignorantiam melioris rei natura veſtra ad peiora declinet, & leges vobis dictante mihi deo compoſui, & ordinem bonę conuerſationis inſtitui, cuius ſeruantes ornatum feliciſſimi eritis omnium rerum. Hæc dicens, dedit eis in libro leges, & conuerſationis modum ibi conſcriptum. Illi vero flebant, & multum querebantur ducem memoriam periculorum eius habentes, & quanta pro eorum ſalute geſſiſſet: deſperantes etiam de futuris, quaſi nullus eis princeps ſimilis foret, minusque iam deum ſui prouidere credētes, eo quod Moſes eum potius exoraſſet. Tunc eorum quæ in deſerto ei cum ira locuti fuerant, pœnitentiam agentes ingemiſcebant: ita vt omnis populus in lachrymas prorumperet: & plus quàm ſermone dici poteſt, gemitus cum dolore proferret. Moſes autem conſolabatur eos: & licet dignus multis eſſe lachrymis videretur, tamen admouebat eos à fletu, vtq; magna vterentur conuerſatione poſcebat. Tunc ergo conuentus ita dimiſſus eſt. Volo autem conuerſationem primitus dicere Moſeos, eiusq; dignitatis virtutes exponere, vt per hæc legentes agnoſcant, qualia initia noſtri habuere maiores, & ſic aliarum rerum venire narrationem. Scripta ſunt autem hæc omnia ſicut ille reliquit, nihil nobis adijcientibus ad ornatum, quod à Moſe relictum nō eſt. Hoc tantum placuit nobis modo nouitatis inducere, vt ſecundum genus nobis ſingula diſponantur: diſperſa nanque ab illo in ſcriptis relicta ſunt, quemadmodum deum in ſingulis quibuſque cōſuluit. Propterea namq; neceſſarium iudicaui hęc prędicere, ne qua nobis à contribulibus hāc ſcripturam legentibus quæſtio generetur: Hic autem eſt ordo legum in noſtra conuerſatione competentium. Quas autem nobis communiter ad alterutros dereliquit, has de morib. & cauſis explanare & referre diſtuli: quod adiuuante deo poſt nobis inſinuare propoſitum eſt. Ait enim: Dum Chananæorum terram poſſederitis, & ad vſum bonorum vacaueritis, & ciuitates iam ædificare cœperitis, ea facientes quæ deo placita ſunt, firmiſſimum pignus felicitatis habebitis: ſit vna vobis ciuitas ſacra in terra Chananæorum in loco optimo, & virtute præclaro, quancumq; deus ſibi per prophetā elegerit: & tēplū in ea ſit vnū, & altare vnū ex lapidibus non manu dolatis, ſed paſſim iacētib⁹, qui dealbati crūt, & ad decorē, & ad videndū valde puriſſimi: aſcenſus autem ad eum ſit non per gradus. In alia vero ciuitate nec altare, nec templum ſit. Deus enim vnus, & genus Hebræorum eſt vnum. Qui vero blaſphemauerit deū, lapidat⁹ ſuſpendatur per diem, & ſine honore turpiterq; ſepeliatur. Cōueniant autem in ciuitatem, in qua templum conſtituunt, ter in anno, à finibus terræ quam Hebræi tenuerint, quaten⁹ deo & pro his quę poſſidēt gratias referant, & de futuris preces effundant, & conuenientes ad inuicem tunc epulātes amici ſint. Bonum eſt enim, vt ſemetipſos alterutrum contribules nō ignorēt, ſed ſua ſtudia ſibi cōmunicent. Hoc autem eis ex hac ſocietate proueniet, vt Deu. 16

Legem ſcriptam dedit Moſes populo

Vt una ciuitas ſacra fieret, et unum templum

& aſpectu

& aſpectu & loquela memoriam ſui ſemper obtineant. Si enim alterutris imper mixti ſint, extranei ſibimet putabuntur. Sit autem & decima exceptio frugũ vo- Deu. 18
bis, præter eam, quam diſtribuit dominus ſacerdotibus & Leuitis dari: quæ vẽda tur quidem per prouincias, & ad epulas miniſtretur, & hoſtias, quæ in ſacra vr- be ſunt celebrandæ. Iuſtum eſt enim ex his quæ de terra naſcuntur, quam deus De mercede
poſſidere vobis conceſſerit, vt ad honorem eius qui hæc tribuit, perfruantur. Ex mulieris fornicariæ
mercede mulieris fornicariæ non ſunt ſacrificia celebranda. Nunquã enim ex his quæ de contumelia, procedũt, diuinitas delectatur: nihil enim cõfuſione cor porum peius eſt. Similiter autẽ ſiquis pro coitu canis, aut venatici aut cuſtodis gregum, mercedem acceperit, nunquam exinde deo ſacrificandum eſt. Nullus blaſphemet eos, quos aliq ciuitatis eſſe putant. Sacra peregrina non eſſe furãda, neque æs denominatum alicui deo, ſumendum. Nullus veſtrũ texta ex lana & li no tunica veſtiatur. Hæc enim ſolummodo ſacerdotibus eſt conceſſa. Conue- niente vero multitudine in vrbe ſacra ad immolandũ, poſt ſeptem annos inſtan Deu. 22
te feſtiuitate quæ vocatur ſcenopegia, id eſt, tabernaculorum defixio, ſummus ſa Deu. 11
cerdos ſtans in excelſo tribunali, vnde poſſit audiri, leges omnibus legat: & neq; vxor, neq; filij audire prohibeantur, ſed neq; ſerui. Bonum eſt enim, vt animab9 inſcriptæ leges, etiam memoria conſeruentur, qua nunquam deleri poſſint. Sic ergo neq; peccabunt, non valentes dicere, quod decreta legũ ignorare videantur Leges enim multum habebunt contra peccantes audaciam, vtique prædicentes eis, quæ ſint paſſuri delinquentes, & animabus eorum inſcribentes, quę præci- piunt per auditum, quatenus omnino in interioribus eorum conſiſtat voluntas le gum: in qua cum deficiunt, autores ipſi ſuę læſionis exiſtunt. Diſcant etiam pue ri primum legem, quæ eſt doctrina optima, & cauſa felicitatis eximia. Secundo Pueri primum
autem per ſingulos dies, mane & veſpere teſtificanda ſunt dona dei, quæ libera- diſcant legem
tis de terra Ægyptiaca cõceſſit. Iuſta eſt enim naturaliter gratiarum actio, quę Deu. 6
refertur & pro compenſatione rerum iam factarum, & pro inuitatione futura- rum. Inſcribenda vero & in ianuis ea, in quibus eis deus benefecerit, & brachijs Septem prin-
ſingula quæq; declaranda, quæ virtutem dei valeant deſignare, & fauorem eius cipes
circa eos oſtendere, quatenus vndique circa eos illuceat dei fauor. Principes au tem ſint in vnaquaq; ciuitate viri ſeptẽ, qui & virtute, & iuſtitiæ ſtudio ſint exi- mij: vnicuiq; vero principatui duo viri miniſtri prębeantur ex tribu Leuitarum. In omni autem honore qui in vrbibus iudicare conſtituti fuerint habeantur, ita vt illis pręſentibus neque blaſphemare, neq; aſpere agere liceat aliquibus: ſicvti que reſpicientibus pudorem dignorum hominum, tanquam ſi deum in illis con- temnere videantur. Iudices autem puri poteſtatem habeant pronunciãdi, quod- cunque videtur eis, niſi forte pecunias eos quilibet accepiſſe pro iudicij diuerſita- te demonſtret, aut aliam cauſam proferat, per quam eos non bene iudicaſſe con uincat. Non enim lucrum attendentes aut dignitatem, conuenit iudicare, ſed iu ſtitiam rebus omnibus pręponentes. Nam hoc non agens, deum quilibet cõtem nere putatur, eumq; infirmiorem credere quàm illos, quibus contra iuſtitiam ti- more poteſtatis ſententia propria præſtare contendit. Dei enim virtus, iuſtitia eſt. Quiſquis enim præſtat eis, qui aut non iuſte querunt aliquid, aut non iuſte in dignitate ſunt conſtituti, illos potius deo potiores facit. Si vero iudices non in- telligunt de rebus ſibi creditis iudicare, quando multa talia ſolent hominibus prouenire, integram cauſam in vrbem ſacram remittent: & conuenientes ponti fex & propheta & ſeniores, quæ eis videntur iuſta, pronuncient. Vni teſti nõ cre Vni teſti non
dãtur, ſed tribus, aut ad vltimum duobus: quorum teſtimonium verum faciat vi credendum
ta prior. Mulierum teſtimonium nequaquam recipiendum propter leuitatẽ, & procacitatẽ generis earũ. Sed neq; ſerui teſtimonium perhibeant propter ignobi Serui non
litatẽ animi: quos aut propter lucrũ, aut propter timorem veriſimile poteſt credi ſint teſtes
nõ poſſe vere teſtari. Si quis autem falſe teſtatus eſt: conuictus ea patiatur, quæ deu. 19
paſſurus eſſet is, contra quem teſtimonium dixit. Si homicidio facto in aliqua Falsus teſtis
puniendi

De homicidio facto Deu.21

vrbe non inueniatur is qui fecit, ne in ſuſpicione ſit aliquis, quaſi hoc per odium perpetrauerit, quæratur quidem homicida cum multo ſtudio: quinetiam de eo nunciando proponantur edicta. Cum vero nullus eum nunciauerit, principes ciuitatum vicinarum regionis illius, in qua cædes facta eſt, & ſeniores conuenientes metiantur à loco, vbi iacet mortuus, regionem: & pars quæ fuerit vicinior ciuitati, populi huius ementes vitulam, & deferentes ad vallem, & ad locum inutilem aratro & plantationibus, incidant ceruicem bouis: & ſumentes aquam lauent manus ſuas ſuper caput bouis ſacerdotes, ſimul & Leuitæ & ſeniores illius ciuitatis, & exclament ab homicidio mũdas ſe manus habere: & neque geſſiſſe, neq; factori communicare: & inuocent deum ſibi propitium fore, & nunquã tam malam paſſionem in illa terra contingere. Optima eſt, inquit huiuſmodi diſpoſitio, & conuerſatio talis: nec vobis alterius reipublicæ ſit affectus, ſed hanc diligite, dominas leges habentes, & ſecundum eas omnia facientes. Satis enim eſt, vt deus ſit veſter princeps. Si autem fuerit vobis regis amor, ſit equidem iſte cõtribulis, ſitq; ei iuſtitiæ prouidẽtia ſemper, & virtutis alterius magnitudo. Sciat autem is legibus atque deo plurimam ineſſe ſapientiam, nihilq; gerat præter põtificis ſeniorumq; ſententiam: nec multas nuptias vſurpet: neque abundantiam ſectetur pecuniarum, nec ornatus equorum: quibus rebus ſibi collatis, vltra leges ſuperbus erit. Prohibeatur autem etiam ſiquis horum ſtudium habuerit, fieri vltra modũ veſtræ vtilitatis potẽtior. Terminos terræ moueri nõ liceat, nec proprie nec alienæ, per quos vobis ſeruabitur pax: ſed habeãtur firmi in ęternũ poſiti, ſicut diuina ſententia, tanquã prælijs & ſeditionibus ex hoc oriundis, dũ accedere vltra terminos auari voluerint. Nam neque procul eſt, vt tranſcendat leges, qui terminos voluerit permutare. Qui in terra plantauerit, ſi ante quartum annum folia fructumq; attulerit, neque deo ex hoc primitias offerat, nec ipſe comedat. Non enim ſecundum tempus hoc illarum eſt, dum naturæ præter tempus vim feciſſe videatur. Vnde hoc neq; deo neq; proprio dño cõpetit ad edẽdũ Quarto vero anno vindemiã, & omne quod naſcitur (tunc enim maturum eſt) colligens, ad ſacram deportet vrbem: & cum decimis aliarum frugum expẽdat, cum amicis proprijs epulãdo, & cum pupillis & viduis. Quinto autem anno ſit dominus, vt quæ fuerint nata fructificet. Qui terram vineis plantat, non ſeminet eam: ſat enim eſt hoc, hanc enutrire germen, & laboribus aratri eſſe priuatam. Bobus terra aranda eſt, & nulla cum eis altera animalia iungenda ſũt: ſed proprium hoc genus ſit ad arandum. Semina vero ſint munda, & impermixta: & non duobus aut tribus generibus ſeminetur. Non enim communione diſſimilium natura lætatur. Neque iumenta permiſceantur: quæcunque cognata non ſunt. Metuebat enim tunc legislator, ne per hoc iniuria tranſiret ad homines, initium à minoribus & turpibus primo ſumens. Nihil enim huiuſmodi debet eſſe licitum, ex quo per ſimilitudinem conuerſio quædam in communibus rebus habere poſſit acceſſum. Qua propter de rebus vilibus leges negligentiam non habuerunt, ſciẽtes omnibus prouidere, ne in aliquo viderentur eſſe culpabiles. Metentes, inquit, & manipulos colligentes, non omnem decet meſſem excutere: ſed relinquere aliquos manipulos, qui ſint egentibus alimentum. Similiter autem & de vineis racemuſculos pauperibus reliquendos, & oliuarum quendam fructum reſeruandum colligentibus, & eſcam propriam non habentibus. Non enim tanta abundantia ex nimia colligendi diligentia dominis vtilis erit, quanta gratia ex indigentium ſatietate proueniet. Tunc diuinitas terrã ad illationem fructuum promptiorem efficiet, eorum qui non ſuæ tantummodo vtilitati proſpiciunt, ſed etiam pro aliorum cibo cogitare noſcuntur. Sed neq; boum ora dum ſpicas terunt in area, ſunt liganda. Non enim iuſtum eſt, vt qui ſimul laborauerunt in fructu, & circa natiuitatem eius fatigati ſunt, participare prohibeantur. Neq; poma matura cõtingere iter agentes arcendi ſunt, ſed tanquam de proprijs eos debent permittere ſatiari, ſiue prouinciales ſint, ſiue peregrini: &

De plantandà vinea

Bobus terram arandam, nec diuerſo genere ſeminandam Deu.22

Deu.24. Remanentes ſpicas non colligendas

Deu.25

nit & cum gaudio præbendũ eſt eis ad comedendum: portare vero nil liceat. Neque vindemiantes ex his quæ ad torcular portantur, guſtare prohibeant ſibimet occurrentes Iniuſtum eſt enim bona quę dei voluntate ad viuendum data ſunt, inuidere deſiderãtibus ea comedere: dum pomum ſit in maturitate ſicut deo placuit, & mox abire feſtinet. Et licet aliqui per verecundiam contingere non præſumant, rogantes eos, cum ſint quidem Iſralitæ tanquam ſocij, & propter cognationem pariter domini, & ex alio loco venientes, & vt munera ſuſcipiant deprecandi ſunt, quæ deus eos videre conceſſit. Damna ſiquidem iudicanda non ſunt, quæcunq; per benignitatem tranſeuntibus conferuntur: quando deus vbertatem bonorum præſtat hominibus: non vt vtantur ſoli, ſed etiam alijs largiantur: volens hoc modo fauorem ſuum circa Iſraeliticum populum, & felicitatis eorũ ad miniſtrationem alijs apparere, cum eos ſuam abundãtiam alijs participare præcepit. Qui vero præter hæc fecerit, quadraginta minus vna plagas habena publica accipere voluit, & liberum pœnam hanc turpiſſimam ſuſtinere, quia dum lucro ſeruit, fecit iniuriam dignitati. Bene, inquit, vobis erit expertis ærumnarum Ægyptiarum atque deſerti, ſi habeatis curam eorum, qui nunc in ſimilibus cõſtituti ſunt, & adepti diuitias ex miſericordia & prouidentia dei, eaſdem ſimiliter egentibus diuidatis. Super decimas autem duas quas annis ſingulis prædixi celebrandas, aliam quidem Leuitis, alteram vero ad epulationes, tertiam quoque per annum tertium expedit fieri ad diſtributionem inopum, mulierumq; viduarũ & infantum pupillorum. Germina quoque quæcunque prius naſci contingit, ad templum perferant: & pro terra hæc proferente, quam eis præſtitit poſſidere, deum benedicentes, ſacrificiaq; quæ leges eos offerre iubent celebrantes, horum primitias ſacerdotibus templi diſtribuant. Cum vero hæc quilibet impleuerit, & omnes decimas vnà cum primitijs, quas Leuitis ad epulandum dari mos eſt, obtulerit, diſceſſurus domum ſtans eſt diuerſo templi gratias quidem agat deo, qui eos ab Ægyptiorum iniuria liberauit: terraq; eis magna frui multaque conceſſit: teſtimoniũq; perhibeat quia decimas ſecundũ leges Moſi obtulit: exoretq; deum ſibi propitium & placidum ſemper eſſe, & communiter cum Hebræis omnibus permanere: vtq; ſeruet bona quæ dedit eis, & addat quæcunque donare poteſt. Deu.26

Vxores autem ducant nubili iam tempore virgines liberas, bonis parentibus procreatas. Qui vero virginem ducturus non eſt, ei nõ iungatur quam diſcedere ſua ſit ab alio, neque contriſtet priorem maritum eius. Ancillas liberi non ducãt vxores, nec ſi per amorem ad hoc aliqui compellantur. Concupiſcentiam namque retinere decorum eſt, & congruum liberæ dignitati. Sed neque fornicariæ ſequendę ſunt nuptiæ, pro quibus corporis iniurijs nuptiales hoſtias non ſuſcipit ſumma diuinitas. Sic itaque prudentia filiorum erit libera, & ad rectitudinis virtutem præparata, ſi non fuerint de turpibus nuptijs, neque de concupiſcentia non legitime conuenientium procreati. *De uxoribus ducendis*

Liberi non ducant ancillas

Si quis velut virginem deſponderit, deinde non eam talem inueniat, cauſam dicturus, ipſe quidem accuſet vtẽs ad probationem documentis ſuis reſpondeat autem puellæ pater aut frater, vel quicũq; poſt eos genere vicinior eſſe monſtratur: & dũ iudicatum fuerit puellam non eſſe culpabilem, cum accuſatore permaneat, nullam habente viro vlterius poteſtatem dimittendi eam, niſi magnæ cauſæ, præceſſerint, & contra quas nec reſpondere poſſit. Is vero qui audacter aut petulanter cauſam puellæ vitij & derogationis intulerit: multa condemnetur quadraginta minus vna plagarum, & quinquaginta ſiclos patri dare cogatur. Si vero conuicerit puellam fuiſſe corruptam, ſi quidem popularis ſit, eo quod caſte virginitatem vſque ad legitimas nuptias nõ ſeruauerit, lapidetur: ſi vero de ſacerdote ſit nata, viua protinus concremetur. Deu.22

Si quis duas vxores habuerit, & alia quidem in honore magno fuerit & fauore, aut propter pulchritudinem & amorem, aut ob aliam cauſam, altera vero in minori apud eum parte cõſiſtat: ſi ex dilecta filius, cum ſit iunior illo qui ex alia procreatus eſt, petat propter patris fauorem quem circa matrem habet, priuilegia

ſenioris:quatenus duplicem ſubſtantiæ paternæ partem accipiat, ſicut in legibus diffinitum eſt,non ei concedatur. Iniuſtum nanque eſt,vt qui natiuitate ſenior eſt,eo quod minus mater eius à patre diligatur,debita parte fraudetur. Qui puellam corruperit ab alio deſponſatam,ſiquidem ſuadens ei,& ad corruptionē ſibi conſentientem habuerit,cum ea moriatur. Maligni enim ſunt vtriq;:ille qui dē,eo quod turpitudinem puellam voluntarie ſuſtinere ſuaſerit, & nuptijs liberis hæc mala præferre coegerit:illa vero,quod ſemetipſam propter libidinē propriam,aut propter lucrum ad contumeliā perſuaſa præbuerit. Si vero alicubi eā ſolam inueniens nullo adiutore præſente compreſſerit,ſolus ipſe moriatur. Qui virginem corruperit nondum alicui deſponſatam,ipſe eam dūcat vxorē. Si vero patri puellę non placeat vt ducat eam,quinquaginta ſiclos præciū ſoluat iniurię. Ab vxore copulata ſibi volens quicunq; diſiungi propter quaſcunq; cauſas, quæ multis modis hominib. prouenire noſcuntur,ex ſcripto, quod nunquā cum ea conueniat,cōpromittat. Sic enim habebit poteſtatem aliæ copulari: nā prius illa alteri iūgi nō poteſt. Si autē & illo moriētevoluerit eā prior vir recipere,nō ei liceat. Quæ ſi ſine filijs fuerit à marito derelicta,frater illi9 eā accipiat: & natū filiū mortui nomine vocās,hęreditatis ſuę nutriat ſucceſſorē. Hoc enim & publicis vtilitatib9 proderit,domib9 minime deſtitutis,& cognatis poſſunt ſubſtātię cōſeruari,& mulierib9 releuatio calamitis auferri:quando priorum maritorū proximis coniunguntur. Si vero noluerit eam ducere frater,veniens mulier illa apud ſeniores teſtimonium huius rei perhibeat:quia volentem eam domi manere,& filium ex eo habere non ſuſcipit,iniuriam faciens fratris defuncti memoriæ. Requirentibus vero ſenioribus,pro qua cauſa nuptijs eius abſtineat,ſiue maximā cauſam ſiue paruam dixerit,ad hoc veniendum eſt,vt ſoluens vxor fratris caligulas illius viri,& expuens in faciem eius dicat,hoc dignum eſſe ab ea pati, iniuriam defuncti memorię facientem. Et ille quidem à ſenioribus aſcedat,hoc obprobrium habens omni tempore vitæ ſuæ:illa vero ſi voluerit,alij cuilibet ſe petentium nubat. Si quis captiuam ceperit virginē,ſiue iam nuptam volens ei copulari,non primitus liceat eius cubile cōmunionemq; contingere, antequā illa radens caput ſuum & lugubre ſchema percipiēs,parentes defleat & amicos, quos in bello perdidit:quatenus de eorū triſtitia ſatiata,ſic deinceps ad epulas conuertatur & nuptias. Bonum eſt enim & iuſtum accepturo,de qua filiū habiturus eſt,vt eius ſatisfaciat voluntati:& non tantummodo libidinē ſequens propriā,quod vxori futuræ charum poſſit eſſe cōtēnat. Triginta vero in luctu dies expletis(ſufficiunt enim iſti dies ſapiētibus ad lachrymas amatorū)tūc procedat ad nuptias. Si vero cupiditate plenus,habere eā cōtemnat vxorē, ad ſeruitiū eā deducere non habeat poteſtatē:ſed vbicunq; voluerit mulier ire,diſcedat, hanc libertatem habens. Quicunque vero iuuenum contēnunt parentes ſuos,& eis honorent non prębent,aut propter verecundiam,aut propter inſipientiā iniuriam faciētes eis:primū quidem ſermonibus eos moneant ipſi parentes(ſufficiūt enim ad hæc huiuſmodi iudices)dicētes non ſe propter delectationem fuiſſe coitu naturali permixtos,neque pro augmento pecuniarum, dum eſſent facultates parenti vtriq; cōmunes:ſed vt ipſi filios haberent,qui eos in ſenectute gubernarent,& quibus egerēt per eos haberent:quod dum cum gratia fiet, deo præcipue charū eſt. Adijciant etiā hęc verba,dicentes,fouētes ſtudio magno nutriuimus, nulliq; rei pepercimus,quæ ad ſalutem tuam tenderet,& vtilitatem optimæ tibi eruditionis afferret:nunc aūt quoniā decet veniam tribui iuuenum delictis,monemus te:reſipiſce in quocunq; pro noſtra exhonoratione minor inuentus es, & ad modū temperamenti cōuertere:ſciens etiam deum ea quæ contra parētes prę ſumuntur,nimis ingrate ferre:quoniā & ipſe totius humani generis pater eſt, & vnà cū illis exhonorari videtur,qui eandē appellationē habere noſcuntur. Indignū ergo eſt à filijs ſuis hæc ſuſtinere,cum & lex talium ſit vltrix ineuitabilis, cuius te fili experimentum ſumere non optamus. Et ſi in his verbis iuuenū temperetur

Deu.22

Diuortium uxoris

Vt fratris defuncti ſine filiis uxorem quis accipiat

Deu.25

Luctus triginta dierum pro mortuus

De parentum cōtemptoribus

peretur audacia,ab obprobrijs liberantur,quæ ex ignorãtia proueniũt. Sic enim & legislator bonus inuenietur,& patres felices erunt:nonvidentes nec filium puniri,nec filiam. Cui vero parentum sermones atq; doctrina propter intemperantiã suam pro nihilo esse videbuntur,sine pacis fœdere inimicas sibi faciet leges, cum frequentibus contra parentes præsumptionibus incitatur. Is enim, inquit, eiectus extra vrbem,sequente multitudine,lignoq; suspensus,& permanens tota die advisionem cunctorum,nocte sepeliatur:sicut & alij,qui quocunq; modo perimi legibus,decernuntur. Sepeliantur autem & hostes,& nullus mortuus exspers iaceat sepulturæ,soluens pœnam vltra iustitiam. Nulli vero Hebræorũ ad vsuras liceat fœnerari,neq; cibum,neq; potum. Non enim iustum est à contribule redditus sustinere,sed solatium vtilitatis eius lucrum esse decernere:& gratiarum actionem,& recompensationem à deo referendam pro benignitate suffice re. Qui vero acceperint siue pecunias,siue quoscunq; fructus siccos vel humidos reminiscentes deum,hæc cum dilectione restituant,tanquam reponentes in propijs loculis,& iterum cum opus fuerit,hæc tollentes. Qui vero circa redditionẽ impudentes extiterint,non in domos eorum est introeundum, pignusq; sumendum,antequam ex hoc causa dicatur. Pignus enim à foris sumendum est:& ei debitor per se portare debet,nihil resistens ei,qui cum auxilio legis ad eum venit. siquidem idoneus sit cui pignus ablatum est,teneat illud creditor,quoadusq; restituat quod debetur:si vero pauper est,restituat antequam sol occumbat,& maxime si vestis sit in pignore constituta,ita vt eam habeat ad soporem:quãdo naturaliter pauperum deus misereatur. Mola vero & vasa ei congrua non sunt accipienda pro pignore,ne instrumentis necessarijs ad ciborum alimenta priuentur,& pro egestate pessimum aliquid patiantur. In furto hominis,pœna sit mortis:qui vero aurum aut argentum abstulerit,condemnetur in duplum,Qui iumẽtum rapuerit.damno quadrupli condemnetur, præter bouem purum:hoc enim quincuplum soluat. Qui vero ad soluenda multa fuerit inops,sit seruus eorum, quibus est condemnatus. Si quis fuerit contribuli venditus,sex annis seruiat: septimo autem liber abscedat. Si vero filio ei ex ancilla nato apud emptorem,propter affectum eius ex familiaritatis dilectione seruire voluerit, instante anno iubileo,qui est quinquagesimus,liber efficiatur cum vxore simul & filijs. Si quis autem aurum vel argentum per viam inuenerit,querat eum qui perdidit,præconemq; mittens,in quo eum loco inuenit,restituat:& ex alieno damno,non bonã vtilitatem esse decernat . Similiter autem & de pecudibus,quæcunq; in deserto errare compererit,non inuento repente domino,apud se reseruet:testem habens deum in his,quod noluit aliena lucrari. Nulli liceat pertransire,cum iumentum alicuius tempestate fatigatum in luto viderit cecidisse,sed alleuet illud, & proprio adiuuando labore,ei adiutor existat. Vias autem ignorantibus demonstrãdas,& non risum actitantes de eorum errore alienis vtilitatibus liceat impedire. Nemo blasphemet absentem. Percussus in lite quis,vbi non est ferrum,repente mactetur:idem patiente eo qui percussit,quod fecit : Si vero portatus ad domum propriam qui percussus est,ægrotet diebus multis,deinde moriatur, sit innocens qui percussit: Sanato autem illo,& multas expensas in ægritudine faciẽte,restituat vniuersa percussor,quæcunq; in vulneris sanandi tempus expendit, & quæcunque medicis erogauit. Qui mulierem pregnantem calce percusserit, si quidem abortiuum fecerit mulier,pecunijs à iudicibus condemnetur,tanquã per corruptionem ventris augmentum plebis faciens detrimentum. Dentur autem & viro mulieris ab eo pecuniæ. Moriente aũt ea ex ea plaga, & ipse moriatur: animamq; pro anima censente lege ponendã. Venenũ neq; mortiferũ,neq; quod ad alias sit vtile lesiones,vllus Israelitarũ habeat . Si vero inueniatur quisquã hoc possidere,moriatur:hoc patiẽs,quod erant toleraturi illi,contra quos venenum probatur esse confectum. Qui excæcauerit quenquã,similia pariatur:priuetur,quo priuauerit alios:nisi forte pecunias accipere voluerit qui excæcatus est.

Etiam hostes sepeliendos esse Deu.23

Deu.24.

De furto

deu.22

Lex percussorũ

Leges etiã illi dant licentiam, qui paſſus eſt, æſtimare caſum paſſionis ſuæ: & cõ
De boue cornu petente cedentes ſunt, ſi ſeuerior eſſe voluerit. Bouem cornu percutientẽ dominus interficiat. Si vero aliquẽ interficiat percutiens taurus, ipſe quidẽ lapidatus moriatur: & neque ad cibum vtilis habeatur. Si vero culpabilis etiã approbetur dominus, præſcius eius naturæ, nec cauens, & ipſe moriatur: tanquam ipſe eius qui à boue peremptus eſt, autor mortis extiterit. Si vero ſeruum vel ancillam bos perimat, ipſe quidem lapidetur: triginta vero ſiclos eius domino, lapidati dominus dare damnetur. Bos aũt ſi à boue percuſſus mortuus fuerit, vendatur & qui mortuus eſt & qui percuſſit: & precium amborum eorum domini ſibi diſtribuant. Qui puteum, ſiue lacum effodiunt, diligentiam habeant, vt tabularum illic faciant tegumentum: non vt aliqui haurire prohibeantur, ſed vt nullum ſit ibi cadendi periculum. Et ſi in huiuſmodi profunditatem non clauſam incidens iumentum alicuius moriatur, eius precium domino proprio ſoluendum. Circundanda eſt quoque maceria in puteis, ſiue lacubus, quę pro muro ſit, quatenus non ſinat illic deuolutos extingui. Depoſitum ſi quis acceperit, tanquam rem ſacram, aut diuinã ita cuſtodiat: nullusq; fraudare creditorem ſtudeat, neq; vir, neq; mulier, nec ſi
Exodi. 21
Deu. 24 immenſam auri lucraturus ſit quantitatẽ: ſpernens quaſi nullus ſit, qui eũ poſſit arguere. Generaliter itaque conuenit, vnũquenque ſuam conſcientiã ſcientem bene agere: & teſtimonio ſuo ſibi ſufficientẽ vniuerſa gerere, quę ab alijs poſſint laudis premia cõdonare, & maxime reſpicientem ad deũ, quem nullus malignorum latere poteſt. Si vero nihil agens doloſe perdiderit, cui creditũ eſt depoſitũ, veniens ad ſeptem iudices, iuret deum, quod neq; eius conſilio vel malitia perijt neq; aliqua rei perditæ parte ſit vſus: & inculpabilis tunc abſcedat. Si vero vel in aliqua parte vſus fuerit, rem ſibi creditam ipſe perdat: etiam vniuerſa & quæcunq; accepit, reddere cõdemnetur. Sicut autem de rebus depoſitis ſancitum eſt, ita & ſi quis mercedem fraudet operantium corporibus ſuis, habeatur odibilis. Vnde non eſt fraudanda viri pauperis merces: ſcientibus vniuerſis, quod pro terra alijsq; poſſeſſionibus ei deus hoc præbuit. Sed neq; differenda ſolutio eſt, ſed ſub die præbenda: tanquam nolente deo fraudari quenquam vſu laboris ſui. Pro iniuſtitia patrum non debere filios puniri, ſed propter ſuam potius virtutem eis
Filii pro parẽtibus non ſunt puniendi miſericordia præbenda eſt, non leſio, quod filij peſſimorum fuere patrum: neque odio habendi ſunt ab iniquis nati. Sed neque patribus filiorum ſunt repenſanda peccata, cum multa iuuenes extra noſtram doctrinam ſibimet arrogent per ſuperbiam, nolentes quę ſunt vtilia doceri, & coitum fugere: per quẽ vnà ſecum & maſculi virtutem, & fructum filiorum procreationis amittunt, quem nobis hominibus ad augmentum generis præbuit deus: quãdo hoc velut in nece futurorũ filiorum agitur, & per hoc eorum exterminatur initium. Nam ſicut animæ illorum debilitantur, ita & quę ſunt corporis permutãtur. Similiter autem quicquid putatur eſſe videntibus monſtruoſum, non liceat fieri neq; de hominibus, neq; de cæteris animalibus. Hæc ſiquidem vobis legum veſtræ reipub. ſit pacifica cõſtitutio: & deus propitius eius decorem inuiolabilem conſeruabit: nullumq; fiat tẽpus, quo in aliquo aliquis hęc innouet, & in contrarium mutet. Quia vero neceſ
Leges bellorũ ſe eſt humanũ genus incõſiderata pericula, aut voluntarias turbas incidere, etiã de his breuia proloquamur: quatenus præſcientes que oportet fieri, ad opus ſalutis ſitis idonei, & nõ tunc requirẽtes quæ vos cõueniat facere, minus inſtructi tẽporibus ſuccumbatis. Terram quam vobis ſine laboribus præbuit deus & ſine virtutum exercitatione conceſſit, præſtitit quidem vt ea ſine bello fruamini: neque alijs in ea contra vos bellantibus, neq; inteſtina ſeditione concuſſis: per quã cõtraria veſtris patribus gerẽtes, quæ ab illis cuſtodita ſunt perdatis: ſed vtẽtes bonis legibus quas vobis deus præbuit, perſiſtatis. Si vero caſus belli aut nunc vobis, aut veſtris filijs poſtea forte prouenerit, extra terminũ hoc agatur. Belli vero legatiões & præcones mittite ad voluntarios hoſtes. Ante arma náq; bonum
Deu. 20 eſt apud eos vti ſermonibus declarantibus, quoniam & militiã copioſam habentes, &

tes,& equos,& arma,& ante hæc propitium deum,& vobiſcum pariter dimicãtem,tamen petitis,vt nequaquam cum eis pugnare debeatis,ne res eorum auferre cogamini. Et ſiquidem conſentiunt,bonum vobis eſt ſeruare pacem: ſivero cõfidentes in ſe,quaſi virtute præcellant,& vos vexare conantur,exercitum ſuper eos inducite,principe quidem vtentes omnipotente deo:ſub principem vero conſtituite vnum,qui cũctos virtute præcellat. Multorũ namq; principatus,his qui agere quicquam celeriter compelluntur,impedimentum eſt,& potius nouit nocere quã iuuare. Exercitus autem ducatur mundus, & inter omnes corporis robore,& animi audacia præpoſitus:timidi vero diſcernendi ſunt,ne dũ circa cõgreſſionem belli conuertuntur ad fugam,hoſtibus magis vires adijciant. Eos qui nuper ædificauerunt domus,quibus tempus annale non fuit ad fruendũ,& qui plãtauerunt,& nec dum participati ſunt fructibus,in prouincia dimittẽdos: ſed etiã eos qui ſponſi ſunt,& qui nuper vxores duxerunt:ne deſiderio earum parcentes vitæ,& ſeruantes ſemetipſos,vt illis fruantur,arma tractare contẽnant. Cumvero caſtra,inquit,ducitis,prouidete ne quid mali geratis. Obſidentes vero ciuitates,& lignis egentes ad machinarum opus,non incidatis arbores terræ fructiferas:ſed parcite,ſciẽtes eas à deo pro vtilitate hominum eſſe productas:quę ſi vocem haberent,iurgiũ vobis inferrent:quia cum non ſit in eis cauſa bellorum,inique ſectionis pręiudicia patiantur,& ſi virtus eis foret,etiam demigrarent,& in aliam terrã accederent. Vincentes autem in pugna,rebelles occidite: alios vero ad tributa reddenda ſeruate,abſq; gente ſcilicet Chananæa. Hos enim cum omni domo cunctos oportet exterminare. Cuſtodite autem in bello pręcipue,vt neq; mulier vtatur inſtrumento virili,neq; vir tunica muliebri. Huiuſmodi ſiquidem Moſes Hebræorum rempublicã dereliquit. Leges aũt prius quadrageſimo anno conſcriptas tradidit,de quibus in alia ſum conſcriptione dicturus. Reliquis vero diebus frequenter eis benedictiões per eccleſias dedit:& ſuper eos qui non legitime viuerent,ſed quę in eis ſunt definita tranſcenderent,maledictiões impoſuit:deinde hexametrum eis carmen effecit,quod in libro dereliquit in ſacrario conſeruandum,eloquium continens futurorum,ſecundum quod omnia facta ſunt atq; fiẽt,nullaq; veritate priuatur. Hos igitur libros ſimul & arcam, in qua & decem verba duabus tabulis conſcripta recondidit,& tabernaculum tradidit ſacerdotibus:& populum adhortatus eſt,vt dum obtinerent terram, & collocarentur in ea,Amelechitarum non obliuiſcerentur iniuriam: & caſtrametati ſuper eos,pœnam de eis ſumerent,eo quod eos in deſerto afflixiſſent. Capta vero terra Chananæorum,omnem eius multitudinem perimi iuſſit: & altare erigendum,quod ad ſolis reſpiceret ortum: non longe ab vrbe Sichimorum inter duos montes:Garizeo quidem à dextris poſito,à leuo autem eo qui Hebal nuncupatur:diuiſoq; exercitu per ſex tribus in duobus,& cum eis Leuitis & ſacerdotibus,primum quidem eos qui in monte Garizeo eſſent orare ſanciuit: bona ſuper eos accedere,qui circa religionem dei legumq; cuſtodiam ſtudium haberent, ne offenderent in his quæ Moſes imperauit,& his fauere alias tribus: rurſumq; his orantibus,ſex alias reſpondere benedicentes: deinde tranſgreſſoribus ponere maledicta,& in eorum confirmatione ſibi tribus adinuicem conſonare. Conſcripſit autem bene dictiones & maledictiones eorum,vt nequaquam longo tempore hæc doctrina deficeret. Quas etiam moriens in altaris latere vtroq; eõſcripſit,ſtante populo,& ſecũ ſacrificia & holocauſta celebrante,quod nequaquam vlterius fecit. Hæc ergo cõſtituit Moſes,& Hebræorum gẽs hæc mandata ſequẽdo conſiſtit. Altera vero die populum cum mulieribus & infantibus in eccleſiã conuocauit,ita vt etiam famuli adeſſent,& ei iuſiurandum pro legum cuſtodia celebrarent,vt de deo perfecte cogitantes:neq; cognatis fauentes,neque terrore permoti,neq; aliam quamlibet fortiorem cauſam quàm legum cuſtodiam arbitrantes,earum præcepta tranſcenderent: ſed ſiue quiſquam eorum conſanguineus tentare huius conuerſationis iura confundere,ſiue ciuitas foret,in eis vlciſcerentur

Arbores fructiferas non incidendas

Deu. 27.

Deu.31.32. 33.

deu.27.28

Eccleſiam Moſes conuocat

vlciſcerentur & ſingulariter & communiter: & cum eis prævalerent, etiam fundamenta ſubuerterent, vt neq; pauimentum contemnentium, ſi eſſet poſſibile, remaneret: ſi vero nequirent ferre tormentum, hoc ipſum oſtenderent, quia nō ſua voluntate feciſſent. Et in his quidem multitudo iurabat. Docuit autem eos quēadmodum ſacrificia præcipue deo placerent, & quomodo præliantes digni fierēt vtentes coniectura lapidum, de quibus primitus declaraui. Prophetauit autem
Ieſus prophetat & Ieſus præſente Moſe. Igitur Moſes cuncta quæ forent pro populi ſalute faciēda: in bellis ſimulq; in pace tractans, legibusq; compoſitis, & diſtributis reipubli-
Prophetia Moſis cæ pariter ornamentis, ait, quia ei diuinitas indicauerit, ſi tranſgrederentur eius religionem Hebræi, experirentur aduerſa: ita vt eorum terra armis hoſtium compleretur, & vrbes deſtruerentur, & templū concremaretur, & viri venditi ſeruituri forent, nullo eorum calamitatibus miſerante: eosq; cum talia ſuſtinerent. fruſtra eſſe pœnis vſuros. Deus tamen, inquit, qui vos creauit, & ciuitates ciuibus veſtris templumq; reſtituet, eritq; harum rerum calamitas non ſemel ſed ſæpius affutura. His dictis, exhortatus eſt Ieſum ad Chananæos exercitum ducere, tanquam deo cooperante in his quæcunq; tentarent: & omni multitudini benedicēs, quoniam ego, inquit, ad noſtros pergo maiores, & deus hodie me ad illos ire decreuit, gratias quidem ei adhuc viuens vobisq; preſens refero, propter prouidētiam eius, quam non propter libertatem ſolummodo veſtram gerens, ſed etiam pro muneribus optimis ſemper exhibuit: laborantiq; mihi, & omnem ſollicitudinem adhibenti pro meliori veſtra conuerſatione, ſua ſolatia non negauit, & in omnibus placidum nobis præbuit ſemetipſum: magis autem ipſe fuit, qui etiam bonam cogitationem dedit, finem conceſſit, me vtens ſub principe pariter & miniſtro, in quo veſtrum populum voluit adiuuare. Pro quibus omnibus benedicere virtuti dei, cui cura erit & in futuro cogitare pro vobis, moriens optimum iudicaui, & ipſe vtiq; hoc debitū deo reſtituens, & vobis ad memoriā derelinquēs: quia colere vos ſemper hunc oportet, & honorare: & leges rerū omniū quas præſtitit, placidusq; permanens adhuc præbebit tanquam optima dona ſeruare: quia peſſimus inimicus eſt & homo nequiſſimus, qui legislatori facit iniuriā, & leges ipſas fruſtra poſitas arbitratur. Deum vero non prouocetis ad iracundiam legibus neglectis, quas ipſe deliberauit vobis. Hæc autē Moſe ad finem vitæ dicente, & cum benedictione ſingulis tribubus futura prophetante, populus ceſſit cunctus ad lachrymas: vt etiā mulieres tundētes ſua pectora, demōſtrarent in eius morte lugubrem paſſionem. Sed & paruuli flentes, cum adhuc magis ad retinendam triſtitiā inualidi forēt, declarabāt, quoniam & ipſi virtutem eius & magnitudinē vltra ipſam infantiam ſentiebant. Erat itaq; iuuenibus ac ſenioribus ērūma magna & triſtitia. Alij nanq; ſcientes quali autore priuarentur, de futuro lugebant: alijs vero maximus ob hoc inerat luctus, quoniā cum nondum bene eius viderentur deguſtare virtutē, tali principe fraudabātur. Nimietatē vero gemitus populi atq; dolorum, cōijcere poterit vnuſquiſq; ex eo, quod tunc ipſi legislatori proueniſſe dinoſcitur. Nam dum omni tempore ſuaderet, non oportere quēquā pro futura deijci morte, tanquam hoc volūtate & legis natura ferente: in hiſtamen quę gerebātur à populo, victus eſt vt defleret. Igitur properantem quò erat auferendus, cuncti cum lachrymis ſequebantur. Et Moſes alios quidem, manu ſilentiū faciens, procul quietos manere præcepit: proximos autē ſuis conſolabatur ſermonibus, ne ſequentes lugubrē ei facerent finē. Illi vero etiam hoc præſtā-
Deu. 34. dū indicātes, vt propria voluntate diſcederet, ſemetipſos in alijs locis retinuere flentes, & abeuntē lachrymis currentibus intuentes: quē ſolūmodo ſeniores deduxerunt, & pontifex Eleazarus, & princeps Ieſus. Cumq; veniſſet ad montem qui vocatur Abarim, qui eſt excelſus, & è diuerſo poſitus Hiericho, terrā optimā Chananęorum & amplam intuentibus ad videndum præbens, ſeniores dimiſit. Et dum valediceret Eleazaro & Ieſu, eisq; adhuc loqueretur, nube ſubito ſuper eum aſtante, in quadam conualle ſublatus eſt. Scriptum eſt autem in ſacris libris,

bris eum fuisse mortuum propter metum, ne propter excellentiam virtutis quæ erat circa eum, ad diuinitatem abisse putaretur. Vixit autem omne tempus annorum viginti & centum, ex quibus à parte tertia princeps fuit, minus vno mense. Defunctus est autem vltimo mense anni, qui à Macedonibus vocatur distrus apud nos autem adar mensis initium est: sapientia cunctos homines qui fuerũt quocunq; tempore superans, & optime his quæ intelligebat vtens: ad dicendum vero & ad loquendum populo valde gratissimus, & alia multa bona possidendo nimis idoneus, sic quoq; cunctis abstinẽs passionibus, vt neq; esse in eius anima putarentur, sed solummodo earum nomina sciret, & in alijs potius, quàm in se esse conspiceret. Et dux quidem inter paucos illi similis fuit, propheta vero qualis ille, alter nullus, ita vt quicquid eum contigisset loqui, deus putaretur audiri. Luxit hunc populus triginta diebus: & nunquam Hebræos tristitiæ magnitudo tanta detinuit, quanta fuit in transitu Mosi. Diligebant etenim eum non solum qui fuerunt experti, sed etiam qui eius legebant leges, quæstionesq; vehemẽtissimas faciebant, & eius virtutem ita considerabant. Finis itaq; Moseos declaratus à nobis hoc modo sufficiat.

Anniuitæ Mosi centum & viginti

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER QVINTVS.

Iesus Mose mortuo ductor exercitus trãsito Iordane euertit Hiericho, seruatatã tum Raab. Achar ob furtum occiditur, dum ob eius maleficiũ, multi Israelitę cecidissent, vltore deo: deq; ciuitate Ain expugnata, prædaq; inde direpta. Caput I

MOSE itaq; prædicto modo ab hominibus abeunte, Iesus iam in eo omnibus legitimis finem habentibus, & luctu quiescẽte, præcepit vt populus esset prę paratus ad expeditum: misitq; exploratores ad Hiericho, qui & virtutem eorum, & quam ipsi voluntatem habere viderentur, ignosceret. Ipse vero disponebat exercitum, tanquam Iordanem opportuno tẽpore transiturus: & cõuocans principes tribuum Ruben & Gad, & præsules Manasse (nam & huius tribus mediam partem in Amorræa ascripserat habita re, quæ est Chananæorum terræ pars septima) commemorabat eis quæcunq; Mosi promisissent: atque poscebat, vt præsto essent illius prouidentiæ, qui neq; dum moreretur circa eos defecisset: & vtilitati communi semetipsos ad ea quæ præcipiebat pronis mentibus exhiberent: & sequentibus quinquaginta milibus armatorum à loco qui dicitur Abela, ad Iordanem accessit in stadijs sexaginta. Cum q; fuisset illic castrametatus, repente exploratores aduenerunt, nihil horum quæ agebantur apud Chananæos ignorantes. Latenter enim prius omnem vrbem eorum licenter considerauerunt, simul & muros, quicunque fortes, & qui non ita cauti esse viderentur: sed & portas, quę dum essent fragiles, opportunum pręberent inuasuris introitum. Non autem curabant ciues, quicunque videbant eos ista considerare, putãtes visionis gratia peregrinos aptissima eos ciuitatis loca singula perscrutari, non voluntate tamen hostili. Cumq; vespere factum fuisset, & descendentes in habitaculum quoddam murovicinum venissent, in quo etiam cœnaturi erant, essetq; eis iam discedendi cura, nunciatum est regi cœnanti, quod exploratores quidam ciuitatis ex Hebręorum exercitu venientes essent in Raab habitaculo, cum multa latendi prouidentia constituti. Ille vero repente eos pręcepit comprehensos adduci, vt eos torquens

Iosue.

Iosue exploratores mittit

Exploratores Hiericō torquens agnoſceret, quid agere volentes adeſſent. Cumq; inuaſionem eorum Raab agnoſceret (nam ſupra murum ſtipulam lini ſiccabat) exploratores quidē illic abſcondit. His autem qui miſſi fuerant à rege dicebat, quod peregrini quidam ignoti fuerint ante paululum quàm ſol occumberet apud eam, & cœnantes abſceſſerint. Quos ſi timorem ciuitati, & regi periculum ferētes veniſſe putarēt: ſine labore eos comprehenderent perſequentes. Illi vero muliere ita loquente, nullum eius arbitrati dolum diſceſſerunt, neq; perſcrutantes habitaculum eius. Cumq; perrexiſſent per vias per quas eos præcipue ire credebant, & quæ ducerent ad vada Iordanis, & nullum ſignum agnoſcerent, à labore quieuerunt. Tumultu autem ſedato. Raab deducens viros, & periculum pro eorum ſalute faciēs ſuum, quæ ſi capi in eorum occultatiōe potuiſſet, nequaquam ſupplicia regis eua ſiſſet, ſed cum omni domo peſſime deperiſſet, rogabat vt haberent ſui memoriā: & dum Chananęorum terram obtinerent, huius ſalutis repenſationē eos ſibi conferre poſcebat. Quo facto, dimiſit abire eos ad propria: iurātes, vt eam liberarēt, & qui cum ea forent, dum venientes in ciuitatem vaſtarent eam, & omnes habitatores eius ſecundum ſententiam apud ſe præfinitam vnà perimerēt. Hæc enim illa ſe ſcire dicebat, ſignis dei virtute monſtratis. At illi & de præſentibus gratias referentes, & de futuris iurabant opere ſe repenſaturos fore: & ſuadebant, vt dum ſentiret capiendam ciuitatem, omnem poſſeſſionem ſuam atq; domeſticos in illo habitaculo reconderet, & ante ianuas coccineum funem appenderet, qua tenus ſciens domum princeps, ne quid ei mali fieret, cuſtodiret. Adijciebāt enim. *Raab meretrici beneficētia*

Ioſue.3 Nunciabimus ei, quia tuo fuerimus ſolatio liberati. Si quis vero pugnando ceciderit tuorum aut tu, nequaquam nobis hoc aſcribas, quia propter deum quem iurauimus, nunc tibi proponimus, vt in nullo debeas quaſi de iuriſiurādi tranſgreſſione dubitare. Et illi quidem hæc promittentes abibant dimiſſi per murū: & ad ſuos peruenientes, nunciauerunt quæcunque in vrbe geſſiſſent. Ieſus autem pontifici Eleazaro & ſenioribus dixit quæ fuerant ab exploratoribus iurata Raab, qui iuſiurandum ſua quoque ſententia firmauerunt. Metuente vero duce tranſitum fluminis, cum eſſet grandis eius impetus, & neque pontibus tranſiretur: nā primitus non erat iunctus, qui etiam ſi vellet ei pontē facere, nequaquam ſe arbitrabatur propter hoſtes habere permiſſionem, inter hæc deus tranſibilem fluuium fieri ei compromiſit, magnitudinem eius imminuens. Et duobus trāſactis diebus, Ieſus transpoſuit cunctum exercitum, totamq; multitudinem, tali modo: Præcedebant quidem ſacerdotes habentes arcam, deinde Leuitę, tabernaculum & vaſa quæ ad ſacrificiorum miniſteria ſunt neceſſaria deferentes. Sequebatur autem Leuitas per tribus ſuas omnes exercitus, habens in medio infantes atque mulieres. Metuebant enim propter eos, ne vim paterentur in flumine. Cumq; ſacerdotibus primis introeuntibus meabilis iam fluuius videretur, altitudine quidem eius imminuta, alueo vero (eo quod non multus eſſet fluctus) quaſi ad ſicci pauimenti inſtar expoſito, omnes iam confidēter fluuium tranſmeabant: & qualem eum deus futurum eſſe prædixerat, talem eſſe conſpiciebant. Steterunt autē in medio ſacerdotes, donec turba tranſiret, & ſecuritatem attingeret. Omnibus itaq; tranſeuntibus, egreſſi ſunt ſacerdotes, liberum iam fluuium relinquētes, vt more ſuo diſcurreret. Et fluuius quidem egreſſis Hebræis denuo creuit, & magnitudinem ſuam recepit. Illis vero quinquaginta ſtadijs præcedentibus, exercitus vſque ad decē ſtadia Hiericontis acceſſit. Ieſus autem altare ex lapidibus, quos ſinguli principes tribuum tulerant de profundo Iordanis, iubente propheta cōſtituens, pro futuro ſigno interrupti fluminis, ſuper eum ſacrificauit deo & feſtiuitatem Paſchæ in illo loco cunctus populus celebrauit: & omnium quæ eis deerant primitus, facilime tunc abundabant. Nam & meſſem iam maturam Chananæorum metebant, & cætera opulentiſſima poſſidebant. Tunc etenim eis etiā cibus mannæ defecit: quo aliti quadraginta fuerant annis. Cum hæc vero Iſra-

Ioſue.4

Ioſue.5 elitæ facerent, & Chananæi nequaquam cōtra eos exirēt, ſed clauſi muro quieſcerent,

ſcerent, Ieſus eos obſidere deliberauit. Et prima die feſtiuitatis ferebant arcam ſacerdotes, & circa eam vndiq; pars erat armatorum cuſtodiẽtium. Alijq; ſacerdotes prȩcedebãt ſeptem buccinis ſuis tubas mittentes: rogabantq; ſimul exercitum, vt viriliter circuirent murum, ſenioribus ſuis ſequentibus, & tubas mittentibus ſolummodo ſacerdotibus. Quo geſto, ea die nihil amplius facientes, ad caſtra reuerſi ſunt. Cumq; hoc ſex diebus feciſſent, ſeptimo die omnem populum colligens armatorum Ieſus, captiuitatem vrbis annunciauit: & quia eis illa die deus eam ſine labore contraderet, muris eius ſponte proſtratis, omnia tamen occidenda quęcunq; animum potuiſſent habere prȩcepit, & nullo labore ab hoſtiũ nece quieſcendum: & vt neq; miſericordia cædendi, neq; circa prædam vacandã fugientes contemnerent inimicos, ſed animantia cuncta perimerent, & nihil ad vſum propriæ voluptatis auferrent: aurum vero vel argentum quodcunq; inueniretur, iuſſit auferri, vt deo præcipuæ geſtorum primitiæ ſeruarentur, quæ primũ fuiſſent ciuitate ſubacta percepte: ſolam vero Raab liberandam decreuerũt, & generationem eius, eo quod exploratores ei præbuerant iuſiurandum. Hæc dicens Ieſus, atq; diſponens exercitum, deduxit ad ciuitatem. Circuibant autẽ iterum vrbem arca præcedente, & ſacerdotibus ad opus populum commonentibus. Cumq; ſepties circuiſſent, & paulatim quieuiſſent, repente cecidit murus: neque machina, neque alia violentia muro ab Hebræis illata. Illi vero ingredientes vrbem Hiericho omnes in ea peremerunt, inopinabilẽ muri ruinam obſtupeſcẽtes, mentibus vtique eorum ad defenſionem ſuam inutilibus ſubito conſtitutis. Necabantur autem per itinera conſtipati, & in domibus apprehenſi, nullique penitus parcebatur: ſed omnes pariter occidebant, vſque ad mulieres etiam infantes: eratq; ciuitas plena mortuorum corporibus, & nullus effugit necis incurſum. Ciuitatem vero cunctam incenderunt, ſimul & regionẽ. Raab vero ad illud cœnaculum cum ſuis confugientem, exploratores eripuerunt. Quam dum ad ſe Ieſus venire feciſſet, gratias egit pro exploratorum ſalute, & pro tali beneficio dixit non ſe retributionibus fore minorem: donauitq; eam repente multis agris, & rebus maximis honorauit. Si quem vero locum ciuitatis per tranſibat, ignis eum deſtruebat, & ſuper habitatores eius decidebat. Sed & ſi quis vaſtatã poſtea vel let inſtruere, maledixit: quatenus qui fundamenta murorum iaceret, priore filio careret, qui vero perficeret, & nouiſſimum ſimul amitteret. Hoc vero maledictũ non neglexit diuinitas, ſed in poſteris dicturus ſum paſſionem, quæ propterea facta aduenerit. Congregata eſt igitur innumera multitudo argenti ſimul & auri, necnon & æris, cum nulli placuerit aliquid exinde ſuſtuliſſe, nec ad vtilitatem propriam eam diripuiſſe. Et hæc quidem Ieſus ſacerdotibus theſaurorum recondenda contradidit. Hoc ergo modo perijt Hiericho. Achar vero quidam Zebedæi filius ex tribu Iuda dum inueniſſet chlamydem regiam totam auro contextam, habentem auri mazam, hoc eſt ſiclorum pondo ducenta: crudele iudicans, ſi is qui periculum habuerat, lucrum inueniens quod in ſua vtilitate cõferret, daret hoc deo, & non magis egenti: foueam faciens valde profundam in ſuo tabernaculo, ſuffodit eam: latere ſe iudicans deum, ſicut potuit latere commilitones. Vocatus eſt autem locus, in quo caſtrametatus eſt Ieſus, Galgala, quod nomen ſignificat libertatem. Tranſeuntes enim fluuium, iam ſemetipſos ab Ægyptijs, & ab ærumnis deſerti, cõfidebant eſſe ſecuros. Poſt paucos vero dies vaſtationis Hiericho, miſit Ieſus triginta milia armatorum in ciuitatem Ai in poſtã ſuper Hiericho, quatenus dimicarent. Et congreſſis hoſtibus, ceciderunt Hebrȩorum viri ſex & triginta. Cumq; hoc nunciatum fuiſſet Iſraelitis, magnam triſtitiam & crudelem anguſtiam protinus habuerunt: & non tantum propter cognatos amiſſos, licet omnes viri boni & nimis exercitati periſſent, quantum propter deſperationem ſuam. Credentes enim iam ſe terram obtinuiſſe, & à prȩlijs iam exercitum vacare, hoc deo taliter permittente, potiores inopinabiliter videbant hoſtes: & ſaccos ſuperinduentes ſtolis ſuis, tota die erant in luctu & lachrymis

Obſidio urbis Hiericho

Ioſue. 6

Ioſue. 7

conſtituti: nulli requirentes cibum: caſu ſiquidē qui cōtigerat grauiſſime videbā tur afflicti. Vidēs autem Ieſus exercitum ita percuſſum, & ex omnib. iam rebus peſſima deſperatione deiectum, audacter acceſſit ad deum, & ait: Nō noſtra petulantia venimus vt hanc terram armis ſubijceremus, ſed Moſe famulo tuo ad hoc nos adhortante proceſſimus, dum multis ſignis poſſeſſionem huius terrę prębiturum te nobis eſſe promiſeris: & exercitum armis hoſtium facere meliorem. Quę ſunt hęc quę nobis repente venerunt? Nunc autem præter ſpem decepti videmur, & tanquam non firma ſint tua promiſſa quæ Moſes prædixit afficimur, & deterior nunc de futuris metus nos deſperabiles habet, primo experimento talia ſuſtinentes. Sed tu domine quoniam tibi virtus eſt malis his adhibere medicinam, & preſenti noſtrę triſtitię prębere victoriam, etiam de futura deſperatione tuo fauore nos libera. Sic equidem Ieſus pronus in terra iacens, deprecabatur deum. Cui reſponſio à deo data eſt, vt ſurgeret & exercitum à ſua pollutione purgaret: propter furtum enim rerum ei dicatarū hanc deuictionem nunc ſuper eos eueniſſe dicebat: ſorte vero requireretur qui fecerat: ac cū puniretur, victoria eis ſemper de hoſtibus proueniret. Hæc ergo populo Ieſus enarrabat, & vocās Eleazarum pontificem, & principes tribuum, ſortem per eos mittebat. Cumq; hoc delictum in tribu Iuda factum eſſe declararetur, rurſum per genus ſortem miſit, & veritas huius iniquitatis circa cognationem Achar illuxit. Tunc denuo pervnū quenq; virum inquiſitione facta, apprehenſus eſt Achar. Ille vero cum non potuiſſet negare deo, dum eum ita conſtrixiſſe probabatur, furtum confeſſus eſt, & protulit in medium veſtem. Et ille quidem repente peremptus, turpem pœnā & incunctanter congruam ſuæ præſumptioni meruit ſepulturam. Ieſus autem purgatum exercitum deduxit ad Ain vrbem: & nocte circa ciuitatem inſidijs conſtitutis, diluculo cum hoſtibus eſt cōgreſſus. Illis autem cum fiducia propter priorem victoriam ſuper eos euntibus ſimulando ſe recedere populus Hebręorū hoc modo longius eos quaſi perſequentes traxit: quia illi de ciuitate, & tanquam de victoria erant confidentes. Dum vero reſtitiſſet exercitus contra faciem eorum, dediſſetq; ſigna quę conſtituerat eis quos in inſidijs collocauerat eosq; excitaſſet ad pugnam, tunc illi ciuitatem ingreſſi ſunt, dum eſſent circa muros ciues intenti, aliqui vero & circa aſpectum eorum qui egreſſi fuerant mentibus occupati. & illi quidem ciuitatem ceperunt, & omnes occurrentes ſibimet extinxerunt. Ieſus autem procedentibus illis ad prælium occurrens, omnes conuertit in fugā. Cumq; refugerent quaſi ad integram ciuitatem, cum & ipſam captā inſpicerent, & incenſam cum mulieribus & filijs agnouiſſent, per agros diſperſi ſunt, defendere ſemetipſos ſolitudine non valentes. Cum talis ſiquidem calamitas hoſtes apprehendiſſet, infantium turba atque mulierum capta eſt, & rerum aliorumq; vaſorum innumera multitudo, necnon greges pecudum. Hebræi ceperūt, multasq; pecunias. Erat enim locus idoneus. Et hæc omnia Ieſus in Galgalis poſitis militibus partitus eſt.

Ioſue. 8

Quomodo Gabaonitæ aliorum caſu territi, fœdus cum Hebręis ſe inituros ſimulauerunt: ſed dolo eorum deprehenſo, publicę ſeruituti mancipati ſunt: quos Ieſus poſtea à quinque regum obſidione liberauit, omnibus occiſis, & vniuerſa eorum terra depopulata, prolato ad hoc in immenſum die.

Caput II

Ioſue. 9

GAbaonitæ vero habitantes iuxta Hieroſolymā, videtes paſſiones quę prouenerant Hiericho & Ainitis, & ad ſemetipſos tranſire hanc vaſtationem exiſtimantes. Ieſum quidem aperte rogare noluerunt: neq; enim hoc impetrare ſe quaſi aliquid mediocre putabant, dum in interitu totius Chananæorum gentis eum pugnare agnoſcerent. Cheferitas aūt & Chiatemeritas, qui vicini eis erāt, ad auxilium popoſcerunt: dicentes neque illos periculum declinare, ſi iſtos Iſraelitæ deuincerēt, coadunati vero poſſent magnitudinem eorum virtutis euadere, Et dum hæc verba placuiſſent, miſerunt legatos ad Ieſum, amicitiā poſtulantes:

lantes: quos præcipue iudicabant idoneos vt agerent quæ omnibus expedirent. Illi vero confiteri se Chananæos incautum existimantes, fugere se huiusmodi periculum crediderunt, si dicerent nihil sibi cum Chananęis quolibet modo competere, sed longissime ab his habitare, & venisse se pro fide virtutis eorum, ambulantes itinere multo: & pro coniectura sermonis huius vestimenta monstrabant. Vestes enim cum nouæ essent quando egrediebantur, longo tempore itineris atritas sibimet asserebant. Cilicinis enim, vt eorum verbis crederetur, vestibus vtebantur. Stantes ergo in medio, dicebant se missos à Gabaonitis. & vicinis ciuitatibus multũ ab ea terra remotis, facturos cum eis pacem more fœderis patriæ suæ: agnoscentes enim dei gratia atq; dono Chananæorum terram eis possidere concessam, his tributa ferre gratulari, & ciues eorũ fieri promereri. Hæc itaq; illi dicentes & indicia itineris astendentes, rogabant Hebræos ad pacta amicitiasq; descendere. Iesus aũt dictis eorum credens, quod nõ essent de gente Chananęorum, amicitias fecit cum eis. Et Eleazar Pontifex cum senioribus præbuit iusiurandum habituros amicos & socios, nihilq; cogitari aduersus eos iniustum, populo scilicet in iureiurando vnà consentiente. Et illi quidem quæ voluerant callido consilio promerentes, ad semetipsos abibant. Iesus autem castrametatus contra Chananæos in confinio Gabaonitarum, & cognoscẽs nõ procul ab Hierosolymis Gabaonitas inhabitare, & Chananæorum generis esse, euocatos eorum principes, de falsitate culpabat. Illis autem nõ aliã præter hanc salutis occasionẽ se habuisse dicentibus, & propterea ad hæc ex necessitate veniisse, conuocabat Pontificem Eleazarum & seniores: eisq; censentibus, publicos eos famulos, ne iusiurandum transgrederetur, esse decretum est. Et illi quidem pro calamitate quę comprehenderat eos, hanc sui cautelam atq; custodiam inuenerunt. Quum vero rex Hierosolymorum grauiter ferret, eo quod Gabaonitæ cum Iesu pacta fecissent, vicinarum gẽtium reges contra eos pugnaturos ad solatia rogauit. Quibus ei præsentibus (quatuor enim erant) & cum eo castrametantibus circa quendam fontem non procul à ciuitate, dum iam pararent obsessionem, Gabaonitæ auxiliatorem aduocauerunt Iesum. Ad hoc enim ventum erat, vt à suis quidem perimi se putarent: & ab eis qui ad interitum Chananęorũ gentis castrametabantur, saluari se propter factas amicitias existimarent. Iesus autẽ cum omni exercitu ad eorum solatia properare festinans, & die noctuq; perambulãs, diluculo venit ad hostes, & fugiẽtes sequebatur per agros in descensu Bethura. Ibi etiam dei quoq; cooperationem cognouit significatam sibi tonitruis & fulminibus, & grandinis demissione maiore quã solitum est: insuper etiam de crescente, ne nox succedens Hebręorum impetum refrenaret. Iesus autẽ reges in quadã spelunca celatos circa Mathiten inuenit, omnesq; puniuit. Quod vero longitudine tunc dies extensus est, & plus solito creuit, palam est per scripturas, quæ sunt in templo repositæ. Sic igitur exterminatis regibus, qui eduxerãt contra Gabaonitas exercitũ, reuersus est rursum ad Chananææ montana Iesus, & multa cæde in ea facta, sumens prædam, venit ad exercitũ Galgalis constitutũ. Et quum de Hebræorum virtute per circuitum habitantes sermo discurreret, stupor habebat omnes audientes multitudinem peremptorũ. Castra autem metati sunt super eos reges Chananęi, qui circa montem Libanum habitabant, & Chananęi qui in campestribus erant; Palæstinos secum ducentes, venerunt ad ciuitatẽ Berothi Galilęę superioris, & de Sesecha, qui locus non procul à Galilęis est. Totius autem exercitus armatorum erant tercentum milia, & decẽ milia equitũ, & duo milia curruũ. Turbabat itaq; hęc multitudo & ipsum Iesum & Israelitas, & sperare meliora propter timoris excellentiã dubitabant. Deo autem arguente timorẽ eorum, & si magis solatiũ ab eo quærerent, promittente vt deuincerent inimicos, & iubente equos hostiũ subneruari, currus incendi dux in promissionibus dei factus fidẽs perrexit ad inimicos: & quinta die veniẽs circa eos, congressus est, pugnaq; fortis effecta est, & cędes potior, quam credi poterit

Fœdus amicitiæ Iesu cum Gabaonitis

Ioſue. 10

Stetit ſol

terit vel audiri. Perſequens autem eos, multum perambulauit, & omnem exercitum hoſtium prẽter paucos extinxit, regesq; ceciderunt vniuerſi. Deficientibus autem hominibus ad interficiendos equos. Ieſus eos occidit, & currus incendit. Quo facto, prouinciam licentius poſſidebat, nullo prẽſumente bellum eis inferre: ſed & ciuitates obſeſſione capiebat, & quicquid potuiſſet ſumere, deuaſtabat. Quintus iam annus tranſierat, & nullus remanſerat Chananæorum, niſi quidã qui in munitionem murorum fugerant. Ieſus autem de Galgalis denuocaſtrametatus, ſacrum tabernaculum conſtituit circa ciuitatem Silon. Locus enim oppor tunus pulchritudine videbatur, donec ædificari templum quietis cauſa permitteret. Et inde procedens ad Sichimam cum omni populo, altare cõſtituit deo, vbi Moſes quoq; prædixit: & diſtribuens exercitum, in monte quidem Garizi conſti tuit medium, & in Ebal dimidium: in quo & altare ædificauit: nec nõ & Leuitas ſacerdotesq; diuiſit. Sacrificantes autem & maledicta facientes, & ea cõſcripta in ara relinquentes, ad Siloam denuo ſunt reuerſi.

Ioſue.24

Ieſus ſenio iam confectus, conuocato populo terram promiſſam æſtimari iubet: deinde ea tribubus ſorte diuiſa, monens nulli Chananæo parcendum eſſe, gratiasq; deo agens ad concordiam & dei obedientiam hortatur.

Caput III

IEſus autem quum eſſet ſenex, & Chananẽorũ ciuitates nõ facile capi videret, tam propter locorũ munitionem in quibus erãt, quã propter fortitudinem murorũ, quos pro naturali ciuitatũ cuſtodia circunduxerant, & credebant hoſtes deſperatiõe captionis ab obſidione recedere: nã propter ſuum interitũ Chananẽi cognoſcentes Iſraelitas egreſſuros ab Ægypto, omni illo tempore erant ad faciendas ciuitates fortiſſimas occupati: congregari tũc populum in eccleſiam. Siloe præcepit. Quibus cum ſummo ſtudio concurrentibus, commemorans eis, & quibus fuerant iã potiti, & actus quos geſſerãt, quã eſſent optimi, & deo præbẽte digni: & quod virtute legũ quas ſequebantur, triginta & vnũ reges præſumẽtes eis bellum inferre deuicerant: & omnẽ exercitum quicũq; ſperauerat contra eorum ſe fortitudinẽ dimicare, ita necauerant, vt neq; eorũ generatio relinqueretur: quum ciuitates aliæ quidẽ iam captæ viderentur, apud alias aũt lõgo tempore & longa oppreſſiõe adhuc opus eſſet, propter murorum munitionẽ, & habitãtium in eis audaciã: petebat eos qui trans Iordanem erant. vt laborantes cũ eis, & in periculo adiuuantes fratres ſuos, fortibus proprijs fruerẽtur, grates vtiq; eis pro labore reſtituentes. Tunc etiam ſingulos ait per tribus de quibus teſtimoniũ daretur, eo quod virtute prẽcellerent, dirigendos, qui terram metiẽtes fideliter, & in nullo malignantes, eius magnitudinẽ ſine dolo renũciarẽt. Et Ieſus quidẽ hæc verba faciens, populũ ſibi habuit fauentem: & viros qui terram eorũ deberent metiri direxit, dans eis aliquos terræ menſores doctos: quos propter artem veritas nõ lateret: mandans eis vt in ea menſuras æſtimarẽt, & felicem terrã, & quæ minus eſſet idonea. Natura náq; terræ Chananẽorũ huiuſmodi eſt, vt & planiciẽ magnã habeat, & fructus ferre ſit copioſa. Quæ cõparata quidẽ aliẽ terrẽ, creditur eſſe felix: cũ locis aũt Hierichuntis & Hieroſolymitarũ æſtimata, putatur valde viliſſima. Licet omnino hæc ſpacia parua, & eorũ multa mõtana ſint, magnitudine vero fructuũ ad cibos aptorũ, & pulchritudine, alia ſimilis nõ eſt: & propterea æſtimãdas potius quã metiẽdas decreuit has ſorte, dũ ſæpius vnum ingerũ pro mille ſit dignum. Viri aũt qui miſſi fuerant, quũ eſſent decẽ, circumeũtes & æſtimantes terrã, ſeptimo mẽſe ad eum reuerſi ſunt, ad ciuitatẽ Silon: vbi tabernaculũ cõſtituerant. Tunc Ieſus Eleazarũ & ſeniores cum principibus tribuum ſumens, diuiſit hęc nouem tribubus & dimidię Manaſſe, ſecundum magnitudinem ſingularum tribuum menſuram efficiens. Quumq; miſi eſſet ſortẽ. Iudæ quidẽ tribus ſorte cadente, elegit ſuperiorẽ Idumęam. Quę in longum quidẽ extenditur vſq; ad Hieroſolymã, latitudine vero vſq; ad paludẽ. Sodomæ conſtituta eſt. In hac aũt ſorte ciuitates erant Aſcalon & Gaza. Simeoni vero in ſecũda

Ioſue.13.14 & 18

De natura terræ Chanaan

Ioſue.15

Ioſue.16.18

ſorte

ſorte prouenit Idumæa,quę circa Ægyptũ eſt & Arabię montẽ. Beniamitę vero ſortiti ſunt à Iordane quidem flumine vſq; ad mare longitudinẽ,latitudinem vero quę Hieroſolymis Bethelisq; terminatur. Hæc autẽ ſors anguſtiſſima fuit propter terræ felicitatem: Hierichon enim & Hieroſolymitarum tulerũt vrbes. Ephraim autem tribus à Iordane flumine vſq; ad Gaxaram longitudinem habuit: latitudiuem vero quæcunq; à Bethelis vſq; ad campum maximum terminatur. Manaſſe vero medietas à Iordane quidem vſq; ad ciuitatem Doron, latitudinem vero ad Bethſames,quæ nunc Scythopolis appellatur. Poſt hos autem Iſachar Carmelum montem,& fluuium in longitudine habuit: Taburium vero montem in latitudine. Zabulonitæ vero vſq; Geneſar deſcendentem circa Carmelum & mare,ſortiti ſunt: & conuallem quæ à Carmelo nuncupatur: eo quod etiam huiuſmodi ſit. Aſeritæ vero omnem terram quæ ad Sidonẽ conuerſa eſt, habuerunt. Ciuitas autem Arche in eorum parte fuit,quæ etiam Actipos nuncupatur. Partes vero ad orientem conuerſas vſq; ad Damaſcum ciuitatẽ,& Galilæam ſuperiorem Neptalitę ſumpſerunt vſque ad montem Libanum, fontesq; Iordanis quorum fluctus de montibus eſt collectus. Danitæ autem loca conuallis ad occaſum ſolis poſita tenuerunt Axoto & Doris,determinationemq; lamniam ſimul & Geth ab Eteron vſq; ad montem ex quo tribus Iuda pẽdebat. Sic itaq; diuiſit Ieſus terram,& nouem atq; dimidiæ tribui eam tradidit poſſidendã. Nam Amorręam,quę & ipſa ab vno Chananęi filio ſic vocata eſt. Moſes dudũ capiens,tribubus duabus & dimidię diſtribuit. Hoc autem & primitus indicaui. Loca vero circa Sidonem & Archeos,& Amatheos,& Aritheos, inculta tunc erant. Ieſus autem quum eum iam ſenectus impediret,nec poſſet quæ cogitabat efficere,& dum qui poſt eum erant principatum ſumpturi,negligenter in communi vtilitate conuerſarentur: prȩcepit ſingulis tribubus,vt nullum de Chanapæorum genere in terra quam ſunt ſortitę,relinquerent. Hanc enim cautelam eis atq; cuſtodiam paternarum ſolennitatum fore,hanc etiam Moſen prędixiſſe commemorans,& in hoc ei eſſe credendum dicebat: ſed & Leuitis octo & triginta ciuitates eſſe reſtituendas,qui iam prius acceperant in Amorræa decem. Quarum tres diſtribuit fugacibus habitandas,id eſt,de tribu Iuda Hebron: Sichem vero ex Ephraim,& Cades de Neptalim. Eſt autem hic locus ſupra Galilęam. Diuiſit autem & cunctas prędę reliquias. Erat nanque terra ampla: & magnas diuitias obtinebant. Abundabant enim & communiter omnes & ſeorſum ſingulí auro & veſtibus,& alijs vaſis,& quadrupedum copia,quorum numerus comprehendi non poterat. Poſt hæc autem exercitu in eccleſiam conuocato, eis qui ſuper Iordanem in Amorręa conſtituti erant,quorum exercitus quinquaginta milium armatorum eſſe videbatur,ita loquutus eſt: Quoniam deus pater & dominus generis Hebræorum hanc terram poſſidere conceſſit, & poſſeſſam ſemper ſe nobis ſeruare promiſit,pro cuius mandato cognatis indigentibus, promptiſſime vos obtuliſtis ad omnia: iuſtum eſt,nulla vos difficultate vlterius detinente quiete iam frui,ſecuris vtiq; nobis de voluntate veſtra,quia ſi rurſus opus fuerit ad neceſſaria,eam inſegniter offeretis,neq; poſt hos labores eritis aliquando tardiores. Gratias ergo vobis pro periculis in quibus iuuiſtis, non modo ſolum,ſed etiam ſemper acturi ſumus: quia cum ſitis boni, amicorum memoriam habebitis omnium,& mente retinebitis quæcunq; per vos prouenerunt nobis,& quomodo vſum bonorum veſtrorum propter nos diſtuliſtis,& laborantes primitus in quibus nunc dei fauore cõſiſtimus,poſtea veſtra ſorte frui vtile iudicaſtis. Acceſſerunt autem ſuper noſtra bona ex laboribus,quos nobiſcũ habuiſtis,multę diuitię,prędam precioſam augentes,& aurum & argentum,& ſuper hæc omnia quod maius eſt,fauor veſter. Ob quam rem ita nos ad quodcunque volueritis in repenſatione paratos habebitis: quia nequaquam horum quę Moſes prędixit,eſtis obliti,illo etiam ab hominibus abeunte: nec eſt quicquam,in quo vobis gratiarũ debita non ſoluamus Gaudentes ergo vos ad ſortes veſtras dimittimus

Ioſue.16

Ioſue.17.19

Ioſue.23

& rogamus, vt nullum esse terminum nostrę cognationis existimetis, nec quod inter nos iste fluuius est. alteros nos, & non Hebræos esse credatis. Omnes enim sumus ex Abraham, qui hic & illic habitamus, vnusq; deus qui & nostros maiores & vestros ad illorum perduxit vitam: cuius religionis habere curam & conuersationis, quam per Mosen semper constituit. Perdurantes enim in istis, fauorem dei & eius solatium semper habebitis: conuersis vero vobis ad imitationem gentium externarum, auersabitur vestrum genus. Hæc quũ dixisset, singulos maiorum, & communiter eorum multitudinem salutans, ipse quidem restitit. Dedu
Iosue. 22 xit autem eos populus, non tamen sine lachrymis, & vix semetipsos abinuicem dimiserunt.

Quomodo Iesus duxit Hebræorum exercitum: & dum pugnasset contra Chananęos & deuicisset terram eorũ, per sortes funiculorum est partitus: & de morte ipsius Iosue & Pontificis Eleaxari. Cap. IIII

TRansiens autem fluuium tribus Ruben & Gad, & quicunq; de Manasse pariter sequebantur, altare super ripam collocare Iordanis decreuerũt: vt memorabile signum generationi futuræ, cognationis eorum qui intra Iordanẽ habitare videbantur, existeret. Audientes autem qui intra Iordanẽ habitabant, eo quod dimissi ab eis altare constituissent: & nescientes qua hoc voluntate fecisset, pro nouitate tamen culturæ deorum peregrinorum hoc celebratum creden
Altare à Rubenitis collocatũ tes, & sacræ religioni derogatum, verisimile iudicantes, erant armati ad vltionem eorum qui collocauerant altare, fluuium transituri, & punituri eos, quasi pro paternarum destructione solennitatum. Non enim videbatur eis iustum, vt cognationem respicerent, aut dignitatem eorum, qui autores fuerant harum rerum: sed dei complectebantur mandata, & quomodo honorari congaudeat. Et illi quidem armati sunt per furorem: retinuit autem eos Iesus & Pontifex Eleazarus, & pariter seniores, sermonibus suadentes, vt prius experimenta eorum voluntatis acciperent: deinde si malę voluntatis agnoscerent eorum mentes, tunc armis super eos incederẽt. Miserunt itaque legatos ad eos. Phinees filium Eleazari, & decem alios apud Hebręos honoratos, cognituros sapienter, vt quid altare, transeuntes, super ripam fluminis statuissent. Quumq; illis transeuntibus & ad eos venientibus, fuisset ecclesia cõgregata, stans Phinees hæc dicebat: Magis quidem deliquistis. quàm possitis correpti de futuro sermonibus emendari: veruntamen non secundum magnitudinem iniquitatis nos reddituri vobis, ad arma repente vltionemq; descendimus. Cognati namque prius verbis corripere volentes, hanc celebrarunt congregationem, quatenus agnoscerent causam pro qua accessistis vt altare fabricaretis, ne petulanter videremur armis adire vos: vtrum voluntate bona feciſtis hoc, an reuera culpa conuincitur, vnde invobis iustius vlciscamur. Non enim credimus vos ipso experimento dei voluntatem sæpius agnoscentes, & auditores legum, quas ipse vobis contulit existentes, diuisos à nobis & in propriam sortem venientes, quam dei gratia & ipsius circa vos prouidentia meruistis, obliuionem eius habere: & tabernaculum arcamq; deserentes, super altare quod vobis est proprium, peregrinos introducere deos, Chananæorum mala sectantes. Sed nihil inique feciſſe optamus, agentes pœnitentiam, & nequaquam vesanientes vlterius, legumq; paternarum pudorem memoriamq; sumentes. Si vero in delicto consistitis, nequaquam laborem pro legibus resutamus, sed transeuntes Iordanem defendemus eas, & ante omnia deum, nihil vos à Chananæis differre credentes: sed sicut ipsos, vos quoque similiter perimentes. Non enim putetis, quod quia transistis fluuium, etiam à dei virtute estis extranei. Vbique enim in his quæ sunt ipsius estis, & effugere potestatem eius atque iudicium nullo modo poteritis, Si vero creditis hunc locum, vbi nunc estis positi, impedimentum esse correptionis, nihil prohibet denuo terram diuidere, eamq; ad pecudum pascua deputare. Sed agite temperanter, & à nouo delicto recedite. Rogamus ergo vos per filios & vxo-

res,

res,nẽ nobis faciatis neceſſitatem huius defenſionis,quod nec veſtræ nec ipſorum ſaluti,aut cauſæ expedit ſic cogitare,vt nõ verbis vinci potiꝰ,quàm experimentum velitis ſuſtinere prẽliorũ. Hæc Phinees dicẽte,præſules eccleſiæ & omnis multitudo cœperunt de querimonijs ſatisfacere: & profiteri,neq; ab eorum ſe cognatione receſſiſſe,neq; pro nouitate altare cõdidiſſe:ſed & deum vnũ noſſe, qui Hebræis eſt omnibus communis,& illud altare poſitum ad ſacrificia faciẽda. Hoc autem altare,propter quod & ſuſpecti eſtis facti,dicebant non pro religione collocatum,ſed vt ſignum foret,& indiciũ in futuro veſtræ familiaritatis. Et neceſſe eſt nobis temperare,& in patrijs legibus permanere:non autem tranſgreſſionis initium ſicut ſuſpicatũ eſt facere. Teſtis aũt nobis ſit deus,quod iſtud altare non pro tali cauſa conſtruximus. Vnde meliorem de his habentes opinionẽ,nihil culpetis vlterius:neq; nos extra ſortem iudicandos eſſe credatis:nec eorum ſimiles,qui quum generis Abrahã ſint,ad nouas ſolennitates accedũt. Hæc dicentes laudans Phinees reuerſus eſt ad Ieſum, & eorũ verba populo nunciabat. Ille vero gaudẽs,quia neq; vlla pugnandi foret neceſſitas,ne ad ſanguinem bellũq; deducerẽtur cõtra cognatos,pacificas deo pro his hoſtias immolauit: & dimittẽs poſt hæc multitudinem in proprias ſortes Ieſus,ipſe in Sichẽ cõmoratus eſt. Poſt hæc autẽ annoviceſimo ſenior iam exiſtens,conuocabat honoratos maxime ciuitatum,& principes & ſeniores,& multitudinem quantãcunq; erat congregari poſſibile. Quibus invnum conuenientibus,cuncta beneficia dei commemorabat (Erant autem multa) per quæ ab humili forma ad hanc gloriam & ſubſtantiã peruenieſſent. & ſeruari dei voluntatem,quæ talis circa eos eſſet,orabat. Et pie cũctos poſcebat agere,per quod ſolũ eis grata diuinitas permaneret. Hoc enim bene ſe habere dicebat,vt tranſiturꝰ à vita,huiuſmodi eis monita derelinqueret:poſcebatq; ab illis,vt quę ille diceret,memoria retinerẽt. Et ille qui dẽ talia præſentibus loquẽs,defunctus eſt,quũ vixiſſet annis cẽtum & decẽ: quorũ cum Moſe quidẽ pro doctrina vtiliũ rerum cõmoratus eſt quadraginta: dux autem poſt illius mortẽ ſex & viginti fuit annis,vir nec ſapientia indigꝰ nec eorũ quæ cogitabat vt multa ſapiẽter ediceret inexpertus:ſed vbiq; ſummus,& ad opera periculaq; magnanimus,audaxq; bella diſponere,& in pace dexter, & in omni tempore præcipua virtute conueniens. Sepultus eſt autem in ciuitate Thãna,in tribu Ephraim. Eodẽ vero tẽpore mortuus eſt & Eleazarus Pontifex. Phinees filio ſacerdotium relinquẽs,cuius ſepultura eſt facta in Gabatha ciuitate.

HISTORIA LIBRI IVDICVM

Quomodo mortuo duce,filij Iſrael feliciter aliquanto tempore pugnauerunt contra Chananæos,principatu dato tribui Iuda:de capto Adonibezecho: deq; Hieroſolyma Beniamitis tributaria facta. Caput V

POſt horum itaq; tranſitũ Phinees prophetauit ſecundum dei voluntatem, ad delendum Chananæorũ genus,tribui Iudæ præbendũ eſſe principatum. Erat enim ſtudiũ populo cognoſcere,quid etiam placeret deo. Tunc aſſumpta eſt etiam tribus. Simeon ad pugnandum,quatenus exterminatis hoſtib. ſub ditione etiam eos qui in ipſa ſorte conſiſtebant efficerent. Chananæi autem vicinentibus apud ſe illo tẽpore regibus,cum magno exercitu eos in Bezechin expectabant,regi Bezechinorum Adonibezecho principatũ credentes: quod nomẽ ſignificat dominus Bezechiñorũ: Adonai enim Hebræa lingua dominꝰ indicatur. Sperabãt enim vincere Iſraelitas mortuo Ieſu. Cõgreſſi vero Iſraelitæ duabus tribubus,quas prædixi,magnifice pugnauerunt: & occiderunt quidem eorũ decem milia: fugantes aũt reliquos,& inſequentes,Adonibezechum quoq; ceperunt: cuius dum manuũ ac pedum ſummitates abſciderent,ait: Non ſemper potui latere deum,illa patiens,quæ contra vos, & ſeptuaginta reges prius facere non erubui. Et viuum quidem hunc tulerunt vſq; ad Hieroſolymã,mortuumvero ſepelierunt. Et egrediebantur vaſtantes ciuitates, & plurimas capientes. Inter hæc obſederunt,& Hieroſolymam: ſed hanc quidem longo poſt tempore capientes

pientes,omnes in ea habitantes interemerunt. Erat enim eis valde grauis de super munitio murorũ ,& loci natura reſiſtendo. Vnde caſtrametati ſunt in Hebron,& hanc capientes omnes interfecerũt. Relinquebatur adhuc genus Gigãtum: qui propter corporum magnitudines atq; formas in nullo alijs hominibus proximas, vltra modum admirabiles hactenus per eorum oſſa monſtrantur, in nullo his de quibus fides habetur æqualia: quorum genus Leuitis præcipue dederunt munus: etiam cum duobus milibus cubitis: terram quoque Caleph dono dederunt mandato Moſi: hic enim fuit vnꝰ exploratorũ, quos miſit Moſes in Chananęam. Dederunt autem & filijs Iethri Madianitæ qui fuit ſocer Moſi terram ad poſſidendum. Nam patriam relinquẽtes ſecuti ſunt eos, & fuerũt in deſerto cum eis. Tribus itaque Iuda & Simeon ciuitates quidẽ Chananæas in montana ceperunt, in campeſtribus autẽ & ad mare poſitas, Aſcalona & Azotum. Euaſit autem Gaza & Accaron, Nam dum eſſent in campeſtribus. & copioſam haberent curruum abundantiã, irruentes ſibimet affligebant. Et iſtæ quidẽ tribꝰ maxime bellando locupletatæ, ad ciuitates proprias receſſerunt, & arma depoſuerunt. Bẽiamitæ vero, quorum erat Hieroſolyma, habitatores ſuos conceſſerunt tributa perſoluere: & ita quieſcẽtes omnes, alij quidem interficere, aliꝫ vero pericula ſuſtine ad terrarũ ſe tradidere culturam. Hoc aũt & reliquæ tribus imitantes Beniamitas faciebãt, & eorum tributa percipiẽtes permittebant Chananęos ſine prælijs eſſe. Tribus autem Ephrem cum obſediſſet Bethelã, finem dignum tẽpore, & magna laborum obſeſſione inuenire non potuit: quando illi licet affecti in obſidione omni modo perdurabant. Deinde Ephramitæ capientes quendam in ciuitatem euntem, neceſſaria deferentẽ, fidem dederũt ei, vt ſi ciuitatem traderet, ſaluarent eum, & cognatos eius eriperent. Et ille in his iurabat ciuitatem ſe traditurum. Qui tradẽs vrbem, cum ſuis hoc modo ſaluatus eſt. Illi autem interimentes cunctos inhabitantes ibi, tenuerunt de cætero ciuitatem.

Quemadmodũ denuo Palæſtini pugnantes deuicti ſunt ab Hebræis. Ca. VI

IGitur poſt hæc circa hoſtes quidem molliores erant Iſraelitæ, circa terram vero & eius operam diligẽtiam potius exhibebant. Qui ad diuitias ſe tradentes per epulas & libidinem iam virtute deficiebant, & in conuerſatione legum integri Hebræi, & circa ea quæ dei ſunt non erant. in his indignata diuinitas ſuſcitabat quidem primum, vt ita dicam, ſua voluntate Chananæos, qui poſtea ſecũ dũ eorum actus multa contra eos crudelitate ſunt vſi. Hebræi nanq; & circa ea quæ dei ſunt negligentes erant, & circa bella difficiles, cum multa Chananæis obſtulerint, & ad labores iam eſſent propter epulas diſſoluti: agebaturq; vt eorũ optima iam conuerſatio deperiret: & ſeniores non audiebant, nec aliorum prȩceptum, nec priorum vlla ſolennia conſeruabãt. Erant autẽ magis libidine lucrorũ intenti, & multa requie ſeditio eos crudelis iterum comprehendit: & ad hoc vſque perducti ſunt aut ad inuicem huiuſmodi cauſa pugnarent. Vir Leuita de populo, qui erat ſortis Ephraim, & ibidem habitabat, de Bethlehem duxit vxorẽ. Hic aũt locus eſt tribus Iudę. Cumq; vehementer amaret coniugem, & eius pulchritudine victus afficeretur, quando ab illa non ſimiliter amabatur, & ille propterea paſſione amoris eius potius vteretur, lites frequenter inter eos euenie bant. Ad vltimum vero mulier his grauata relinquens virum, abijt ad parentes menſe quarto. Vehemẽter autem feruens vir per amorem venit ad ſoceros, ſolutisq; litibus placatus eſt circa eam. Et quatuor quidem diebus ibidem commoratus, præbentibꝰ ei hoſpitalitatẽ puellæ parentibus: quinta die placuit vt abirent, & circa meridiẽ ſunt egreſſi. Tardius enim dimittebant parẽtes filiam, & diei iã tarditas accedebat. Vnus autẽ eos famulus ſequebatur, & aſinus erat eis, in quo mulier vehebatur. Quumq; veniſſent circa Hieroſolymã, ambulãtibꝰ ſtadijs triginta perſuaſit famulus vt manerent, ne & propter noctem ambulantes difficultas aliqua cõprehenderet, dum nec procul hoſtes exiſterẽt, & tẽpus frequenter incautum faciat ſuſpecta, etiam quę putantur eſſe tutiſſima. Illis autem nõ placuit

Cauſa pro qua tribus Beniamin deleta eſt

tuit apud alienigenas viros ſuccedere. Eratq; ciuitas Chananæorum. Sed accedentes viginti adhuc ſtadijs, optabant ad propriam deſcendere ciuitatem. Quũque hæc ſententia valuiſſet, venit in Gabaa tribus Beniamin, iam veſpere. Et quum nullus ciuium eũ in manſione ſuſciperet, ſenior quidam ex agro deſcẽdẽs, qui de tribu quidem erat Ephrem, in Gabaa vero cõmorabatur, vidẽs eum, quis eſſet interrogabat, & propter quas cauſas, mittẽs quum iã eſſent tenebrę, neceſſaria cœnæ requireret. Ille vero Leuitam quidem ſe dixit eſſe, mulierem autem à parentibus reducere, & ad propria remeare: habitationem vero ſignificabat habere ſe in ſorte Ephrem. Quem ſenior & pro cognatione, & eo quod eandem poſſideret tribum, & propter colloquium, ad ſuum duxit hoſpitiũ. Quidam vero iuuẽculi Gabaonitarũ mulierem in platea videntes, & pulchritudinem eius ſtupeſcẽtes, dũ apud illum ſenem eam ſucceſſiſſe cognoſcerent, contemnentes eorum infirmitatem & paucitatem, venerunt ad ianuas eius. Et quum eis ſenior vt abſcederẽt ſupplicaret, & vt nec violentiam inferrent hoſpiti, nec iniuriam: illi petebant, vt data ſibi muliere, à rerum inuaſione recederent. Seniore vero dicente, quod & cognata eſſet Leuitis, & per libidinem in leges inique delinquerent deficientes circa iuſtitiam: deridebant minabanturq; ſe eum interficere, eo quod eorũ concupiſcentiam impediret. Quumq; in neceſſitatem veniſſet, nolens hoſpites in contumelia magna relinquere, ſuam eis filiã conceſſit: dicens eis, min⁹ eſſe peccati, ſi concupiſcentiam ſuam in ea cõplerent, quã ſi iniuriã peregrinis inferrẽt: & iniuſtitiã non perferre quos ſuſceperat, hoc modo putabat. Quũ vero illi nequaquam à ſuo feruore pro peregrina recederent, ſed imminerẽt vt eam acciperent, ille quidem ſupplicabat vt nihil inique præſumerent. At illi rapientes, & adijciẽtes pro libidine violentiam, ad ſemetipſos mulierem deduxerũt, & per totam noctem vſq; ad principiũ diei in eius corporis ludibria ſunt extenti. Illa vero defecta in his quæ prouenerãt, ad hoſpitem redijt: & contriſtata in hisque pertulerat, perverecundiã ad faciem mariti minime præſumebat accedere, eumq; circa ſe pro his quæ contigerant incurabilem reputabat: lectuloq; decumbẽs, animã reliquit. Vir aũt eius arbitrat⁹ ſopore graui mulierem detineri, nihil mali metuẽs, excitare eam tentabat, & conſolari: quaſi raptorum non ſpõtanea voluntate ſe præbuiſſet iniurijs. Quum vero certe defunctam cognouiſſet, ob malorum magnitudinem, imponẽs iumẽto mortuam, ad ſe portabat vxorem: & diuidens eam per membra in partes duodecim, per tribus ſingulas deſtinabat, mãdatũ dans portantibus, vt proderent autores mortis eius, & eiuſmodi crudelitatem cunctis tribubus indicarẽt. Illi autẽ & aſpectu & auditu grauiſſimorum malorũ affecti, nullum primitus huiuſmodi ſumentes exemplum, ira intemperata concitati, in Silo ſunt ante tabernacula congregati: & in arma procedere repente tentabant, & inſilire Gabaonitis vt hoſtibus. Retinuerunt autem eos ſeniores, ſuadentes non oportere ſic cito contribulibus inferre bellum, antequã verbis agerẽt de criminibus, quãdo lex nec circa extraneos permitteret præter legationem Iſraelitas bella tractare: ſi forte pœnitentiã agerent, qui iniuſte aliquid aſſumpſiſſent. bonũ ergo eſſe, vt legi obedientes, ad Gabaonitas mitterent, & mali autores expeterent: quibus præbitis, eos punirent, contemnẽtes autem armis adirẽt. Miſerunt ergo ad Gabaonitas accuſantes iuuenes de muliere, & eos dari ad ſupplicia depoſcentes, qui legitime non egiſſent: quaſi eſſet iuſtum, vt pro omnibus illi potius morerentur. Gabaonitæ vero neque iuuenes tradiderunt, & crudele iudicauerunt, timore belli alienis obedire præceptis, in nullo ſe putantes eſſe minores armis, neq; multitudine, nec bellandi præſumptione. Erant enim nimis inſtructi, & ſuper alias tribus induſtrij: deſpexeruntq; illos, & indignati ſunt è diuerſo tanquam compreſſuri, violentiam facientes. Quumq; talia fuiſſent Iſraelitis enũciata, iuſiurandũ fecerunt, nullam ſuarum viro Beniamitæ dare nuptijs filiam: ſed armari ſuper eos, & ampli⁹ eis quã aduerſus Chananæos exiſtere, quos Hebræi ſæpius expugnaſſent. Repente ergo eduxerũt ſuper eos exercitum quadringenta

Iud. 20

dringenta milia virorum. Beniamitæ vero habuerunt viginti ſex milia armato rum & aliorum ſeptingentos, qui ſiniſtris manibus ad fundibulas videbãtur experti. Et commiſſo prælio circa Gabaa, fugauerunt Iſraelitas Beniamitæ viri, ceciderunt q; ex eis viginti duo milia: fuiſſent q; plurimi forte necati, niſi nox eos retinuiſſet, & pugnam ſoluiſſet. At Beniamitę gaudentes, abibant in ciuitatem: Iſraelitæ vero obſtupeſcentes ſe ita deuictos, ad exercitum remeabant. Altera vero die rurſum congreſſi, Beniamitæ vicerunt, & mortui ſunt decem & octo milia Iſraelitarum, metuentes q; exercitum reliquerunt. Venientes autem in ciuitatem Silo proxime conſtitutam, & ieiunantes altera die, deprecabantur deũ per Phinees ſacerdotem, vt eius ita quieſceret, ei q; in duabus eorum deuictionibus ſatisfieret, daret q; potentiam contra hoſtes atque victoriã. Deus autem hæc fieri Phinees prophetante promiſit. Duabus itaq; partibus diuidentes exercitum, mediam quidem partem in inſidijs circa vrbem nocte collocauerant, medij vero Beniamitis congreſſi, paulatim eis imminentibus recedebant: & Beniamitæ perſequebantur, Hebræis paulatim refugientibus, & omnino volentibus omnes eos ab vrbe protrahere: quos quaſi fugiẽtes inſequebantur, ita vt etiam ſeniores & iuniores in ciuitate propter infirmitatem relicti diſcurrerent, adire volentes hoſtes. Quũ vero multum à ciuitate receſſiſſent, fugere quidem Hebræi ceſſauerunt: conuerſi autem ſteterunt ad pugnam, & illis qui in inſidijs erant, dederunt ſignum. Qui ſurgentes cum clamore, hoſtes aggreſſi ſunt. Illi vero vt ſenſere ſe eſſe deceptos, in anguſtia cõſtituti, in quadam valle coacti & concauo loco collecti ſunt, & ibi iaculis ſauciati, ita vt omnes interirent, præter ſexcentos viros. Hi namq; cõuerſi & conſtipati, & per medios hoſtes tranſeuntes, fugerunt ad vicinos mõtes: quos tenentes ibidem cõmorati ſunt. Illi vero circa viginti & quinque milia ſunt extincti. Igitur Iſraelitæ & Gabaa ciuitatem igne concremauerunt, & mulieres & infantes maſculos peremerunt, alijs Beniamitarum ciuitatibus ſimilia facientes: ſicq; erant contra eos infeſti, vt tiã Iabitas qui erant Galaatidis regionis, eo quod eis auxilium non præbuiſſent contra Beniamitas, mittentes duodecim milia ſe ſuis armatis, iuberent eos interimi: occideruntq; hi qui fuerant miſſi, omnes pugnaces ciuitatis cum filijs & vxoribus, præter quadrin-
Iud. 21 gẽtas virgines. Tanta ira ſuccenſi ſunt propter paſſionem corruptæ mulieris, & armorum ab eis electa conditione. Poſt hæc autẽ Iſraelitæ pro calamitate Beniamitarũ pœnitẽtia ducti ſunt, & ſuper hoc ieiunare propoſuerũt, licet iuſta paſſi eſſent, eo quod in legẽ peccauerint: tunc ſexcentos viros qui fugerant, euocare legationib9. Erãt enim ſuper quandam petram, quæ Roas appellatur. Legati vero nõ illis tantũmodo calamitatẽ proueniſſe, ſed etiã ſibi cognatis pereuntibus ingemiſcentes, ſuadẽbant eis, vt patienter ferrent, & ad illorũ cœtum cõcurrerẽt, ne omnino quãtũ ad ſe Beniamitarũ tribum exterminari decernerẽt: dicebant q;, ſimul cedimus vobis terram ad prædam quantamcunq; tollere potueritis. Illi vero his contra ſe dei decreto geſtis, quando ſuam iniquitatẽ ſcientes pugnauerant, ad tribuum patriam obedientes vocantibus, aduenerunt. Iſraelitæ vero vxores eis quadringẽtas virgines Iabitidas dederunt, & de ducentis reliquis cogitabant, quomodo & illi haberent vxores, vt filios procrearent: quum vtiq; iuraſſent ante bellũ, vt ſuas filias nulli Beniamitę cõiugerent. Et alij quidẽ ſuadebãt illud iuſiurãdũ non debere ſeruari, quod per iram & non voluntate nec in dicio proueniſſet: nihilq; fore deo moleſtũ, ſi tribũ peritura ſaluare poſſent: adijcientes periuriũ, non quãdo neceſſitate fit eſſe peſſimũ, ſed quando fuerit malignitate cõmiſſum. Quumq; ſeniores periurij nomen valde metuerent, quidẽ ait: Hoc conſilio & iſti vxores habebunt, & religio iuriſiurãdi ſeruabitur. Ter in anno in Silo ad mercimonium fit conuentus, ſequunturq; mulieres & virgines chorum. Sinantũr ergo Beniamitæ, vt raptu ducant vxores quaſcunq; potuerint, nobis neq; inuitantibus, neq; prohibẽtibus. Et dum patres earum queſti fuerint, vindictamq; poposcerint, dicemus eos potius eſſe culpabiles, qui cuſtodiam non

habuerint

habuerint filiarum. Oportet enim Beniamitis iram cedere, qua iam circa eos vsi sumus immensa. His itaque consentientes, decreuerunt Beniamitas raptu nuptias celebrare. Instante vero festiuitate, illi quidem ducentiviri determinantes ciuitatem per vineas & loca, in quibus se latere credebant positi, insidiabantur virginibus venientibus. Illæ autem cum lusu, nihilq; metuētes, sine custodia properabant. Tunc illi surgentes, tenuere dispersas. Et hoc modo ducentes vxores, ad opera se terræ dederunt, studentes vt ad secundam felicitatem denuo remearent. Hoc itaq; modo tribus Beniamin quum penè tota periisset, Israelitarum sapientia reparata est. Floruit itaque repente & opulentiæ magnitudine, alijsq; rebus ditata est. Hoc itaq; bellum ita sedatum esse dinoscitur.

Quomodo post afflictionē, Israelitę rursus impie agentes, opprimūtur à Chananæis, & à Cusardo rege assyriorum, cui seruierunt annis octo, sed postea libertas eis restituta est per Cenez, principantem annis quadraginta. Cap. VII

HOrum vero similia etiam tribum Dan ex huiusmodi causa contigit sustinere. Quum Israelitæ bellorum iam studium reliquissent, & ad opera se terræ dedissent, Chananæi contemnentes eos, nec aliquid se ab eis pati credentes, suum collegerūt exercitum, firmam habentes spem, quasi Hebræos affligerent, & de cætero ciuitates licenter inhabitarent: currusq; faciebant, exercebā tur armis, & vrbes adinuicem sibi consentiebant. Et de tribu quidem Iuda Ascalonam ciuitatem, & Accaron abstulerunt, & alias multas in campestribus cōstitutas, & ipsos Danitas in montana fugere compulerunt, nec paululum eis locum in campestribus relinquentes. Et dū illi nec ad bellandum essent idonei, nec terram sibi iam sufficientem haberent, miserunt de suis quinq; viros ad loca mediterranea, qui terram inspicerent, in qua habitare de cætero possent. Illi autem non procul à monte Libano, & iuxta Iordanis fontes, circa maximum campum Sidonis ciuitatis viam trium dierum perambulantes, contemplantesq; terrā bonam & nimis vberrimam, significauerunt eis. Quo cum exercitu procedētes, ędificauerunt illic vrbem, Dan cognominatan ab vno filiorum Iacob, ex quo ipsa tribus appellata videbatur. Israelitis autem, & quum iam essent in labore difficiles, & quod in diuinitatis cultu deficerent, aduersa proueniebant. Nam dū fuissent à sua conuersatione transgressi, ferebantur ad libidinem, vt pro sua viuerēt voluntate: ita vt imminentibus Chananæis, malis omnibus implerentur. iratus est eis igitur deus, & felicitatem, quam innumeris laboribus acquisierant, propter epulas amiserunt. Castra siquidem contra eos agente Cusardo rege Assyriorum, multi pugnantes perierunt, & obsessi fortiter capti sunt: quidá vero propter timorem sponte se illi contradiderunt, & maiora quàm possent tributa imposita sibimet exoluebant, & diuersas iniurias perferebant per annos acto, post quos hoc modo liberati sunt. Cenez quidam de tribu Iuda, vir industrius, prudentiaq; fortissimus, respōso sibi dato, ne despiceret Hebræos in necessitate huiusmodi constitutos, sed potius reducere eos ad libertatem auderet, paucos quosdam in his laboribus præceptis diuinis adhibens sibi, quibus tunc in illis rebus positis aut pudor esset, aut quos spes confidentiæ nimis acueret, primum quidem Cusardi castra disrupit. Quumq; plurimi Hebræorū ad certamen accederent, eo quod bene eis prior confidentia processisset, cum Assyrijs congressi sunt: eosq; valde persequuti Euphraten transmeare coegerunt. Cenez autem quum ipso opere fortitudinis suæ prębuisset effectum, principatus accepit honorem, vt populum iudicaret, in quo scilicet quadraginta annis conuersatus est.

Iud. 1. 2. 3.

Ciuitas Dan conditur

Cusardus rex Assyriorum castra ponit contra Hebreos

Quomodo rursus populus Israel annis decem & octo seruiuit Moabitis, & à quodam Aoth nomine, à seruitute liberatus est, eo principatum annis octoginta tenente. Caput VIII

HOc autem moriente, denuo res Israelitarū sine principe vexabantur. Et dū honorē deo nō ferrent, nec legibus obedirent, magis ac magis afflictionibus

Iudicum 3

nibus ſubiacebant, vt Eglon rex Moabitarum deſpiciens inhoneſtam conuerſationem eorum, bellum eis inferre præſumeret, & multis eos prælijs obtineret ac ſubderet, & omnem poteſtatem eorum prorſus humiliaret, eosq; iuberet tributa perſoluere. Conſtituens autem ſibimet regnum in Hiericho, nihil mali reliquit, quod populo non impoſuit: eosq; ad inopiam vſque perduxit annis decẽ & octo. Miſertus autem deus in his quæ patiebantur, & eorum ſupplicationibus inclinatus, ab iniuria Moabitarum hoc modo eos eripuit. Quidam iuuenculus nomine Aoth, de tribu Beniamin, ex patre Gera, audaciaque fortiſſimus, & corpore ad opera exercenda robuſtus, in lęua manu maximam fortitudinem habens, quum in Hiericho habitaret, Eglon regi factus eſt notus, muneribus eum placans, ita vt per hæc etiam cæteris qui erant circa regem charus exiſteret. Aliquando autem cum duobus famulis munera regi ferens, latenter gladio in dextro fœmore ligato introibat ad eum. Erat autem æſtatis tempus. Quumq; iam dies medius eſſet, regiæ quieſcebant cuſtodiæ, & propter æſtum, & cunctis ad prandia recedẽtibus. Quum ergo iuuenculus Egloni munera præbuiſſet, commoranti in quodam loco caloris temporibus opportuno, eius ſecretum petijt. Aderant autem ſoli famuli regis. Quumq; rex famulos abire iuſſiſſet, & quum Aoth loqueretur, & ſederet ſuper ſolium ſuum, & Aoth terror ingreſſus fuiſſet, ne eum fortiſſime percutere non valeret, relaturum ſe ei ex dei præcepto ſomnium dixit. Quumq; ille lætus pro ſomnij recitatione de ſolio ſurrexiſſet, Aoth eum in corde percuſſit: & gladium derelinquens, egreſſus eſt, & clauſam ianuam dereliquit. Miniſtri vero quieſcebant, credentes regem in ſoporem conuerſum: Aoth vero Hierichuntinis latenter hoc indicans, exhortabatur eos, vt ſuam defenderent libertatem. At illi gratiſſime hoc audiẽtes, tubis vtebãtur. Mos enim patrius eſt, his populum conuocari. Miniſtri itaque Eglon diu quæ ei contigerant, ignorantes, quum iam adueſperaſceret, metuentes, ne quid ei inopinabiliter accidiſſet, in eius cubiculum ſunt ingreſſi: eumq; mortuum comperientes, in ſtuporem conuerſi ſunt: & antequàm ſua caſtra colligerent, Iſraelitarũ ſuper eos irruit multitudo. Et alij quidẽ repente perempti ſunt, alij in fugam verſi, tanquam in terra Moabitide liberandi. Erant autem peremptorum vltra decem milia. Viri autem Iſraelitæ prœoccupantes Iordanis tranſitum, eorum multos interfecerunt: & nullus eorum manus euaſit. Et Hebræi quidem hoc modo ab iſtorum ſeruitute liberati ſunt. Aoth autem ob hanc cauſam principatu honoratus à plebe, defunctus eſt, dum hanc poteſtatem per tempus octoginta tenuiſſet annorum, virtutumq; etiam præter hãc cauſam maxima laude dignus exiſtens. Et poſt hunc Sangar filius Anath electus ad principatum, primo anno vitam expleuit.

De quodam iuuenculo Aoth nomine

Eglon confoditur

Quomodo Chananęis eos in ſeruitutem redigentibus, per annos viginti, liberati ſunt per Barachum & Deboram prophetiſſam, qui eorum principes fuerunt. Caput IX.

Iudicum 4

IGitur Iſraelitæ calamitates quas paſſi fuerãt: non colendo deum, nec legibus eius obediendo, correptionem non aſſignantes dei, antequàm a Moabitarum ſeruitio reſpirarent, à rege Chananęorum Iabin nomine ſubiugati ſunt. Hic autem ortus quidem videbatur de ciuita Aſorte, quæ poſita eſt ſuper paludem Samachonitidem: habebatq; armatorum tercentum milia, equitum decem milia, curruum tria milia poſſidebat. In hac itaque militia duxerat Siſara, apud regem honore primus. Qui conueniens ad Iſraelitas, vehementer afflixit, itavt tributa eis imponeret. Qui viginti quidem annis hæc ſoluere paſſi ſunt, quũ nec ipſi per infelicitatem ſuam ſaperent, & deus maiori tempore eos dominari vellet propter eorum iniurias & ingratitudines nimis multas. De cætero autem temperantes à malis ſuis & agnoſcentes has calamitates ſibi pro legum contemptuve niſſe: quandam prophetiſſam nomine Deboram, quod nomen Hebraica lingua ſignificat apem, rogauerunt, vt deprecaretur deum, quatenus miſericordiam haberet eorum, nec deſpiceret eos à Chananæis oppreſſos. Deus autem annuit eorum

eorum ſaluti,& ducem elegit de tribu Neptalim Barachum: quod nomen coruſcationem Hebræa lingua ſignificat. Euocans igitur Debora Barachum, iuſſit eum eligere decem milia,& ad hoſtes procedere: præſumebat enim prædicente deo,& victoriam promittente. Quumq; Barachus dixiſſet,non ſe exercitum fore ducturũ,niſi & illa quoque vna procederet,irata dixit: Tu quidem cedis mulieri dignitatem quam deus tibi contulit,ego vero non refutabo. Et congregãtes decem milia virorum,caſtrametati ſunt apud Thabor montem. Quibus Siſara.rege præcipiente,obuiam venit:& non procul ab eis caſtra fixit. Quumq; Iſraelitæ & Barachus obſtupeſcentes multitudinem hoſtium de fuga iam cogitarẽt,Debora retinebat eos,& ipſa die dimicare pręcipiebat,victoresq; eos deo auxiliante pollicebatur. Congreſſis ergo atque permixtis,eis imber magnus influxit. Et aqua nimia ſimul & grando,& pluuia in faciem Chananæorum verſa,& ventus eorum aſpectibus imminebat,ita vt arcus eorum & fundibulæ inutiles fierent;& armati præ frigore vti gladijs non valerent. Iſraelitas vero tempeſtas immiſſa poſt terga,minus nocebat:quia auxilio dei ſumebant valde fiduciam! & hoſtes in medium circundantes,multos eorum interfecerunt. Et alij quidem ab Iſraelitis exterriti ſunt,alij vero equis excuſſi proprijs,ceciderunt:ita vt etiam multi eorum concultati curribus,morerentur. Siſara vero exiliens de curru,quum videret fugam exercitus ſui factam,fugiẽsque venit ad mulierem quã dam Cenęitarum, nomine Iahel. Quem rogantem vt cælaret eum, ſuſcepit:& petenti poculum lactis,dedit. Erat enim fatigatus. Et quum nimis bibiſſet,conuerſus in ſomnum eſt. Illa vero dormienti ferreum clauum per tempus immiſit:& cum malleo percuſſum ad terram vſque depoſuit:& hominibus Barachi poſt paululum venientibus,eum oſtendit terræ confixum. Sic ergo victoria conſtitit ſecundum ea quæ à Debora dicta ſunt, vt per mulierem hic triumphus accideret. Barachus autem agens exercitum ſuper Aſorte, obuiam venientem interemit Iabin:& cadente principe,ciuitatem vſque ad fundamenta deijciens, princeps fuit Hebræorum per quadraginta annos.

Quomodo pugnantes Amalechitæ contra Iſraelitas vicerunt: eorumq; prouinciam afflixerunt annis ſeptẽ:quos liberauit dominus per Gedeon,qui ſuper populum annis fuit quadraginta. Caput X

EOdem itaque tempore moriente Baracho & Debora,poſt hæc Madianitę rogantes Amalechitas & Arabes,caſtrametati ſunt ſuper Iſraelitas:& cõgreſſos ſibimet viri pugnaces interemerunt:eosq; manibus alligantes, cuncta deprædabantur. Hoc autem facientibus illis per annos ſeptem, Iſraelitarum populus per montana collectus eſt, & campeſtria dereliquit, foueas quaſdam & ſpeluncas facientes,in quibus fugientes ab illis poſſent quodammodo liberari. Nam Madianitæ æſtatis tempore agentes exercitum,per hyemem Iſraelitas colere terram permittebant, vt laborantes comprimere facillime poſſent. Erat igitur fames,& ciborum maxima difficultas, Tũc ergo conuerſi ad dei preces Hebræi,vt eos eriperet,exorabant. Gedeon autem Iaſi filius de tribu Manaſſe,paucos manipulos ſpicarum ferens,latẽter eos terebat in torculari,quum metueret hoc publice in area facere propter hoſtes. Tunc viſio apparuit ei in forma iuuenculi,dixitq; eum felicem & charum deo:& hoc eſſe maximum eius propitiationis indicium,eo quod tunc vteretur pro area torculari: Quumq; præciperet eum fiduciam habere,& feſtinare,quatenus defenderet libertatem, ille hoc impoſſibile ſibi eſſe dicebat,quando & tribus ex qua eſſet multitudine priuaretur,& puer eſſet ad tantarum rerum opus infirmior. Deus autem quod deerat,ſe impleturum eſſe dicebat,eoque duce Iſraelitis ſe victoriam præbiturum. Et quum hoc Gedeon quibuſdam iuuenibus enarraſſet, creditumque fuiſſet ei,& repente ad certamina decem milium virorum videretur præparatus exercitus, aſtitit Gedeoni per ſomnium deus,& imbellem naturam hominum ſibi placere declarauit:& quod eſſet fortitudine præcipua, recitauit, vt victoriam non

Iudicum.6

Quomodo populum ab Amalechitis liberauerit Gedeon

Iudicum.7

ſibi,ſed deo proprie reputarent,& tanquam ſi multo dignoq; hoc gereretur exercitu:& crederent certo,quia eius auxilio victoriæ opus fuiſſet impletum:præcepitq;,vt circa medium diem in ſolis ardore ad fluuium venire faceret exercitum: & eos quidem qui inclinati biberent,magnanimos æſtimaret:qui vero cum feſtinatione turbaque biberent,eos crederet hoſtium formidine detineri. Et quum Gedeon ſecundum iuſſionem dei hoc adimpleſſet, trecenti viri reperti ſunt,qui aquam manibus cum timore & turba lamberent.Dixitq; deus, vt iſtos ducens, hoſtes adiret. Poſuerunt itaque caſtra ſuper Iordanem, die altera tranſituri.

Trecenti aquã manibus biberunt

Et quum Gedeon cum timore conſiſteret die quo ei prædictum fuerat, vt nocte hoſtes inuaderet,volens cum deus à formidine reuocare,præcepit,vt ſumẽs vnũ militem iuxta tabernacula Madianitarum accederet,ab eis conſilium belli confidentiamque ſumpturus. Obediens autem & ſumens proprium famulum nomine Phara,accedensq; ad quoddam tabernaculum,inuenit vigilantes in eo, & iuuenculum aliquem ſuo commilitoni ſomnium recitantem, ita vt Gedeon audiret.Erat enim huiuſmodi viſio quam dicebat,quaſi vidiſſet panem hordeaceũ, qui pro vtilitate ſua incomeſtibilis eſſet hominibus,per exercitum reuolutum,regis apprehendiſſe tabernaculum,nec non & cætera deieciſſe.Ille vero viſionem interitum exercitus ſignificare prænunciauit, dicens vnde etiam ei hoc videretur:Omne,inquit,ſemen quod vocatur hordeaceum,conſtat eſſe viliſſimum, & inter omnem populum Iſraelitæ videntur abiecti genus hordei,& apud Iſraelitas nunc Gedeon exultat,& eius exercitus. Quod vero panem te videre dixiſti qui tabernacula noſtra vaſtauit,metuo ne deus contra nos Gedeoni victoriam condonarit. Gedeon autem ſomnium audiens ſpem magnam habuit,pariter & fiduciam:iuſſitque ſuos armari,narrans eis etiam hoſtium viſionem. Illi vero in his quæ dicta fuerant præparati ſunt,& circa primam vigiliam Gedeon ſuum deducebat exercitum in tres diuiſum:portabantque cuncti vacuas pharetras & lampades ardentes,quatenus grauis hoſtibus videretur inuaſio:& in dextra manu cornua ferebant,quibus pro tubis vtebantur. Multum itaque locũ hoſtium tenebat exercitus,habebatque multitudinem camelorum,& ſecundum gentium morem paſcentes,in vno circuitu erant omnes. Hebræis autem prædictum fuerat,vt dum veniſſent circa hoſtium caſtra:ſigno dato,tubis canerent: pharetras que concutientes cum lampadibus,impetum facerent, cum laudibus iubilantes, quod victoriam deus Gedeoni conferret. Quod quum feciſſent,turba comprehendit homines adhuc dormientes(erat enim nox)& hoc deus fieri ita præceperat:ſuntque perempti pauci quidem ab hoſtibus, plurimi vero à ſemetipſis, eo quod linguis proprijs diſcordarent. Nam dum fuiſſent in turbam redacti, vnuſquiſque perimebat proximum, dum eum crederet inimicum: & facta eſt magna cædes. Fama vero victoriæ Gedeonis ad Iſraelitas perueniente, cuncti ſimul armati ſunt,perſequentes hoſtes:& comprehenderunt eos in quadam conualle ſcopulis valde circundata,quam tranſire non poſſent: & circunſtantes occiderunt omnes, duosque ſimul reges Oreb & Zeb. Reliqui vero duces relictos milites colligentes,qui erant quaſi octo & decem milia,caſtrametati ſunt multo procul ab Iſraelitis. Gedeon autem labore non feſſus,ſed perſequens cum omni exercitu,eisq; congrediẽs,hoſtes vniuerſos funditus interemit: & reliquos duces Zerbin & Zarnon apprehendens,captiuos duxit.Mortui ſunt in ea pugna Madianitarum & Arabum,qui eis ſolatia præbuerunt, quaſi centum & viginti milia:multaque præda auri & argenti & veſtium & camelorum, & ſubiugalium,Hebraicæ tunc eſt collata victoriæ. Gedeon autem veniens in Ephrem propriam regionem,occidit quoque Madianitarum reges. Tribus autem Ephrem ex qua erat Gedeon, quum grauiter ferret, quod cum eo minime dimicaſſet,exercitum ſuper eum feſtinabat inducere:cur eis non indicaſſet quando hoſtes inuaſerat Gedeon vero quum eſſet humilis animo & omni virtute ſummus, dicebat non ſe autoritatis ſuæ conſilio præter eos contra hoſtes,

ſed

sed deo iubente, pugnasse: victoriam vero non minus eorum quàm sui laboris esse fatebatur. His ergo sermonibus eorum mitigans iram, plus Hebræis profuit quàm hostium præda, eosq; à præcipitio intestinæ seditionis eripuit. Iniuriæ tamẽ huius pœnam illa tribus excepit, quam scilicet opportuno tempore declarabimus. Gedeon itaque principatum ponere volens, coactus retinuit illum annis iugiter quadraginta, populi iura disponens: & diuersis ad eius iudicia concurrẽtibus, quæcunque dixisset, firmissime omnia seruabantur. Qui quum senex defũctus fuisset, in Ephrem regione sepultus est.

Quomodo Abimelech filius Gedeonis ex concubina, mortuo patre arripuit principatum, interfectis cunctis fratribus suis, excepto vno: & de pœna quam exsoluit pro fraterna cæde. Cap. XI

IS habuit quidem filios liberos septuaginta, plures enim habebat vxores: naturalem vero vnum de concubina Droma, nomine Abimelech, qui post mortem patris pergens in Sichen ad cognationem suæ matris vnde fuerat orta, & sumens ab eis pecunias, quoniam iniquitatum magnitudine videbãtur insignes, cum eis ad paterna quoq; tecta regressus est, & omnes fratres occidit, absq; solo Ioathan. Hic enim fugæ beneficio est liberatus. Abimelech autem assumpta tyrannide, dominum se pro legitimis filijs in his quæ vellet facere, declarauit, quod vehementer iusticiæ prætulibus erat acerbum. Igitur dum quodam tempore publica in Sichen festiuitas esset, cũctaq; illic multitudo cõsisteret, frater eius Ioathan, quem fugisse prædiximus, ascendens in montem Garizin, qui Sichimorum supereminet ciuitati, clamauit: & multitudine præbente silentium petijt, vt quod diceret, libenter audirent: factoq; silentio, dixit, quod arbores facto sui cõsilio humana voce petissent ficum, vt super eas regnaret. Qua denegãte, eo quod honore fructus proprij frueretur, nec alium quærere deberet extraneum, arbores rursum cogitationem regni nõ reliquerunt. visumq; eis est, vt honorem viti præberent. Sed & vitis eisdem verbis quibus ficus vsa respuit regnum. Hoc ipsum facientibus & oliuis. Rhamnus, quam arbores petierant vt regnum sumeret super eas (hoc enim genus est inter ligna, quod habet ignem proferendi naturam) promisit se regnum suscipere, & insigniter imperare, ita tamen, vt sub eius vmbra requiescerent. Si vero ei contraria forent, eius igne concremarentur. Hæc autem, inquit, non risus causa dico: sed quoniam multorum bonorum experti Gedeonis ea quæ nunc geruntur: despiciunt, videntes Abimelech principem hi qui meos tum eo fratres interemerunt, cum vtique nihil ab igne differat. Quumq; talia dixisset, abscessit, & habitauit latenter in montibus annis tribus, timẽs Abimelech. Post non multum vero temporis Sichimitæ pœnitentes pro nece filiorum Gedeon, expulerunt abvrbe Abimelech, pariter & à tribu. Ille vero cogitabat affligere ciuitatem. Tempore vero superueniente vindemiæ, metuebant colligere fructum, ne quid eis Abimelech faceret mali. Veniente vero ad eos quodã principe, Gaal nomine, cum armatis cognatisq; suis. Sichimitæ poposcerunt sibi ab eo præberi munitionem, donec vindemias congregarent. Quo eorum faciente petitionem, procedebant ad opus suum, & cum eis Gaal suos ducebat armatos. Quumq; fructus fuisset cum securitate collectus, & canentes per singulos choros, Abimelech aperte iam præsumerent blasphemare: sed & principes insidijs loca ciuitatis apprehendentes, multos Abimelech latenter interfecissent: Zebul quidam princeps Sichimitarum quũ esset extraneus Abimelech, ea quibus populum Gaal exacuebat, Abimelech missis nũcijs, indicauit: & monuit, vt insidias ponaret ante vrbem, seq; suasurum dicens Gaal vt egrederetur de ciuitate. quo facto, irruere super eum deberet Abimelech, & agere vt in eo se defenderet: & deinceps sibimet populi amicitias collocaret. Quumq; Abimelech in insidijs resedisset, & Gaal incaute cõmoraretur in suburbano, & cũ eo Zebul, videns paulatim armatos accedere, Gaal ad zebul ait. insistere sibimet viros armatos. Quo

Iudicumq;

Discordia inter Sichimitas & Abimelech

respondente, vmbraculum esse petrarum, quum magis appropinquarent, verius hoc aspectu considerans, non vmbras esse, sed virorum dixit insidias. Respondensq; ad eum Zebul: Nonne, inquit, tu malitiam Abimelech accusabas? Cur itaque tuæ virtutis magnitudinem non ostendis, & cum eo pugna congrederis? Gaal vero turbatus, congressus est cum Abimelech: & ceciderunt quidem aliqui de eius armatis: ipse vero fugi: in ciuitatem, vt alios euocaret. Et denuo zebul egit, vt Gaal expelleretur ex vrbe: accusans eum, quasi cõtra milites Abimelech mollior extitisset. Abimelech vero cognoscens egressuros advindemiam denuo Sichemitas, loca circa vrbem insidijs occupauit. Quibus procedentibus, tertia quidem pars exercitus apprehendit portas, vt ciuibus auferret ingressum: alij vero dispersos interemerunt, & vbiq; cædes facta est: & ciuitatem ad fundamenta vsque subuertens, salq; super eius ruinas seminans victor discessit. Omnes itaq; Sichimitæ hoc modo perempti sunt. Quicunquevero per prouinciam dispersi pericula fugerunt, super quandam petram munitissimam congregati morabãtur. Quumq; in ea morari niterentur, voluntatem eorum Abimelech prænoscẽs, super eos cum exercitu venit: collectisq; de sylua lignis, iussit vt hæc etiam exercitus faceret vniuersus. Velociter autẽ saxo circundato lignis, subiectus est ignis: & flamma surgẽte, nullus ex eo saxo defugit, sed vnà cum vxoribus & filijs sunt extincti: viri quidem circa mille & quingenti, reliqua vero nimia multitudo. Et Sichimitas quidem huiusmodi calamitas interemit. Quibus hæc afflictio nata est, eo quod super virum sibimet vtilẽ, eiusq; genus mala talia protulissent. Abimelech autem Israelitas malis Sichimorum perterrens, prẽsumebat etiam maiora retentare, & nequaquam violentiæ suæ modum imponere, donec perderet vniuersos. Veniebat ergo ad Thebes, & ciuitatem quidem facto discursu cœpit. Quumq; esset in ea maxima turris, in qua vniuersi confugerant, obsidere hãc volens, dum proxime veniisset ad murum, sumens mulier quẽdam fragmentum molæ, caput eius repente percussit. Qui dum cecidisset saucius, armigerum rogauit, vt eum occideret, ne mors eius opus mulieris esse videretur. Et ille quidem præceptum fecit. Abimelech autem huiusmodi pœnam pro fraterna morte, & his quę in Sichimitas præsumpsisse probabatur, exoluit. Hæc ergo calamitas secundum diuinationem Ioathan videtur impleta. Exercitus vero qui cum Abimelech fuit, eo cadente dispersus discessit ad propria.

Quomodo Israelitæ relinquentes legem dei, opprimuntur ab Ammonitis, quos liberauit dominus per Iephthe Galaaditem, qui tenuit principatum per sex annos. Caput XI.

Iudicum. 10 ISraelitarũ vero principatũ post eum Iaer Galaadinus ex tribu Manasse percepit, vir & in alijs felix: & filios bonos habẽs triginta numero, & in equitatu prẽclaros, & principatũ ciuitatũ Galaadinarũ habẽtes. Hic duob⁹ & viginti annis obtinẽs principatũ, senex defunctus est: & sepulturã in Camon Galaadinorum ciuitate promeruit. Res equidẽ Hebræorum ad inhonestã vitam, & iniuriam dei legumq; ferebãtur. Quos Ammonitæ despiciẽtes & Palæstini, magno exercitu prouinciã deuastabant: omnẽq; regionem trãs Iordanem detinentes, reliqua comprimere præsumebãt. Hebræi vero malis afflicti, ad supplicationes dei cõuersi sunt, & sacrificia celebrabãt, rogãtes eum, vt placat⁹ eorũ precibus, ab ira quiesceret. Deus vero placatus, eis suum concessit auxiliũ. Igitur Ammo-
Iudicum. 11 nitis castrametantibus in terra Galaadinorũ, prouinciales occurrerunt, ammonẽte se gẽtis duce. Erat autem quidam nomine Iephthe, vir virtute paterna potens ad exercitũ dispensandũ, quem sub mercede poscebant. Ad hunc ergo mittentes, rogabant vt cum eis pugnaret, promittentes, vt ei cuncto tempore principatum exercitus sui concederet. Ille vero nequaquã precibus obediuit, culpãs eos, quod nõ ei prębuissent auxilium, dũ iniusticiã perpessus aperte fuisset à fratribus. Non enim consanguineus eis erat, sed peregrinus. Cuius vtique matrem propter amoris ardorem filijs superinduxerat pater. Hũc ergo fratres expulerãt despicientes

deſpicientes eius infirmitatem. Et ob hoc in prouincia Galaaditica morabatur: & omnes de longe ad ſe venientes, ſub mercede propria retinebat. Illis vero ſupplicantibus, atq; iurantibus, omnem principatū ſe ei fore præbituros, tandem aliquando conſenſit: & velociter diligentia rerū habita, in vrbe Maſphat exercitu conſtituto, legationem miſit ad regem Ammonitarum, cauſam eius inuaſionis accuſans. Ille remittens, potius Iſraelitarum accuſabat egreſſum ex Ægypto: petebatque, vt ab Amorræa recederent, quaſi patrū eius à tempore antiquo fuiſſet. Cui reſpondens Iephtæ, ait, quod irrationabiliter progenitores Iſraelitarū de Amorræa culparet, ſed potius eis gratias agere deberet pro Ammonitide terra ſibi conceſſa: quod dum poſſibile fuiſſet ſecundum Moſi iuſſionem vt eam tollerent, iſti eos illic degere permiſiſſent, quam poſt annos trecentos dei auxilio reparauerant, ob quam rem pugnaturum ſe fore dixit. Et hæc quidem effatus, legatos abire permiſit. Ipſe vero deum pro victoria deprecatus, & ſacrificium promittens, vt ſi viuus reuerteretur, quicquid ei prius occurreret, immolaret, cōgreſſus copioſe vicit, & occidens hoſtes, per ſequutus eſt vſque ad Ammonitidem ciuitatem, Et inde digreſſus in Ammonitem, multas vaſtauit vrbes, prædamque collegit, & à ſeruitute domeſticos liberauit, quam decem & octo ſuſtinuerant annis. Reuerſus autem, calamitatem incurrit, nullo modo priſcæ felicitatis æqualem. Nam ei filia vnigenita & virgo, tunc primitus quum venerat, occurrit. Qui grauiter ingemiſcens magnitudine tanti doloris afflictus, filiam ſibi obuiā veniſſe culpabat, quam ſacrificandam deo deuouerat. Quæ tamen illo caſu non doluit, pro patris victoria & ciuium libertate moritura. Petijt autem duos mēſes ſibi concedi, vt iuuentutem ſuam cum ciuibus lamentaretur, & tunc votum perferret. Quo tempore tranſeunte, filiam pater immolauit: nec legitimum faciens holocauſtum, nec deo charum: nonvtique deliberans apud animum ſuum, qualis apud cæteros huius facti cauſa videretur. Igitur quum tribus Ephrem ſuper eum exercitum niteretur inducere, eo quod bellum Ammonitarum eis non indicaſſet: ſed voluiſſet ſolus & prædam habere & gloriam: hoc modo ſatisfaciebat, dicens, quod primo quidem non eos latuiſſet cognatorum oppreſſio, ſed etiā vocati ad auxilium, non veniſſent, quum oporteret eos ante preces occurrere. Deinde dicebat, quod hoſtibus quidem iniuſtè pugnātibus non præſumerent reſiſtere, poſtea vero cognatis inferre bella tentaſſent: & interminatus eſt, ſi non temperarent à talibus, deo auxiliante ab eis pœnas exigeret. Quibus dum ſatisfieri non potuiſſet, ſed contra eum cum exercitu à Galaadina terra venientes, pugnarent, amplius eorū dilatauit interitum, & perſequens fugientes, & præoccupans exercitu præmiſſo vada Iordanis, pene quadraginta duo milia virorum occidit. Ipſe vero quum principatum tenuiſſet ſex annis, defunctus eſt, & ſepultus in Sebech patria ſua, quæ eſt in terra Galaaditide. Mortuo vero Iephthe, tenuit principatum Abſanis de tribu Iuda ciuitatis Bethlehem. Hic filios habuit nonaginta maſculos, & reliquas virgines: quos omnes dimiſit viuos, filias viris tradēs, & filijs dans vxores. Qui dum nihil egiſſet in ſeptem annis, ſermone & memoria dignum, in ſenectute defunctus eſt, & ſepulturam in patria ſua promeruit. Igitur Abſane ita moriēte, neque is qui poſt eum decem annis habuit principatum, nomine Elon, de tribu Zabulon, aliquid egit virtute præcipuum. Poſt hunc Abdon Hilonis filius, de tribu Ephraim, ciuitate Pharathonitarum exiſtens, principatum habuit, qui pro ſola eruditione poterit habere memoriā, nullumq; opus propter pacem rerumq; licentiam nec ipſe clarum exercuit. Hic autem filios habuit quadraginta, & alios ex eorum ſemine deſcendentes, triginta, erantque ſimul omnes ſeptuaginta in equis exerciti. Quos omnes ſuperſtites delinquens, in ſenectute defunctus eſt, & inopinabilem in Pharathone promeruit ſepulturam. Hoc autem mortuo, Iſraelitis Palæſtini præualuerunt, ita vt ab his per quadraginta annos tributa perciperent: à qua ſeruitute hoc modo liberati ſunt.

Votum Iephthe temerarium

De filia Iephthe

Iudicum 12.

Poſt Abſanen Elon

Prænunciatio natiuitatis Samſon,& fortitudo eius,& quantorum malorum autor fuerit Palæſtinis. Caput XIII

Iudicum 13 QVidam Manue de tribu Dan, inter paucos egregius,& patriæ ſine dubio primus,habuit vxorem forma pulcherrimam,& quæ inter centum cõprouinciales fœminas eminebat.Et quum filios non haberet,grauiter ferẽs, deum pro chara ſucceſſione rogare cœpit,in ſuburbano ſuo in cãpo maximo frequenter ad veniẽs cum vxore.Erat autem & nimius in vxoris amore, & ob hoc ſine temperatione zelotypus. Et quũ quadam die mulier eſſet ſola,apparuit ei angelus dei, pulchro iuueni ſimilis & procero,eiq; maſculum filium futurũ dei prouidentia nunciauit,qui foret optimus, & fortitudine præcipua clarus, à quo creſcentes Palæſtinos comprimendos aſſeruit : monuitq; vt eius comæ minime tonderentur,nullumq; potum niſi atque deo præcipiente, eſſe bibiturum. Et quum hæc dixiſſet,abſceſſit.Illa vero marito venienti indicauit angeliviſionẽ, admirando iuuenis pulchritudinem atq; proceritatem,ita vt ille zelatus in eius laudibus obſtupeſceret,& ſuſpicionem quaſi de extraneo eius amore conciperet.At illa volens irrationabilem eius triſtitiam mitigare,rogauit deum,vt angelum denuo deſtinaret,quatenus maritus inſpiceret. Et iterum per dei gratiam angelus venit in ſuburbano illorum,& apparuit mulieri viro remoto. Quem rogabat, vt ſubſtineret donec maritum adduceret:permittẽte angelo, Manue vocatus aduenit.Quem quum vidiſſet,nec tunc à ſuſpicione ceſſauit:rogauitq;, vt quæcunq; vxori eius dixerat,illi pariter declararet. Et quum dixiſſet angelus, ſufficere vt noſſet illa quæ dixerat,rogabat eũ,vt ei manifeſtaret quis eſſet: quatenus filio nato,gratias ei & munus offerrent.Illo autem dicente,quod nihil horum indigeret,nec ob hanc cauſam futurum eis filium nunciaret,petijt vt expectaret,quatenus ei aliquod munus offerrent. Qui dum primitus non annuiſſet, poſtea eo precibus inſiſtente,conceſſit,vt aliquid ei dono daret. Tum Manue occidens hœdũ,eumq; coquendum vxori præbens,attulit ei. Dum geſtum hoc fuiſſet,præcepit vt poneret ſupra ſaxum,& panes & carnes abſque vaſis. Quo facto,virga quam tenebat angelus tetigit carnes,& igne protinus emicante,carnes cum panibus ſunt abſumpti,Tunc angelus ſuper fumum,quaſi in curru, eis ad cœlum aſcendere videbatur.Quumq; Manue metueret,ne quid ei propter viſionem dei proueniret aduerſum,eum vxor vt confideret,confortabat,&pro ſua vtilitate deum ſe vidiſſe,fatebatur. Quum ergo concepiſſet,cuſtodiam habuit mandatorum:natumq; puerum appellauit Samſon,quod nomen ſignificat robuſtum. Creſcebatq; puer velociter:& tam per abſtinentiam ciborum,quàm capillorum remiſſionem propheta iam futurus agnoſcebatur. Hic itaque veniens cum parentibus ad Thamna Palæſtinorum ciuitatem,dum celebraretur ibi feſtiuitas,virginem prouincialium concupiuit,rogauitq; parentes vt ei puellã pe

Natus Samſon terent in vxorem. Quibus negantibus,eo quod eſſet de alienigena gente progenita,deumq; dicentibus ei nuptias Hebræas congruas præbiturum: vicit eius petitio vt ei virgo deſponſaretur. Dumque frequenter ad eius parentes iret,occurrit leoni:& quum eſſet inermis, tenens eum manibus ſuffocauit, & in ſylua

Iudicum.14 interiore extra viam proiecit. Rurſumque dum iret ad puellam, inuenit examen apum, fauum mellis in leonis illius ore feciſſe : & tollens exinde tres fauos mellis,cum donis reliquis quæ portabat puellæ contradidit. Quumq; Thãnitæ omnes eſſent in epulis nuptiarum,metuentes fortitudinem iuuenis, triginta circa eum pubertate præceliſos cõſtituerunt:ſermone quidem velut ſocios futuros,opere vero cuſtodes:ne quid vellet forte committere conuiuiorum ſocietate creſcente.Quumque in luſu conſiſteret, qualia ſolent tali tempore prouenire.Samſon ait:Proponam vobis parabolam,& ſi ſolueritis mihi ſeptem die-

Samſon leonẽ ſuffocat bus propoſitam quęſtionem,lineas ſingulas & ſtolas totidem propter honorem veſtræ ſapientiæ me dante percipietis, & cum hac largitate gloriam quoque & lucrum ſapientiæ poſſidebitis : Illisque petentibus vt diceret, ait, Qui cuncta vorat,

ctavorat,cibum genuit de ſemetipſo ſuauem, licet ipſe ſit nimis inſuauis. Illis autem per tres dies quęſtionem non valentibus inuenire, & dicentibus puellæ, vt à viro cognoſcens,eis annunciaret,cui etiam minati ſunt incendium,niſi hoc ſtuderet implere,Samſon puellæ roganti vt diceret,primũ quidẽ reſtitit. Quum q; illa nimis inſiſteret,& ad lachrymas peruenisſet,& indicium hoc eſſe quererē tur,quod eam Samſon minus amaret:indicauit ei quemadmodum leonem inter feciſſet,& quomodo apes in ore eius inueniens,tres fauos mellis portaſſet ei. Et ille quidem nihil doloſum metuens,omnia declarauit:illa vero ſermonem hũc petentibus rurſus,expoſuit. Septima vero die,quum tempus eſſet,vt propoſitam exoluerent quęſtionem,antequàm ſol occumberet conuenientes, dixerunt, neq; à leone comprehenſis quicquam inſuauius eſſe , neq; dulcius vtentibus melle. Quibus Samſon reſpondit: Nec quicquam aliud muliere doloſius, quæ vobis meum expoſuit verbum. Et illis quidem dedit quęcũq; promiſerat, facta pręda Aſcalonitarum qui ei pariter occurrerunt:nã & iſti Palęſtini ſunt. Illas vero nuptias refutauit:& puella quidem quæ eum prouocauit ad iracundiam,duxit eius amicum. Pro qua iniuria exaſperatus Samſon, deliberauit vt Palæſtinos omnes cum ea affligeret. Quumq; eſſet tempus æſtatis,& fructus meſſium prę- paratus aſtaret,comprehendens trecentas vulpes,& caudis earum ligans arden tes lampades,dimiſit in meſſes Palæſtinorum: & hoc modo eorum depopulatus eſt fructus. Palæſtini vero ſcientes eſſe opus Samſon, & cauſam pro qua talia perpetraſſet,miſerunt principes in Thamna,vxoremq; eius cum parentibus ſuis peremerunt,tanquam qui mali huius authores exiſterent. Samſon autem quum multos in Palæſtinorum campeſtribus occidiſſet,habitabat in Ethan : eſt enim ſaxum valde munitum in tribu Iuda. Palæſtini ſiquidem contra tribum Iuda caſtrametati ſunt. Illis vero dicentibus non ſibimet inferri iuſte ſupplicium pro pter delicta Samſon,dum vtiq; tributa perſoluerent,dixerunt,vt ſi nollent hæc pati Samſon contraderent alligatum. Qui volentes euadere venerunt ad ſeceſ- ſum vbi Samſon habitabat,cum tribus milibus armatorum : et culpantes eum pro his quę contra Palæſtinos viros egerat, qui poſſent omni generi Hebræorũ calamitates inferre,rogabant vt deſcenderet,quatenus eum ditioni illorum cõ traderent,poſcebantq; vt hoc ſponte perferret. Qui quum iuſiurandum accepiſ- ſet,quod nihil ei plus fieret,quàm vt hoſtibus traderetur:deſcendens de ſeceſſu, ſemetipſum contribulium ſuorum poteſtati contradidit:ibiq; eum duobus funi- bus alligantes,ducebant vt traderent Palæſtinis. Et quum in quendam locum veniſſent,qui nunc Maxilla nuncupatur,propter fortitudinem quæ in Samſon videbatur effecta,quum nomen primitus non haberet:non procul Palęſtinis ca ſtrametantibus , & occurrentibus eum gaudio & clamore,tanquàm ea quæ cu- piebant,deſiderabiliter adimpleſſent,diſrumpens vincula Samſon,& arripiens aſini maxillam,quæ in preſenti iacebat,in hoſtes inuectus eſt,& percutiens eos cum maxilla,quaſi mille quidem peremit,alios vero turbatos in fugam vertit. Samſon igitur pluſquàm oportebat exultans,nõ dei cooperatione credebat hoc factum,ſed ſuis virtutibus aſcribebat,eo quod per maxillam alij quidem hoſtiũ ceciderunt, alij vero in fugam ſunt verſi. Quem dum ſitis fortiſſima tenuiſſet, conſiderans quod nihil eſt virtus humana,& dei cuncta eſſe teſtatus, rogabat, ne propter hæc iraſcens,eum traderet inimicis,ſed vt potius illi auxilium in ne ceſſitate conferret,& à malis eriperet. Cuius precibus miſertus deus, fontem cir- ca quandam petram de aſini maxilla ſuauem copioſumq; produxit. Vnde Sam ſon ipſum locum vocauit, Maxillam, & hactenus hoc nomine nuncupatur. Poſt hanc pugnam Samſon decipiens Palæſtinos,venit in Gazam,& in quodã diuerſorio morabatur. Agnoſcentes ergo Gazæ principes eius præſentiam, fe- cerunt inſidias ante portam,vt egrediens non lateret. Samſon vero dum hoc co gnouiſſet,circa mediam noctem ſurgẽs,eruit portas:ipſasq; clauſuras ſimul & vectes,& alia earum ligna ſuper humerũ tollens,& ſuper montẽ Hebron defe-

Quæſtio Samſonis

Iudicum.15.

De trecentis vulpibus.

Iud.16.

rens,collocauit.His ita geſtis,trãſcendebat iam leges patrias.& edicta propria requirebat,mores imitando peregrinorum,quod ei initium malorum fuit.Cõcupiſcens enim mulierem meretricem,nomine Dalilam,apud Palæſtinos habitantem,cum ea degebat.vnde tunc iudices Palæſtinorumvenientes ad eam,promiſſionibus aſtrinxerunt,vt à Samſon diſceret,quæ cauſa fortitudinis eius eſſet,per quam vinci non poſſet.Illa vero circa potum & huiuſmodi conſuetudines conſtituta,dum miraretur eius actus,artibus agebat vt agnoſceret, quemadmodum tanta virtute præcelleret.Samſon autem dum adhuc ſapientia fortis eſſet, fallebat eam,dicens:Si ſeptem vinearum palmitibus,qui adhuc flecti poſſunt : vinctus fuero,cunctis infirmior ero.Illa ergo tunc quidem tacuit,poſtea vero indicans principibus Palæſtinis,cęlauit aliquos militum intra domum,& dormientem Hebræum arctiſſime palmitibus alligauit:deinceps excitans eum,dixit inſiſtere aliquos ſuper eum.Ille ruptis palmitibus,tanquam contra inimicos nitebatur inſurgere.Tunc mulier eo ſibi loquẽte,grauiter ſe ferre dicebat,ſi propter incredulitatem fauoris ſui,& tãquam non cælaturæ quod ei proderet,nollet edicere veritatem.Quumq; rogantem rurſus falleret,dicens,ſeptem ſeſe funibus alligatum,perdere fortitudinem:dum & hoc quoq; faciens,nihil egiſſet,tertio alligari comas ſuas dixit.Quum vero neq; hoc facto verax inueniretur,nimiũ ſupplicanti ad vltimum,quum iam ei calamitas immineret,volẽs præſtare,Dalilæ ait:Mei deus curam habet,& eius prouidentia natus,has nutrio comas, iubente deo,ne tõdear:mea ſiquidem fortitudo in harum augmentis eſt,Hoc illa cognoſcens,abraſis crinibus eius,eum tradidit Palęſtinis,quum iam non valeret ab eorum ſe inuaſione defendere.Qui auferentes eius oculos,ligatum circunduci vbique fecerunt.Procedente vero tempore,coma Samſon creuit:& dum eſſet feſtiuitas publica Palæſtinis,& principes atq; nobiles ſimul epularentur in fano,cuius culmen duæ columnæ portabant,adductus eſt ibi Samſon ad conuiuium, vt omnes ei illuderent.Ille crudelius hoc arbitratus,eo quod ab iniurijs defendere ſe nequiuerat,puero ducenti ſe perſuaſit,vt duceret eum:quo poſt laborem requieſceret,& poſt abiret quum eum ad columnas reclinaret.Vbi dũ aduenijſſet,commouit eas,ſimulq; cuncta deſtruxit:ſubuerſisq; cum fano colũnis,tria milia hominum ſunt extincta:inter quos & Samſon vnà defunctus eſt,quum tenuiſſet principatum Iſraelitarum annis viginti.Dignum eſt igitur laudare virtutem & fortitudinem,& magnanimitatem huius viri etiam circa mortem,& iram quam vſq; ad finem ſui contra hoſtes exercuit.Nam quod à muliere captus eſt:humanæ naturæ oportet aſcribere,quæ eſt ad vitia facilis:virtutis vero eius coronam memorabilia neceſſe eſt habere præconia.Cuius cognati ſumentes corpus, ſepelierunt in Saraa regione cum cognatis ſuis.

Samſon Paleſtinis traditur

Poſt mortem Samſon præfuit Iſraelitis Eli ſacerdos:& de Noemi vxore Elimelech,ſeu de Ruth Moabitide,quam duxit vxorẽ Booz,pater Obed patris Ieſſe patris Dauid. Cap. XIIII

Ruth.1

POſt mortem vero Samſon,præfuit Iſraelitis ſacerdos Eli. Sub hoc prouinciã eorum apprehendente fame.Elimelech quidam de Bethlehem ciuitate tribus Iuda,famem ferre non valens,vxorem ſuam Noemin,& filios ex ea natos,Chelion & Maalon ſumens,migrauit in terram Moabitarum. Dumq; ei cuncta bene procederent,filijs ſuis Moabitidas dedit vxores : Chelion quidem Orphan,Maalõ autẽ Ruth.Trãſactis autẽ annis decẽ & octo,Elimelech & filij eius in breui defuncti ſunt.Noemis autem amare ferẽs quod ei prouenerat,& deſolationẽ charorum nõ ſuſtinens filiorũ,propter quos & de patria ſua videbatur egreſſa,rurſus reuertebatur ad eã.Audierat enim quod iam proſpera de ipſa regione nũciarentur.Cuius nurus diſiungi ab ea nõ tolerabãt;ſed nec ipſa refutãdo eas,ſecũ proficiſci poterat euitare.Et quũ inſiſterent,exoptans feliciores nuptias eis,quã quibus fuerãt iã priuatæ,& filios,aliaq; bona cõferri,eas illic remanere poſcebat,nec cũ ea debere proficiſci in rebus incertis,& terrã propriã deſerẽtes.Et

tes. Et Orpha quidem māsit. Ruth autē quum ei à se recedere persuadere nō potuisset, sociam sibi duxit in omne quicquid emergeret, Veniente siquidē Ruth cū socru in Bethlehem, Booz Elimelech cognatꝰ, susceptit eas. Et quū Noemin nomine suo vocarent, ait illa: Iustius Maram me vocate. Significat enim lingua Hebraica Noemis quidem felicitatem, Mara autē dolorem. Ruth itaq; tempore messis egressa est, permittente socru, vt spicas colligeret: vt alimentū haberent: venitq; in agrum Booz. Veniens autē post paululum Booz, videnscq; puellam, propter eam agri præpositū requirebat. Ille vero dum iam ab ea primitur agnouisset, domino declarauit. Qui de fauore socrus atq; memoria mariti sibimet copulati gratias agens, & ei experimentum rerum bonarum exoptās, spicas quidē eam colligere noluit: sed metere quicquid posset, & sibi portare permisit: præcipiens villico, vt nihil eam tollere prohiberet: prandiumq; & potum ei præbuit, dum messores hora competenti comederent. Ruth autē tollens ab eo alphita, socrui conseruauit, & vespere cum spicis ad eam venit, Seruauerat aūt ei & Noemi partes ciborum, quos ei vicini præbuerant. Narrauitq; ei Ruth ea quę illi dixerat Booz Quumq; illa indicasset quod cognatus esset, & propter pietatem ei suam prouidentiam exhiberet, rursus sequentibus diebus egressa est ad colligendas spicas cum ancillis Booz. Veniens autem non post multos dies Booz, quum iam esset messis hordearia maturata, ad aream propriam dormiebat. Hoc autē quum audisset Noemis, cogitabat quemadmodum cum eo Ruth collocare posset. Iudicabat enim vtile, si Booz Ruth haberet vxorē: misitq; puellam vt circa pedes eius dormiret. Illa vero dum in nullo nefas esse iudicaret, vt socrus suæ iussioni resisteret: veniens ad aream, tunc quidem latuit Booz profundissime dormientem. Excitatus vero circa mediam noctem, requirebat quæ esset. Illa vero suum nomen dicente, & petente vt tanquam dominus eam cubare permitteret, tunc quidem quieuit. Diluculo vero antequam ad opus famuli mouerentur, excitans eam, iussit, vt tollens hordei quantum posset, properaret ad socrum, antequam ibi dormisse videretur ab aliquibus dicēs castitatem in talibus derogationibus esse seruandam: & maxime quando nihil perpetratur aduersum. De reliquis vero sic ait: Est mihi proximior genere qui te ducere possit vxorem: & si voluerit, necessarie sequeris illum: quo te repudiante coniugem, te ego secundum leges habebo. Hæc illa socrui referēte, securitas eas tenuit: spem habentes, quod pro eis Booz de cætero cogitaret. Ille vero iam media die veniens in ciuitatē, & seniores colligens, mittens etiam, vocauit Ruth & cognatum. Quo veniente: Elimelech, inquit, & filiorum eius hereditatem tenes. Illo confitente hanc sibi proximitatis lege competere, Booz ait: Ergo nō ex media parte oportet legum habere memoriam, sed vt secūdum eas vniuersa facias. Maalon enim vxor huc venit, & sui agri partem obtinere oportet vxorem eius secūdū leges accipere. At ille Booz & hereditatem & vxorem cessit, quum & ipse cognatus esset defuncti, qui & vxorem iam se habere dixisset, & filios. Booz itaq; testificās seniores, iussit mulieri vt eius calciamentum solueret secundum legem, & in faciem eius expueret. Quo facto, Booz Ruth duxi vxorem, eisq; post annum masculus es filius procreatus: quem Noemis sumens consilio mulierum, vocauit Obed, eo quod in eius seruitute nutriretur. Obed enim Hebraica lingua significat seruiens. Porrò Obed habuit filium Iesse, ex quo Dauid, qui regnauit, & principatum suis filijs per viginti, & vnam generationes virorum longo tempore dereliquit. Hæc quidem necessarie quæ de Ruth gesta sunt, explanaui, ostendere volens dei potentiam, cui possibile est ad dignitatis maximum culmen euehere quoscunq; voluerit: & ad quale perduxit etiam Dauid, huiusmodi ortum initijs.

Ruth.2

Ruth.3

Ruth.4

Booz Ruth duxit uxorem

Genealogia Dauid

De ortu Samuelis prophetæ: qui prædixit cladē Israeliticam, filiorumq; Eli sacerdotis perditionem. Caput XV

1 reg. 1 Vita & mores filiorum Eli

HEbræi itaq; rebus eorum afflictione pręgrauatis, bellum rursus ob huiusmodi causam habuerunt cum Palestinis. Eli sacerdoti erant filij duo, Ophni & Phinees,

Phinees, & circa homines iniurioſi, & circa diuinitatem impij, nulliq; iniquitati parcebant: & alia quidam munera oblatorum propter honorem ſibimet ſequeſtrabant, alia vero rapinæ modo tollebant: & mulieribus religionis cauſa venientibus contumelias inferebant: alijs quidem violentiam facientes, alijs vero perſuadentes donis, nihilq; eorum vita à tyrannide peſſima differebat. Quorum pater grauiter hæc ferebat. Populus autem quanto non ſperabat venturum dei ſuper eos fore ſupplicium, tanto vehementius gemiſcebat, Quumq; futuram cladem filiorum eius deus expoſuiſſet, & Eli & Samuel, qui illo tempore puer erat, tunc palam ſuper filijs habuit luctum. Volo itaq; primitus de propheta loqui, & poſtea de Eli filijs enarrare, nec non & infelicitatis cauſam, quam habuit populus Hebræorum. Helchana vir Leuita, inter medios ciues Ephrem ſortis exiſtens, & ciuitatem Ramatham inhabitans, duas vxores duxit, Annam, & Fenennam, ex qua etiam ei filij ſunt progeniti. Qui tamen Annam, quum eſſet ſine filijs, diligebat, Veniente vero cum ſuis coniugibus Helchana in ciuitatem Silon, vbi erat dei tabernaculum conſtitutum, ſicut prædiximus, dum earum vir per epulas vxoribus & filijs diſtribueret partes, Anna reſpiciens alterius mulieris filios circa matrem ſuam, deſcendit ad lachrymas: & eo quod non haberet filios, ea ſolicitudine gemiſcebat: dumq; conſolatione viri contriſtari prohiberetur, venit ad tabernaculum, rogans deum, vt ei ſobolem concederet, filijq; faceret eſſe matrem: votum vouens, vt primogenitum ſuum miniſtraturũ deo dicaret, nec eum ſimilem cum priuatis hominibus victum habere permitteret. Et dum in orationibus multo tempore moraretur, Eli ſacerdos ſedens ante tabernaculum, velut ebriam abire præcepit. At illa dum nuſquam ſe bibiſſe fateretur nec ebriam eſſe, ſed propter ſterilitatem filiorum afflictam rogaſſe deum, fiduciam eam exhortabatur habere in deum, filios donaturum eſſe promittens. Tũc cum bona ſiquidem ſpe veniens ad maritum, cibum læta percepit, & reuertentibus eis ad patriam, concepit & peperit filium, quem appellauerunt omnes nomine Samuel, quaſi à deo poſtulatum, Quibus venientibus, vt pro filij natiuitate hoſtias immolarent, & decimas offerrent, recordata mulier orationis ſue & promiſſionis quam de filio vouerat deo, tradidit eum Eli dicatum deo, prophetam futurum: creſcebatq; eius coma, & potus eius erat aqua. Et Samuel quidem nutritus in templo cõmorabatur. Helchanæ autem ex Anna alij filij, tresq; filiæ progenitæ ſunt. Porro Samuel pleno iam anno duodecimo, prophetauit. Quem quodam tempore dormientem, nominatim deus vocauit. Ille vero putans ſe à ſacerdote vocatum, venit ad eum. Sacerdote vero dicente eum ſe non vocaſſe, tertio deus hoc fecit. Quod dum Eli cognouiſſet, dixit ad eum, Primo quidem Samuel ſilui, nunc autem dico tibi, deum eſſe qui vocat, & notat quæ dicat. Cumq; deus iterum locutus fuiſſet, audiens petijt vt quæ vellet præciperet, in nullo eius miniſterium dilaturus. Cui deus: quoniam, inquit, ades, cognoſce futuram cladem Iſraelitis, omni narratione & crudelitate maiorem, & Eli filios vna die morituros, & ſacerdotium à domo Eli eſſe migrandum, Eli namq; plus ſuos filios etiam contra eorum vtilitatem elegit diligere, quàm mihi placere. Cumq; iureiurando cogeret Eli prophetam Samuelem vt ei hoc indicaret, nolebat enim eũ contriſtare Samuel tali ſermone, tamen eo dicente, certiorem magis habuit expectationem de eorum perditione. Samuel auetm magis ac magis gloria augebatur, dum vtiq; cuncta quæ prophetabat, probarentur eſſe veracia

Anna concipit & parit Samuelem

1.Reg.3

Verbum domini ad Samuel

Quomodo filij Iſrael pugnantes cum Palæſtinis cęſi ſunt filij Eli ſacerdotis in bello pereunt: arca dei capta abducitur: ipſe ſacerdos cõperto quod factum eſt, de ſella corruens mortuus eſt, cum tenuiſſet principatum quadraginta annis. Cap. XVI

1.Reg.4 EO ſiquidẽ tempore Paleſtini caſtra mouerũt ſuper Iſraelitas, circa ciuitatẽ Amphet, leuiterq; hoc Iſraelitis ferẽtibus, ad potiora venerũt. Vicerũt aũt Palæſtini,

&occiderunt Hebręorumvſq; ad tria milia,reliquam vero multitudinẽ vſq; ad caſtra propria perſecuti ſunt.De ſumma vero perditiõe formidãti.Hebræi miſerũt ad ſeniores atq; pontifices,vt arcam dei adferẽt,qua præſente congreſſi hoſtibus præualerent, ignorantes quanto maior eſſet quàm arca,qui eis calamitatem inferre decreuerat.Aderat itaq; arca pariter ac pontificis filij:quibus pręceperat pater,vt ſi capta arca viuere voluiſſent,ad eius faciẽ nõvenirent.Phinees enim iam ſacerdotij fungebatur officio,patre hoc propter ſenectutẽ ſibimet permittente.Quo facto,ſecuritas multa nimis data eſt Hebręis tanquam per aduẽtum arcæ poſſent hoſtibus pręualere.Inimici vero ſtupeſcebãt Iſraelitas, metuẽtes arcæ pręſentiam,ſed vtriq;parti non ſicut putabãt acceſſit.Facta nanq; cõgreſſione,victoria,quam Hebræi ſperabant,Palæſtinis allata eſt:& perditionẽ quã illi metuebant,ſuſcipientes Hebræi,cognouerũt fruſtra ſe habuiſſe in arca fiduciam.Repente namq; in manibus hoſtium deuenerunt & amiſerunt vſq; ad triginta milia virorũ,inter quos ceciderũt quoq; filij ſacerdotis,& arca ab hoſte ablata eſt,Nunciata vero perditione in Silon & arcæ captiuitate per quendam iuuenculum Beniamiten,qui interfuerat bello,cuncta ciuitas luctu repleta eſt.Porrò Eli ſacerdos ſedebat ad portas in altiori ſede,& audiẽs ciuitatis planctũ atq; putãs aliquid noui circa ſuoseffectũ,euocato iuuene,dũ cognouiſſet ea quę in bello fuerant geſta de filijs,& alijs quæ de exercitu pariter dicebãtur,leuiter habuit,tanquam per deũ præſcius futurorũ:quando valde ea mala confundunt quæ pręter ſpem repente proueniũt.Cum vero etiam arcam audiſſet ab hoſtib⁹ captam,dolore turbatus,eo quod præter ſpem tantum onus acceſſerat,ruẽs à ſede defunctus eſt,dum octo & nonaginta vixiſſet annos:quorũ quadraginta tenuit principatum.Ea ſiquidẽ die defuncta eſt & cõiunx Phinees eius filij, dum poſt caſum mariti nequaquam viuere toleraſſet,cui pręgnãti nũciatus eſt luctus viri.Peperit autem filium ſeptem mẽſium,quem Iſchaboth appellauerunt:quod nomen deſignat inglorium,eo quod illo tempore exercitui huiuſmodi deformitas accidiſſet.Habuit autem principatum primus Eli ex domo Ithamar,qui fuit vnus filiorum Aaron.Nam primitus de domo Eleazari ſacerdotes erant,ex quo honorem filius à patre percipiebat:& Eli Phinees filio ſuo tradidit. Poſt quem Abiezer eius filius hũc honorem accepit,quem Buzi ſuo filio dereliquit.Cui rurſum Ozi filius ſucceſſit ſuus,& poſt hunc Eli tenuit ſacerdotium,de quo nũc nobis ſermo eſt habitus:cuius genus vſque ad tempora imperij Solomonis hoc habuit,tũc enim ſacerdotium ex domo Eleazari denuo receperunt.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER SEXTVS.

Interitus Palæſtinorum & terræ eorum,per iram dei propter arcam quæ ab eis fuerat capta, & quemadmodum eam remiſerunt ad Hebræos. Caput I

TENENTES igitur Paleſtini captiuam ſuorũ hoſtium arcam,ſicut prædiximus,in ciuitatem Azotũ portauerunt eam,& apud deum ſuũ qui vocabatur Dagon quaſi trophæum aliquod poſuerunt.Sequẽti vero die diluculo ingreſſi templum,vt deũ ſolenniter adorarent,inuenenerunt deum ſuũ circa arcã iacentem: iacebat enim euulſus de baſe ſua in qua ſtatutus eſſe videbatur:quem denuo eleuantes ſtatuerunt,grauiter de eius caſu dolentes. Cumq; frequenter venientes Dagon inuenirent iacentem, & arcam ſimiliter adorantem:in anguſtia & confuſione grauiſſima cõſtituti ſunt. Nouiſſime vero Azotorum ciuitatem atque prouinciam diuinitus peſtis inuaſit. 1.Reg.5

sit. Moriebantur enim crudeli passione dysenteriæ: & antequã velox eis interitus proueniret, antequã anima bona morte resolueretur à corpore, intestina eorum corrupta corporis putredine ferebantur. Prouiciam vero consurgens multitudo muriũ deuastabat: ita vt neq; arboribus neq; fructibus abstinerent. Dumq; his malis Azoti tenerentur, & resistere calamitati non possent, intellexerunt hanc sibi cladem propter arcam dei proueniſſe, victoriamq; eius non sibi probono fuisse. Miserunt ergo ad Ascalonitas, petentes vt arcam ipsi susciperent, Quibus Azotorum supplicatio non fuit ingrata, sed eis quodammodo gratias retulerunt: Arcam vero percipientes, in malis similibus constituti sunt. Secum nãq; passiones Azotorum Ascalonitis arca deuexit. Quam denuo ad alios Ascalonitæ miserunt: sed neq; apud illos mansit. Nam cum & ipsi ijsdem passionibus turbarentur, eam vicinis ciuitatibus tradiderunt. Et isto modo arca ciuitates Palæstinorum quinq; transiuit, quasi prædam quandam exigens passionibus per singulas ciuitates. Desperati vero malis hi qui iam videbantur experti, & dum audientibus hæc nota fierent, nec arcam vlterius aliqui susciperе vellent, huiusmodi habentes mercedem: ad vltimum cogitabant quemadmodũ ea carere possent Conuenientesq; quinq; vrbium principes, Getho & Accaron, & Ascalon, necnõ & Gazę, & Azoti, tractabant quid fieri conueniret. Et primum quidem placuit
1. Reg. 6 vt arca remitteretur ad suos: cum deus eam proprius vendicaret, & ob hoc pestes illis inferret, vrbesq; vastaret. Erant autem qui dicerent hoc quidẽ fieri non debere, nec falli, vt arcæ passionum causas ascriberent, cum ei potestas huiusmodi aut fortitudo non esset: quando si deus habuisset curam eius, nequaquam tradita fuisset hominibus: sed quiescendum, & causam harum passionum dicebant leuiter tolerandam, quod vtique non deberent nisi solummodo reputare naturæ, quę corporibus, & terræ, & arboribus, & omnibus quæ ex ea consistunt, per temporum cursus huiusmodi mutationes ingenerat. Prædictas itaque sententias cõsilium virorum, qui à priscis temporibus intellectu præcellebant atque prudẽtia superauit, & maxime quando in rebus præsentibus suadere congrua videbãtur, & neque remittendam arcam neque retinendam esse dicebant: sed quinq; simulacra aurea pro vnaquaque ciuitate dedicanda deo pro gratiarum actione, quãdo eorum saluti prouiderit, eosq; viuere fecerit, & à passionibus quibus præualere non poterant liberarit: totidemq; aureos anulos, & mures, qui eorum regionem depasti fuerant atque corruperant: & hęc in loculum esse mittẽda, & super arcam ponenda: faciendumq; vehiculum nouum, & boues quę nuper genuerant esse iungendas: quarum partus claudendos ac retinendos, ne sequentes matres impedirent, sed vt eorum desiderio celerrimũ potius iter facerent: tunc illas depulsas portantesq; arcam in triuio deserendas, eisq; quodammodo committendum quam vellent agere viam: & siquidem ad Hebręos irent, & eorum regionẽ ascenderent, arcam arbitrandum causam fuisse passionum: si vero alibi fortuitu properarent, reuocandam esse dicebant, cognoscentes, quod arca nullam videretur habere virtutem. Hęc itaq; recte se habere iudicantes, repente fieri decreuerunt. Agentes autem ea quę sunt prędicta, vehiculum cũ bobus deduxerũt in triuium, Illudq; relinquẽtes ibidem secesserunt. Bobus autem recta via velut quodam ductore prędcedente pergentibus, Palæstinorum principes sequebantur: quò starent aut ad quos venirent, volentes agnoscere. Est autẽ quidam vicus in tri-
Bethsamis arcã ea deuenit. bu Iuda, nomine Bethsamis, in quo venerunt boues. Cumq; in campũ magnum deuenissent, vlterius accedere cessauerunt: statuẽtes autem illic vehiculũ, gratũ miraculum habitatoribus vici illius prębuerunt. Aestatis nanque tempore, dum omnes in agris essent pro colligendis frugibus, cum vidissent arcam, delectationes passi, & opus manuum relinquentes, repente cucurrerunt ad eam: & deponẽtes arcam, & vas in quo erant recondita simulacra, simul & mures, posuerũt super quandã petrã quę erat in campo: & mox immolantes deo & vehiculũ simul & boues, holocaustum offerentes, pariter epulati sunt. Hæc videntes Palęstinorum

rum iudices,ad propria sunt reuersi. Ira vero atque indignatio dei septuaginta. Bethsamitas occidit,eo quod non fuissent digni arcam contingere,quia nec sacerdotes erant apud illos qui ad eam accesserãt. Quos talia patientes fleuerunt sui prouinciales,& luctum in eis leuauerũt,qualem potuissent habere pro malo diuinitus misso,suumq; mortuum vnusquisque lugebat: & indignos se iudicãtes, vt apud eos arca consisteret,mittentes ad omnes Hebræos indicauerunt arcam à Palæstinis fuisse reuocatam. Qui cognoscentes hoc, reportauerunt eam in Chariathiarim proximam ciuitatem Bethsamitarum,vbi in domum cuiusdam Leuitæ Aminadab nomine,qui videbatur esse iustus & vita religiosus,arcam introduxerunt,velut in locum deo dignum,in quo habitaret vir iustus. Ministrabant enim arcæ eius filij,& huic curæ annis viginti præfuerunt. Tantis enim temporibus fuit in Cariathiarim,dum apud Palęstinos mẽsibus septẽ habitasset

Quemadmodum Palestinorum exercitus super eos venerit: & de victoria Hebræorum,quam duce Samuele propheta adepti sunt. Caput II

CVmq; omnis populus illo tempore,quo ciuitas Cariathiarim habuerat arcam,in orationibus & sacrificijs deditus esse videretur, & maximum circa eam religionis exhiberet officium. Samuel propheta videns fiduciam eorũ quasi opportunum esset vt talibus loqueretur,de libertate & boniseius fecit allo quium,secundum quod credebat eorum mẽtibus esse gratũ,& ait: O viri quibus adhuc hostes sunt grauissimi Palæstini,& deus iam incipit esse propicius & amictus: non solum concupiscenda libertas est,sed etiam faciẽda,per quę vobis eius bona proueniant. Non enim optare debetis ab homine liberari,& agere pro quibus potius seruiatis: sed estote iusti,& maliciam depellentes ab animabus vestris,easq; purgantes totis mentibus,inuocate deum,cumq; bonis actibus honorate. Hæc enim vobis facientibus bona proueniẽt,seruitusq; fugabitur,& de hostibus repente triumphus afferetur: quem promereri non armis poterunt,non robore corporum,non multitudine populorum. Non enim malis deus promittit se talia præbiturum,sed bonis existentibus atq; iustis. Ego autem vobis digna gerentibus huiusmodi promissorum a stipulator adero. Cumq; hæc dixisset,vniuersus populus ei fauit,& eius exhortatione gauisus est,simul & annuerunt omnes obedire se deo. Quo facto congregauit eos Samuel in quadam ciuitate quæ vocatur Masphat,quod nomen deorsum inspicere Hebraica lingua significat. Hic haurientes aquam immolauerunt deo, & tota die ieiunantes in orationibus conuersati sunt. Qui tamen ibidem congregati Palæstinos minime latuerunt. Nam cognoscentes conuentum eorum,magno exercitu atq; virtute,vt nõ suspicantibus bellum & impræparatis inferrent,aggressi sunt. Illos autem hoc valde terruit,& ad tumultum formidinemq; perduxit: & recurrẽtes ad Samuel animas suas corruisse,& morti proximos iam perditione dicebant. Et propterea quiescendum,nec virtutem hostium commouendam: quando nobis te duce ad orationes & sacrificia & iuramenta venientibus,super nudos & inermes castrametati sunt inimici. Spes ergo nobis alia nulla salutis est, nisi per te exoratus deus,euadere nobis concesserit Palæstinos. At ille & fiduciam habendam dixit & deum allaturum eis,compromisit adiutorium. Et sumens lactentem agnum sacrificauit pro populo,rogauitq; deum,vt eos contra Palæstinorum bellum sua dextra tueretur: nec eos perituros despiceret,qui secundo iam videbantur afflicti. Exaudiuit itaq; deus orationes,hostiamq; placitam auxiliatrice mẽte suscipiens,annuit eis victoriam & potentiam conferendam. Dumq; adhuc esset super altare dei sacrificium positum,& nondum sacra fuisset flamma consumptũ processit è castris hostium multitudo, & aciem constituit ad pugnandum,tanquam spe fulti victoriæ: dum vtiq; Iudęi in angustia viderentur inclusi,quando nec arma haberent,nec ad pugnandum ibidem concurrissent. Inciderant enim inopinate in rebus talibus: quæ etiam si prędictę fuissent,non facile crederẽtur. Palæstinis igitur primitus deus terram mouit,eamq; tremere fecit,& eis dubiam

1.reg;7

Oratio Samuelis

demonſtrauit: ita vt eius baſis ſubtrahi videretur, & ſciſſa in diuerſis apertionibus ſorberetur. Deinde tonitruis concrepantibus, & igneis coruſcationibus lõge micantibus, velut incendens eorum vultus: minis eos affecit, & ex eorum manibus arma diripiẽs, nudos in fugam vertit. Quo facto. Samuel eos cum multitudine perſecutus eſt, & plurimos interfecit perſecutusq; eſt vſque ad locum quendam qui vocatur Correon, ibiq; lapidem fixit, velut terminum victoriæ, & hoſtium fugæ, eumq; lapidem fortitudinem appellauit, qui eis ſignum eſſet diuini ſolatij contra hoſtes adhibiti. Inimici vero poſt illam plagam nequaquam ſuper Iſraelitas egreſſi ſunt: ſed timore & memoria rerum, quę ſuper eos acceſſerant. quieſcebant. Fiducia ſiquidem quæ dudum fuerat Palæſtinis aduerſus Hebræos poſt hanc victoriam facta eſt Hebræorum. Porrò Samuel ſuper eos caſtra ducens, peremit multos: eorumq; ſuperbiam ad nihil deduxit, & abſtulit regionem illam, quam primitus victis Iudæis prælio detinebant. Hæc autem erat vſque ad ciuitatem Accaron, à finibus Geth extenſa. Fuerunt igitur illo tempore amicitiæ inter reliquos Chananæos, & Iſraelitas. Propterea vero Samuel diſpoſito populo, eisq; reddita ciuitate, in vnum eos conuenire præcepit, vt de diuerſis actibus ad inuicem diſceptarent: ipſe vero ſemel in anno circũiens ciuitates iudicabat, & multo tempore æquitate omnia expleuit.

Propter iniquitatem filiorum Samuel iam ſeneſcentis, populus poſtulat regem. Caput III

DEinde ſenectute grauatus, & agere ſolennia præpeditus, filijs ſuis populi tribuit principatum: quorum ſenior quidem dicebatur Iohel, iunior autem Abia. Prępoſuit autem alium quidem in Bethlehem ciuitate, vt illic ſederet & iudicaret: alium vero in Berſabee, diuidens populum qui eorum iudicijs obedirent. Iſti ſiquidem facti ſunt exemplum & indicium manifeſtum quibuſdam, vt nec ſimiles parentibus ſuis exiſterent, ſed vt boni quidem & moderati ex malis, & praui producerentur ex bonis. Nam à patris ſui ſtudijs recedentes, & viam contrariam ambulantes, & muneribus, turpibusq; lucris iuſticiam comprimebant: & iudicia non vera, ſed ſecundum præmia proferebant: & ad epulas precioſaq; conuiuia declinantes, primum quidem quæ erant inimica deo gerebant, ſecundo quæ etiam patri videbantur aduerſa, qui multo ſtudio ac prouidentia geſſerat, vt etiam plebs ſciret ſeruare iuſtitiam, Populus itaque dum contumeliam priori conuerſationi prophetę filij facerent, grauiter hoc ferens ad patrem denuo remeauit, qui in Ramatha ciuitate commorabatur, eiq; iniuſtitias filiorum omnes expoſuit, & quia cum ſenex eſſet, & à tempore iam defectus, rebus pręeſſe non poterat, ſupplicabant ei atque rogabant, vt eis aliquem eorum regem eligeret, qui & principatum gentis haberet, & Palęſtinos afflligeret, qui eis erant prioris iniuſtitię debitores.

Samuel ſenex filiis ſuis res diſpenſandas iniungit

Indignans Samuel, dei iuſſu iungit Saul, qui poſtea ſorte electus, confirmatur. Caput IIII

HÆc ergo verba grauiter concuſſerunt Samuel propter incertam ei iuſtitiã, & odium circa reges. Optimam enim illius tunc cõuerſationis electionem valde diligebat, quę dum eſſet ſancta, beatos etiam ciues vtentes ſe faciebat: nimiaq; cogitatione his dictis afflictus, neq; cibi memoriã habuit, neq; ſomni: ſed facta nocte rerum cogitationes euoluens, ſine ſopore permãſit. Cumq; talia cogitaret, apparuit ei diuinitas, eumq; conſolata eſt, dicẽs, ne pro petitione populi deberet affligi, quaſi nõ in illũ ſuperbi fuerint, ſed magis in ſe, ne ſolus ſuper eos ipſe regnaret: & hęc opera, ex quo egreſſi ſunt vt ab Ægypto, molitos: nõ tamẽ poſt multum tempus eos grauiſſimam eſſe pœnitẽtiam habituros. per quam nihil equidem quod geſtum fuerit, infectum erit. Arguentur autẽ vt cõtemptores & quod cõſilia non pacifica circa me, & circa tuam prophetiã habuiſſent. Pręcipio

indicijs,quod nullus aliquando veſtrum hic vidit factum,vt meſſis tempore imbrē deum deprecemur effundere. Cumque hæc Samuel dixiſſet ad populum, tonitrua ſubito,& coruſcationes,& grādinis impetus diuinitatis iuſſione prorupit, veritatem prophetę apud cunctos oſtendens:ita vt obſtupeſcentes,& in formidine conſtituti,peccaſſe ſe cuncti profiterentur,& in hoc per ignorantiam incidiſſe:vtque deum propheta velut optimus pater & mitis rogaret, quatenus propitius eſſet eis,peccatumq; quod per incuriam & iniquitatem commiſerant,dimitteret,exorabāt. At ille promiſit deum ſe rogaturū,vt eis veniam concederet meritorum. Monuit tamen eos,vt iuſti forent & boni: & haberent ſemper memoriā eorum,in quibus præuaricationem virtutis inciderant,& ſignorum dei, & legiſlationis Moſi,ſi eis cum felicitate regiæ ſalutis eſſet affectus:quia ſi hæc negligerent,venturam eis,eorumq; regi à deo plagam maximam,prophetauit. Igitur Samuel dum hæc dixiſſet Hebræis confirmato ſecundo Saulis regno, populum remeare permiſit ad propria.

Numeroſo exercitu Palæſtinorum Hebræis imminente, Saul à ſuis deſtitutus,quod Samuelem non expectauerat,increpatur. Verum Ionathas dormientes aggreſſus mire turbat hoſtes. Cap. VI 1.Reg.

SAul igitur eligens quaſi tria milia virorum ex omni plebe,duo quidem milia ipſe retinens morabatur in ciuitate Bethel. Ionathæ vero filio ſuo dedit mille armigeros,eumq; miſit in Gabaa. Ille autem obſidebat caſtra Palæſtinorū non procul à Galgalis. Palæſtini nanque qui in Gabaa morabantur, arma Iudæis abſtulerant:& munitiſſima loca ſuisq; caſtris opportuna detinebāt,interdicentes Hebræis vti ferro. Propter quam cauſam agricolæ, ſi quod inſtrumētum eis eſſet neceſſarium ad culturam,venientes ad Palæſtinos fabricabant illud. Cum ergo Palæſtini cognouiſſent caſtra ſua ab Hebręis obſeſſa,indignati,& cōtemptum Hebræorum magnam iniuriam iudicantes, Iudeis prælium intulerūt, ducentes pedeſtrium quidem trecēta milia,curruum vero triginta milia, & equitum ſexaginta milia:caſtraque poſuerunt circa ciuitatem magnam. Quod cum cognouiſſet Saul rex Hebræorum,deſcendit in Galgalam ciuitatem: & in omnem prouinciam miſit,populū propter libertatem ad bellum contra Palæſtinos inuitans:eorūq; potentiam viliſſimam eſſe declarans,& nimis indignam,vt per timorē pericula ſuſtinerent. Dumq; populi qui erant cum Saul, multitudinem Palæſtinorū inſpicerent,valde ſunt territi:& alij quidem in ſpeluncis & cauernis & cloacis ſemetipſos cælauerunt,plurimi vero trās Iordanē fuga lapſi ſunt, qui erant præcipue ex tribu Gad & Ruben. Miſitq; Saul ad prophetam vocans cū,vt cū eo de bello & rebus præſentibus cogitaret. Ille autem ſuſtinere eum ibi præcepit,& hoſtias pręparare:poſt ſeptē vero dies venturus ad eum, vt ſeptima die ſacrificantes ita congrederentur ad bellum. Qui ſuſtinuit quidem ſicut Propheta mādauit mādatū vero nequaquā cum perfectione ſeruauit: ſed cū videret Prophetam quidem morari,ſe autem à militibus derelinqui, celebratis hoſtijs cum audiſſet Samuel venientem,ei in occurſum feſtinanter egreſſus eſt. Ille vero non recte eum feciſſe dixit,eo quod orationes & ſacrificia, quæ dei voluntate erant facienda pro populo,offerre petulanter ipſe præceſſerit. Saul vero ſatisfaciente,& dicente,ſuſtinuiſſe ſe quidem præfinitos dies,ſed pro neceſſitate & diſceſſu militum,& propter hunc timorem & inimicorum aduentum, cum in magno eſſet metu,eo quod auditi fuiſſent in Galgala deſcēdiſſe,ad offerenda ſacrificia ſe fuiſſe compulſum: Reſpōdens Samuel ait:tu quidem ſi iuſtus eſſes, & mihi non inobediens,nunquam in his quę pro præſentibus rebus pręcepit deꝰ primitus defeciſſes,quam in rebus neceſſarijs expediri,vt tibi tuæq; ſoboli regnare plurimo tempore liceret. Hæc Samuel quidem ferrens grauiter in his quę fuerāt facta,diſceſſit ad propria. Saul autem in Gabaa ciuitatem, habens ſecum ſexcentos ſolummodo viros,cum Ionatha filio venit:quorum plurimi arma nequaquam habebant, dum ferrum vtique in prouincia minus eſſet, & qui arma

facere potuiſſent. Non enim ſinebant eos Palæſtini, ſicut dudum iam declaraui mus, hęc habere. Igitur diuidentes tribus agminibus exercitum Palęſtini, & per totidem itinera diſcurrentes, Hebræorum prouinciam deuaſtabant: videntibus ſcilicet Saul rege & eius filio Ionatha, & terram defendere, cum eſſent ſexcenti ſolummodo: non valeſcentibus. Dumq; reſideret ipſe & eius filius & ſacerdos Achias qui erat de prole Eli ſacerdotis, ſuper collem excelſum, terramq; populari reſpicerent, eis in maxima anguſtia conſtitutis: Saul filius cũ ſuo armigero cõſtituit. vt latenter ad hoſtium tabernacula properarent: turbamq; eis & quen-
1 Reg. 14 dam modum cõmotionis inferrent. Dumq; armiger eius pronius ſe eum ſecuturũ aſſereret, licet mors immineret, ſumens ſolatium iuuenis & de colle deſcendens, ad hoſtes pariter ibant. Erant igitur caſtra hoſtium ſuper ſcopulum habentẽ ſub tiliſſimam longitudinem, tribus verticibus acutiſſimis prominẽtem, ſcopulis per circuitum euntibus, & quaſi propugnaculis inuaſiones pugnantium prohibentibus. Vnde contingebat, vt cuſtodes minorem haberent ſolicitudinem caſtrorũ, quod natura locus ille omnibus videbatur eſſe munitus, & ad capiẽdũ valde difficilis: eo quod non ſolum aſcendere illic, ſed etiam accedere difficile videretur. Cum ergo veniſſet ad caſtra Ionathas, armigerum confortabat, exacuens vt ad hoſtes accederẽt: ſignũq; hoc victoriæ iudicarent, ſi eos ad ſe vocarent: ſi vero nihil eloquerentur, tãquam non vocantibus, reuerti deberent. Accedẽtibus igitur ad exercitũ hoſtiũ apparente iam die, vidente Palęſtini eos alterutrim dicebãt: Ecce de cauernis & ſpeluncis egrediuntur Hebræi: Et ad Ionathan eiusq; armigerum dicebant. Venite aſcendite ad nos, vt vos digne pro veſtris præſumptionibus puniamus. Quã vocem ſuſcipiens grate Saul filius, tanquam ei victoriam deſignantẽ, tũc quidẽ ab illo loco, in quo hoſtibus fuerãt viſi, receſſit: mutansq; locũ, venit ad petram: quę erat propter munitiones locorũ deſolata cuſtodibus: & exinde quaſi repentes, & trahentes ſemetipſos cum multo labore, naturam loci vicerũt, vt ad inimicorum caſtra cõſcenderent. Irruentesq; eis dormientibus, occiderunt quidem quaſi viginti: turbatos vero pauore eos vehementi impleuerũt, ita vt alij quidẽ effugerent, arma omnia relinquentes: alij vero ſemetipſos non agnoſcẽtes, eo quod cõgregati ex multis gentibus eſſent, credentesq; inimicos, & Iſraelitas ſuper ſe irruiſſe putantes, & non hoc duorũ hominum præſumptione cõmiſſum, ad alterna bella conuerſi ſint. Quorum alij quidem perempti moriebantur, alij vero fugientes per ſaxa præcipites collabebantur.

Saul maximam ſtragem, infert Palæſtinis. Ionathas ſuffragante populo à morte libertatur. Caput VII

DVmque exploratores Saul dicerent regi. Palæſtinorum caſtra valde turbari, requirens Saul ne quis ſuorum deeſſet, audiuit ſuum abeſſe filium & eius armigerum, iuſſitq; vt pontifex ſumpta veſte ſacerdotali de futuris rebus ei prophetaret. Cumque eum illẽ vincere, & hoſtibus fortiter prævalere dixiſſet, Palæſtinos inuaſit, & turbatos aggreſſus eſt, qui ſe potius inuicem peremerunt. Refugerunt autem ad eum etiam qui primitus ſe per cauernas & ſpeluncas petrasque celauerant, audientes Saul eſſe victorem. Congregatis autem quaſi decem milibus Hebræorum, perſecutus eſt inimicos, cuncta regione diſperſos. Igitur ſiue propter inopinatæ victoriæ gaudium, dum ſæpe felices contingat extolli: ſiue ignorantia faciente, palmæ illius decus peſſima lamentatione fœdatum eſt. Volens etenim Saul funditus interimere Palæſtinos, & pœnam eos exoluere, maledixit Hebræis: vt ſi quis à cæde ſe retinens inimicorum, antequam nox futura veniret aliquid comederet, & ab interfectione hoſtium, aut à perſecutione ceſſaret, maledictus eſſet. Cumque Saul hoc dixiſſet, veniens ad quandam quercum excelſam, in ſorte Ephrem conſtitutam, Ionathas filius eius, dum illic apum contigiſſet eum inuenire cubilia, maledictum patris ignorans, nec populi ſuper eo proteſſionem agnoſcens, expreſſo mellis fauo comedit. Inter hæc autem cognoſcens, quomodo cum nimio maledicto eius

Victoria Saul de inimicis

pater

pio autem tibi, vt eis ordines quencũq; monſtrauero, regem: prædices tamen eis, quales erunt, & quæ ſub rege mala paſſuri ſunt: proteſtatus, qualem mutationem habere feſtinant. Hęc Samuel cum audiſſet, mox die facto, conuocatis Iudæis, ait daturum ſe eis regem, ſed primitus quidem narrare eis deberet, quę illis eſſent futura per reges, & quibus forēt afflictionibus atterendi. Scitote, inquit, quod primum quidem filios veſtros auferent, & alios quidem curruum agitatores eſſe iubebunt, alios vero equites & armigeros & præcurſores, alios millenarios & centenarios: facientq; alios armorum artifices, & opifices curruum, & inſtrumentorum fabros, & agrorum ſuorum cultores, vinearumq; foſſores: & nihil erit in quo non obediant his, quæ iubentur: ſeruientes ad ſimilitudinem eorum, qui pretio comparantur in plebe. Sed & filias, inquit, veſtras vnguentarias habebunt, & cocquinarias, & molarias: & efficiēt omne opus ſub neceſſitate, quaſi famulæ plagas metuentes, & verbera. Sed & veſtras poſſeſſiones auferēt, & eas eunuchis ſuis & armigeris condonabunt, & iumentorum greges eis diſtribuent. Et vt breuiter ſit dicendum, ſeruietis cum omnibus veſtris regi, ſimiles ſeruorum eius effecti: horumq; ſermonum memoriam tunc habebitis, quando hęc paſſi fueritis: & pœnitentia ducti rogabitis deum, vt veſtri miſereatur, & donet à regali onere velociſſimam libertatem: qui veſtras non ſuſcipiet preces, ſed eas reſpuēs vos ſinet, vt malorum conſiliorum tormenta ſuſtineatis, Erat autem populus in hac prouidentia futurarum rerum valde fatuus & difficilis, vt conſilium quod ſemel in mente collocaret nō expelleret. Nā neq; audientes talia ſunt conuerſi neq; eos de ſermonibus prophetæ pœnituit: ſed magis vehementes inſtabant, & regem ſibi ordinari poſtulabant. Nec cogitandum de venturo eſſe cenſebāt, ſed fore neceſſarium, ſecum pro afflictiōe inimicorum habere pugnaturum regem quando nulla vicinarum prouinciarum in tali conuerſatione ſine rege conſiſteret. Videns autem eos Samuel nec in his quæ fuerant prædicta conuerſos, ſed potius imminentes, ait: Nunc equidem ad propria ſinguli quique recedite: opportune vero vos euocabo, dum quem vobis daturus ſit regem à deo cognouero. 1. Reg. 9.

Erat igitur quidam de tribu Beniamin vir nobilis moribusq; laudabilis, nomine Cis, Huius filius iam erat iuuēculus, formaq; pulcherrimus, & corpore valde procerus, quiq; multos mente ac prudentia præcederet, vocabaturq; Saul. Hic vero Cis, dum aſinæ præcipuæ de grege eius erraſſent, in quibus nimis & ſicut in nullo alio iumento delectabatur, filium ſuum ad requirendas eas cum vno famulo deſtinauit. Qui dum tribum patriam requirendo aſinas circuiſſet, venit ad alias & dum neq; in eis inueniſſet, diſcedere cogitabat, ne patri de ſe moleſtiam cogitatiōis inferret: Dumq; in Ramatha ciuitatem veniſſet, & puer qui cum eo erat dixiſſet ei, in ea eſſe prophetam verum, dediſſetq; ei cōſilium vt ad eum irent, & per eum de aſinis quas quærebant agnoſcerent, reſpondit, nihil habere præ manibus, quod euntes deberent offerre prophetæ: quoniam viæ pecunia iam fuiſſet expenſa. Tunc famulus dicit eſſe ſibi quartam partem ſicli, & hoc ei datum poſſe ſufficere. Errabant autem ignorantes quod non acciperet propheta mercedem. Cumq; peruenissent ante portas, virgines inuenientes ad aquam euntes interrogauerunt eas de domo prophetæ. Quæ cum indicaſſent, adijciebant vt feſtinarent antequam ad comedendum accederet. Multos enim eum illa die dicebant paſcere, & cum his qui vocati fuerant eum primum diſcumbere. Samuel autem propterea multos tunc ad conuiuium vocauerat Nam dum præcedenti die deprecaretur deum, vt ei prædiceret quem conſtitueret regem, indicauerat ea hora, altera die miſſurum ſe aliquem iuuenem de tribu Beniamin. Porrò Samuel in domo ſedens, tempus quod ei promiſſum fuerat, expectabat. Quo adimpleto deſcendens ibat ad menſas, occurritq; ei Saul, cui deus protinus iudicauit hunc eſſe regnaturum Hebræis. Saul autem acceſſit ad Samuel, eumq; ſalutans ſupplicauit, vt ei domum prophetæ monſtraret, quam ſcilicet vt peregrinus ſe ignorare dicebat. Cumq; Samuel ſe eſſe dixiſſet, eumq; duceret ad conuiuium, inco-

lumes esse pro quibus quęrendis missus fuerat asinas indicauit,& omnia ei bona regni esse conferenda promisit. Cui Saul: Minimus, inquit, sum domine mi hac spe,& de vltima tribu,quę regibus apta nō est,& ex inferiori patria vrbium cæterarum: sed tu magis illudis,& pro ridiculo me fatigare contendis,de rebus maioribus quàm vt mihi conuenit nunc loquendo, Quem Propheta deducens ad conuiuium, recumbere fecit simul & sequentem puerum super eos qui fuerant inuitati. Erant enim numero septuaginta. Præcepitq; vt pars ei regalis apponeretur. Et cum hora dormiendi venisset,aliorū quidem singuli ad propria discesserunt,Saul autem apud prophetam cum famulo suo soporatus est. Die ergo facto Samuel eum excitans duxit foras. Et cum extra ciuitatem venissent, famulum quidem præcedere iussit,illū vero remanere,quasi aliquid ei nullo alio præsente dicturus. Dumq; Saul puerum præmisisset. sumēs Propheta vas olei super iuuenis caput effudit,eumq; complexus ait. Esto tu rex constitutus à deo,& contra Palęstinos vindicaturus Hebræos. Hoc autem erit tibi signum quod te volo pręscire. Cum profectus fueris,inuenies tres viros in via euntes in Bethel adorare deum. Quorum primum quidem tres panes offerre videbis, secundum vero hœdum,& tertium vtrem vini, Isti iuuenes te salutabunt,& libenter te suscipient,& dabunt tibi duos panes. Tu autem accipiens,exinde venies ad sepulchrum Rachel: vbi cognosces quod inuentæ sint asinæ. Post hæc venies in Gabata,& ecclesiam inuenies prophetarum,& diuinitus inspiratus,prophetabis cū eis,ita vt omnes habentes sensem cum viderint obstupescant, atque mirentur, dicentes: Vnde ad hanc felicitatem peruenit filius Cis,vt possit etiam propheta re? Cumq; hæc signa omnia fuerint facta,scito deum esse tecum,& salutabis patrem tuum atque cognatos: veniesq; post hæc euocatus à me in Galgala,vt pro his deo pacificas hostias immolemus. Hæc autem prædicēs,dimisit eum. Porrò Saul omnia secundum prophetiam Samuel euenerunt. Cumq; venisset domum,cognato suo Abner,quem præ omnibus parentibus diligebat,interrogante de profectione eius,& quid accidisset,aliarum quidem rerum nihil abscondit neque quod apud Samuelem prophetam fuisset,neque quod ei asinas inuentas esse dixisset. De regno autem & eius euentibus, quę etiam si audirentur & inuidiam & incredulitatem parerent, tacendum esse decreuit: quod amico, & amplius sanguinis vicinitate coniuncto cautum aut sapiens credidit non indicare dubitans vt reor de humana natura: quippe cum verū sit, quod perfecte nemo deuotus est,neque amicus neque cognatus,neque vsquam in dei donis purum aliquis seruat affectum,sed circa prouectus sublimium,maleuoli & inuidiosi esse noscuntur. Samuel autem conuocauit populum ad ciuitatē Maspha t,& apud eum diuino mandato verba deposuit dicens. Quoniam cum eis deus pręstiterit libertatem & subdiderit hostes,beneficiorum sint eius immemores,& deum quidem regem reprobauerint,nescientes quomodo nimis vtilissimum est,ab omniū regum excelso iuuari,cum deus vtique omnium sit solus excelsus elegerint autem habere se hominem regem,qui eis velut iumentis subditis consilio & desiderio suo alijsq; voluntatibus sit vsurus,& potestatem suam sine aliqua parcitate omnibus sit illaturus quique non ita sicut deus proprium opus atque facturam tueri humanum genus festinabit,quod deum solum semper constat efficere. Sed quoniam vobis,inquit: placuit: & hæc iniuria præualuit contra deum, ordinamini omnes per tribus & sceptra,& mittite sortes vestras. Quod dum Hebræi feciſſent, sors cecidit super tribum Beniamin. Et dum fuisset denuo sors missa per genus,exijt progenies Methri. Cumque per viros ipsius generis sorsmissa fuisset,ad Saul filium Cis sors regni perducta est. Quod dum iuuenis agnouisset,semetipsum abscondit,nolens videri (vt arbitror) sponte suscipere principatum: sed tantam sui abstinentiam & temperātiam demonstrauit,vt dum multi nec in parua felicitate gaudium valeant retinere,sed omnino conspicui esse desiderent: ille non solum semetipsum pro tali regno, & tantarum gentium futu-

Samuel Saul ungit in regē
1. reg. 10

rus

pater interdixiſſet aliquem guſtare cibum ante ſolis occaſum, comedere quidem ceſſauit: non autem recte patrem prohibuiſſe dixit, quãdo cum maiori potius fortitudine atque fiducia perſequentes cibo ſumpto plurimos inimicorum capere & interficere potuiſſent. Multa ſiquidem milia Palæſtinorum interficientes, circa veſperam ad ſpolia hoſtium ſunt conuerſi: magnamque prædam & pecora ſumentes occidebant, & hæc cum ſanguine comedebant. Hoc autem à ſcriba nunciatum eſt regi, quomodo populus peccaret in deum: & occiſis pecudibus, antequam ſanguinis bene diluueretur, nondum purgatis carnibus veſcerentur: iuſſitque Saul volui lapidum magnum in medio, & prædicari in populo, vt ſuper eum interficerent, & carnem cum ſanguine non comederent, quoniam hoc nequaquam deo placeret. Cunctis autem iuxta regis præceptum facientibus, ſtatuit illic altare Saul, & holocauſtum ſuper illud deo celebrauit. Hoc autem altare conſtituit primum. Mox itaque volens ad hoſtium caſtra procedere, vt quæ in eis eſſe videbantur diriperet ante diem, militibus inſigniter eum ſequentibus, & cum multa fidutia eius præceptis obedientibus, vocauit rex Architob ſacerdotẽ: iuſſitq; vt cõſuleret, ſi deus annueret, vt eũtes ad inimicorum caſtra, hoſtibus de nuo prævalerent. Dicente vero ſacerdote deum reſponſa non dare, Saul dixit: Nõ ſine cauſa conſultus deus vocẽ nobis nõ reddidit, qui primitus antequã interrogaretur omnia nunciauit. Sed hæc taciturnitas alicuius eſt latentis cauſa peccati. Vnde iuro per eundem ipſum deum, licet filius meus Ionathas peccaſſe reperiatur, interficio eum, & deum ita placabo: quanto magis ſi in extraneam & nihil mihi competentem perſonam ſupplicium inferre cognoſcar. Cumque hoc fieri populus exclamaſſet, repente cũctos in vno loco conſtituit, ſtetitq; ipſe in alia parte cum filio, & eum qui deliquerat inſtanti ſorte requirebat: inuentusq; Ionathas peccaſſe, interrogat⁹ à patre eſt quid feciſſet & quid in ſua vita nõ recte nec ſancte peccaſſet. Cui dixit: Pater, nihil aliud ſcio, niſi quod ignorãs heſterno maledictũ ac iuſiurandũ à te prolatum, perſequens inimicos fauum guſtaui mellis, Quem Saul occidere ſe repente iurauit, quatenus & generi & naturæ ſimul amori hoc modo præponeret iuſiurandum. Qui nequaquam mortis interminatione perterritus, ſed animam ingenue nimis magnanimiterque componens: Nec ego ſupplico, inquit, pater parcendum: mors mihi ſuauis eſt, quæ pro tua geritur pietate, & populi magna victoria. Maxima ſiquidem mihi cõſolatio eſt, Hebræos de Palæſtinis reliquiſſe victores. In his itaque omnis populus doluit, & nimis ingemuit: iurauitque, non ſe mori permittere Ionathan, victoriæ huius autorẽ. Et ipſi quidem arripuerunt eum à maledicto patris, orationes pro eo faciẽtes, vt ei peccatum quoque dimitteret deus. Saul autem reuerſus ad propriam ciuitatem, vſque ad ſexaginta milia hoſtium interfecit: regnauitque feliciter: & vicinas prouincias gentesq; belli iure ſubegit: id eſt, Ammonitarum, & Moabitarũ, atque Palæſtinorum, & Idumæorum, & regem Suba. Fuerunt autem ei filij maſculi quidem tres, Ionathas & Ieſui & Melchiſue, filiæ vero duæ, Merob & Michol. Habuitq; militiæ principem patrui filium, Abner, filium Ner. Ner autem & Cis pater Saul, fuerũt fratres, filij Abihel. Habebatque Saul curruum multitudinem, & equeſtrium: & cum quibuſcunque pugnaret, cum victoria remeabat. Hebræosque ad excelſam magnitudinem felicitatis euexerat, & aliarum gentium potentiſſimos demõſtrarat. Iuuenes autem proceritate & pulcritudine præcellentes elegit, eosque armigeros ſuos effecit.

Saul altare conſtituit

Genealogia Saul

De⁹ iubet Saul vt Amalechitas penit⁹ deleat: deq; Agag capto. Ca. VIII

VEniẽs igitur Samuel ad Saul, miſſum ſe dixit à deo, vt eũ cõmoneret, quia eum electũ ex omnib⁹ regem fecit, & propterea deo eſſe deberet obediẽs. quoniã ipſe quidem haberet gentium principatum, deus vero & ipſius eſſet & rerum omniũ dominator. adijciebatq; dixiſſe eum, quoniam multa mala Amalechitæ Hebræis in deſerto fecerunt, quando egredientes ex Ægypto, veniebãt in regionem quæ nunc eſt eorũ: ideoq; bello perimendos Amalechitas, quibus ſubditis,

1. Reg. 15

ditis, nullum eorum debere viuũ penitus relinqui: sed omnem necandam ætatẽ,
Iussio dei ad delendos Amalechitas
incipiendo à mulieribus perimendos pariter & infantes: & hoc supplicium eis, quod maiores nostros afflixerint, sustinendum. Sed neq; iumentis, neq; alijs pecudibus ob vtilitatem propriamq; possessionem ait esse parcendũ: sed cuncta dicanda deo & nomen Amalech secundum Mosi mandata delendum. Saul vero professus est se præcepta complere: & obedientiam non solũ in hoc credidit, vt contra Amalechitas pugnaret, sed vt etiam velociter se properaturum esse monstraret: congregansq; cunctum exercitum, eumq; dinumerans in Galgalis, inuenit Israelitarum absq; tribu Iuda circa quadraginta milia virorum: illa nãque tribus sola triginta milia armatos habebat. Tunc ergo Saul Amalechitarum regionem ingressus insidias occultas circa torrentem fecit, vt non solum aperte pugnans eos affligeret, sed etiam inopinate super eos per incertas vias irrueret, & circundatos deuastaret. Igitur congressus in pugnã, fugauit hostes, multosq; peremit, & reliquos persecutus est fugientes. Cumq; illud opus propitia diuinitate complesset, Amalechitarum vrbes obsedit: & alias quidem molitionib⁹, alias vero suffossionibus cloacarum, & muris extrinsec⁹ è diuerso ædificatis: alias autem fame & siti, alias vero modis alijs obsidens, & fortiter capiens, ad necẽ cunctorum infantum & mulierum simul accessit: nihil crudele nec dirum nec vltra humanam naturam se facere credens: primum, quod in hostes hæc agebat: deinde quod præcepto diuino, cui non obedire foret grande periculum, ministrabat: cepitq; etiam regem hostiũ Agag captiuum. Cuius corporis pulchritudinem magnitudinemq; miratus, decreuit esse saluandum: non hoc faciens diuina volũtate, sed iudicium proprium sequens, & sine causa cedens vitam quasi misericorditer, vnde illi potestas sine suo periculo miserẽdi non esset. Deus nanq; sic odiuit Amalechitarum genus, vt neque infantibus parceretur, quibus potius misereri natura est. Saul itaq; regem Agag, & malorũ quæ contra Hebræos gestabantur, autorẽ, à morte seruauit, & hostis pulchritudinem præceptis dei præposuit. Peccauit quoq; cũ eo simul & populus. Nam & illi iumentis & pecudibus
Sichimitas saluatos
pepercerunt, eaq; sibi diripuerũt, iubente domino non esse seruanda: sed & alias res diuitiasq; collegerũt. Si quid vero dignũ possideri nõ erat, cõsumpserũt. Cũque viciſſet Saul vniuersos à Peluſio Ægypti vsq; ad rubrum mare residẽtes hostes, Sichimitarum gentem solũmodo dereliquit. Isti nanq; in regionis Madian medio habitabant. Quibus ante pugnam denunciauit vt abscederent, ne fortè Amalechitarum calamitati communicarent. Nam cum essent cognati Rahuel soceri Mosi, credit esse saluandos.

Irato deo Saul propter inobedientiam, Samuel prædicit auferendum eius esse imperium. Caput. IX

1. Reg. 15
SAul igitur tanquam in nullo Prophetæ mandata præuaricans quæ acceperat, dum contra Amalechitas pugnaturus exiret, scilicet velut omnibus integre conseruatis, deuictis hostibus, cum lætitia reuertebatur ad propria. Deus autem pro Amalechitarum vita, & rapina pecudum quam populus gesserat, contristatus est, quoniam hæc fuerant eo prohibente commissa. Dirum nãque iudicabat, vt cuius fortitudine fuerant adepti victoriam, eum spernerent, & nec tanquam humani regis præceptionibus obedirent. Dicebat ergo Prophetæ, pœnitere se eo quod Saul ordinauerit regem, quando eius iussa non faceret, sed vteretur propria voluntate. Hæc audiens Samuel, valde confusus est: & deum cœpit tota nocte rogare, vt esset propitius Saul, seque ab indignatione suspenderet. Qui veniam se dare Saul etiam propheta poscente non annuit: iniustum esse decernens, se tantis peccatis indulgentiam condonare, non ob aliam causam asserens mala generari, nisi cum aliqui iniustitiam passi, ad vindictam negligẽtiores extiterint. Aucupantur enim, inquit, gloriam benignitatis & patientiæ, & latenter hæc pariunt. Dum ergo deus precibus prophetæ denegasset, ne parceret, die facta Samuel ad Saul venit in Galgala: videnſq; eum rex, cucurrit & osculatus est, dicens

ris dominus non ostendit,sed etiam conspectui eorũ quib9 erat regnaturus eripuit,& quærendum se non sine eorum fatigatiõe fecit. Quibus difficultatem patientibus,& cogitãtibus eo quod Saul abesset,rogauit propheta deum,vt ei vbi esset ostẽderet,& iuuenem manifestum efficeret. Dumq; cognouisset à deo locũ in quo erat cælatus Saul,iussit eum adduci. Et cum inuenisset,eum in medio populi collocauit. His enim omnibus eminebat,& ipsa proceritate regius erat. Dixitq; propheta: Hunc vobis deus dedit regem: videtis quod & melior cunctis est & imperio dignus: Cumq; optasset populus regi salutem, ea quæ illis erant futura propheta conscribens,rege audiente legit,& librum in tabernaculo dei recondidit, ob testimonium eorum quæ prędixerat,venturis generationibus afferendum. Dum hęc itaq; Samuel celebrasset,dimisit populum ad propria remeare,& ipse quidem in Ramatham ciuitatem patrię suæ profectus est. Cum vero Saul iret in Gabaath,ex qua erat,multi quidem bonorum virorum secuti sunt, honorem regi debitum exhibentes plurimi vero maligni & illum contemnebant & alios irridebant,& neque munera offerebant,neque studio aut sermone Saul sibi placere monstrabant.

Præliũ Saul super Ammonitarũ gentẽ & victoria hostiũq; vastatio. Cap. V 2.Reg.11.

POstmodum vero,totius honoris eius initiũ,belli causa cõtigit contra Naas regem Ammonitarum. Hic enim multa mala Iudeis habitantibus trãs Iordanem intulit,& cum multo ac pugnaci exercitu eos afflixit, vrbesq; eorũ seruituti subegit. Quorum fortitudinem vi propria ad præsens suæ subdidit ditioni: sapientia vero atq; tractatu sic infirmos reddebat,vt neque rursus iugum possent euadere seruitutis. Eorum namque quicunque ad eũ aut fide data venissent aut quos lege bellica cepisset, dextros oculos euellebat. Quod ideo faciebat, vt siniſtram partem vultus sui scutis cælantes, ad bellandum nimis forent inutiles. Et hæc quidem rex Ammonitarum cum fuisset habitantibus trans Iordanem,supra Gallaadinos abijt: vbi castra ponens circa ciuitatem Iabes, legatos ad eos misit,pręcipiens vt se ei traderent: quatenus eorum oculos dextros auferret. Quodsi nollent,per obsessionem eorum ciuitates se interminabatur euertere,electionem vero in ipsis esse,vtrum vellent partẽ corporis amittere: an certe vniuersi perire. Galaadini vero mœrentes in talibus,neutrum horum promittere pręsumpserunt,neque semetipsos tradere,neq; repugnare. Septem vero dierum inducias popposcerunt,vt ad contribules legationem mittentes,solatium ab eis exposcerent. Et si quidem auxilium eis veniret, pugnarent: si vero huius rei foret inopia,tradere se dixerunt, passuri quicquid placeret hosti. Naas autem spernens multitudinem Galaadinorum: eorumq; responsum,dedit eis inducias: & solatia à quibuscunque vellent postulare permisit. Illi vero repente per ciuitates Israelitarum miserunt,indicantes quę eis faceret Naas,& in qua tenerentur angustia. Qui vsque ad lachrymas,magnanq; tristitiam hoc audito venerũt Timor autem eos aliud quicquam facere non permisit. Cumq; legati in regis Saul ciuitatem venissent,& in quibus essent Iabitę periculis nunciassent, populus quidem idem fecit,quod illi priores,flebant enim omnes cognatorum calamitates. Saul autem ab opere agri reuersus in oppidum venit,flentesq; proprios ciues inuenit: & dum causam tristitiæ & cõfusionis inquireret,agnouit quod cõtigerat à legatis,& diuinitus inspiratus Iabitas quidem remisit: promisitq; eis in auxilium se vẽturum die tertia,& ante solis ascensum hostes esse victurum, ita vt victores eos & timore liberos ortus solis inspiceret. Iussitq; eorũ aliquos pro ducatu itineris sustinere. Volens autem populum ad Ammonitarum bellũ dam nitimore conuertere,eisq; citius subuenire,incidens boum suorum neruos,hęc se facere cunctis interminatus est,si non armati altera die concurrerent ad Iordanem,eumq; sequerentur & Samuelem,vbicumq; eos educerẽt. Illis autem propter timorem imminentis damni definito tempore concurrentibus in ciuitatem Balam,dinumerata multitudine,inuenit eorum numerum præter tribum

Victoria Saul.

I. Reg. 12 Oratio Samuelis ad populū

Iuda, ſeptingenta milia virorum: illius autem tribus ſeptuaginta milia viri fuerunt. Tranſiens ergo Iordanem & decem ſtadia tota nocte faciens iter, oriente ſole exercitu in tribus partibus conſtituto, repente & inopinabiliter irruit ſuper hoſtes: factaq; pugna, & alios multos Ammonitarum peremit ſimul & regem. Hoc igitur opus clarum fecit valde Saul, & apud omnes Hebræos eū laudabilem demonſtrauit, magnamq; fecit gloriam fortitudinis adipiſci. Nam ſi qui primitus fuerant, qui eum ſpreuerant, tunc conuerſi ſunt vt eum honorarēt, & meliorem cunctorū principatu iudicarent. Non enim ſuffecit illi ſolummodo Iabeſſenos eripuiſſe, ſed etiam ſtuduit cunctam pugnando Ammonitarum ſubuertere regionem: prædamq; ſumens exinde copioſam, clarus ad propria remeauit. Populi ergo pro rebus quæ geſtæ fuerant à Saul, magna delectatione gaudebant, & quia regem talem ordinauerant, exultabant. Contra eos autem, qui eū nihil rebus prodeſſe dixerant. exclamabāt, Vbi ſunt nunc illi? exoluant pœnas: & reliqua ſimul adijciebant, quæ ſolet vulgus felicitate detentum euomere contra illos, qui in principijs huiuſmodi rerum eſſe videntur autores. Saul autem horum quidem circa ſe fauorem amplectebatur, & voluntatem: iurauit autem nullum ſe nocere cōtribulium, nec illa die necari permittere: cum eſſet nimis incongruum, ſi data à deo victoria, proprij generis ſanguine fœdaretur: ſed decere, vt gratiam habentes adinuicem, feſtiuitatem potius celebrarent. Cumq; Samuel dixiſſet, ſecundam ordinationem in confirmatione regni Saul oportere fieri, omnes congregati ſunt in Galgala ciuitatem. Illic enim eos venire præceperat. Et rurſus vidente populo propheta vnxit Saul oleo ſancto, & ſecundo denū ciauit regem. Itaq; iſto modo Hebræorum reſpublica ad regum iura cōuerſa eſt. Nam tempore Moſi, & Ieſu eius diſcipuli: qui poſt eum dux fuit, optima ducis conuerſatione regebantur. Poſt illorum vero mortem annis decem & octo, populus eorum ſine principe fuit. Poſtea ad conuerſationem priſtinam ſunt reuerſi, ei quippe qui bello & fortitudine cunctos excelleret, iudicij poteſtatem tribuentes, & propterea tempus conuerſationis huiuſmodi nimis eximium vocauerūt Samuel autem propheta congregatis Hebræis ait: Coniuro vos per maximum deum, qui fratres illos optimos Moſen & Aaron deduxit ad vitam, & patres noſtros ex Ægypto de domo ſeruitutis eripuit, vt neque verecundię aliquid conferentes, neque timore perterriti, neque alia qualibet paſſione detendi, dicatis: ſi quid à me prauum, aut iniuſtum, aut lucri gratia, aut auaritię cauſa geſtum eſt. Arguite me, ſi cuius aliquid accepi: aut vitulum, aut ouem aut cibum recepi: aut ſi cuius iumentum ad vtilitatem meam tollens, aliquem contriſtaui. ex his ergo omnibus ſi quid abſtuli, dicite coram rege. Illi vero clamabant, horum nihil ab eo factum, ſed ſancte ac iuſte eum præfuiſſe populis Hebræorum. Samuel autē cum cunctorum huiuſmodi teſtimonium fuiſſet de eo prolatum, ait. Quoniam indicaſtis mihi: quod nihil incongruum de medicere valeatis coram rege, nunc audite cum fiducia me dicentem: Quomodo impie nimis egiſtis in deum petentes regem, cū vos oportuiſſet habere in memoria, quod cum ſeptuaginta ſolummodo noſtri generis auus Iacob propter famem venit in Ægyptum: & illic multis: milibus procreatis, quæ ad peſſimum ſeruitium Ægyptii perduxerunt, oratione patrum abſque rege tantam multitudinem ex neceſſitate deus eripuit, mittens eis Moſen & Aaron fratres, qui vos eduxerunt in terram hanc, quam nunc vtique poſſidetis? Et his adeptis per deū bonis, didiciſtis pietatem atque religionē dei, quos ille hoſtibus ſubditis liberauit, & primum quidem Aſſyriorum & eorū fortitudine potiores effecit: deinde præbuit victoriam Ammonitarum: nouiſſime vero Palæſtinorum: & hæc omnia conceſſa ſunt non habentibus regem, ſed cum Iephthe & Gedeon duces exiſterent. Quę vos ergo tenuit ſtultitia, vt fugeretis à deo, & hominibus velletis eſſe ſub iugo? Sed ego quidem hunc vobis inſtituti, quem deus elegit. Vt tamen vobis manifeſtum ſit, deū iraſci, & ingrate ferre petitionem veſtram, in extremo faciam, vt deus ipſe hoc vobis oſtendat apertis

indiciis,

est,dicens:Gratias ago deo,qui dedit mihi victoriam,& quod omnia pro eius voluntate sunt gesta. Cui respondens Samuel: Vnde ergo,inquit,audio clamorem iumentorum & ouium in exercitu,Cui respondit,populum hæc ad sacrificia reseruasse:genus autem Amalechitarum mandato diuino omne delesse,nullum que fuisse relictum nisi tantummodo regem:de quo quid opporteret fieri, dicebat adinuicem cogitandum.Cui Propheta dixit:deum non super sacrificia delectari,sed super bonos & iustos:huiusmodi autem esse illos qui eius consilium & mandata sequuntur,& nihil adhuc bene se agere iudicant,nisi quod pro dei fece rint voluntate.Is enim contemnitur,non quando ei non sacrificatur, sed quando inobedientię spiritus adhibetur.Ab his enim qui ei subditi non sunt,nec eum vera religione colunt,neq; dum multas hostias & magnas obtulerint, neq; dum ornamenta ex auro argentoque facta dicauerint, suscipit hæc libenter:sed potius auersatur,& magis studium hoc nequitiæ,non iudicat esse pietatem.Ad illos autem qui solummodo quod præcipit diuinitas recordantur, & mori potius eligunt quàm præuaricari aliquid quod iubetur, semper conuertitur;& neque sacrificium ab eis exquirit:sed & dum sacrificauerint siue simplex aliquid,siue vilissimum,gratius eorum parua munera, quàm ditissimorum maximam suscipit opulentiam. Tu siquidem scito tibi deum iratum:spreuisti nanque & neglexisti ea quæ tibi mandauit. Quomodo igitur arbitraris eum sacrificia respicere, ex his reb⁹ quas decreuit ille perire:nisi forte similia iudicas illa peccata,& quæ vis offerre domino sacrificia?Expecta igitur regnum tibimet auferendum:& potentiam,quam à deo tibi neglexisti collatam fuisse. Porro Saul fatebatur quidem inique feciſſe,& peccatum se negare non posse,transgressumque se mandata Prophetæ dicebat:sed pro timore ac metu exercitum non probuisse prædam diripientem,nec tantam multitudinem retinere potuisse: sed ignosce,inquit,& esto nunc mitis:de cętero enim obseruabo ne peccem. Rogabatque Prophetam, vt reuertens hostias deo pacificas immolaret. Illevero cum deum illi parcere nō videret,remeauit ad propria. Saul autem volens retinere Samuelem,apprehēdit eius pallium,violenterque tractam, eo quod Samuel impetu facto discederet,vestem eius disrupit. Cui Propheta dixit:Sic tuum scindetur imperium, & accipiet illud vir bonus & iustus:quando deus permanet in suo decreto,nec mutatur atq; conuertitur.Nam mutare sententiam passionis humanæ,non fortitudinis est diuinæ.Saul autem impie quidem se gessisse fatebatur,infecta vero facere quæ fuerant facta non posse:rogabatq; eum,vt se coram multitudine honoraret,& deum veniens adoraret.Quod dum feciſſet Samuel, veniens adorauit deum,deductusq; ad eum est rex Amalechitarum Agag.Et dicens quàm esset amara mors,audiuit: Sicut tu multas Hebræorum matres pro filijs ingemiscere lugereq; feciſti,sic ingemiscet in tua morte genitrix tua.Iussitq; repente eum in Galgalis mori.Ipse vero in Ramatham ciuitatem abijt.

Responsio Samuelis ad Saul Obseruadlector

Saul apprehensso Samuēle uestem eius disrupit

Samuel mandato dei pergit in Bethlehem, vbi deo monstrante Dauid vngit in regem. Saul vero destitutus spiritu dei vexatur à dæmonio:qui psallente Dauid, liberatur. Ob id Saul armigerum suum Dauid constituit. Caput X

De morte Agag regis

REx vero Saul sentiēs quæ mala passurus esset,qui sibi deū in regno fecerat inimicum,ascendit in Gabaa,quod nomen interpretatum significat collē, & post illā diē non vidit Samuelem.Cumq; Propheta propterea tristis esset iussit deus vt à cogitationib⁹ quiesceret,& sumens vas olei, in Bethlehē ciuitatē iret ad Iesse filium Obed,& eius vngeret natum,quem ipse monstraret,in regē.Cumq; metueret ire,ne cognoscens Saul,aut latēter aut palā eum occideret: dicente deo & dante securitatis viā venit ad ciuitatē.Quem cuncti salutauerūt, causam eius inquirentes aduentus.Quibus dicebat,venisse se vt deo sacrificaret. Tunc sacrificio celebrato,vocauit Iesse cū filijs sui ad altare:& inspiciēs eius filium seniorē procerum & optimum, credidit propter pulchritudinem hunc esse futurum

1.Reg.16

futurum regem:ſed prouidentia diuina fruſtratus eſt. Dum enim conſuluiſſet deum,ſi iuuenem vngeret,quem ipſe admiratus fuerat,& dignum imperio iudicabat:reſpondit deus,non ea videre homines quæ deus intendit: ſed tu, inquit, pulchritudinem iuuenis reſpiciens,hunc arbitraris regno placere:ego autem nō corporis pulchritudinem ac ſpeciem,apicem facio eſſe regalem, ſed animi ſine dubitatione virtutem. Ille ſiquidem perfecte pulcher eſt,qui pietate & iuſtitia ſimul & fortitudine,necnon & obediētia ſplendet,& ex omnibus ex quibus animæ pulchritudo cōſiſtit. Cumq; dixiſſet hæc deus,præcepit Samuel Ieſſe,vt omnes ei ſuos filios demōſtraret. At ille alios quinque venire fecit,quorum ſenior quidem Eliab vocabatur,ſecundus autem Abinadab, Samma tertius, quartus vero Nathanael,quintus autem Iael,ſextus Aſam. Videns autem & iſtos propheta in nullo minores pulchritudine ſenioris,conſuluit deum quem horum eligeret fore regem. Quo dicente nullum,denuo requiſiuit Ieſſe,ſi prēter iſtos haberet alios filios, Qui dixit eſſe alium nomine Dauid,paſtorem,ouium curam habentem:iuſſitque eum Samuel velociter vocari, impoſſibile dicens eos eſſe comeſturos ante quam illeveniret. Cum ergo veniſſet Dauid,vocatus à patre,puer quidem colore rubeus,& pulcher aſpectu,tacite Samuel dixit ad eum: Hic eſt qui deo placuit ad regnandum. Tunc & ipſe diſcubuit, fecitq; iuuenem ſub ſe diſcumbere,& Ieſſe cum reliquis filijs. Deinde vidente Dauid,ſumens oleū,vnxit eum,eique adhuc tacite dixit atque ſignificauit,quoniam regnare eum deus eligeret:monuitque iuſtum eſſe debere,& eius præceptis obedire. Sic etenim regnum ei multo tempore fore manſurum, domumque claram ac famoſiſſimam habiturum,vaſtaturumq; pariter Palæſtinos. Sed & cum quibuſcunque gentibus congrederetur,& vinceret,& ingētem gloriam poſſideret,quod & ipſum habere & poſteris relinquere promittebat. Samuel quidem dum hæc monuiſſet abſceſſit,diuinitas autem ad Dauid Saul relicto migrauit. Et ille quidem prophetare cœpit,ſpiritu ſancto ſuper ſe veniente. Saul vero quædam paſſiones & dæmonia repente comprehenderunt,ſuffocationes ei & anguſtias inferentes:ita vt medici nullum ei ſalutis remedium inuenirent. Si quis tamen cantare eſſet peritus,& in cithara pſallere doctus,hunc adduci iuſſerunt:vt cum eum demonia inuaderent & turbarent,ſuper caput eius aſtans pſalleret,& hymnos ediceret. Ille vero hoc non diſſimulauit efficere,ſed quæri huiuſmodi hominem protinꝰ imperauit. Cumq; ei quidam ſuorū dixiſſet,vidiſſe ſe in ciuitate Bethlehem quendam Ieſſe filium adhuc ætate iuuenculum,pulchrum atq; decorum,& alijs ſtudijs valde dignum nec non pſallere & hymnos cantare doctum,inſuper & eximium pugnatorem:mittens Saul ad Ieſſe,Dauid ſublatum à gregibus ad ſe venire præcepit:mandans ei velle ſe iuuenculum videre de cuius pulchritudine ac fortitudine commonuiſſent. Ieſſe vero miſit filium dās ei munera quæ Saul portaret. Quo veniente gauiſus eſt,fecitq; eum armigerum,& bonis omnibus honorauit. Delectabatur enim in eo,& maxime in inuaſione dæmoniorum: qui cum ad eum accederent,ſolꝰ erat medicus,hymnos dicendo & pſallendo rurſus in cithara,& Saul à mentis oppreſſione reuocando. Miſit igitur Saul ad patrem pueri Ieſſe,petens vt apud eum Dauid maneret. eo quod eius præſentia delectaretur:Ieſſe autem Saul non contradicendum ratus conceſſit.

Dauid paſtor ouium in regem eligitur

Saul demonio corripitur

Quemadmodum miratus Saul fortitudinem Dauid victo Goliath,ei filiam ſuam copulauit: & poſt hæc ſuſpectum Dauid ſibi rex Saul perimere feſtinauit. Caput XI

POſt non multa ſiquidem tempora Palæſtini denuo congregati, & maximū ſuper omnes Iſraelitas exercitum colligentes,inter Socho & Azeca caſtra metati ſunt. Contra quos denuo Saul produxit exercitum: & ſuper quendā montem caſtra ponens,coegit Palæſtinos priora quidem caſtra relinquere,& ex aduerſo montis quem Saul apprehenderat aduenire:diuiſitq; eorum exercitꝰ medius mons qui erat poſitus inter eos. Igitur deſcēdens quidam de exercitu Palæſtinorum

1.Reg.17

ſtinorum nomine Goliath de ciuitate Geth, vir valde procerus, cui⁹ altitudo ſex erat cubitorū & palmi vnius, accinctus armis quę pro magnitudine ſua natura eius corporis exigebat: Indutusq; lorica, cuius erat pondus quinque milium ſiclorum ætis: Galeam vero & tibialia habebat ærea, quę talis viri & magnitudinem & inopinabilia potuiſſent membra protegere. Haſta vero eius non leuis dextræ portatio, ſed quam & ipſe geſtabat in humeris, cuius ferrum ſexcentorum ſiclorum fuit: ſequebanturque eum multi arma portātes. Hic igitur Goliath ſtans inter medias acies, vocem emiſit grandem contra Saul & Hebræos, dicens: A pugna nunc & periculis vos abſoluo. Quæ enim neceſſitas eſt noſtrorū exercitus deperire? Sed date aliquem veſtrum contra me pugnaturū, vt totum bellū vnius victoria terminetur: ſeruiatq; pars altera eius, quorum fuerat ille quivicerit. Eſt enim multo melius & temperantius, vnius periculo promereri, quā peſtem adeſſe multorum. Hæc cum dixiſſet, ad caſtra propria remeauit. Altera vero die rurſum venit, ac eadem verba fecit: & ſimiliter vſque ad diem quadrageſimum hoſtes ad prædictas conditiones prouocare non deſtitit, ita vt terretur & ipſe Saul & exercitus. Et conſtituebant quidem acies quaſi pugnaturi, ad congreſſionem vero minime veniebant. Bello quidem conſiſtēte inter Hebræos & Palæſtinos, Saul remiſit Dauid ad patrem ſuum Ieſſe, cum ei tres eius filij alij ad ſolatiū & periculum pugnæ ſufficerent. Ille vero tunc quidem ad ouilia & paſturas pecudum remeans, non multo poſt ad caſtra eſt reuerſus Hebræorum, miſſus à patre, vt neceſſaria fratribus deportaret, & quid ageretur cognoſceret. Cumq; Goliath denuo reuertens & prouocans exprobraret, quaſi nullus inter eos vir eſſet qui cōtra eum pugnare præſumeret: cum fratribus loquens Dauid ea quæ mandauerat pater & audiens illum blaſphemantem exercitum, & pariter affligentem, indignatus eſt, & fratribus ait: paratum ſe eſſe ſolum cum hoſte pugnare. Cui ſenior fratrum Eliab interminatus eſt, & præſumptionem habere eum præter ætatē dicens, & inexpertum huius officij, iuſſit ad patrem & ad paſcua remeare. Qui reueritus quidem fratrem diſceſſit, & apud quoſdam militum eſt locutus, quod vellet cum Palæſtino prouocante pugnare. Illis autem repente Saul inuenis indicantibus voluntatem, rex eum vocauit: & dum requireret, vt quod vellet edicere t, dixit: Nō deficiat mens tua ō rex nec metuas: ego ſuperbiam huius hoſtis pugnando proſternam, ita ſublimem procerumque ſubdam: & ſic iſte quidem irridebitur, tuus vero exercitus glorioſus inuenietur, ſi neque à viro bellatore prouocatus, aut in acie perito, ſed & victus à puerili ætate moriatur. Saul autem eius præſumptionem atque magnanimitatem valde mirante, non tamen in eo habēte fiduciam propter ætatem: ſed infirmum eſſe, vt contra peritum hoſtem bellum ſuſciperet, edicente, Dauid ait: Polliceor hoc: confidens in deo qui mecum eſt, cuius etiam adiutorij fungor experimento. Nam dum aliquando leo ouiculas meas inuaſiſſet, & abripuiſſet agnum, ſequens apprehendi eum: & agnum quidem ex ore eius abripui, ipſum vero dum contra me feciſſet impetum, à cauda compehenſum, & percuſſum in terra peremi. Idem & vrſo faciente, in eo vltus ſum. Putet ergo & ille hoſtis vnum ſe eſſe huiuſmodi beſtiarum, diu exprobrās exercitui: & noſtrum blaſphemans deum: qui mihi faciet eum eſſe ſubiectum. Saul igitur voluntari pueri atque præſumptioni ſimilem orans à deo terminum dari, dixit: Vade ad pugnam. Et accingens eum lorica ſua ſimul & gladio, & apponens ei Galeam deſtinauit. Dauid autem oneratus his armis, cum non eſſet exercitatus in eis, ait: Iſta quidem rex tua ſint ornamenta, cui fortitudo eſt hæc geſtare præcipua: mihi vero tanquam ſeruo tuo concede ſicut ego vōlo pugnare. Ergo poſitis armis, ſumpto baculo paſtorali, & quinque lapidibus de torrente in paſtorali pera. & fundam in dextra manu portans, ibat ad Goliath. Videns autem eum Goliath ſic venientem, ſpreuit, & iniuriam ei fecit, quaſi non arma gerens hominum pugnaturus veniret, ſed quibus canes repelli ſolent, dicēs: Num me canem exiſtimaſti? Ille autem nō canem, ſed deterius aliquid eum eſſe

Monomachia Dauid

ſe putare reſpondit. Commonitque Goliath ad iracundiam, vt ei maledictum apponeret ex vocabulo dei ſui: & interminatus eſt, daturum ſe carnes eius terrenis beſtijs, & cœli volatilibus deuorandas. Cui reſpondit Dauid: Tu quidē venis cōtra me cum gladio, & haſta, & lorica: ego autem venio ad te armatus deo, qui & te & omnem veſtrum exercitum noſtris manibus perditurus eſt. Hodie nā que caput tuum obſcindemus, & reliquum corpus ſimilibus tui canibus apponemus, ſcientq; cuncti, quomodo deus præſul eſt Hebræorum, & arma noſtra ipſe eſt ſemper & fortitudo. Nam omnis exercitus & reliquus apparatus inutilis eſt abſente deo. Palæſtinus autem armorum pondere grauatus cum currere non valeret, paulatim venit ad Dauid, contemnens eum, & ſe confidens nudum adhuc ſimplici ætate puerulum ſine labore perimere. Occurrit autem ei iuuenis cū deo auxiliatore ſuo, qui ab hoſte non videbatur: & ſumens de pera vnum lapidem quem de torrente collegerat, & emittens eum de fundibula percuſſit repente Goliath in fronte, & vſque ad cerebrum pertranſiuit: ita vt mox confracto capite, Goliath caderet pronus in terram. Tunc ſtetit Dauid ſuper eum, & caput eius incidit. Cadente ergo Goliath, facta eſt Palæſtinis occaſio maximæ fugæ. Nā dum peritiſſimum ſuorum cecidiſſe conſpicerent, de rebus omnibus deſperātes, conſiſtere non valuerunt: ſed validæ ſe turpique fugæ tradentes, conabantur liberari. Saul autem & cunctus exercitus Hebræorum clamore facto ſuper eos exilierunt: & multos interemerūt, & perſecuti ſunt vſque ad terminos Geth, & portas Aſcalonis. Et mortui quidem ſunt Palæſtinorum triginta milia & totidem vulnerati. Porro Saul reuertens ab exercitu hoſtium, eorum caſtra diripuit, & ſi
1.Reg.17 mul incendit. Caput autem Goliath Dauid in tabernaculum proprium deportauit, & haſtam dicauit deo. Porro circa Dauid inuidiam atq; odium Saul regis, virgines mulieresq; prouocauerunt. Occurrentes enim victrici militiæ cum cymbalis & tympanis, delectabantur omni lætitia dicentes: mulieres, quia multa milia Saul Palæſtinorum interemiſſet: virgines autem, quia multa dena milia exterminaſſet Dauid. Hęc audiens rex quod in millenario numero teſtimonium ipſe perciperet, & dena milia multitudo iuuenculo voueret: & cogitans, quia nihil poſt hunc tam clarum fauorem niſi regnum minus eſſet Dauid cœpit eum timere & nimis habere ſuſpectum: & à priori quidem officio, quo vtique ſuum armigerum fecerat, eum amouit: ne dum nimis proximꝰ eſſet, occidere eum poſſet: conſtituit autem eum millenarium, dans ei locum quidem meliorem, & vt putabat ſibimet cautiorem: volebatque eum ad hoſtes & ad prælia mittere, vt in his pericula ſuſtinendo periret. Dauid autem deum habens vbique ducem, quocunque veniſſet prænalebat, & optime agere videbatur, ita vt propter excellentiam fortitudinis & populus eum, & regis filia virgo concupiſceret amore eius detenta, cunctisque ita fieret manifeſta, vt hoc eius deſiderium perduceretur ad patrem. Ille vero quaſi percepta occaſione in mortem Dauid, hoc libenter audiuit: daturumque nuptijs eius ſe virginem hæc ſibi nunciantibus ait, eo ſcilicet pacto vt ſexcenta hoſtium capita adueheret necatorum. At ille ſic claro honore ei propoſitio, volens ex opere periculoſo & incredibili gloriam magis aſſumere, procedere tendebat ad cauſam. Saul autē ducebat eū fore ab hoſtibus perimendum, & decenter ſua vota compleri, ſi per alios & nō eo faciente moreretur: iuſſit que ſuis famulis vt voluntatem Dauid experirentur, qualis circa puellæ nuptias eſſet. Illi vero cœperunt cum eo loqui, quia diligeret eum rex Saul vnà cum populo, & vellet ei etiam ſuam filiam copulare. Qui dixit: Nō modicum videri putatis me generum eſſe regis. Mihi vero nihil tale ſubſiſtit, præcipue cum ſim abiectus, & à gloria vel honore ſegregatus. Saul autem famuli cum Dauid reſponſa dixiſſent, ait: Dicite ei non me pecunijs egere, nec honoribus, quibus rebus venditur filia potius quàm nuptijs collocatur: ſed eligere generum habentem fortitudinem, aliasque virtutes, quas te habere manifeſtum eſt: & velle me ab

eo percipere pro nuptijs filiæ,non aurum nec argentum,neque vt hæc de domibus paternis eijciat:ſed pro ſupplicio hoſtium, capita ſexcenta Palæſtinorum. Et mihi enim ipſi nullum potius quam hoc clarius munus erit. Sed & meæ filiæ multo ſolennius honoribus eſt præcipuum,ſi viro tali,& tanto teſtimonio de hoſtium triumphis decorato poſſit coniungi. His verbis delatis ad ſe Dauid gauiſus,quod Saul ſtuderet eum ſibi cognatione coniungere, neque conſilium expectauit,nec ſi poſſibile aut difficile eſſet opus præſens animo cogitauit,ſed repente cũ ſocijs ad hoſtes pro nuptiarũ pollicitatione profectus eſt. Deus enim erat, qui cuncta facilia Dauid,& poſſibilia faciebat. Cumq; multos interemiſſet,abſcidens ſexcenta capita venit ad regem. Et harum rerum probatione facta nuptias exigebat. Saul autem cum non haberet vnde promiſſa refugeret: & menti ri turpiſſimum iudicaret,aut per inſidias eum occidere,cum forſitan etiã in hoc fruſtrari ſuo conſilio poſſet,dedit ei ſuam filiam nomine Michol.

Biblia habent ducenta præputia

Quomodo ſæpius Dauid per Saul periculum mortis paſſus effugit, & obla ta ſibi aliquando occidendi poteſtate,noluit interficere: Cap. XII

CVmq; rex Saul non eſſet recta voluntate manſurus,videns etiam Dauid & apud deum & apud homines approbari,expauit,& metum cęlare non valens timore magnarum rerum,id eſt,regni ſimul ac vitæ,ne priuaretur vtroque,cogitauit eum crudeli calamitate perimere:eiusq; mortem Ionathæ filio,& reliquis familiaribus delegauit. Filius autem admiratus permutationem patris circa Dauid,cum poſt multam eius deuotionem non mediocriter in eum, ſed ad mortem vſque ſæuiret:& cum iuuenem diligeret eiusq; virtutem, dixit ei ſecreto voluntatem patris ſui:ſuaſitq; vt die futuro ſe cuſtodiret. ipſe vero ſalutaturum ſe patrem dixit,eiq; pro eo opportuno tempore locuturum, cauſamq; cogniturũ, vt ei exprobraret,eo quod occideret velut iniuſtum,qui tanta bona fuerat operatus:qui etiam ſi valde peccaſſet,veniam deberet promereri:dixitq; ſe ei poſt hęc patris indicare ſententiam. Dauid autem conſilio benigno obediens, egreſſus eſt à rege. Altera vero die Ionathas venit ad Saul, & dum eum lætum & exultantem aſpiceret,cœpit de Dauid proferre ſermonem,dicens:In qua maiori vel minori iniquitate inueniẽs culpabilem Dauid,præcepiſti eum pater interimi, virum qui tibi quidem magnæ ſalutis cauſa fuiſſe probatus eſt, Palæſtinis autem valde ſupplicium:ab illuſione & iniurijs ſimul eripiens populum Hebræorum, quas diebus quadraginta ſuſtinuit,nullo vtique præſumente prouocationis certamina ſuſtinere:& qui poſt hæc iuſſione tua deferens hoſtium capita, ſororem meam præmio accepit vxorem:cuius mors nobiſipſis grauior erit, nõ propter ſolam virtutem eius,ſed etiam propter ipſam cognationẽ:quando eius morte etiã filia tua vexabitur,penè ante cõiugij gaudium veniens ad viduitatis opprobriũ. Hæc ergo cogitans pater,ad clementiam conuertere, & nihil committas in virum:primo quidem quod nobis magnum beneficium præſtitit tuæ ſalutis,quando malo ſpiritu & dæmonibus in te reſidentibus,illos expulit,pacemq; tuæ animæ condonauit:ſecundo autem,quãdo & in tuis hoſtibus vltus eſt. Hæc etenim obliniſci,turpiſſimum eſt. His ergo ſermonibus mitigatus Saul, iurauit filio,nihil Dauid iniuſte fore paſſurum. Sermo enim iuſtus & iracundiam regis ſubiecit & metum. Ionathas autem euocato Dauid,indicauit ei de ſua ſalute,quam impetraret à patre,eumque deduxit ad regem:& erat in cõſpectu ipſius ſicut pri9. Eodem vero tempore,Palæſtinis bella gerentibus denuo ſuper Hebræos, Saul contra hoſtes Dauid cum exercitu deſtinauit. Et congreſſus aduerſus eos, multos eorum proſtrauit,victorque reuerſus eſt ad regem. Quem Saul non ſicut ſperauit poſt bella ſuſcepit,ſed potius eius felicitate contriſtatus eſt,tanquam illius bonis actibus videretur ipſe deceptus. Cumque regem rurſus pueris aſtantibus dæmon ageret,ſpiritusque turbaret,vocans Dauid in domum in qua iacebat tenens lanceam,eum pſallere & hymnos cantare pręcepit. Quo iuſſa faciente,in-

1.Reg.19

Oratio Ionathæ ad patrem ſuum Saul pro Dauid

surgens in eum, lanceam iaculatus est: eamq; Dauid præuidens declinauit, fugitq; in domum suam, & in ea tota die permansit. Nocte vero mittens rex, iussit eum vsque ad diluculum custodiri, ne latenter effugeret: quatenus mane deductus ad publicum, traheretur ad mortem. Michol autem Dauid coniunx, filia regis, cognita voluntate patris Dauid indicauit, dubiam spem eius vitæ conspiciens, & de anima sua pariter diffidens. Neque enim se credebat posse habere vitam, si fuisset illius amore priuata. Eique dixit: Non te hic ŏ coniunx solis ortus inueniat, nam te vlterius non videbo: sed fuge citius, dum tibi præbet nox fugæ
a *stutia Michol* præsidium, faciatq; tibi hanc dominus longiorem. Scito enim te à patre meo si inuentus fueris occidendum. Quo dicto eum per fenestram deposuit & dimisit. Deinde construit lectulum quasi egrotantis, & sub sago iecur spirans capræ supposuit. Die vero facto, misit pater vt Dauid deduceretur ad eum. Illa vero nunciante quod nocte fuisset factus infirmus, & ostendente eis lectulum coopertum, dum iecur pecoris quod sub sago iacebat palpitaret, egrotum vere esse, & dormire Dauid, qui missi fuerant crediderunt. Renunciantibus autem illis infirmũ factum esse per noctem, iussit eum sic adduci, se velle eum perimere dicens. Qui venientes & lectulum discooperientes, & deceptionem inuenientes factam ab eius vxore, renunciauerunt regi. Quam dum culparet pater, eo quod eius qui dem liberauerit inimicum, illum vero deceperit, satisfecit ei verisimilia loquẽs, quasi eam ad hæc non consentientem Dauid occidere voluisset: & hoc pro salutis suæ timore fecisset: pro quo ei deberet ignoscere, quia hoc necessitatis causa & nõvoluntatis effecerit: adijciensq; dixit: Arbitror ego pater quia non ita voluisti illum perimere, sicut me potius liberare. Et Saul quidem veniam puellę dedit. Dauid autem declinauit à periculo, & venit ad Samuel prophetam in Ramatha, eiq; regis insidias indicauit, & quod iaculo eius pene fuisset extinctus, dum neque circa eum extiterit inimicus, neque circa hostium certamen infirm⁹: sed potius in omnibus & pronus, & felix, quæ magis causa Dauid inuidiam generauit. Cognoscens itaque propheta regis iniustitiam, Ramatham ciuitatem reliquit: & deducens Dauid ad quendam locum nomine Galboa, commorabatur illic cum eo. Cumque nunciatum fuisset Saul, eo quod Dauid esset apud prophetam, misit armatos, eumq; ad se comprehensum iussit adduci. Qui cum venissent ad Samuel, inuenientes ecclesiam prophetarum, participati sancto spiritu prophetare cœperunt. Saul autem audiens hoc super Dauid, alios destinauit, & illis idem facientibus denuo misit alios. Prophetantibus etiam qui tertio fuerant missi, ad vltimum iratus ipse perrexit. Cum vero iam erat in proximo, antequam eum videret Samuel, prophetare cœpit: veniensque ad eos Saul spiritu vehementi compulsus, amens factus est: & exutus veste, tota die canebat & nocte, Dauid & Samuele videntibus. Ionathas vero Saul filius occurrentem sibi Dauid, & de patris eius insidijs ingemiscentem, & dicentem, quia dum nihil impie gessisset, neque peccasset, eum pater eius occidere festinaret: rogabat vt nihil suspicaretur tale, neque derogantibus siqui forte huiusmodi essent, crederet: sed vt ad se respiceret, & securus esset, nihil tale in eum cogitante patre. Nam & si cogitasset, ei sine dubio pandisset, dum pater eius vtique consilio omnia celebraret. Porrò Dauid iurauit ita esse: & supplicabat, vt credẽs prouidẽtiã eius haberet, potius quàm eum sperneret quasi mendacem, eiq; renunciaret quicquid agnosceret aut videret: Dicebatq; ideo non ei de se dixisse patrem, quia sciret illum circa se amicitias & affectũ habere. Contristatus itaque Ionathas, eo quod Dauid huiusmodi patris eius esse circa se crederet voluntatem, interrogauit eũ, quid velit vt faceret. Ille autem: noui, inquit: omnia te mihi conferre, & velle præstare. Crastina die initium mensis est: & habeo consuetudinem sedens comedendi cum rege: si tibi videtur, à ciuitate egredior, & maneo in campo latenter: tu vero Saul quęrente eo dic me profectum esse in regionem Bethlehem in tribum meam, ad festiuitatem celebrandam: adijciens etiam quia tu me ire permiseris.

ſeris. Et ſiquidem vt aſſolet dici de amicis proficiſcentibus, cum bono vadat, aut aliquid ſimile dixerit, ſcito nihil in eo circa me fore doloſum nec inimicũ: ſi vero aliter reſponderit, hoc tibi erit indicium quod aduerſum me fuerit cogitatum: & renunciabis mihi voluntatem patris, miſericordiæ hoc & affectui communi tribuens, per quem fidem à me accipere, & idem tu domine famulo dare voluiſti. Si vero iuuenis in me malignum aliquid, ipſe me perime, vt ſic proficiſcaris ad patrem. Quæ verba nouiſſima Dauid, Ionathas oneroſe ſuſcipiens, promiſit ſe ea quę prius popoſcit eſſe facturum: & ſiquidem triſte aliquid, aut quod eius odium panderet pater reſponderet, ei nunciaturum. & vt eum potius ſecurum redderet, egreſſus ſub diuo, nihil ſe prætermiſſurum pro Dauid ſalute iurauit, dicens: Hũc deum quem magnum eſſe vides & vbique præſentem, & antequam mẽtẽ meam ſermonibus prodam, iam præſcientem eam, eum in communi pacto teſtem promiſſionis adduco, quoniam non ceſſabo frequenter tentans patris animum cognoſcere, donec mihi eius animi ſecreta pandantur: quæ cum didicero, non celabo, ſed protinus tibi nunciabo, ſiue mitis circa te, ſiue ſit valde crudelis. Nouit autem hic deus, qualem eum circa te ſemper eſſe exoro, qui & nunc tecum eſt, nec te delinquit: facietq; te inimicorum tuorum, ſiue pater meus eſt, ſiue ego, eſſe meliorem. Tu tantum horum eſto memor: & licet me finire vitam contingat, filios meos ſerua. & pro rebus præſentibus illis tuam retribue bonitatem. Cumq; iuraſſet hæc dimiſit Dauid: & ad quendam campi locum ire præcepit, in quo erat ſolitus exerceri: quecunque cognouiſſet à patre, nunciaturum ſe ei promittens, hoc modo: vt deducens puerum mitteret tres ſagittas: & ſi iuberet puero ſagittas afferre, quas ante eum iaceret, cognoſceret nihil eſſe apud patrem malitiæ: ſi vero diuerſa aliqua audiret illo dicente, à rege contraria ſimiliter expectaret: ſecuritatem vero ſe ei præbiturum dicens, ne quid ſuſtineret incongruum: vtque felicitatis tempore memor eſſet, & humanitatem filijs eius exhiberet, Dauid itaque à Ionatha hanc fidem accipiens, ad locum proximum eſt profectus. Altera vero die cum eſſet menſis initium, purificatus ſolenniter rex ad conuiuium venit, & ſedentibus circa eum filio Ionatha à dextris, & principe militiæ Abner à ſiniſtris, videns eſſe locum Dauid vacuum tacuit ſuſpicatus eum non eſſe à coitu mundum. Cumque ſecunda die noui menſis non affuiſſet, requiſiuit à filio Ionatha, cur non & tranſacto & præſenti conuiuio Ieſſe filius adfuiſſet. Ille vero ait, abiſſe eum ſe permittente ſecundum ſolennitatem ad propriam regionẽ, quia tribus eius feſtiuitatem ageret: & rogatum ſe pariter, vt etiam ipſe cum eo ad ſacrificia celebranda concurreret. Et ſi præcipis, inquit, pater, & ego poſt eum vadam: noſti enim quia ego illi deuotus ſum. Tunc igitur Ionatha Saul iniquitatẽ circa Dauid agnouit, & apertevoluntatem eius aſpexit. Non enim retinuit iram Saul, ſed blaſphemauit, eumque natum de muliere virum vltro appetẽte, & prorium hoſtem dixit, & ſocium Dauid, & cooperatorem eius, & nec ipſum erubeſcere, nec eius matrem, talia facientes: nec volentes intelligere, quia donec Dauid viueret, regnum eorum eſſet incautum: dixitque vt eum vocaret, quatenus pœnas exolueret. Reſpondente vero Ionatha, quid iniquum fecit vt puniatur? non ad verba iam & blaſphemias iramq; Saul acceſſit: ſed arrepta lancea ſuper eum vt reſpondentem interficeret inſiluit. & hoc quidem non impleuit prohibitus ab amicis, manifeſtus autem apparuit inimicus eſſe Dauid, & quia deſideraret eum occidere, ita vt propter illum penè propria manu filiũ interficere voluiſſet. Tunc ergo regis filius declinato periculo, & nihil aliud præ triſtitia facere valens, ſed deflens, eo quod & ipſe penè mortuus fuerit, & Dauid necem definitam eſſe cognouerit, matutino facto perrexit: & quaſi exercitaturus venit in cãpum, vt amico (ſicut conſtituerat) regis proderet voluntatem. Fecit ergo Ionathas ſicut pollicitus eſt, & ſequentem puerum in ciuitatem dimiſit, vt Dauid in deſerto loco ad faciem loqueretur. Quoviſo Dauid cecidit ad pedes Ionathæ, eũque adorans ſaluatorem animæ ſuæ vocabat. Quem Ionathas eleuauit à terra,

Iuramentum Ionathæ

Dauid & Ionathas iuſiurandum faciũt

& alterutros se amplectentes, valde semetipsos osculabantur, & flebant ætatem suam inuidiæ malignitate consumptam, & futuram separationem, quæ nihil differret à morte. Vix etenim quiescentes à gemitu, & memoriam iurisiurandi apud alterutros constare poscentes diuisi sunt.

Dauid ad Achimelech fugit, dein ad regem Achim, à quo ad Moabitas. Saul occidit sacerdotes, cuius vitæ bis parcit Dauid, licet proditus à Ziphæis. Samuel moritur. de Nabal. Sidelech datur Dauid. Cap. XIII

ET Dauid quidem fugiens Saulem, & imminentem ab eo mortem, venit in 1.Reg.21
ciuitatem Nobe ad Achimelech sacerdotem. Qui dum eum solum venisse videret, & nec amicum nec famulum cum eo esse præsentem, miratus est, & causam cur nemo esset cum eo quæsiuit. Ille vero causam ait sibi secretam iussu regis iniunctam, ad quam non eum habere multos comites oporteret, dicēs, quia constituisset ad quendam locum famulos sibi occursuros: petebatq; vt ei itineris necessaria non negaret, per quæ opus amici faceret, & præsentibus necessitatibus subueniret. Quibus adeptis, etiam arma sibi dari si qua essent præ manibus postulauit. Aderat autem illic seruus Saul, genere quidē Syrus, nomine Doech, qui mulas pascebat regis. Tunc ad Dauid sacerdos ait: nihil equidem se tale habere, sed esse lanceam Goliæ, quam ipse illo perempto deuouerat deo: eamque sumens Dauid, ex omni Hebræorum regione fugit in Geth, quæ est regio Palæstinæ, vbi regnauit Achis. Cumque cognitus fuisset a famulis regis, eique manifestatus, illis indicātibus, quod Dauid esset, qui multa milia Palæstinorum peremisset, metuens Dauid ne ab eo necaretur, & periculū quod declinauerat à Saul ab illo susciperet, simulauit se esse furiosum & rabidum, ita vt spumam ex ore proijciens, & alia quæ furiosi sunt faciens, fidem regi veræ passionis ostenderet. Qui famulis indignatus, eo quod vesanum hominem ad eū introduxissent, velociter à se Dauid iussit expelli. Et ita liberatus de terra Geth, venit in tribum Iuda: & habitans in spelunca circa ciuitatem Odollam, misit ad fratres suos, eisque vbi esset ipse, mandauit. Illi vero ad eum cum omni cognatione venerunt. Sed & alij, quibus aut odium aut timor erat regis Saul, ad eum pariter concurrerunt, facturosque se quæcunque placerent illi, dicebant: fueruntque omnes simul quasi quadringenti. Tunc ille securus, quasi auxilium ei fuisset adiectum, surgens inde, venit ad regem Moabitarum: roganitq; eum, vt parentes eius, donec ipse de suo fine cognosceret, in regione sua susceptos haberet. Quo annuente, parentes eius omni tempore quo apud eum fuerunt, dignis muneribus honorati sunt. Præcipiente vero propheta, vt desertum Dauid relinqueret, & ad tribum Iuda pergens, ibidem habitaret. eidem obedijt: & de Moab reuersus, venit in ciuitatem Aret, & in ea moratus est. Saul autem audiens Dauid visum cum multitudine, non in timorem fortuitum corruit & tumultum: sed sciens vi-
1.Reg.22 ri prudentiam atque præsumptionem, quia non ex eo paruum sibi timoris onus exurgeret, quod luctum & labores conferret, conuocans amicos & principes, & tribum ex qua ipse erat, in collem vbi regnum habebat: & sedens in Segete (sic enim locus ille vocabatur) dum circa eum esset ordo ciuilis, simul & armigeri, cunctis ait: Viri contribules, noui quidem, quia meorum beneficiorum non estis immemores, quando & agrorum quosdam dominos feci, & honores populares, & officia præbui. Interrogo ergo vos, si maiora his dona & ampliora, Iesse filium vobis dare confiditis? Noui enim quoniam omnes illi potius consentitis, quando etiam meus filius Ionathas ita sapit, & vos ad talia persuasit. Non enim ignoro, quod iusiurandum cum Dauid & fœdera celebrauit, nec quod contra me Ionathas tractator eius & cooperator existit, nullique vestrum curæ est, sed tacentes, rei exitum susti netis. Quumq; rex tacuisset, alius quidem præsentium nemo respondit. Doech vero Syrus, pastor mularum eius ait, quia vidisset Dauid in Nobe ciuitatem venisse ad Achimelech sacerdotem, vt futu-

ra sibi

ra ſibi eo prophetante cognoſceret: perceptisq; ab eo ſumptibus, & haſta Goliæ, ad quos ire volebat, ab eo fuiſſe deductum. Tunc vocans ſacerdotem, & cunctã eius generationem Saul, ait: Quid mali paſſus à me, ſeruum inutilem Ieſſe filiũ ſuſcepiſti, eiq; ſumptus dediſti, & arma, quũ mei regni nimius inimicus exiſtat? Cur etiam futurorum ei reſponſa prębuiſti? Non enim te latuit, quod me fugeret, & odio meam domum haberet. Sacerdos autem quæ facta fuerant, non negauit ſed cum fiducia ſe hæc præbuiſſe confeſſus eſt: nec ſe Dauid præſtitiſſe, ſed regi, dicens: Non enim eum, inquit, nouimus tuum ininicum, ſed fidelem ſocium, & præcipuum ſeruum & millenarium: & quod horum maius eſt, generum pariter & cognatum: & hęc non inimicis hominibus præſtiti, ſed ei qui circa te opus ſuę deuotionis exhibuit. Prophetaui autem ei, non modo ſolum, ſed ſæpius. Dicente nãque cum magna feſtinatione fuiſſe ſe directum, ſi ei quibus egebat, minime præbuiſſem, non illi putarer, ſed potius tibi reſiſtere. Quapropter nihil doloſum aduerſum me cogitare debes: neque in his quæ nunc audiſti meam tunc fuiſſe debes credere voluntatem. Amico nanque & regis genero & millenario hęc impendi, non hoſti. Hæc dicens ſacerdos, nequaquam ſatisfecit regi Saul. Qui cum eſſet in magno terrore, neque veram confeſſionem credens, iuſſit armatis circunſtãtibus, vt eum cum ſua cognatione perimerent. Quumq; illi non præſumerent contingere ſacerdotem, ſed diuinitatem formidarent, potius quàm regi parere vellent, tunc Syro Doech rex ſacerdotis imperauit interitum. Qui ſumens ſuæ militiæ ſimiles, occidit Achimelech, eiusq; progeniem. Erant autem omnes quaſi trecentiquinque. Quo facto, miſit quoque Saul in ciuitatem ſacerdotum Nobe, & omnes occidit: non mulieri, non infanti: non alij pepercit ætati, eamq; ſuccendit. Vnde filius vnus Achimelech tãtummodo, Abiathar nomine, liberatus eſt. Hæc ſiquidem contigerunt, ſicut deus ſacerdoti Eli prophetauit, propter iniquitates duorum filiorum eius, dicens prolem eius radicitus euellẽdam. Porrò Saul rex crudele ſic opus efficiens, & totam generationem ſacerdotalem interimens, & neque infantibus miſericordiam, nec ſenibus reuerentiam habens, ſed & ciuitatem diſperdẽs, quam patriam ſacerdotum. prophetarumq; nutricem diuinitas elegerat, & ſolam tales viros habere decreuerat: hoc actu omnes fecit agnoſcere, & humano modo conſiderare, quod donec fuerint aliqui ſimplices & humiles nec fuerint abuſi natura, nec voluntatem ſuam implere præſumpſerint manſueti ſunt atque mites: ſectanturq; ſolam iuſtitiam, & circa eam omnem ſtudent habere deuotionem: tunc etiam de diuinitate confidunt, quia omnibus quæ fiunt in hac vita, pręſens eſt: & non ſolum opera, ſed etiam mentes vnde procedunt hæc antequam fiant, aperte conſiderat. Quum vero ad poteſtatem veniunt, & ſuperbię cumulo dilatantur, tunc omnibus illis exuti, & velut in ſcena vultus, & mores, & moderationem actuum reponentes, ſuſcipiunt audaciam, ſuperbiam, & contemptum rerum humanarum & diuinarum: & dum pręcipue pietatem iuſticiamq; deſpexerint, & in omnibus quę cogitant aut agunt, ſibimet arrogauerint, tunc quaſi non videat eos deus, aut certe poteſtatem eorum non habeat, peſſimis graſſantur in actibus: & quicquid aut audire metuunt, aut odio habent, reſpuunt: quę autem irrationabiliter diligunt, hęc rata, firma, vera, & hominibus placita ſimul & deo credunt. De futuris vero rebus nullus eis ſit ſermo, ſed eos qui pertulerunt multas laborum miſerias, exhonorant: & eos habentes odio ſimul inuidiam his canflant: deducentesq; eos ad medium, non ſolum adeptos honores eis auferunt, ſed per calumniam etiam vita eos priuare nituntur: puniuntq; non propter opera digna ſupplicio, ſed derogationibus & accuſationibus nequaquam examinatos extinguunt: non quos oportet hęc pati, ſed in quibus iniuſte nituntur vlciſci. Hoc igitur nobis Saul filius Cis, qui primus poſt illam optimam ducum rem publicam regnauit in Iſrael, manifeſtum eſſe monſtrauit, occidens trecentos ſacerdotes atque prophetas, per ſuſpicionem quam habuit in Achimelech, deijciens etiam eorum ciuitatem, & ſtudens

quodammodo deum ſacerdotibus prophetisq; priuare, dum tantos ſimul occide ret, vt neque patriam eorum manere permitteret poſt illos, vt potuiſſet aliquis oboriri. Abiathar itaque Achimelech filius, qui ſolus fuerat de ſacerdotibus à Saul interfectis ereptus, fugiens ad Dauid, ærumnam ſuorum omnium, & patris interitum declarauit. Qui ait, non ſe hæc eis ignoraſſe futura: ſed videns Doech ſuſpicatum fuiſſe, quod ſacerdotem regi declararet: ſeq; dolebat quaſi huius cala mitatis autorem: & poſcebat, vt apud eum de cętero commaneret, tanquam qui in alio loco latere non poſſet. Eo ſiquidem tempore audiens Dauid Palæſtinos
1 Reg. 23 Ceilanorum prouinciam deuaſtare, conſuluit deum per prophetam, ſi eum pugnare præciperet. Quo dicente, quod diuinitas victoriam promiſiſſet, cum ſuis ſocijs Palæſtinos hoſtes inuaſit, multamq; eorum cædem fecit, & prædam tulit. Dumq; apud Ceilanos eſſet, donec areas ſuas, fructusq; ſine timore colligerent, regi Saul nũciatum eſt, quod apud eos habitaret. Opus enim illud & magnus effectus, apud quos geſtum eſt, cœlari non potuit: ſed fama etiam ad extraneorum auditus aduenit, & ad regem vſq; delata eſt. Gauiſus eſt Saul, quum audiſſet Dauid in Ceila commorari, dicens, deum illum eius manibus tradidiſſe quando coactus ſit venire in ciuitatem, muros & portas & ſeras habentem: iuſſitq; omni populo, vt ad Ceilam vnanimiter conuenirent: & obſidentes eam, capientesq; Dauid, interimerent. Hæc itaque ſentiens Dauid, & agnoſcens à deo, quomodo eum forent Saul traditurі Ceilitæ, ſumens quadringentos qui cum eo erant, de ciuitate profectus eſt in deſertum Gedon. Et rex quidem quum audiſſet eum fugiſſe de Ceila, ab eius perſecutione ceſſauit. Dauid autem ſurgens exin de, venit in quẽdam locum Ziphin, qui vocatur Noua, vbi Ionathas filius Saul veniens ad eum, & oſculatus, ſecurum eum eſſe dixit, & ſpem bonam habere futurorum: nec præſentibus rebus eum debere deficere, quoniam regnaturus foret, & habiturus ſub ſe Hebræorum omnium poteſtatem: & quoniam gratiora eſſent, quæcunque magnis laboribus euenirent, Et rurſus iureiurando celebrato inter alterutros pro deuotione vitæ totius & fidei: & deum vocans teſtem Ionathas, maledixit ſibi ſi tranſcenderet conſtitutum, & in contraria mutaretur. Tũc Dauid ibidem relinquens, paululũ à timore & ſolicitudine releuatum, ad Saul ipſe reuerſus eſt. Ziphæi vero volentes gratiam præſtare Saul, indicauerunt ei, apud ſe commorari Dauid: promiſeruntq;, vt ſi veniret, illum ei contraderent:
Ziphæi prodũt Dauid quod ſcilicet dum anguſtias Ziphæorum apprehendiſſet, non poſſet vlterius alibi deuiare. Quos laudauit rex, & gratias egit indicantibus inimicum: eisq; pollicitus eſt, non tarde eorum ſe compenſare deuotionem: miſitq; qui quærerent Dauid, & deſertum omne perſcrutaretur, dicens etiam ſe continuo ſecuturum. Et illi quidem qui directi fuerant pro inueſtigando & capiendo Dauid, præcedebant regem, ſtudentes fauore ſuo non ſolum nunciare inimicum, ſed etiam manifeſtatum, in regia poteſtate contradere, Hi tamen iniuſta & maligniſſima voluntate fruſtrati ſunt, qui quũ nihil mali ſuſtinere potuiſſent, ſi non hunc indicaſſent. Saul propter blandimenta regia, virum religioſum, & ad mortem iniuſte quæſitum, & qui latere poterat, prodiderunt, & ſe eum tradere promiſerunt. Cognoſcens autem Dauid malitiam Ziphæorum, & regis inuaſionem, anguſtias quidem illius regionis derelinquit: fugit autem ad petram maximam, in deſerto Maon conſtitutam. Quumq; Saul eum ibi perſequeretur, cognouit in itinere Dauid ab illis anguſtijs diſceſſiſſe, quaſi ad aliam petrę partem. Et quum Saul ex alia parte conſiſteret, vt eum penè iam capere potuiſſet, audiens Palæſtinos Hebræorum regionem valde vaſtare, à Dauid perſecutione diſceſſit: & contra eos qui naturaliter hoſtes erant, dimicãdum magis neceſſarium iudicauit, quàm inimicum proprium perſequendo, vaſtationem ſuę terrę deſpicere. Sic ergo Dauid inopinabiliter declinato periculo, venit in anguſtias Engaddi. Quum vero Saul expuliſſet alienigenas, venerunt qui nunciarent ei, Dauid in Engad-
1. reg. 24 di montibus habitare. Qui ſumens tria milia armatorum virorum, abijt

ſuper

ſuper eum: & quum non eſſet procul à locis illis, vidit circa iter ſpeluncam profundam atque rotundam, multa longitudine & latitudine, nimis apertã, in qua Dauid cum quadringentis erat abſconſus. Dumq; Saul naturaliter ventris purgandi neceſſitate vrgeretur, ingreſſus in eam ſolus eſt. Quem dum vidiſſet quidam hominum Dauid, & dixiſſet de eius inimico tempus à deo datum, & ſuaderet, vt vltionis cauſa Saul caput abſcinderet, quatenus graui perſecutione & miſeria priuaretur, ſurgens Dauid, abſcidit quidem ſummitatem veſtis ſolummodo, qua Saul erat indutus: & repente pœnitentia tactus, ait, non eſſe iuſtum vt ſuum occideret dominum, & qui ſcilicet à deo fuerat regnare præceptus. Nam licet iſte, inquit, circa nos malignus exiſtat, me tamen erga eum non decet eſſe talem. Quumq; Saul de ſpelunca fuiſſet egreſſus, accedens Dauid, exclamauit à longe, petensvt Saul audiret. Conuerſo autem rege, adorauit eum ſecundum morem, proſtratus in faciem, & ait: O rex, non te oportet malignas & falſas derogationes cõfingentibus aures accommodantem, illis credere, & in ſuſpicione diligẽtes te viros habere, ſed magis operibus affectum conſiderare cunctorum. Derogatio namque multorum eſt, deuotionis vero clara probatio actuum veritate cõſiſtit: & ſermo quidem cuiuslibet in vtroque habet ſimilitudinem veritatis & falſitatis: opera vero nudum habent veritatis intuitum. Cõſidera igitur ex iſtis, qualis ego circa te tuamq; ſim domum: & quod mihi oportet credi, & non accuſanti bus, & dicentibus ea quæ neq; animo cõcepi, neq; facere potui. Cur apponis perſequi animam meam, & nihil die noctuq; aliud cogitare, niſi animæ meæ interitum, quam iniuſte perſequeris? Quomodo enim nõ falſam opinionem de me ſumpſiſti, quaſi occidere te voluerim: aut quomodo non impie agis in deum me occidere concupiſcens, & inimicum tuum credens, hominem qui poteſtatem hodie habuit punire te, & à te pœnas exigere, & noluit, quum tempore ad hæc vſus eſt oportuno? Quod ſi contra me tibi idem licuiſſet, nequaquam ſic abiens præteriſſes. Quando enim tuæ veſtis incidi partem, potui etiam caput auferre. Et oſtendens pannum veſtis eius, rei fidem exhibuit. Et ego, inquit, à iuſta vltione me retinui, tu vero iniuſtum contra me habere odium non vereris. Sed deus hæc iudicet, & vtriuſque noſtrum arguat voluntatem. Saul autem ſuam vitam inopinabiliter admiratus fuiſſe ſeruatam, & humilitatem iuuenis ac naturam eius ob ſtupeſcens, ingemuit. Quumq; & Dauid hoc feciſſet, reſpõdit cum gemitu Saul, illum potius eſſe iuſtum: Tu, inquit, cauſa bonorum mihi fuiſti, ego vero tibi calamitatum: & oſtendiſti hodie priſcorum te habere iuſticiam. Quis enim inimicos ſuos in deſerto comprehenſos, ſaluandos eſſe duxerit? Confido namque quod deus regnum tibi conſtruet, & omnium Hebræorum te poteſtas expectat: ſed da mihi iuriſiurandi fidem, ne meum genus extermines: neque habens malorum memoriam, ſtudeas meum germen eradicare: ſed vt meam domum ſerues & ſalues. Iurante vero Dauid quod popoſcerat, Saul quidem ad proprium reuerſus eſt imperium. Dauid autem cum ſuis aſcendit in anguſtias Maſpha. Hoc itaque tempore & Samuel propheta defunctus eſt, vir qui non fortuitum honorem apud Hebræos habuerat: cuius virtus etiam apparuit in hoc opere, quod pro eius deuotione populus multo tempore luctum duxit, & circa ſepulturam eius atque ſolennium largitatem, ſtudium magnum competenter exhibuit. Sepelierunt autem eum in patria ſua in Ramatha: multisq; eum fleuere diebus, nõ communiter hoc facientes, velut extranei mortem, ſed tanquam propriũ ſinguli quique lugentes: Fuit enim vir iuſtus, & natura benignus: & propterea magis amicus deo: qui præfuit populo ſolus poſt mortem quidem ſacerdotis Eli, annis duodecim: cum Saul vero rege annis decem & octo. Et Samuel quidem huiuſmodi habuit finem. Erat igitur quidam Ziphæorum de ciuitate Maon, diues & pecora multa poſſidens: trium nanque milium ouium gregem habebat in paſcuis, & mille caprarum. Has ergo Dauid illæſas & ſine vexatione cuſtodire ſuos præcepit: vt neque deſiderio, neque egeſtate, neque pro loco deſerto

1. Reg. 25 *Samuel propheta uir ſanctus defũgitur uita*

De Nabalnirõ ſtulto & eius dedi

vbi

vbi potuiſſent latere, aliquis eas vexare præſumeret: ſuper hæc autem illud ſeruandum dicens, vt nihil iniuſtum fieret, & aliena tangere peſſimum iudicarent, neque deum offenderent. Hæc autem docebat eos homini bono præſtare ſe credens, & dignum eum eſſe beneficium huiuſmodi promereri. Erat enim illi nomẽ Nabal, vir durus & ſtudijs maligniſſimus, habens vitam deteſtabilem, cui erat vxor bona, ſimul & caſta, & ſpecie nimis eximia. Igitur ad hunc Nabal, tempore quo tondebat oues, miſit Dauid viros decem, vt eum ſalutarent: & optabat vt hoc multis annis efficeret, & quod eſſet ſibi poſſibile, ab eo præberi popoſcit cognoſcens ſcilicet à ſuis paſtoribus, quod nihil eis aliquando nocuerint, ſed etiam cuſtodes eorum gregumq; fuerint, dum multo tempore in deſerto pariter habitaſſent, & quod non eum pœniteret, ſi quid Dauid ſua largitate præberet. Nabal autem his qui miſſi fuerant inhumane nimis & dure reſpondit. Dũ enim interrogaſſet eos, qui eſſet Dauid, & illi reſpondiſſent, filium Ieſſe, ait: Nunc video, quia valde in ſemetipſis ſuperbiunt fugitiui, & gloriantur ſuos dominos reliquentes. Quod dum fuiſſet Dauid renunciatum, iratus eſt: & quadringentos quidem armatos ſequi ſe præcipiens, ducentis pro rerum cuſtodias derelictis, ibat contra Nabal: iurans illa nocte domum ſe & omnem poſſeſſionem eius exterminare: non ſolum enim ob hoc iratus eſt Dauid, quia videretur ingratus, & nihil dediſſet eis qui multam benignitatem circa eum habuerant: ſed etiam quia blaſphemaſſet, & maledixiſſet, à quibus in nullo fuerat contriſtatus. Interea quidam ſeruus cuſtos ouium Nabal, dominæ quidem ſuæ, illius vero coniugi dixit, quod miſerit Dauid ad virum eius, & non ſolum nec aliquid vellet eum percipere, ſed etiam iniurias, & peſſimas in eum dixerit blaſphemias: dum omni prouidentia & cuſtodia circa eos fuerit vſus in gregibus, affirmans hoc in malum domini ſui, & ipſius profuturum. Quo dicto, Abigail, vxor Nabal, eijciens aſinos, & onerans eos cunctis muneribus, nihilq; marito dicens, ſciens quod per ebrietatem ipſe ſenſu careret, profecta eſt ad Dauid. Cui deſcendenti montis anguſtias, Dauid occurrit, cum quadringentis viris veniens ſuper Nabal. Quem quum vidiſſet mulier, de aſina exiluit: & proſtrata in faciem, adorauit: ſupplicans, vt nequaquam Nabal verba reſpiceret, qui vtique Nabal recte vocaretur: quod nomen dementem lingua ſignificat Hebræa. Satisfaciebat autem, dicens, nõ ſe eos vidiſſe qui ab eo miſſi fuerant: & debere ſe veniam promereri: vtq; magis ageret ipſe deo gratias, qui eum à ſanguinis humani pollutione prohibuit, exorabat. Nã quum tu, inquit, benignus ſis, ille iudicat in malignis, Quæ enim Nabal, inquit, mala ſuſtineat, ſuper capita inimicorũ tuorũ eueniant. Eſto mihi propitius quidem & iudica me dignam, per quam hæc dona ſuſcipias, iram vero atque furorem, quem ſuper maritũ meum & eius habuiſti domũ, mihi remitte. Hæc enim te decent, quum ſis placidus, atque clemens dominus: & quod maius eſt, regnaturus. Suſceptis autẽ muneribus, ille ait: O mulier, propitius te hodie ad nos deus adduxit. Non enim futurum videras diem, quum iam iuraſſem, domum Nabal hac nocte diſperdere, vt nullus veſtrum penitus remaneret: quum vtique ſit vir ille ingratus, & callidus circa me & ſocios meos, nunc autem prẽueniſti, & meũ, curante deo, mutaſti furorem. Et Nabal quidem, licet modo propter te relinquatur inultus, non tamen effugiet pœnas: ſed alia cauſa quę eum competit, eueniet ei. Hæc dicẽs, dimittit mulierem. Illa autem domum reuerſa eſt: & inueniens virum cum multis epulantem, & in ebrietate iacentem, tunc quidem nihil horum quæ geſta fuerant, indicauit. Cui altera die cuncta ſignificans, ſic eum triſtẽ reddidit, vt ad ſolutionem membrorum, & penè ad mortem vſque deduceretur: &

Nabal moritur non amplius quàm decem dies poſtea viuens Nabal, defunctus eſt. Dauid autẽ audiens mortem eius, vltum ſe quidem à deo dixit. Nabal vero propria malignitate defunctum, deo dediſſe illum pœnas, ſeq; ſeruaſſe ab eius ſanguine, mũdam habentem dextram. Tunc etiam agnouit, eo quod maligni diuinitus arguantur, & nullus inter homines deſpiciatur à deo, qui dat quidem bonis ſimilia, malisve

ro refert digna ſupplicia. Et mittēs ad eius vxorē, petijt, quo eā ſibimet copularet Illa vero his qui miſſi fuerant, dicens, ſe non dignā fore, vt illius vel pedes attingeret: cum omni tamen apparatu proprio venit, eiq; coniuncta eſt: quæ ad hunc honorem venire promeruit, tam pro modo caſtitatis atq; iuſtitia, quàm pro ſpecie ſuę formæ. Habuit autem Dauid vxorem, quam primitus duxerat, de ciuitate Ebiſar. Michol autem Saul regis filiam, quę fuit Dauid vxor, pater eius Phalti filio Lais coniunxit, qui erat de ciuitate Gallim. Quumq; hæc fuiſſent geſta, quidam Ziphęorum venientes ad Saul, indicauerunt ei, quia rurſus eſſet in eorum regione Dauid, & poſſent volenti eum comprehēdere, ſua præbere ſolacia. At ille cum tribus milibus armatorum ſuper eum egreſſus eſt. Quumq; ſuperueniſſet nox, caſtra poſuit in loco quodam, qui dicitur Sicela. Audiens vero Dauid, contra ſe venire Saul, miſſis exploratoribus, iuſſit ſibimet nunciari, ad quē locum iam veniſſet. Quibus dicentibus, in Sicela eum eſſe, ſurgens nocte, ita vt lateret ſuos, venit ad caſtra Saul, ducens ſecum Abiſai, natum ſororis ſuæ Saruiæ, & Achimelech Gethæum. Saul itaque dormiente, & circa eum per circuitum armatis & Abner principe militiæ conſtitutis, Dauid ingreſſus caſtra eius, nec ipſe peremit eum, inueniens eius ſtratum & lanceam quæ erat fixa ad caput eius, nec Abiſai permiſit volentem eum occidere, & in hoc vehementer inſtantem: ſed dicens, ordinatum à deo regem occidere eſſe nimis iniquum, licet ille ſit malus, venturamq; ei pœnam oportuno tempore ab eo qui ei præbuit regnum, retinuit impetum eum volentis occidere: & pro ſigno, quod quum potuiſſet eum interimere, ſe potius abſtinuerit, ſumens eius lanceam & vrceolum aquę appoſitū dormienti Saul, nullo ſentiente in exercitu, cunctisq; iacentibus, latenter egreſſus eſt: quum omnia facere potuiſſet, quæ & ipſum tempus offerret, & contra regem digna præſumptio ſuaderet. Tranſiens vero torrentem, & in verticem montis aſcendens, vnde potuiſſet audiri, clamans voce magna militibus Saul, & Abner principi militiæ, excitauit eos à ſomno. Hunc enim vocabat, & populum. Audiente vero principe militiæ, & requirente, quis eum vocaſſet, Dauid ait: Ego ſum, filius quidem Ieſſe, veſter vero fugitiuus. Cur igitur quum ſis magnus, & apud regem honore præcipuus, corpus eius ita cuſtodis, vt ſomnus ſit tibi dulcior, quam illius ſalutis affectus? Hæc quippe digna morte ſunt, atque ſupplicio. Dudum enim ingreſſos quoſdam in veſtro exercitu ſuper regem, & ſuper vniuerſos alios, non agnouiſti. Quære lanceam regis & vrceum aquę, & cognoſces quantum malum vos latuit intrinſecus conſtitutos. Saul autem cognoſcens Dauid vocem, & videns, quod dum eum captiuum habuiſſet ſopore confectum, cuſtodibus negligentibus, non occidit, ſed pepercit ei, quem iuſte perimere potuiſſet, pro ſalute ſua gratias egit: & rogauit, vt confidens, nihilq; ab eo mali iam metuēs, iret ad propria: affirmans credere ſe, quod nec ſemetipſum aliquis ita diligeret, ſicut Saul à Dauid amaretur: & accuſans ſeipſum, quod eū quidem qui illum cuſtodire poſſet, & multa indicia circa eum ſui fauoris oſtenderet, perſequeretur iniuſte: & tanto tempore hęſitātem de anima ſua degere in fugam cōpelleret, ab amicis & cognatis propriis deſolatum: ipſe vero ab eo ſępius liberatus, non quieſceret Saul, quin eius animam aperte deſideraret auferre: Quo facto, Dauid iuſſit, vt aliquis veniens reciperet lanceā & vrceum aquę dicens: Deus vtriuſq; noſtrum & voluntatis, & actuum iudex ſit: qui nouit, quod etiam pręſenti die, quū te occidere potuiſſem, tui miſertus, abſtinui. Et Saul quidem ſecundo Dauid manus effugiens, ad regnum proprium remeauit. Metuens autem Dauid, ne permanens ibi, aliquādo in Saul manus incideret, decreuit ad Palęſtinos diſcedere, & illic habitare. Tunc cum ſexcentis, qui erant circa eum, venit ad Achim regē Geth. Erat autem hęc vna Palęſtinarum vrbium. Quumq; eum rex ſuſcepiſſet cum viris, & habitaculum prębuiſſet, habente eo ſimul duas vxores. Achinoen & Abigail, morabatur in Geth. Saul autem hęc audiens, vlterius

Dauid Abigail ducit vxorem

1. Reg. 27.

rius voluntatem non habuit, vt aut mitteret ſuper eum, aut ipſe forſitan properaret, quum ſecundo penè tale periculum pertulerit, vt ab illo potius potuiſſet cõprehendi. Porrò Dauid non placuit, vt in ciuitate Geth habitaret: ſed regem rogauit, qui eũ clementer acceperat, vt ei locum aliquem in prouincia donaret, vbi cum ſuis degere potuiſſet: pudori eſſe dicens, ſi in ciuitate maneret, ſe ei onerosum exiſtere. Cui dedit rex quendam vicum, Sicelech nuncupatum: quem vicum ita dilexit, vt quum regnaſſet Dauid, eum ipſe & eius pueri quaſi propriam poſſeſſionem honorarent. Sed de his in alio loco dicemus. Tempus itaque quo commoratus eſt Dauid in Sicelech Palæſtinæ, fuit menſium quatuor, & viginti dierum. Vnde latenter inſurgens contra Palæſtinos, in vicina regione conſtitutos. Serritas & Amalechitas, eorum prouinciam deuaſtabat: multamq; prædam iumentorum & camelorum ſumens, reuertebatur ad propria: ab hominibus autem abſtinebat, metuens ne eum indicarent ad regem: partem tamen prædæ ei dono mittebat. Quum vero requireret rex, quos vaſtaſſet. prædamq; tuliſſet, dicendo eos, qui ad auſtrum Iudæi conuerſantur, & in campeſtribus habitabant, ſe eſſe depopulatum, ſatisfecit regi. Sperabat enim quod Dauid odio haberet propriam gentem, & ſeruus eius foret, donec apud eum conſiſteret.

Sicelech datur Dauidi

Saul aduerſus Achim pugnaturus, conſulit Pythoniſſam, à qua Samuel ſuſcitatus, dicit eum in bello cum filijs caſurum. Saul fortiter pugnãdo victus, proprio ſe gladio confodit iuuante hoſte, cuius corpus à Iabitis eſt ſepultũ in Iabes nemore. Cap. XIIII

EOdem vero tempore Palæſtinis contra Iſraelitas pugnare volentibus, & mittentibus ad omnes amicos, vt eis adeſſent in bello in Ceila, vbi congregati erant exituri ſuper Hebræos: Achis rex Geth Dauid rogauit, vt cum ſuis armatis ei ſolatium contra Hebræos præberet. Illo vero gratiſſime promittente, & dicente inueniſſe tempus, in quo beneficijs eius vicem rependeret, & ſuſceptionis eius munus exolueret, promiſit rex cuſtodem corporis poſt victoriam, & belli certamina eum ſe eſſe facturum, honoris & fidei promiſſione ſtudens voluntatem eius augere. Saul itaque rex Hebræorum, omnes diuinos & ventriloquos, & omnem huiuſmodi artem de ſua expulerat regione, abſque prophetis. Audiens autem Palæſtinos iam eſſe præſentes, & iuxta Sunam ciuitatem in cãpo poſitam, caſtra fixiſſe, ad eos cum omni exercitu ſuo profectus eſt. Quumq; veniſſet ante montem quendam nomine Gelboe, & vidiſſet è diuerſo hoſtium multitudinem, timore fortuito conturbatus eſt, dum eſſet eorum exercitus potior & multo melior, deumq; conſuluit per prophetas, vt ei de prælio & eius fine prædicerent. Deo autem non reſpondẽte, Saul magis expauit, & animo corruit, malum ſibi aperte imminere proſpiciẽs, quum vtique deum arbitraretur præſentem ſibi non eſſe: iuſſitq; ſibi quæri mulierem ventriloquam, habentem ſpiritũ, & vocãtem animas defunctorum: vt vel ita agnoſceret, ſi in rebus imminentibus præualeret. Genus enim ventriloquorum, euocando mortuorum animas, per eas ſolet poſcentibus futura prædicere. Quumq; fuiſſet à quodam famulo ei nunciatũ, eſſe huiuſmodi mulierem in ciuitate Endor, latens omnem exercitum, exutusve ſte regali, & aſſumens duos famulos, quos nouerat fideliſſimos, venit in Endor ad mulierem, rogauitq; eam vt diuinaret, & animam ſuſcitaret, cuius ipſe dixiſſet. Muliere vero repugnante, & dicente ſe regem non poſſe ſpernere, qui genus hoc diuinantium expuliſſet: ſed nec illum bene facere, qui dum nihil per eã fuiſſet læſus, ei pararet inſidias, vt prohibita facientem pœnæ cõtraderet, iurauit, ſe nec cuiquam eius diuinationem prodere, nec periculum fore. Quumq; iureiurando ſatisfeciſſet, nõ eam debere metuere, iuſſit vt ei animam Samuelis euocaret. illa vero neſciens quis Samuel eſſet, eum ex inferno euocabat. Quumq; apparuiſſet, videns mulier virum ſanctum & deo docibilem, conturbata eſt: & tunc eius faciem obſtupeſcens: Nonne tu es, inquit, rex Saul. Hoc enim ei Samuel indicauerat,

1. Reg. 28

uerat. Quo confitente, & perturbationem eius requirente, ait vidisse se virum senem forma similem deo: eoq; iubente vt imaginem & formam & statū eius quē viderat, explanaret, significauit se senem iam & glorioſum, & ſacerdotali pallio vidiſſe circumamictum. Ex quibus agnouit rex hunc Samuelem esse: & procidens in terram, ſalutauit & adorauit. Anima vero Samuel inquirente, cur eam commouiſſet, Saul in gemiſcebat neceſſitatem incumbere, & hoſtes ſibi grauiter imminere, & esse in hæſitatione rerum præſentium conſtitutum, à deo vtique de relictum: & neque reſponſum promereri, neque per prophetas, neq; per ſomnia: & propterea, inquit, ad te qui mihi ſemper proſpexiſti, confugi. Samuel autem videns eum fini vitę iam proximum, ait: Superflue à me aliquid vis agnoſcere, quū à deo ſis derelictus, Sed audi regnaturum Dauid, & in bello victurum: tu vero tuusq; principatus cum vita erit finiendus: quoniam inobediens fueris deo in bello Amalechitarum, & eius nequaquam mādata ſeruaueris, ſicut viuens tibimet prophetaui. Igitur ſcito te ſubdēdum & populum inimicis, & te cum filijs die craſtino in bello cadentes, mecum esse manſuros. Hæc audiens Saul, triſticia faciē te, loquendi amiſit officium: & proſtratus in terram tam propter dolorem qui ei indicatus fuerat, quàm propter abſtinentiam (non enim prędcedenti die aut nocte cibum ſumpſerat) non facile valebat aſſurgere. Quum autem ſurgeret, vix recipiens ſpiritum, coegit illū mulier vt guſtaret, hoc munus ab eo petens ſibimet repenſari pro diuinatione, quā ſui periculo ei præbuerat, quum ei hoc facere propter timorem eius non licuiſſet. Quæ licet ignoraſſet qui fuerit, tamen poſtulata conceſſerit, pro quibus rogaret, vt appoſita menſa, cibum ſumeret, quatenus recepta virtute, ad caſtra propria remearet. Quumq; ille refutaret, & nimis auerſaretur in anguſtia conſtitutus, compulit & perſuaſit ei: & habens vnum vitulū māſuetum, & à ſe domi nutritum, in quo ſolo requieſcebat, eum occidit, & carnibus præparatis, ei vt comederet eiusq; ſeruis appoſuit. Quo facto, Saul noctanter ad ſua caſtra reuerſus eſt. Iuſtum eſt autem laudare mulieris largitatem, quod licet eius ars à rege fuiſſet exerceri prohibita, tamen dum aduenisſent in domū eius, quos nunquam viderat prius, non habuit mali memoriam, vituperando eum qui eius prohibuerat diſciplinam: nec auerſata eſt peregrinum, & cuius conſuetudinem non habuit: ſed condoluit, & conſolata eſt eum, dum cognouit regem: & circa quem animo potuerat nimis ingrata conſiſtere, eum potius vt comederet, inuitabat: & quod ei ſolummodo in paupertate fuerat, hoc libenter largiterq; conferebat, non aliquam retributionem eius expectās, nec munus aliquod accipiēs: quippe quem proxime morituum cognouerat: quū plerunque natura ſit hominum, boni aliquid aut repenſaturis beneficium exhibere: vel à quibus ſe aliquid credunt accipere, his mutuare. Bonum eſt ergo illam imitari mulierem, & bene facere cunctis egentibus: & nihil arbitrari melius esse, nec amplius aliquid generi humano competere potius, quàm hoc ex quo deum propitium, & largitore bonorum ſemper habeamus. Igitur de illa muliere hoc dixiſſe ſufficiat. Sermonem vero nunc faciamus, ciuitatibus & populis gentibusq; profuturum, & bonis omnibus congruum, ex qua prouocentur vniuerſi virtutem ſectari, & æternæ glorię decus appetere: ſed & qui ſapientibus, regibus & principibus multum deſideriū, & ſtudium rerum bonarum adijciat: & pro ſalute patriæ ad pericula mortis libēter adducat: & cuncta qūę videntur grauia, doceat esse contemnenda. Habeo nā que rei huius autorem Saul Hebræorum regem. Hic enim, quum iam futura noſſet, & mortem ſibi imminere, propheta prędicente, cognoſceret, non fugit, nec amore vitæ ſuum exercitum prodidit inimicis, nec regiæ contumeliam intulit dignitati: ſed potius cum omni domo ſemetipſum tradens ſimul & filijs, optimūm iudicauit magis cum ipſis cadere, pro ſubiectis pugnando, & filios vnà perire, licet boni ei fuiſſent, quàm eos in incerto relinquere, quaſi regni ſucceſſionem & generis habituros. Is ergo & iuſtus, & caſtus, & fortiſſimus ſolus mihi esse videtur, & ſi quis fuerit talis, aut fuit, & cunctorum teſtimonio virtutis adeptione dignissimus.

Samuelis umbra Saul loquitur

gnissimus. Nam eos qui sub spe victoriæ proficiscuntur ad bellum, & incolumes se redire confidunt, si quid gesserint clarum, mihi non videntur satis benefacere, qui eos voluerint fortes appellare, quod & alibi in historijs & alijs conscriptionibus inuenitur quamuis & illi sint approbádi. Magnanimes autem & grandia præsumentes: & rerum terribilium soli contemptores, dicendi sunt omnes qui Saul imitantur. Illi namque qui nescientes quod in bello futurum est, nequaquam animo deficiunt: sed in incertum semetipsos emittunt, licet aliquid grande faciant, non tamen valde admirandi sunt. Quum vero vtile nihil venturum animo cogitatur, sed iam mors futura præscitur, & solummodo hoc passuri dimicant aliqui, & neque terrentur, neque pro mortis periculis obstupescunt, huiusmodi viros perfectæ fortitudinis esse decerno. Hoc igitur fecit Saul, ostendens, quia cunctos desiderantes glorię palmam habere post mortem, talia conuenit adimplere, & maxime reges, quos propter cumulum principatus, non solum ma-
1.Reg.29 los non licet esse circa subiectos, sed neque mediocriter esse bonos. Plurima quidem de Saul & eius magnanimitate potui dicere, maximam mihi hoc argumento prębente materiam: sed ne diu eius laudibus videar inhærere, denuo ad ea reuertor, vnde egressus esse cognoscor. Palæstinis igitur sicut prædiximus, castrametantibus, per singulas gentes & reges & satrapas exercitum disponẽtibus, ad vltimum veniebat cum suo exercitu rex Achis, & post eum Dauid cum ducentis armatis sequebatur. Et quum duces Palæstinorum qui cum Dauid in auxilium regis venerant, viderent inter eos Hebræos, percõtabãtur à rege qui nam essent. Qui dixit, Dauid esse, qui fugerat Saul dominum suum: quem ad se venientem, ipse susceperat: & nunc velle sibi eum beneficia rependere, & Saul interficere, & propterea in solatium ipsius aduenisse. Quo dicto culpatus est à ducibus Palæstinorum, eo quod virum inimicum ad solatium adduxerit: eumq; remitti suadebant, ne forte latenter mali aliquid circa eos efficeret, habendo tempus & causam, per quam suum dominum placare posset: sed si vellet ei prospicere, remitteret eum suis ad locum quem dederat illi prius. Adijciebant autem, Nonne hic est Dauid, de quo cantabant virgines Hebræorum, quia dena milia peremisset? Quæ quum audisset rex Geth, vtiliter hæc dicta cognoscens, vocauit Dauid & ait: Ego quidem quum sim testis studij tui circa me atque deuotionis, propterea te ad solatium meum adduxi: principibus autem non placet. Sed facto die, perge ad locum quem dedi tibi, & ibi meam custodi prouinciam, ne quis hostium ad
1.reg.30 eam accedat: est enim & hoc amico pars magna solatij. Dauid itaque iubente rege Geth, venit in Sicelech. Nam eo tempore quo egressus fuerat Dauid, solatiũ ferens Palæstinis, gens Amalechitarum ingrediens Sicelech, fortissime ceperat eam: qua incensa, multaq; pręda ex ea & alijs Palęstinorum regionibus sumpta, discesserant. Inueniens ergo Dauid vastatam omnem prouinciam, & omnia fuisse direpta: & duas vxores eius, & eorum qui cum eo erant vnà cum filijs in captiuitatem direptas, continuo scissa veste, flens & gemens cum socijs & amicis, ad hoc vsque peruenit, vt etiam lachrymę nimio eorum fletu deficerent. Sed & ipse periculum passus est, ita vt à socijs dolentibus captiuitatem vxorum & filiorum penè lapidaretur: ipsum enim solum huius rei principem, ipsum vnusquisque malorum dicebat autorem. Igitur à tristicia releuatus, & mentem suam erigens, rogabat Abiathar Pontificem, vt indutus veste sacerdotali, consuleret deum, & prophetaret, si persequens Amalechitas, comprehenderet eos, & liberaret vxores ac filios: & vlciscerẽtur in hostibus. Sacerdote vero iubente vt eos persequeretur, consurgens continuo, cum sexcentis armatis persequutus est hostes. Quum q; veniisset ad torrentem Besor, inueniens quendam errantem Ægyptium genere Æthiopem, fame defectum, qui tribus diebus ac noctibus in deserto sine cibo permansérat: primo cibo eum potuq; confortans, & reficere faciens, requirebat, cuias esset, aut vnde. Tunc ille quidem se genere significauit Ægyptium, & propter infirmitatem à sua domino derelictum, eo quod non valuerit sequi: pariter

etiam

etiam indicauit,se esse ex eis qui incendissent & diripuissent Iudæã simul & Sicelech. Hunc ergo Dauid habens ducem super Amalechitas,apprehendit eos in terra iacentes,& alios quidem prandentes,alios iam ebrios & vino solutos. Quibus cum socijs vberrima præda fruentibus,irruens repente, eos late prostrauit. Nudi namq; erant,& nihil huiusmodi suspicantes: sed ad potum & epulas conuersi,remissiores omnes erant. Et alij quidem adhuc mensis appositis apprehensi,super eas extincti sunt,& sanguis eorum cibo permixtus est:alios vero inuicẽ se ad pocula inuitantes,occidit: & multos etiam in soporem conuersos extinxit. Quicunque vero occurrerunt,& armis induti ex aduerso consistere potuerunt, hi etiam facilius quàm illi qui iacebant in terra,nudi perempti sunt. Quos ab hora prima interficientes,vsque ad vesperam permanserunt,ita vt Amalechitarũ non remanerent amplius quàm quadringenti: qui tamen in camelis dromadibus ascendentes,vix euadere potuerunt. Eripuit ergo Dauid alia omnia quæ tulerant hostes,sed & vxores suas & sociorum. Quumq; reuertentes,venissent ad locum,vbi ducentos qui eos non potuerunt sequi:reliquerant ad castra custodienda,illi quidem quadringenti partem prædæ eos accipere non censebant, qui secum non fuerant,sed in labore molliores extiterant, tantum recipientes vxores quiescere iudicabant. Dauid autem malignam hanc & iniustam dixit esse sentẽtiam,quum essent digni deo præbente,vt & vlciscerentur in hostibus,& omnem prędam cum his qui vnà ad persequendum egressi fuerant,ex æquo diuiderent, quando ad vasorum custodiam remanserant: & ex illo lex ista apud eos permanssit,vt tantum accipiant qui custodiunt castra,quantum illi qui pugnant. Veniens autem Dauid in Sicelech,omnibus in Iudæa amicis & necessarijs partem prędę direxit. Et vastatio quidem Sicelech,& Amalechitarum huiusmodi interitus fuit. Palęstinis igitur dimicantibus,& pugna graui commissa. Palęstini quidem vicerunt,& multos suorum hostium peremerunt. Saul autem rex Israelitarum,& eius filij fortiter decertantes,& vtentes omni fiducia,tanquam gloria eorum in bona morte & in hostium dimicatione consisteret,nihilq; hoc precioſius esse iudicantes,omnium inimicorum cohortem contra se conuertentes,vndique circundati pariter sunt extincti,multos tamen Palæstinorum forti dimicatione perimentes. Erant autem filij Saul,Ionatas,& Aminadab,& Melchis. His ergo cadentibus,Hebræorum populus conuersus est in fugam: & turpitudo & confusio facta est,& interitus valde grauissimus,hostibus quippe super eos fortiter irruentibus. Saul autem hoc modo peremptus est. Quum esset hostium multitudine constipatus, Palæstinis crebro super eum iacula dirigentibus, omnes penè prostrauit,paucis exinde fugientibus:ipse vero clarissime decertauit,qui vulnera in se multa gerens,ita vt nequaquam iam posset tolerare,nec ferre plagas,semetipsum quidem perimere erat inualidus:iussit autem armigero,vt eum gladio educto,perimeret,antequam viuum eum comprehenderent hostes. Armigero vero non presumente dominum suum occidere,ipse gladium suum educens, & in terram figens,irruit in mucronem: & quum nequiret sibi vltima mortis inferre,nec ferrum eius membra transiret,conuersus & videns quendam iuuenem, requisiuit,quis esset. Quem quum cognouisset Amalechitam,rogauit,vt educto gladio,eũ qua morte vellet,occideret. Quod quum feciſſet,sublato auro ex eius brachijs,& corona regali,diffugit. Videns autem armiger eius Saul extinctum, occidit & semetipsum:nullusq; de custodibus corporis eit relictus,sed omnes ceciderunt in monte qui dicitur Gelboe. Audientes autem Hebręi qui habitabant in conualle trans Iordanem,& qui in campestribus ciuitates habebant,quod Saul cecidisset: & eius filij,& omnis cum eo perijsset exercitus, relinquentes proprias ciuitates,ad loca munitissima fugerunt. Palæstini vero inuenientes vrbes dereli ctas atque desertas,habitauerunt in eis. Quumq; Palæstini altera die veniſſent hostes exuere,inuenerunt corpora Saul & filiorum eius. Quos expoliantes,eorum capita truncauerunt,& in omnem prouinciam vulgauerunt hostes suos ce-

Cædes magna Amalechitarũ

Lex de spoliis & præda diuidenda

1.Reg.31

Saul suo gladio interiit

cidisse. Quorum arma quidem consecrauerunt in Astaroth templo: corpora vero suspenderunt super murum ciuitatis Bethzan: quę nunc Scythopolis appellatur. Quum vero audissent habitatores ciuitatis Iabes Galaaditidis, eo quod truncassent Saul mortuum & eius filios Palæstini, crudele iudicantes eum insepultũ despicere, egressi viri fortissimi, & præsumptione præcipui, quum ipsa ciuitas & corporibus & animis viros haberet valde robustos, tota nocte iter agentes, venerunt ad ciuitatem Bethzan: & accedentes ad muros hostium, & deponentes corpora Saul, & filiorum eius, detulerunt in Iabes, hostibus propter fortitudinẽ eorum nequaquam prohibere valentibus, aut præsumentibus. Viri autem Iabes cũ omni populo flentes, sepelierunt corpora eorum in optimo loco prouincię, quem Segehen appellant: & ieiunium septem dierum cum mulieribus & infantibus super eos celebrauerunt, tundentes pectora, ac lugentes regem & filios eius: nec cibum desiderantes gustare, vel potum. Hunc itaque finem Saul, prophetante Samuel, habuit, quia obediens deo non fuit, propter mandata quæ contra Amalechitas acceperat: & quia Achimelech sacerdotis generationem & ipsum Achimelech, & sacerdotum vnà peremit vrbem. Regnauit itaque Saul, Samuel viuẽte, annis decem & octo: moriente autẽ, alios duos qui huiusmodi habita conuersatione defunctus est.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER SEPTIMVS.

Quomodo mortuo Saul Dauid vni tribui primum rex præfuit, sumpto supplicio de Saul interfectore, relicto reliquo principatu filijs Saul. Bellum inter Ioab & Abner & Isboseth. Deq; Abner dolo à Ioab interfecto.

Caput. I

2. Reg. 1

PRAEDICTVM itaque prælium gestum est die, qua Dauid victis Amalechitis reuersus est in Sicelech. Et cum iam ibi duos maneret dies, tertia venit quidá liberatus à pugna, quę contra Palæstinos fuerat gesta, & qui Saul interemerat, scissa veste, & aspersocinere capite. Qui dum adorasset Dauid, interrogatus vnde tali modo veniret, ait: ab Israelitarum pugna, quibus infelicem terminum proueniisse dicebat: & multa quidem Hebræorum milia fuisse necata: & regem pariter eorum Saul cum filijs interemptum: significabatq; vidisse se & Hebræorum fugam, & fugienti quoque regi se fuisse præsentem: quem etiam ne comprehenderetur ab hostibus, ipse rogatus ab eo iugulasse fatebatur: quoniam dum gladio suo incubuisset, propter vulnerum magnitudines non se valebat occidere. Cum hæc dixisset, signa mortis eius ostendit: aurum brachiorum eius atque coronam: quæ, cum expoliasset mortuum Saul, ei detulerat. Dauid itaque cum iam non discrederet, sed aperta signa mortis eius inspiceret, vestem quidem repente discrupit: deflens autem & ingemiscẽs cum suis, totam diem in fletu & lamentatione protraxit: cui maior tristitia nata est pro morte Ionathæ, qui ei fidelissimus amicus fuerat, & ei causa salutis extiterat. Tantam autem virtutem sui Dauid circa deuotionem Saul ostendit, vt non solum finem eius luctuose satis habuerit, licet sæpius per eum mortis pericula passus sit, sed etiam punierit eius interfectorem. Nam cum dixisset ei, quod ipse sui accusator erat qui regem occiderat, & cognouisset quia de genere Amalechitarum esset, repente eum præcepit interimi. Conscripsit autem Dauid

uid epitaphium,ſicut fieri aſſolet in ſepulchris,quod lamentationes contineret, & laudens Saul & Ionathæ,quod etiam vſque ad meum permanſit tempus. Cum vero hoc modo regi exhibuiſſe exequias,finito luctu per prophetam conſu luit deum,quam ei ciuitatem daret ad habitandum de tribu Iuda. Cumq; dixiſ- ſet datturum ſe ei Hebron,derelicta Sicelech venit ad eam,deductis duabus vxo ribus ſuis,& qui erant cum eo cunctis armatis:Ad quem conuenientes omnes populi tribus illius,cum conſtituerunt regem.Qui cum audiſſet quod Saul & eius filios ſepeliſſent viri Iabes habitatores Galaaditidis,miſit ad eos,laudans & approbans eorum virtutem:& agens gratias pro ſtudio,quod circa defunctos habuerant:pariter dicens,quod tribus Iuda eum conſtituiſſet in regem . Abner autem princeps militiæ Saul,filius Ner,vir efficax & optimus valde natura, cognoſcens cecidiſſe regem & Ionatham & duos alios filios eius,veniens ad ca ſtra,filium Saul qui relictus fuerat ,nomine Iboſeth,abripiens,regem ſuper eos qui trans Iordanem erant & totius populi pariter ordinauit,præter tribum ſcilicet Iuda:ſtatuitq; regnum eius in terra,quæ ſecundum patriam linguamvo catur Manalim,ſecundum Latinos autem dicitur Caſtra Abner autem exin- de promouit electum nimis exercitum,vt congrederetur cum tribu Iuda: iraſce- batur enim aduerſus eos,à quibus rex Dauid fuerat ordinatus.Huic autem oc- currit miſſus à Dauid Ioab, filius Saruiæ ſororis eius de patre Aſar na- tus:hic enim erat contra Abner conſtitutus militiæ princeps. Cum quo etiam fuerant & ſui fratres Abiſai & Aſahel,& omnes armati Dauid. Itaque veniens ad quendam fontem in ciuitate Gabaa,aciem conſtituit ad pugnandum. Dicen te vero Abner ad eum,velle ſe probare quis eorum robuſtiorem haberet exerci- tum,conuenit inter vtroſque vt duodenosviros pugnaturos emitterent:& proce dentes inter medias acies,quæ ex vtraque parte locum facerent,ad certamē ele cti,eductis gladijs viri Dauid,& tenentes capita hoſtium,eorum lumbos & la tera ſuis gladijs perforarunt, donec omnes quaſi ex vno conſtituto perimeret. His autem cadentibus etiam reliquus eſt diruptus exercitus:& dimicatione for- tiſſima procedente, Abner populus deuictus eſt,fugientesq; Ioab perſequi non ceſſabat:præcipiens armatis vt poſt eorum veſtigia proſequerētur,& nequaquā occidendo deficerent. Cuius etiam fratres decertauerunt proniſſime,inter quos clarior & præcipuus fuit iunior Aſahel:qui tantam habuit gloriam in pedumve- locitate,vt non ſolum homines,ſed etiam equos ad currendi certamina ſupera- ret. Is igitur perſequebatur principem Abner recto greſſu,in neutram partem declinans.Cumq; reſpexiſſet Abner,& conſideraſſet impetum ſequentis:& di- xiſſet,vt vnius militis arma ſumens ab eo quieſceret,& rurſus ille nequaquam à ſuo conamine penitus abſtineret:monente eo denuo vt recederet,ne coactus eū percuteret,& ante eius fratrem vlterius fidutiam non haberet,& verba eius illo deſpiciente,fugiens poſt tergum lanceam coactus emiſit,eumq; repente mortali vulnere penetrauit.Hi vero qui cum eo perſequebātur Abner,cum veniſſent ad locum vbi iacebat Aſahel,mortuum circunſtantes nequaquam perſecuti ſunt hoſtes.Ioab autem & frater eius Abiſai pertranſeuntes cadauer illius,& maio rem iræ fomitem contra Abner habentes pro morte fratris,magna vſi velocita- te abſque ad locum quendam nomine Mathon perſecuti ſunt Abner. Et cū ſol occumberet,aſcendens in quendam collem cum tribu Beniamin,expectabat ho ſtes ſimul & Abner.Qui dum clamaret & diceret ad Ioab,non eum oportere vi- ros contribules tanto certamine perſequi:ſed etiam fratrem eius Aſahel deliquiſ ſe,quia dum eum commoneret vt à perſecutione eius recederet,nec acquieſceret, propterea percuſſus occubuiſſet:ſapienter vero faciens Ioab,& hæc verba ſatiſfa ctionem eſſe decernens,miſſa tuba reuocauit exercitum,& à vehementi perſecu tione retinuit. Et Ioab quidem in illo loco moratus eſt: Abner autem tota no cte iter faciens,& tranſiens fluuium Iordanem,venit ad caſtra ad Saul filium Iboſeth.Altera vero die Ioab dinumerans corpora defunctorum,ſepeliuit vni

De epitaphio Saul 2.reg.2

Bellū Inter Ioab & Abner

Aſahel perimi tur

uersos. Ceciderant autem de exercitu quidem Abner milites quasi trecenti & sexaginta: de Dauid vero decem & nouem, & Asahel. Cuius corpus reportantes Ioab & Abisai in Bethlehem, & in monumento paterno sepelientes, ad Dauid
2.Reg.3 reuersi sunt in Hebron. Cœpit igitur ex illo tempore bellum intestinum inter Hebræos fieri, & multo tempore permansit, proficientibus semper his qui Dauid erant & amplius ad bella crescentibus: filij vero Saul exercitu penè quotidie defluente. Hoc itaque tempore nati sunt Dauid filij numero sex, ex totidem mulieribus. Quorum senior quidem de Achinoe matre progenitus, appellatus est Ammon: secundus vero de vxore Abigail nomine Celeb: tertius Absalom, qui natus est de Machamis filia Ptolemæi regis Gessur: quartum vero de muliere habuit Agith, quem vocauit Adoniam: quintum habuit filium Abiathar: sextum autem Iersan de Agla natum cognominauit. Cumq; intestina bella consisterent: & sæpius ad opera belli conuenirent vtriusq; regis exercitus. Abner princeps militiæ exercitus Saul cum esset sapiens, & valde à populo veneraretur, valde deuote egit. vt omnes cum Isboseth essent: qui etiam cum eo magna deuotione constricti, multo sic tempore permanserunt. Post hæc autem Abner in quodam crimine deprehensus, cuius causa fuit, quod cum Saul concubina concumberet, nomine Respha, filia Sebabeth, culpatus à rege est. Qui dolens & grauiter indignatus, quod non iustam retributionem mereretur ab eo, pro quo tã ta instantia laboraret, interminatus est regnum se translaturum ad Dauid: & ostensurum, quia non sua fortitudine sapientiaq; regnaret Isboseth super eos qui erant vltra Iordanem, sed illius potius operibus atque fide. Tunc mittens in Hebron, petijt vt Dauid fidei iusiurandum acciperet, & eum sotium & amicũ haberet: promittẽs suasurum se populo, vt à Saul filio recederet, & ipsum regem totius prouinciæ cõstitueret. Dauid autem quæ poscebat impleuit, lætatus in his quæ Abner apud eum egisset: primumq; indicium fœderis hoc petijt, vt ei suam vxorem reduceret, quã magnis bellorum periculis comparasset: quippe pro qua sexcenta capita Palæstinorum Saul regi obtulerat. Et vxorem quidem eius Michol sublatam Phalti, cui tunc erat copulata, remisit Abner ad Dauid. In quare etiam Isboseth cooperator fuit: scripserat enim & illi Dauid, vt vxorem suam reciperet iuste. Conuocatis itaque senioribus plebis & tribunis & millenarijs. Abner verba hæc retulit ad eos dicens. Sæpius quidem paratos vt ab Isboseth receretis, & pertingeretis ad Dauid, ab hac ego vos, inquit, voluntate retinui: nunc autem si vultis implere hoc permitto, sciẽs quia per Samuelem prophetam deus ordinauit Dauid Hebræorum omnium regem: & prædixit quod Palæstinos ille vastaret, & subiectos illos efficeret. Hæc audientes seniores & principes, quod & Abner princeps militiæ voluntatem cum sua, quam & primitus habuerant, circa rerum effectus haberet, vnanimes consenserunt, vt Dauid regno se traderẽt. Cumq; ad talia conspirassent, conuocauit Abner primum Beniamin tribum: omnes enim ex ea custodes corporis Isboseth habebat, quibus etiam ista locutus est. Cumq; nullum videret sibi resistere, sed magis ad omnia quæ vellet paratos ipsos haberet, sumens ex eis viginti venit ad Dauid, vt promissa iurisiurã di religione firmaret: fideliora namque sunt quæ per nosipsos gerimus. quàm ea quæ per alios pro nobis aguntur: vt & verba quæ cum eo haberet, principibus diceret, & ad omnem tribum quę ipse per se gereret indicaret, quem dum splendidissime suscepisset, & per multos dies opulentis & pretiosis conuiuijs refecisset, petijt vt dimissus ab eo, deduceret ad eum populum, quo prẽsente atque vidẽte, ei traderet principatum. Cumq; Dauid dimisisset Abner, adhuc eo ab Hebron non procul abeunte venit Ioab, qui erat pro eo militię princeps: & agnoscens quia venisset ad regem Abner, & ante paululum dimissus esset fœderibus celebratis pro regno Dauid, metuens ne illum quidem in honore primi ordinis constitueret, vt haberet regni participem: & cum in rebus alijs esset astutus

Filii Dauid

& prouidus,

& prouidus,ille certis proficeret tẽporibus,ipſe vero decreſceret,& militię amit teret principatum:viam peſſimam &malignisſimam cogitauit.& primo quidem tẽtauit,vt ei detraheret apud regẽ,monẽsvt ſe cuſtodiret,& promiſſiones non re ſpiceret Abner quas faceret:dicens,vt Saul filio cõfirmaret imperiũ,& quia pro fallacijs atq; dolo veniſſet ad eum,& vellet ſpem & diſpenſationem regni eius cognoſcere,& ſic ad propria remeare. Cum vero hisverbis non potuiſſet perſua dere regi,nec eum videret ex hacvia declinare,deteriorem ruinam rurſus aggreſ ſus eſt. Et cum deliberaſſet,vt Abner interimeret,miſit qui ſequerẽtur eum, & comprehẽſum ex Dauid præceptione nominis reuocarent:tanquam eſſet aliqua ei detecturus,quæ ipſo præſente videbatur oblitus. Abner autem dum hęc audiſ ſet à nuncijs(apprehenderant enim eum in quodam loco nomine Sira:qui abe rat ab Hebron ſtadijs quaſi viginti)nihil metuens futurorum reuerſus eſt. Cui occurrens Ioab ante portam,& ſuſcipiens eum quaſi maxime deuotus pariter & amicus(ſæpe enim ſe fingunt vere eſſe bonos,& malignæ ſuſpicionis extraneos, qui aliqua iniqua tẽtare præſumunt)ſegregauit illũ ab alijs hominibus, tãquã in ſecreto ei locuturus:& in locum portæ deſertiorẽ ductũ,cum eſſet ipſe ſolꝰ,& Abiſai frater eius,euaginato gladio eiꝰ latus effodit. Et Abner quidẽ hoc mõ ab Ioab dolo perẽptus eſt,pro morte quidẽ ſicut ipſe dicebat fratris Aſahel,quẽ per ſequẽtem ſe interemerat Abner in pugna facta in Gabaon:vt tamẽ veritas ha buit,pro metu proprij principatꝰ & honoris,quem habere poterat apud regẽ.Ex his itaq; debet cõſiderare quilibet,quãta & qualia præſumunt homines propter auaritię zelum,& principatus affectũ,cũ nulli cedere volunt. Nã cõcupiſcẽtes hęc adipſci,per multa mala ad ea perueniũt:Quę rurſus metuẽtes amittere,mul to deterioribus actionibus vt ea retineant implicantur:tanquam non ſit ęquale malum,adipiſci velle tantummodo magnitudinis poteſtatem. Et dum aſſueue rit quilibet eis bonis,timet etiam rurſus amittere,cum in retinendo potius excel ſior ſit ærumna:& propterea crudeliora moliũtur,& præ timore ne amittãt quæ adepti ſunt,committere grauiora præſumunt.Sed de his quidem indicaſſe breui ter ſufficiat.Porrò Dauid audiens interitum Abner, animo quidem grauiſſime doluit,& coram omnibus teſtificatus eſt,tendens ad deum dexteram ſuam,& cla mans,quod non fuiſſet in Abner interitu conſentiens:nec eius mandato nec con ſilio fuiſſet extinctus:& maledicta poſuit valde grauiſſima cõtra illum qui Ab ner occiderat:& domum eius vniuerſam,& eos qui hoc egerant pœnis eſſe ſubie ctos.Erat enim ſolicitus,ne contra fidem & iuſiurandum agere videretur quod exhibuerat Abner.Præcepit autem deflere,& lugere,& lamentationes fieri ſu per virum,& eius corpus ſolennibus honorari exequijs,cum & ipſe veſtem diſrũ peret ingemiſcens,& ſacco videretur indutus.Hæc quidem facere præcepit præ cedentes loculũ,ipſe lugens & deflens ſequebatur cum ſenioribus atque proceri bus: oſtendens deuotionem circa viuos, & triſtitiam circa defunctos, & quod non eius conſilio fuiſſet extinctus. Sepelierunt autem eum in Hebron valde decenter:& conſcribens lamentationes,ſuper eius ſepulchrum ſtatuit: ſtans etiã ipſe primus ſuper monumentum fleuit,& alijs hoc celebrare contradidit.Sic au tem eum mors Abner afflixit,vt neq; cibum cogentibus amicis ſumeret, ſed iura ret nihil ſe guſtaturum vſque ad ſolis occaſum.Hoc itaque factum deuotionem ei populi generauit.Nam amici Abner honorem collatum mortuo gratiſſime ſuſceperunt,& Dauid cuſtodem fidei crediderunt:& quod omni dignitate, & re bus ſolennibus eum tanquam parentem & amicum colere potuiſſet: cui non vt inimico contumeliam fecerat, nec turpi eum aut neglectæ ſepulturæ tradide rat.Omnes ergo pro optima & mitiſſima regis natura lætabantur, vno quoque credente talem futuram regis in ſe prouidentiam, qualem eum in Abner mor te videbant.In his ergo geſtis Dauid præcipuam gloriam habere videbatur:Vn de factum eſt,vt nullus ſuſpicaretur Abner voluntate eius occiſum. Locutusq;

Abner ab Ioꝗ ab interiꝗ mitur

eſt & ad populum,quod ipſi quidem triſtitia non fortuita proueniſſet optimi viri morte ſauciato,ſed nec parua detrimenta fore Hebræis illius virtute priuatis, qui eos conſilijs optimis,& virtute manuum contra hoſtium fortitudinem defendere potuiſſet.Sed deus,inquit,cui cura eſt rerum omnium, nō huius ſanguinem deſerat indefenſum.Ego noui quod Ioab & Abiſai Saruiæ filijs nihil præualeo facere,cum ſint memetipſo potentiores:ſed vicem eis reddat pro huiuſmodi præſumptione diuinitas.Igitur hoc modo Abner defunctus eſt.

Quomodo Isboſeth filio Saul interfecto ab amicis,Dauid omnem principatū Iſrahel conſequutus eſt,licet ęgre mortem illius tulerit. Cap. II

2.Reg.4 AVdiens autem mortem eius, Saul filius, Isboſeth,non leuiter eſt afflictus, cum fuiſſet cognato priuatus,& qui ei cauſam regnandi præbuerat:multūque condoluit,& mortem Abner vehementer ingemuit, Sed nec ipſe multo tempore ſuper eum vixit:ſed à filijs Remmon , id eſt,Banaa & Recha paſſus inſidias,interemptus eſt. Iſti enim cum eſſent de genere Beniamin in priori ordine conſtituti,cogitauerunt,quod ſi perimerent Isboſeth,maxima dona à rege Dauid,& principatum militiæ,aut aliud quoddam munus accipere mererentur: ſolumque eum reperientes in meridie dormientē,& neque præſentes eſſe cuſtodes,neque puellam,quæ ianuas erat obſeruare ſolita , vigilantem:ſed & ipſam labore & opere conſueto ſimul & æſtu in ſoporem eſſe conuerſam : ingreſſi domum,in qua Saul filius dormiebat,occiderunt eum,eiusque caput abſcindentes, tota nocte iter egerūt,velut fugientes eos quos læſerant: & feſtinantes ad eū cui erant ſua beneficia præbituri,ac per eum adepturi ſecuritatem,venerunt in Hebron:oſtendentesq; Dauid caput Isboſeth commendabant ſemetipſos quaſi deuotos & interfectores inimici eius imperij.At ille nō ſicut ſperabant,eorum ſcelere delectatus eſt,ſed ait:O peſſimi viri,& vltionem repente ſuſcepturi,neſcitis quod ego interfectorem Saul perenni,qui eius mihi coronam auream deportauit licet ille rogatus hoc feciſſet,ne Saul comprehenderent hoſtes. An certe mutatum me,& nequaquam eſſe huiuſmodi credidiſtis , ſed quaſi lætarer cum malignis hominibus,& munus crederem peſſimas actiones interfectorum proprij domini,& necantium in ſuo lectulo virum iuſtum, qui nihil operatus eſt mali , & voſipſos multa prouidentia & honore glorificauit?Quapropter illi quidem nūc dabitis pœnas:à me vero excipietis digna ſupplicia,qui putaſtis me libenter mortē illius habiturum.Non enim aliter gloriam meam fœdare potuiſtis, quam vt me talia velle crederetis.Cumque dixiſſet hæc,omni eos tormento puniri iuſſit: caput vero Isboſeth in tumulo Abner honore maximo ſepeliuit. His igitur finitis venerunt omnes maiores natu Hebræorum ad Dauid in Hebron,& millenarij & duces eorum,tradideruntque ſemetipſos,deuotionem quam adhuc venien-

Isboſeth occidit̄r

2.Reg.5 te Saul habuerant,recordantes pariter & honnorem,quem eis dum eſſet millenarius prębuiſſet,necnon & quomodo per Samuelem prophetam à deo rex fuerat ordinatus,& quomodo Hebræorum prouinciam eius dimicatione contra Palæſtinos habita,deus liberari conceſſerit.Ille vero hunc fauorem grate ſuſcipiēs rogauit,vt in hac voluntate perſiſterent nec eos huius rei cauſa pœniteret. His ergo conuiuijs opulentiſſime ſaginatis,miſit vt omnem populū vndiq; conuocarent.Et congregati ſunt ex tribu quidem Iuda quaſi ſex milia octingenti,ferentes arma & ſcuta & lanceas:iſti nanq; Saul filio miniſtrabāt:quibus prætermiſſis,tribus Iuda regē fecit Dauid:Ex tribu autē Simeon ſeptem milia centum:Ex tribu Leui,quatuor milia ſexcenti,habentes principem Iodam:cum quibus erat princeps ſacerdotum Sadoch cum viginti & duobus cognatis & ducibus: De tribu autem Beniamin,armati quatuor milia:Hæc autem tribus adhuc ſuſtinebat, credens quenquam de Saul genere regnaturum : De tribu autem Ephrem , viginti milia & octingenti,potenſſimi, & ſummo robore præcellentes: De dimidia vero tribu Manaſſe,decem & octo milia : De tribu autem Iſachar, ducenti quidem prænoſcentes futura , armati vero viginti milia : De tribu autem Zabulon,

bulon,armati electi,quinquaginta milia:Hæc enim tribus ſola ad Dauid tota conuenit.Iſti ſi quidem eadem arma habuerant quæ & tribus Gad:Ex tribu autem Neptalim,viri inſignes & principes mille,armis vtentes,ſcuto ſimul & lancea:quos ſequebatur tribus ſua,quæ numero comprehendi non poterat:Ex tribu autem Dan,electi vigintiſeptem milia quingenti: Ex tribu Aſer, quadraginta milia:E duabus autem tribubus & media Manaſſe,quæ trans Iordanē habitabāt,armati ſcutis & lanceis & caſſidibus & loricis & gladijs,centum viginti milia:ſed & reliquæ tribus gladijs vtebantur.Hæc itaque multitudo cōgregata eſt ad Dauid in Hebron,cum multo apparatu panis & vini,& omniū quæ ad cibum pertinere noſcūtur:& vno decreto Dauid cōfirmauere imperium. Cumq; tribus diebus feſtiuitatem populus celebraſſet,& in Hebron epulas habuiſſet,exurgēs inde Dauid cū omnibus venit in Hieroſolymam.

Quomodo Dauid expugnatis Iebuzæis,primus Hieroſolymā nuncupauerit: deq; amicitia inter eum & Hiram regem Tyri conciliata. Caput III

IEbuzeis autem habitantibus ciuitatem,qui erant ex genere Chananæorum, & claudentibus eis portas:& cæcos aſpectu,& claudos, omnesq; leproſos, ad deriſionem regis conſtituentibus ſuper murum,& dicentibus,quod probiberēt eum cæci ingredi ciuitatē,quæ tamen agebāt deſpicientes eum pro maxima munitione murorum,iratus rex Hieroſolymam obſidere cœpit:& multo ſtudio & labore conari,vt eam caperet,quatenus in ipſo principatus initio ſuam fortitudinem demonſtraret.Interminatus itaq; rex & ipſis & alijs,ſi qui forte haberēt ad uerſus eum reſiſtendi conamen:inferiorem ciuitatē magna virtute cepit. Cumque adhuc arcem obtinere nō poſſet,cœpit honores & munera promittendo rex pronos ad opus bellicum commilitones prouocare: vt quicunque per ſubiectos colles in arcem conſcenderet,eamq; caperet,principatum militiæ totius poſſideret.Cunctis itaque conſcendere feſtinantibus, & nullo labore pro muneris repromiſſi retributione tardantibus,Saruiæ filius Ioab præuenit vniuerſos:& aſcēdens,in cacumine clamauit ad regem,exigens militię principatum.Expulſis itaque rex de ſumma arce Iebuzæis,& reædificans ciuitatem,eam Hieroſolymam nuncupauit,& omni tempore in ea ſui habitauit imperij. Tempus autem quo ſuper tribum Iuda habuit principatum in Hebron,fuerunt anni ſeptem,& menſes ſex.Cumque regnum ſuum conſtituiſſet Hieroſolymis, rebus potius clarioribus vtebatur,deo ſemper ei meliora prouidēte,& gloriam eius latius ampliante. Inter hæc autem miſit ad eum Hira rex Tyri,& amicitias cum eo ſocietatemq; firmauit:miſitq; ei etiā dona,id eſt,ligna cedrina,& artifices viros, fabros lignarios,& inſtructores,qui regiā domum in Hieroſolymis conſtruxerūt.Dauid aūt ſuperiorem muniens ciuitatē,eiq; copulans arcem,vnum vndiq; corpus effecit, & cuncta muro circumdedit:ſuper opus autem murorū Ioab conſtituit. Primus itaq; Dauid Iebuzæis expulſis hanc vrbem Hieroſolymam nuncupauit.Nā ſub Abraham noſtro parente,Solyma vocabatur.Quidam vero dicūt,quod & Homerus poeta Hieroſolymam nuncupauit.Hieron vero Hebræa lingua munitio eſt.Fuit autem omne tempus,ab illo quo Ieſus princeps Iſraelitarū contra Chananæos pugnauit,eisq; deuictis terram eorum diuiſit Hebræis præter Hieroſolymam,vnde non potuerunt Hebręi Chananæos expellere,vſq; dum eos Dauid obſediſſet,annorum quingentorum quindecim.Faciam vero memoriam cuiuſdam nomine Orpham,viri quidem inter Iebuzæos valde locupletis, qui tamen in obſidione Hieroſolymorum non fuerit interfectus à Dauid,propter fauorem quem habuerat apud Hebræos,& quoddam beneficium & ſtudium, quod etiam circa ipſum regem oſtendiſſe videbatur: quæ tamen poſt paululum opportunius declarabo.Accepit autem Dauid extra eas quas habuit,alias vxores & cōcubinas:& filios genuit numero XI:quos etiā nominauit,Ammon, Ellum,Ebā, Nathan,Solomonē,Iebar,Eliel,Falna,Ennaphim,Inas,Elifal:necnō & filiā Thamar:quorū nouem quidem ex generoſis fœminis erant nati,duo vero quos

2. Reg. 5

Hierusalem expugnatur

Hieroſolyma

vltimos

vltimos nominauim⁹,de cõcubinis.Porro Thamar conſanguinæa fuit Abſalõ.

Quod ſecundo pugnantes contra ſe Palæſtinos in Hieroſolymis vicit, & de arca dei de Cariathiarim in Hieroſolymam deducta. Caput IIII

2.Reg.5 COgnoſcentes itaque Palæſtini Dauid regem factum ab Hebræis,venerũt ſuper eum in Hieroſolymam: & apprehendentes conuallem, quæ vocatur Gigantum(eſt enim locus non procul ab vrbe)illic caſtra poſuerunt. Rex autem Iudeorum,quoniam nihil abſque propheta deiq; iuſſione faciebat, volẽs eſus voluntatem agnoſcere,& velut aſtipulatorem eum habere, præcepit ſacerdoti,vt quid deo placeret,& qualis terminus foret in hoc bello,eo conſulto præ diceret. Quo prophetante victoriam,contra Palæſtinos eduxit exercitum: & habita pugnæ congreſſione,ipſe poſt tergũ irruens ſuper hoſtes,alios robore magnæ virtutis occidit,alios fugauit. Nemo tamen credat modicum veniſſe Palæſtinorum exercitum ſuper Hebræos,eo quod hoſtes fuerint ſic facillime ſuperati,aut nihil aut non forte dignum aliquid memoria fecerint:ſed cuncti ſciãt omnem Syriam,& vniuerſam Phœnicen,& ſuper hæc alias multas & pugnaces gẽtes fuiſſe cũ eis hac dimicatione cõmunes. Cuius rei hoc maximum indiciũ fuit, quia cum ſæpius iam Palæſtini deuicti fuiſſent. & de ſuo exercitu multa milia iã perdidiſſent,ſine dubio cum maiori veniebant virtute ſuper Hebræos. Denique & hoc prælio deuicti,denuo cum triplici manu ſuper Dauid venerunt:& in eodem loco caſtra poſuerunt. Quo facto,rurſus Iſraelitarum rex conſuluit deum de prælij huius euentu,prophetauitque ſacerdos,vt in ſylua quæ vocatur Planctus,retineret exercitum:erant autem non procul ab hoſtibus:& nec primitus ſe moueret,nec inciperet dimicare, donec arbores vento non flante mouerentur. Cum vero ſylua concuſſa fuiſſet,& tempus quod ei prædixerat deus aduenieſſet, in nullo moratus egreſſus eſt,quaſi iam ad præparatam certamque victoriam. Cuius impetum non potuit multitudo hoſtium ſuſtinere,ſed mox à prima cõgreſſione in fugam conuerſos,paſſim perſequendo proſtrauit:quos etiam perſecutus eſt vſque ad ciuitatem Gezerennam,quæ horũ terminat regionem. Diripuit au-
2.Reg.7 tem eorum caſtra,in quibus & multas diuitias comperit,& deos eorum ſimul exterminauit. Hoc igitur bello huiuſmodi qualitate finito,placuit Dauid,habito cõſilio cum ſenioribus,& principibus,& millenarijs,vt ex omni prouincia,& ex omnibus tribubus cunctam pubertatem ad ſe faceret euocari:deinde ſacerdotes atque Leuitas,vt euntes in Cariathiarim,arcam dei exinde in Hieroſolymã deducerent:& culturam ei debitam exhiberent officijs & honoribus,quib⁹ moris erat placari diuinitatem:quod ſi adhuc regnãte Saul egiſſent, nihil mali poterant ſuſtinere. Igitur omni populo congregato,ſicuti tractauerant, venit etiã rex ad arcam. Quam portantes de domo Aminadab ſacerdotis, & imponentes ſupervehiculum nouum,eam ducere fratres ſuos & filios cum bobus permiſerũt. Rex autem pręcedebat arcam,& cum eo populus vniuerſus, hymnum dicentes deo,& totius prouincię modulatione canẽtes,cum vario ſono & percuſſione, & diuerſæ ſaltationis ingenio,necnon & pſalmis,& tubis ſimul &cymbalis arcam deduxerunt in Hieruſalem. Et cum veniſſent ad quendam locum, qui vocatur area Chedon,accedens ad arcam Oza,repente ira dei percuſſus eſt. Nam cum boues declinaſſent arcam,extendens ille manum ſuam,& volens eam retinere, cum ſacerdos non eſſet,quoniam eam contingere pręſumpſit, extinctus eſt. Et rex quidẽ,& populus vniuerſus,eius in morte affligebantur. Locus autem in quo defunctus eſt Oza,conciſio hactenus appellatur. Metuens autem Dauid & cogitans,ne forte hoc pateretur ipſe,ſi apud ſe ſuſciperet arcam in ciuitatem,quod Oza pertulerat,qui eum quod ſolummodo manum ad eam protenderat, ita videbat extinctum: arcam quidem non ſuſcepit ad ſemetipſum in ciuitatem, ſed præcepit,vt in agro viri iuſti cuiuſdam, nomine Obededom genere Leuitæ reconderetur:quæ tribus menſibus ibi manſit,domumq; nimis Obededom amplificauit,cui deus per eam bona multa conceſſit. Audiens autem rex,quomodo

hæc

hæc prouenissent Obededom: & ex priori paupertate & humilitate, opulentiæ magna vbertate polleret, ita vt zelum circa eum omnes inspicientes haberent: securus quod nihil pateretur mali, arcam ad sua regalia deportauit. Quã sacerdotes quidem deferebant, septemvero chori quos rex constituerat præcedebant. Ipse vero ludebat in cithara atque plaudebat, ita vt etiam vxor eius Michol, Saul filia primi regis, videns eum faciẽtem talia derisserit. Deferentes autem arcam posuerunt in tabernaculo, quod ei Dauid constituerat. Tunc immolauit hostias copiosas atque pacificas, & omnem populum ad conuiuia conuocauit: ita vt & mulieribus & viris, & paruulis distribueret collyridam panis, & assaturam, & laganũ frixum, & partem immolationis. Cumque populis huiusmodi epulas præbuisset, dimisit eos: ipse vero domum propriam venit. Cui dum astitisset filia Saul Michol vxor eius, pro alijs quidem rebus orauit deum, vt ei bona præberet, quæ ipse propitius conferre posset: culpauit vero illum, eo quod tantꝰ rex lu dendo saltationibus ante seruos & famulas fuisset turpiter nudatus. Cui Dauid respondit. non se vereri facere, quæ deo placerent, qui eum præposuisset vtiq; patri eius & cæteris, & ludere sæpius & saltare, & nihil quod famulis eius vel ei turpe videretur attendere. Hæc itaq; Michol ex Dauid quidem filios minime procreauit, iuncta vero ei, cui illam pater suus tradiderat ab Dauid abreptã, quinq; filios genuerat, de quibus loco proprio declarabimus. Videns autẽ rex bene quotidie dei volũtate sua negotia promoueri, delinquere se putauit, si ipse quidẽ habitaret in domibus cedrinis & excelsis, & optima constructione decoratis: arcã vero dei in tabernaculo despiceret commorari. Ob quam rem voluit templũ ædificare deo, sicuti prędixerat Moses. De quibus rebus cum locutus fuisset Nathan prophetæ, ad faciendũ opus agressus est, tanquã deus ei in omnibus existeret coperator. Et cum haberet iam præparatã ad fabricam templi materiã, illa nocte deus Nathan prophetam visitauit in somnis, præcipiens vt Dauid diceret: quia voluntatem quidem eius & desideriũ approbaret, cum nullus primitus cogitasset ei templum ædificare: sed ipsi quidem habenti huiusmodi voluntatem, nõ cõcedi construere templum, eo quod multis prælijs decertando hostium fuisset sanguine maculatus: post mortẽ vero eius longa senectute suscipiendam, faciendam domum à Salomone eius filio, qui ei foret successurus in regno. cui se ita prospicere sicut pater filio compromisit: & regnum quidem filiorum se nepotibus seruaturum & traditurum: ipsum vero si deliquerit languore & terræ sterilitate puniẽdum. Hæc ergo audiens à propheta Dauid, & lætus effectus in eo, quod suis nepotibus regnum permansurum fore cognosceret, & quia firmissime eius domus clarior foret, repẽte venit ad arcam, & prostratus in faciem suam adorauit deũ, & ex omnibꝰ gratias egit, tã pro his quę ipsi præstiterat, & ex humili ac paupere tanta regni magnitudine sublimarat, & ad gloriæ culmẽ euexerat, quàm pro eiꝰ nepotibus regno compromisso, necnon & propter prouidentiam quam Hebręis & eorum libertati contulerat, Hæc cum dixisset, & deum laudasset, abscessit. 1.Reg.7

Pugna quam habuit Dauid contra Palæstinos & Moabitas, & Adrazarum regem, & Damascenos, atque victoria, & de amicitia facta inter ipsum & Thou regem. Caput V

INtermisso siquidẽ pauco tempore, cogitauit vt bellum Palæstinis inferret, ne vllam pigriciam aut desidiã generari suis rebus inspiceret: vt sicut ei prędixerat deus, subuersis hostibus, in pace de cętero relinqueret nepotibꝰ suis imperiũ. Et cõuocato rursus exercitu, denuncians vt esset ad bellũ paratꝰ, cũctis rite dispositis surgens de Hierosolymis venit ad Palæstinos. Quos dũ bello vicisset, & multã prouinciã tenuisset, adiecissetq; terminis Hebręorũ, bellũ conuertit ad Moabitas. & duas quidem partes eorum exercitus victas dimicãdo consumpsit, reliquos aũt captiuos accipiẽs, & annua tributa eis imponens, rursus cõtra Adrazarum, filium quidem Arachi, regẽ vero Sophenæ conuertit exercitum. de cuius 1.Reg.8

acie

acie habita congressione circa Euphratem fluuium, pedestrium quidem peremit quasi viginti milia, equestrium vero quinque milia: cepitq; currus eorum, quorũ plurimos incendit, centum tantummodo reseruauit. Audiens autem Damasci & Syriæ rex Adadus, quod Dauid expugnasset Adrazarum, tanquam amicus ad eius solatia cum maximo venit exercitu, eum sicut sperabat ab obsessione liberaturus: & congressus denuo apud Euphratem cõtra Dauid, bello deuictus est. Ceciderunt autem ferientibus eos Hebræis de exercitu Adadi quasi viginti milia virorum, reliqui vero in fugam versi sunt. Meminit autem & huius regis Nicolaus in quarto historiarum libro, sic dicens: Post hæc autem transacto iam multo tempore, quidam prouincialium nomine Adadus valde fortissimus in Damasco, & alteri Syriæ præter Phœnicen imperauit: & habuit bellum contra Dauid Iudeæ regem. Cumq; multis prælijs dimicasset, ad nouissimum circa Euphratem victus est, qui tunc optimus regum robore & fortitudine videbatur. Ad hæc autem liberos eius dicit, qui post illius mortem suscipiebant ab alterutris & regnum & nomen, his verbis: Illo siquidem moriente, eius nepotes vsque ad decimam generationem regnauerunt: singulis quibusq; à patre mox in ipso principio accipientibus nomen, sicut in Ægypto Ptolemæi: quorum tertius valde potens, & reparare volens aui perditionem, bello illato Iudæis vastauit prouinciã, quæ modo Samaria nuncupatur. Non est autem historiographus à veritate priuatus. Is est vtique Adadus, qui pugnauit in Samaria, regnante Achab apud Hebræos de quo post hæc loco suo narrabimus. Igitur Dauid castrametatus ad Damascũ, omnem reliquam Syriæ regionem suæ ditioni subiecit: & munitiones in prouincia vniuersa constituens, tributaque eos conferre decernens, reuersus est: aureas que pharetras, & arma diuersa, quæ custodes corporis Adadi gerebant, deo dicauit in Hierosolymis: quę postea Ægyptiorum rex Sussachus dum pugnasset contra eius nepotem Roboam, accepit: & multas alias ex Hierosolymis secum diuitias ad propria deportauit. Hæc itaque dum in locum proprium venerimus, singula quæq; narrabimus. Rex igitur Hebræorum deo sibimet cooperante, & omnia bella subdente, etiam contra alias Adrazari regis gentes & ciuitates castrametatus est: id est Baachan & Machon, quas capiens magna virtute vastauit. Iuuentumq; est in eis aurum multum, necnõ & argentum, insuper & æs: quod auro melius esse dicebãt: ex quo etiam Salomon illud magnum vas, quod mare vocabatur, effecit: & optimos cantharos, cum deo templum ædificasset. Cumq; rex Hemathenus audisset, Adrazar & eius exercitum esse vastatum, metuens ne Dauid super eum quoque veniret, amicitijs & fide eum voluit obligare: misitque ad eum Adaram filium suum, egitque gratias, quod inimicus eius Adrazar fuerit expugnatus: vtque societatem cum eo & amicitias faceret, exorauit. Cui etiã magna munera direxit, id est, vasa antiqua operatione facta, aurea & argentea, simul & ærea. Dauid autem facto fœdere cum Thou rege Hematheno, eiusq; dona suscipiens, filium ipsius cum honore cõpetenti vtriusq; dimisit: ea vero quę ab illo fuerant destinata, & aurum aliud & argentum, quod de ciuitatibus diuersis & gentibus habuerat subiugatis, secum portans, dicauit deo. Non autem ipsi solummodo dimicanti, & exercitum producẽti victoriam contulit deus, sed etiam misit Abisai fratrem Ioath cum magna manu in Idumæam: & per illum quoque victoria cessit, Idumæorumque decem & octo milia viros Abisai dimicando peremit. Tunc etenim omnem Idumæam rex in sua ditione percipiens, tributa pro terra, & pro vniuscuiusque capite ab eis accipiebat. Erat autem vir naturaliter iustus, & iudiciorum contemplatione verissimus. Principem vero totius exercitus habuit Ioab: ad cõscriptiones autem gestorum Iosaphat filium Achil. Instituit autem de domo Phinees principem sacerdotum Abiathar, qui eius amicus erat: scribam vero fecit Saraiam: Banaiæ autem filio Iohoiadæ custodũ corporis præbuit principatum. Seniores autem filij eius circa corporis eius custodiã erant. Recordatus autem est etiam fœderis: & iurisiurandi, quod habuerat cum

Nicolaus historicus

Ionatha

Ionatha filio Saul,& amicitiarum atque ſtudij illius oblitus non eſt. Nam inter alias virtutes memor etiam erat eorum,qui ei præterito tẽpore beneficia præbuiſſent. Præcepit ergo requiri,ſi aliquis de Saul genere ſupereſſet, cui retributionis debitum pro Ionathæ amicitijs repenſaret. Et cum quidam fuiſſet adductus de domo Saul,qui potuiſſet ſcire,ſi quis adhuc ex genere illius ſupereſſet, interrogauit,ſi aliquẽ noſſet viuere de cognatione Ionathæ,vt pro beneficijs illius ſua ei munera repenſaret. Qui reſpondit relictum eſſe ei filium nomine Miphiboſeth, veſtigijs claudicantem. Is enim dum pater eius & auus nunciati fuiſſent in bello cecidiſſe,à nutrice ſua raptus,& ea fugiẽte lapſus ex eius humeris,'greſſus valde vexauerat. Dumq; cognouiſſet vbi vel apud quẽ nutriretur,miſit ad Machir in ciuitatem Iodabar,apud quem Ionathæ filius alebatur. Quo facto venit Miphiboſeth ad regem,& proſtratus in faciem adorauit eum. Dauid autem iuſſit eum habere fidutiam,& ſperare meliora: deditq; ei domum paternam,& omnem ſubſtantiam quam Saul auus eius poſſederat,fecitq; eum conuiuam ſuum: præcipiens vt nulla die ab eius mẽſa recederet. Cumq; puer adoraſſet,& retuliſſet gratias pro verbis pariter & donis,vocauit Dauid Ziba dicens: paternam ſe domum & omnem Saul ſubſtãtiam Ionathæ filio condonaſſe. Illi vero præcepit,vt operaretur terrã,& collectos redditus vniuerſos in Hieroſolymam deportaret,atq; quotidie ad menſam regis deduceretur puer, ipſumq; zibam & filios eius numero quindecim,& famulos numero viginti Miphiboſeth filio Ionathæ donauit. Hæc itaq; conſtituente rege,ziba famulus adorans,& cuncta ſe promittens facturum eſſe,diſceſſit. Ionathæ vero filius in Hieroſolymis habitauit,habens cũ rege conuiuium,cui omnis diligentia veluti filio regis exhibebatur, Habuit autem & filium quem appellauit Micham. Ergo qui relicti fuerant de genere Saul & ionathæ,hunc honorem apũd Dauid habuiſſe noſcuntur.

2.Reg.9

de Miphiboſeth filio Ionathæ

Quomodo Ammonitæ legatos Dauid magna contumelia affecerunt: & quomodo vltus eſt Dauid illam,profligando eos cum Meſopotamitis & Syris. Caput VI

ILlo itaque tempore,Naas amico Dauid Ammonitarum rege defuncto,eiq; in regnum filio ſuccedente,miſit Dauid vt eum conſolaretur, mortem patris leuiter ferre monens: vtq; amicitiæ quas cum patre eius habuerat permanerent. Quod principes Ammonitarum mala voluntate,& non ſecundum Dauid conſilium ſuſceperunt: & exacuerunt regem ſuum,dicentes exploratores miſiſſe Dauid,qui eorum prouinciam & exercitum clemẽtiæ occaſione cognoſcerent,& cauenda eorũ colloquia,ſuaſeruntq; ne incaute periculum alicuius calamitatis incurreret. Hæc itaque credens bene tractaſſe ſuos iudices Ammonitarum rex legatos qui à Dauid miſſi fuerant,grauiſſimis affecit iniurijs Radens enim medietatem barbæ eorum,& veſtium medietatem abſcindens,relaturos operibus& nõ verbis dira reſponſa dimiſit. Rex autem Iſraelitarum hæc cognoſcens, indignatus eſt: & iniuriam factam ſibi nequaquam deſpiciens,contra Ammonitarum regem parauit bellum,vt contumeliam quæ fuerat legatis ſuis impoſita,regis periculo vindicaret. Porrò neceſſarij regis Ammonitarũ & principes,videntes quia fœdera dirupiſſent,& pœnas pro tali præſumptione luere deberent, ſemetipſos ad prælia præparabant. Tunc vero mittentes ad Syrum Meſopotamiæ regem mille talenta,ſocium eum ſub hac mercede fieri popoſcerunt. Habebant autem iſti reges pedeſtrium viginti milia. Conduxerunt autem & regem prouinciæ Maacha,& quartum nomine Iſtob. Sed & iſti habebant duodecim milia armatorum. Dauid autem non expauit,neque horum ſolatium,neque Ammonitarum exercitum: ſecurus de deo,qui iuſte cõtra eos erat pro huiuſmodi iniuria pugnaturus. Et cum dediſſet ioab principi militiæ florem totius exercitus, miſit eum contra illos ad prælium. Qui circa metropolim Ammonitarum Charanachans veniẽs caſtra fixit, Hoſtibus igitur egredientibus,& aciem non ſimul,ſed in duas partes

2.Reg.10

disponentibus,quorum auxiliatorum quidem manus in campo Curico constituta esse videbatur,Ammonitarũ autem exercitus circa portas aduersus Hebræos: videns hoc Ioab cõtraria molitione tractauit: & fortissimos quidẽ viros eligẽs, se opposuit Syro,& regibus qui cum eo erant: reliquam vero partem fratri suo Abisai tradidit,vt contra Ammonitarum aciem dimicaret:dicens,vt si videret Syros sibi & prçualere,& fortiores esse,acie cõuersa ferret ei solatia: si autem illum Ammonitæ opprimerent,ipse eum similiter adiuuaret. Cumque inuitasset fratrem,atque rogasset,vt magnanimiter & fiducialiter ageret vniuersa,& grauem verecundiam metuens decertaret:illum quidem cum Ammonitis pugnaturum dimisit,ipse autem Syros aggressus est. Qui primo quidem fortiter restituerunt,multos tamen eorum peremit Ioab,omnes autem cõuertit in fugam. Quod videntes Ammonitæ,metuentesq; Abisai & eius exercitum, non restiterunt,sed suos socios imitati sunt,& in ciuitatem repente fugerunt. Hostibus igitur ita deuictis,Ioab ad regem claro triumpho in Hierosolymam remeauit. Hæc ergo deuictio non persuasit Ammonitis vt bello quiescerent:neque dum cognoscerent Dauid victorem,à prælijs abstinerent:sed mittentes ad regem Syrorum Adrazarum trans Euphratem,eum ad solatium conduxerunt,qui habebat quidẽ principem militiæ Sobachum,pedestrium vero octoginta milia,& equitum mille. Cognoscens autem rex Hebræorum rursus Ammonitas tantum exercitum congregasse,non iam aduersus eos per duces suos pugnare decreuit,sed ipse cum omni virtute transiens Iordanem fluuium eis occurrit: & congressus in pugna vicit egregie,& interfecit milia pedestrium quadraginta,equitum vero vsque ad septingentos. Prostrauit autem in acie principem militiæ Chadam nomine Sobachum,quo vulnere mortuus esse cognoscitur. Mesopotamitæ vero dum pugna fuisset hoc modo terminata,tradiderunt se Dauid,& dona miserunt ei. Et ille quidem saluus est reuersus in Hierosolymam. Cum autem ver inchoasset, misit Dauid principem militiæ Ioab,vt cum Ammonitarum gente pugnaret. Ille vero proficiscens,omnem eorum depopulatus est regionem, & ipsos in metropoli Rabath clausos obsedit.

Industria ioab contra hostes

De adulterio Dauid cum Bethsabeæ,& cæde Vriæ huius coniugis. Increpatio Nathan,& Salomonis natiuitas. Caput VII

COntigit igitur ea tempestate Dauid pessimum vitium,cum esset natura iustus atque religiosus,& patrias leges magna virtute seruaret. Is enim dum hora meridiana iã ad vesperam declinante,in superiora regalia solito more deambularet: vidit mulierculam specie valde pulcherrimam,& cunctis fœminis præponendam in domo propria aqua frigida se lauantẽ,nomine Bethsabeæ. Cuius mulieris pulchritudine superatus,concupiscentiam retinere non potuit. Quam dum vocari feciisset,cum ea concubuit. Quæ concipiens,misit ad regem, & vt excogitaret insinuauit,quatenus commissum scelus potuisset abscondi, ne secundũ leges patrias moreretur adultera. Dauid autẽ virũ eius nomine Vriam, qui erat Ioab armiger,de obsessione bellica fecit euocari. Quoveniente de exercitu,hunc de obsessione requirebat. Illo autem referente omnia ei prospera prouenire,tollens epulas de suo conuiuio,dedit ei:iussitq; vt pergens ad suam coniugẽ,in eius cubaret amplexibus. Vrias autem hoc quidem non fecit,dormiuit autem inter alios armigeros regis. Quod dum comperisset rex, requisiuit cur post tantum tempus propriã non isset ad domum,nec ad vxorem,dum omnes de peregrinatione remeantes hanc habeant voluntatem. Cui respondit,non esse iustum vt dum commilitones eius,& dux inter castra,& in hostium regione dormiret ipse cum vxore propria requiesceret,& epulis indulgeret. Et cum hæc dixisset rex præcepit,vt illa die ibi maneret,altera vero die pergere dimitteretur ad ducem. Vocatusq; rursus ad cœnam Vrias à rege,& ab ebrietatem vsque perductus, inuitante eum studio rege frequenter ad pocula,nihilominus iterum dormiuit ad ianuas regis,nullo desiderio concitatus vxoris. Quo facto rex nimie cõtristat⁹,

Dauid capitur amore Bethsabeæ

scripsit

ſcripſit Ioab, Vriã quaſi in eo deliquerit præcipiens puniendum. Significauit etiam vltionis modum, ne fieret ipſe in ſuo ſcelere manifeſtus, dicens vt in parte qua eſſet hoſtium grauis inanus, & poſſet pugnando periculum ſuſtinere ibi eum poneret: & commiſſo prælio iuberet cũctos ab eo recedere, vt ſolus in mortis periculo remaneret. Et cum hæc ſcripſiſſet, & ſuo ſignaculo muniſſet, epiſtolam Ioab deferendam dedit Vriæ. Ioab autem literas ſuſcipiens, & voluntatem regis cognoſcens, in loco vbi hoſtes nouerat fortiter imminere, Vriam conſtituit. Deditque ei quoſdam militum optimorum, ſeq; dixit omni virtute præbiturum ſolatia, ſi forte poſſent partem muri deijcere, & ad interna ciuitatis intrare: quẽ petijt, vt cum eſſet miles valde fortiſſim⁹, & haberet gloriam apud regem, & omnem exercitum, ad hoc non dedignaretur accedere, ſed potius huiuſmodi resagere congauderet. Cumque hoc Vrias fiducialiter agere promiſiſſet, Ioab ſeorſum cum eo pugnaturis dixit, vt eum ſolum facta hoſtium incurſione deſererẽt. Hebræis igitur ad ciuitatem accedentibus, Ammonitæ metuentes, ne in illo loco, vbi Vrias conſtitutus erat, venientes inimici muros ciuitatis aſcenderent: eligentesque fortiſſimos viros, & repente portas aperientes, magno curſu & impetu inimicos aggreſſi ſunt. Quod dum vidiſſent, omnes qui erant cum Vria (ſicut eis prædixerat Ioab) receſſere poſt tergum. Vrias autem dum confunderetur fugere, aciemq; deſerere, ſuſtinuit hoſtes, & impetum eorum ſua viuacitate ſuſcipiens, peremit quidem non paucos. Circundatus autem & captus in medio vulneratus interijt: cum quo etiam quidam alij de ſocijs ſunt extincti. His ita geſtis, nũcios Ioab miſit ad regem, præcipiens vt ei dicerent, quod ſtuduiſſet quidem capere ciuitatem, ſed cum acceſſiſſet ad murum, multis vbi cadentibus abſceſſiſſet: & ſiquidem iraſceretur, Vriæ mortem pariter indicarent. Hæc igitur audiente rege, & grauiter ferente, & dicente eos incaute feciſſe, vt ad murum vrbis accederent, cum magis debuerint per cuniculos aut alias machinationes capere ciuitatem: dum vtique exemplum haberent filij Gedeon Abimelech, qui dũ turrim Thebes expugnare vellet, violenter à ſene muliere petra percuſſus probaretur extinctus, & cum eſſet vir fortiſſimus, propter difficultatem rei turpiter ſit peremptus, qua memoria oportuiſſet eos muros hoſtium non adire: cum ſit optimum apud omnes, vt ea quæ geruntur in prælijs ſeu bene ſeu male, memoria teneantur: quatenus alia quidem imitanda ſint, alia fugienda. Cumque hęſitaret rex, & de caſu bellico cogitaret, Vriæ morte à nuncijs indicata, repente ab indignatione ceſſauit: iuſſitq; vt reuertentes Ioab dicerent: humanũ eſſe quod contigit, & bella huiuſmodi ſemper habere naturam mutabilem, vt aliquando quidẽ inimici ſuperiores ſint, aliquãdo vero ſubiecti: de cætero vero in oppreſſione pro uidendum, ne denuo in aliquam partem delinquerent, ſed vallis & diuerſis munitionibus obſiderent, & præualentes ciuitatem omnino ſubuerterent & habitatores eius omnes pariter trucidarent. Nuncius itaq; Ioab ea quæ fuerant à rege dicta portabat. Vxor autem Vriæ Bethſabeæ mortem ſui viri cognoſcens, multis eum diebus fleuit. Quieſcẽte vero triſtitia eius & lachrymis, mox eam rex accepit vxorem, & filius maſculus ex ea proceſſit. Quas nuptias deus non libenter inſpexit, ſed iratus cõtra Dauid in ſomnis apparuit prophetæ Nathan, regẽ culpans in his quæ male cõmiſerat. Nathan autem cum eſſet vir vrban⁹ & ſapiẽs, & cogitaret quia reges dum in iram incitãtur, amplius eam quã iuſtitiæ iura reſpiciunt: interminationes quidem dei tunc tacęre decreuit, & alia verba viro vtilia eloqui diſpoſuit: & dicens ei huiuſmodi cauſam, quid de ea ſentiret, manifeſtum ſibi fieri poſtulabat: Duo, inquit, viri in vna ciuitate degebant, quorũ vnus opulentus erat, & multos greges iumentorum, boumq; & ouium poſſidebat: alter pauperculus, qui vnam tantum agnam habebat, quam cum ſuis filijs enutrierat cum qua etiam cibis proprijs veſcebatur, & quam nõ aliter quàm filiam diligebat. Cumq; hoſpes veniſſet ad diuitem, nihil de ſuis pecudibus voluit occidere, vt epulas amico præberet: ſed miſit ad agnam pauperis, & eam ſublatam, peregri-

Litere Vriæ

2. Reg. 12

no conuiuium miniſtrauit. Hic itaque ſermo vehementer commouit regem, ma lignumq; pronunciauit illum hominem coram Nathan, qui talia perpetraſſet, & quadruplum dixit pro agna iuſte redditurum, & ſuper hoc morte mulctandũ. Nathan autem reſpondens, ait, ipſum eſſe quem ille pati talia decreuiſſet, qui opus malum valde commiſerit: reuelauitq; ei, & aperte manifeſtauit iram dei, qui eum regem cunctorum fecerat Hebræorum, & omnium in circuitu gentium mul tarum atque magnarum conſtituerat dominum, & à manibus Saul antea libera uerat: dederatque ei coniuges, quibus iuſte fuerat & legaliter copulatus, ſed quia deum ſpreuiſſet, & impie conſpexiſſet vxorem, & virum eius necandum hoſtibus tradidiſſet, ideo eum pœnas exoluere, & vxores eius ab vno dicebat filio violentias ſuſtinere: ſed & ipſum fore eius inſidijs expellendum: & dum eius peccatum occulte fuiſſet geſtum, illud cunctis videntibus ageretur: moriturumq; pariter & puerum qui ex ea eſſet procreatus. In his ergo rege turbato, & valde confuſo, & cum lachrymis & triſtitia impie ſe egiſſe confeſſo (erat enim deicola vir, qui nihil omnino in ſua vita præter in caſu vxoris Vriæ deliquerat) miſertus eſt deus: & reconciliatus ei, ſeruaturum ſe illius vitam, regnumq; pollicitus eſt, agenti pœnitentiam de his quę ab eo fuerant male geſta. Cumq; hæc Nathan regi prophetaſſet, domum reuerſus eſt. Puerum vero qui de vxore Vrię fuerat generatus, grauis diuinitus languor inuaſit. Pro quo rex nimis afflictus, cum à cibo ſeptem diebus abſtinuiſſet, & adhortantibus ſæpe famulis non comedit: ſed & veſtib⁹ atris indutus, atque proſtratus in cilicio iacebat in pauimento, & deo pro ſalute pueri ſupplicabat, quia valde eius matrem amabat. Septimo vero die puero moriente, non præſumebãt hoc regi famuli nunciare: cogitantes, quia ſi cognoſceret, & à cibo & ab alia ſui diligentia potius abſtineret: tanquam in luctu mortui filij conſtitutus, quippe cum eo languente talia præ triſtitia pertuliſſet. Sentiens autem rex famulos perturbari, & ea pati quæ præcipue ſolent aliquid cælare volentib⁹ prouenire, intelligens mortuum puerum, & vocans vnum de famulis, ac veritatem audiens, repente ſurrexit & lauit ſe: & ſumens candidam veſtem venit ad tabernaculum dei, iuſſitque ſibi cibos apponi. Quo facto multus ſtupor eius cognatos & famulos apprehendit: quia cum nihil horũ puero languente feciſſet, eo mortuo ſimul hæc omnia celebraret. Cumque ab eo huius facti cauſam requirerent, aſſerens eos nimis indoctos, ait: quia adhuc quidem viuente puero dũ ſpem ſalutis eius haberet, omnia faciebat, credens per hæc placari diuinitatem: quo de

Salomon nas ſcitur

ficiente vita, triſtitia nihil prodeſſet. Quod cum dixiſſet, regis ſapientiam laudauerunt. Poſt hæc autem ingreſſus eſt ad mulierem Bethſabeæ. Quæ concipiens maſculum filium procreauit, quem iubẽte Nathan propheta Salomonem appellauit. Porro Ioab Ammonitas obſeſſione fortiter affligebat, aquam eis auferẽs, & rerũ cæterarum vbertatem, multumq; eos cogebat cibi & potus inopia laborare. Ex modico nanq; puteo bibebant omnes: & licet illis eſſet fontis auxilium ne tamẽ deficeret: non eo largius vtebantur. Quo facto ſcripſit hæc regi, ſignificãs, & rogans eum vt veniret ad ciuitatem, quatenus ſuo nomini victoriam deſignaret. Quod cum ſcripſiſſet Ioab, approbans rex eius voluntatem & deuotionis fidẽ, ſumpto ſecum exercitu, venit vt Rabath depopularetur. Vrbem vero hanc dũ bellica lege cepiſſet, milites eam vaſtare permiſit: ipſe vero tulit coronam regis Ammonitarum, habentem pondus auri talentum, & lapides precioſos, & in medio ſui ſardonychem, quã ſemper Dauid geſtabat in capite. Multa ſiquidem & alia precioſa ſpolia in ea comperit ciuitate. Viros autem eius tormentis affecit. Hoc itaq; modo etiam alias Ammonitarum vrbes quas cepit euertit.

Quomodo Amnon ſororem Thamar vi comprimit, Abſalom fratre horum ob id moliente necem in Amnon: & quomodo iram patris Abſalom fugit, licet poſtea reuocauerit eum pater. Caput VIII

Reuertente

REuertente igitur Hieroſolymam rege, domus eius turpi vitio maculata eſt. Erat enim illi filia virgo nomine Thamar, pulchritudine valde præcipua, ita vt omnes fœminas ſpecioſas euinceret. Huic frater erat Abſalom, ex vna genitrice generatus. Hanc Amnon filiorum Dauid ſenior concupiuit: & cũ neque propter virginitatem eius, neq; propter cuſtodiam ſuo poſſet deſiderio prę ualere, crudeli percuſſus vulnere carpebatur. Dumq; eius corpus interiori lãguo re tabeſceret, & iam colorem macies permutaret, innotuit Ionadab cuidã cogna to eius pariter & amico. Erat enim vir iſte ſapiens, & intellectu nimis acutus. Vi dens ergo quotidie Amnon non naturale corpus habentem, accedens interroga uit vt ei cauſam rei huius ediceret: dicebatq; arbitrari ſe hæc illum amoris occa ſione perferre. Cumq; cõfeſſus fuiſſet ei amnon paſſionem ſuam, & quia ſororem ſuam conſanguineam concupiſceret, conſilium ei ſuum deſiderium adipiſcendi hoc modo dedit: monens vt ægritudinem ſimularet, & venientem ad ſe patrem peteret, vt ei ſororem exhibituram competens ægrotãti miniſterium deſtinaret: quod ſi fieret, priuaretur citius à languore. Amnon ergo ponens ſemetipſum in lectulo ſecundum Ionadab conſilium ſimulabat infirmitatem: & dum ad eum viſitandum pater veniſſet, popoſcit vt ſororem ei dirigeret. Quam pater in cun ctanter iuſſit adduci. Ea veniente præcepit, vt ei manu ſua faceret panes frixos, dicens ſuauiter ſe ex eius manibus comeſurum. Illa vero vidente fratre, cõſperſa farina faciens collyridas, easq; frigens obtuli fratri. Et ille quidem nequaquam guſtauit ex eis, ſed iuſſit famulos vt omnes à domo repellerent, vt quaſi quiete fa cta dormiret. Cumq; famuli quod iuſſerat impleuiſſem, iuſſit ſororem vt ei cibũ ab interiorem locum domus afferret: Quod dum puella feciſſet, apprehendens eam, vt cum ea concumberet ſuadere tentauerat. Puella vero clamabat, dicens: Noli violentiam facere, nec impietatem frater mi inferre: noli leges tranſcende re, & te iniquiſſima confuſione miſcere: ſed quieſce à tam iniuſto & ſceleratiſſi mo deſiderio, ex quo obprobrium & turpitudo noſtræ domui perpetua cõferatur: adijciens quia ſi de hac re loqueretur patri, coniugium eius non denegaret ei. Et hæc quidem dicebat volens ad præſens impetum eius petulantem declinare. At ille non acquieuit: ſed nimietate amoris illius inflãmatus & robore eius paſſio nis valde perplexus, vim intulit ei. Quem repente odium poſt ſtuprum ſororis inuaſit: & iniuria perpetrata, eam ſurgere & abire præcepit. Cumque illa in hoc deteriorem proclamaret iniuriam ſibimet irrogatam, nec vſque ad noctem eam manere permitteret, repẽte eam inde diſcedere iuſſit, vt etiam hinc teſtimonium ſuæ confuſionis incurreret. Qua reſiſtente, iuſſit famulo vt eam prorſus expelle ret. Illa vero dolens iniuriam ſimul & violentiam, dirupto colobio, quo antiquę virgines vtebantur, habente manicas, & ad talos vſque profuſo, ne facile vide rentur, & cinere aſperſo capite, ibat per mediam ciuitatem, clamans & ingemi ſcens violentiam ſibimet irrogatam. Quam dum inueniſſet frater Abſalom, re quiſiuit qua cauſa proueniente hoc ageret. Et cum factam ſibi dixiſſet iniuriam, quieſcere & mediocriter ait ferre germanam, & iniuriam non putare, quod cor rupta fuiſſet à fratre. Cui dum ſatisfactum fuiſſet, clamare & violentiam ſuam multis indicare ceſſauit: & multo tempore apud fratrem ſuum Abſalom vidua toleranit. Quod cum cognouiſſet Dauid, doluit quidem: ſed cum Amnon ſenio rem filium valde diligeret, eum noluit contriſtari. Quem Abſalom crudeliter abhorrebat, & latẽter opportunũ tempus vltionis delicti illius expectabat. Igi tur ſecundus iam annus corruptionis ſororis eius exceſſerat, & cum greges ſuos tonſurus aſcẽderet in ciuitatẽ Betſephon (eſt autem hæc in ſorte trib⁹ Ephraim) rogauit patrem vt cum alijs fratribus ad eius conuiuium conueniret. Quo recu ſante, ne illi grauis videretur exiſtere, vel fratres dirigi ſupplicauit. Quibus de ſtinatis, iuſſit Abſalom famulis ſuis, vt cum viderent Amnon ebrietate diſſolu tum, illo innuente interficerent eum, nullumq; metuerent. Quo facto fratres cũ ctos terror grauis & tumultus inuaſit, & de ſe quoque ſinguli formidantes, aſcẽ

Collobium

dentesq; in equis reuertebantur ad patrem. Quidam vero præcedens nunciauit patri, quasi cunctos fratres interfeciſſet Abſalom. Tunc Dauid quaſi omnibus vere ſimul interfectis, & hoc à fratre, triſtitia, quæ eum vſque ad mortem ferre videretur, amara nimis inuaſit, & eo dolore neq; cauſam requiſiuit, neque aliud quicquam. Poſt hoc tanti mali facinus cognoſcere voluit, neque ſuſtinuit: ſed repente veſte diſrupta proſtratus in terram iacebat, lugens filios vniuerſos, & qui mortui nunciati fuerant, & ſimul qui eos occiderant. Ionadab vero Samma fratris Dauid filius conſolabatur eum, vt à triſtitia tanta recederet, nec crederet filios alios interemptos: quia nec cauſa talis extaret: ſed eſſe credibile. quia hoc feciſſet Abſalom in ſolum Amnon, propter Thamar ſuæ ſororis iniuriam. Inter hæc quidem ſonus equorum & tumultus quorundam venientium attentos eos fecit. Erant autem filij regis, qui de conuiuio fugiebant. His lugentibus triſtis pater occurrit, & præter ſpem videns quos ante paululum periſſe crediderat, amplexatus eſt eos. Erat itaq; cunctis luctus & gemitus, illis quidem ſuper mortuo fratre, regi vero ſuper filium interemptum. Abſalom autem fugit in Geſſur ad auum maternum, virum prouinciæ illius præpotentem, apud quem trium annorum tempore commoratus eſt. Cumq; Dauid voluntatem haberet, vt ad reuocã-
2. Reg. 1 dum Abſalom filium deſtinaret, non ad vindictam, quando erat ira iam longo tempore leuigata, ad hanc rem princeps militiæ Ioab eum potius incitauit. Præparauit enim quandam mulierem iam ætate prouectam, vt eum ſub ſchemate luctus interpellaret, & huiuſmodi verba proferret. Quæ ait: Duo filij mei rex erant qui in agro fuerant, & in contentionem conuerſi, nullo præſente qui eos placare potuiſſet, ab altero alter percuſſus interijt. Cognatis autem interfectorem petentibus, & volentibus eum occidere, ſupplico vt mihi ſalutem præcipias filij condonari, nec reliquam ſpem meæ ſenectutis auferri, & prohibeas cunctos qui meum filium interficere moliuntur. Non enim quicquam aliud illi poterunt ſequi, niſi quod timor regius imperauerit. Rege ſiquidem mulieris precibus annuente, reſpondens denuo mulier regi, Gratias, inquit, ago rex tuæ benignitati, qui meam miſeratus es ſenectutem, & pene filijs deſolatam filium habere feciſti. Sed vt firma mihi ſint tuæ dona clementiæ, precor tuo filio eſto propitius, eiq; remitte delictũ. Quomodo enim creditura ſum veritati mihi in hoc præbuiſſe beneficium, cum te videam in cauſa ſimili cum tuo filio manere ſemper iratum? Fœdum nanque eſt, vt cum filius vnus contra voluntatem patris mortuus ſit, ſponte huic caſui apponatur & alius. Intellexit itaque rex hoc conſi-
Dauid reuocat Abſalom lium ſtudio Ioab immiſſum, & interrogata ſene muliercula dum cognouiſſet hoc verum eſſe, reuocans Ioab, ait ipſe ei ſtudij ſui votum, eumq; Abſalom reuocare præcepit. Non enim circa eum iam vlterius ſe dixit eſſe crudelem, ſed iram indignationemq; remittere. Ille vero cũ adoraſſet regem, eiusq; ſermonibus gratias egiſſet: repente profectus eſt in Geſſur, & aſſumpto Abſalom, in Hieroſolymã remeauit. Præmiſit autem rex dum venire filium cognouiſſet, & præcepit, vt ad domum propriam remearet: nõ enim iuſtum eſſe credidit, vt mox venientem ſuſciperet, aut videret. Ille vero patre iubente eius declinauit aſpectum, cui tamẽ à familiaribus debitum exhibebatur officium. Huius itaque pulchritudo licet in triſtitia poſiti, & diligentiam competentem regis filio non habentis, nequaquã depoſita eſt: ſed erat ſpecioſus, & ſplẽdebat omni decore, & corporis magna proceritate, ita vt eos qui erant in epulis conſtituti tranſcenderet. Cuius capitis erat tanta cæſaries, vt vix octo diebus tonderi potuiſſet: & erat tonſuræ eius pondus ſiclorum ducentorum, qui faciunt quinque minas. Habitauit autem in Hieroſolymis annis duobus, & habuit tres filios maſculos, & filiam vnam nimis ſpecioſam, quam rex poſtea Roboam Salomonis filius accepit vxorem, ex qua natus eſt puer nomine Abias. Inter hæc itaque mittens Abſalom ad Ioab poposcit ab eo, vt perfecte placaret patrem: & peteret, quatenus eum ad ſuum conſpectum

ſpectum & colloquium reuocaret. Negligente vero Ioab, mittens aliquos ſuorũ confinem ſegetem eius incendit. Quod cum ille cognouiſſet, ad Abſalom venit, culpans eum, & ex eo cauſam rei huius inquirens. Cui reſpondit: Hoc conſilium comperi, vt te ad nos perducere potuiſſem, negligentẽ verba quæ tibi pro paterna reconciliatione mandaueram. Quapropter præſentem te deprecor, vt mitiges genitoris mei iram. Ego nanque peius exilio eſſe iudico huc me modo veniſſe, patre mihi hactenus iraſcente. Ioab autem neceſſitatem eius agnoſcens, & miſeratus mediator extitit apud regem, eiq; locutus de filio egit, vt libenter eum repente ſuſciperet. Quo veniente, & in terram proſtrato, ac ſupplicante vt peccati veniam impetraret, porrecta dextera alleuauit eum, & geſtorum obliuionem ſe habere pollicitus eſt.

Quomodo Dauid ab Abſalom eſt regno pulſus cõſultante Achitophel: Deq; Ziba & Miphiboſeth, & iniurijs Semei, deq; exploratore Chuſi, & Achitophel ſuſpendio. Caput. IX

ABſalom autem dum ei hoc fuiſſet à patre conceſſum, in paruo tempore multos equos, multosq; ſibi currus inſtituit, & armigeros quinquaginta: & diebus ſingulis ſurgens diluculo & ad regalia veniens, eis qui cauſas habebãt, & minores inueniebantur in eis, delectabiliter loquebatur, quaſi non habẽte bonos conſiliarios patre, ſed iniuſtos in ſuis ſentẽtijs conſiſtentes, quorum iudicio grauarentur. Pro qua re fauorem ſibi omnium conciliabat: adijciebatq; pariter dicens, quia ſi haberet & hanc poteſtatem, ipſe cũcta ſub legum æquitate diſponeret. His itaque geſtis, populo ſibi placato, cum iam deuotionem cunctorum ſe obtinuiſſe confideret, poſt reconſiliationem patris annis quatuor iam trãſactis, ſupplicauit vt eum pater in Hebron ire permitteret, quatenus promiſſa deo ſacrificia celebraret, quæ fugiens deuouiſſet. Dauid ergo concedente profectus eſt, ad quem multus populus eo inuitante confluxit. Aderat autem ei & conſiliarius Dauid Achitophel Galamoneus: & ducenti viri ex Hieroſolymis, neſciẽtes quidem conamen huiuſmodi, ſed velut ad ſacrificium euocati. Hoc itaque conſilio rex ab omnibus ordinatus eſt. Quod dum fuiſſet Dauid nunciatum, & inopinabiliter hoc feciſſe filium cognouiſſet, metuens impietatem eius & præſumptionẽ miratus: quia nec peccati veniam recordatus eſt, ſed ſuper illa ſcelera potiora & iniquiora committeret: primum quidem vt regnum à deo donatum vellet auferre: ſecundo vt patrem vita priuaret, deliberauit vt fugeret trans Iordanem, & vocatis amicis & neceſſarijs, & de filij ſuperbia participato cum eis conſilio, cunctaq; committens deo, decem concubinas cuſtodes regalium derelinquens, diſceſſit ab Hieroſolymis: & alia multitudine cum eo fiducialiter egrediente, ſimul & ſexcentis viris armatis, qui Saul viuente fuerant ei in fuga priori participes. Abiathar autem & Sadoch ſacerdotibus, & omnibus leuitis volẽtibus ſimul egredi cum arca dei, ſuaſit magis vt in ciuitate conſiſterent, cum eum poſſet deus etiam arca non portata liberare: mandauitq; vt ei latenter geſta quæq; nunciarentur. Habuit autem fideles ad omnia miniſtros, Achimaam filium Sadoch, & Ionatham filium Abiathar. Sadoch autem Iethæus cum eo profectus eſt licet Dauid eum manere in ciuitate voluiſſet. Cui dum acquieſcere noluiſſet, ei puritatem potius ſuę deuotionis oſtendit. Aſcendente autem Dauid per montem oliueti pedibus nudis, & cunctis cum eo flentibus, nũciatum eſt Achitophel eſſe cum Abſalom, & eius parti fauere. Quod dum audiſſet, triſtitia eius magis accreuit, deumq; rogabat, & ſuppliciter exorabat, vt abalienaret mentem Abſalom à cõſiliijs Achitophel. Formidabat enim ne contra ſe ei dãdo cõſilia præualeret. Erat enim vir ille aſtutus & ad proſpiciendam vtilitatem nimis argutus. Cum in mõtis verticem perueniſſet, ciuitate reſpecta cum multis lachrymis quaſi amiſſo regno domino ſupplicauit. Occurrit autẽ ei vir quidã fidelis nomine Chuſi & ipſe amicus. Quem cũ vidiſſet Dauid ſciſſa veſte, & aſperſo capite cinere flentẽ atq;

lugentem,consolatus est eum,& à tristitia cessare poscebat:Et post hæc supplicauit vt iret ad Absalom,quasi ei consentiens,& eius secreta consideraret, consilijsq; resisteret Achitophel:quia si cum Dauid pergeret,tantum prodesse nō posset.Obediens ille Dauid,eo derelicto venit in Hierosolymam,quo etiá non post multum venit Absalom.Paululum itaque exinde procedente Dauid, Ziba famulus Miphiboseth,quem curatorem instituerat possessionum quas donauerat filio Ionathæ,occurrit ei cum duobus asinis oneratis rebus in itinere necessarijs, ex quibus ipse & qui cum eo erant refici debuissent.Requirente vero Dauid, vbi relinqueret Miphiboseth:ait in Hierosolymis,expectantem ordinari regem se in præsenti seditione,propter memoriam beneficiorum Saul.In his autem indignatus Dauid,omnia quæcunque concesserat Miphiboseth.Zibæ donauit:multo iustius esse credens,vt hic quàm ille potius hæc haberet.Et Ziba quidem hoc facto gauisus est.Igitur veniente Dauid in locum Bachuran,progressus quidam de cognatiōe Saul,nomine Semei filius Gera,lapidabat eum,ac pessimis sermonibus accusabat.Circunstantibus autem amicis,adhuc amplius blasphemabat, & sanguinarium eum multorumq; malorum dicebat autorem,increpans eū, quatenus ex illa terra velut pollutus excederet:deoq; gratias referebat qui eum priuasset regno per proprium filium,pro eo quod peccasset in dominū,& in rite pœnas exigeret.Omnibus autem super eum mota iracundia prouocatis,& præcipue Abisai,volente interficere Semei, Dauid eum abira retinuit,dicens:ne malis præsentibus opus nouæ occasionis adijciamus.Non enim circa hūc rabidum canem mihi respectus aut pudor est,sed ad deum intendo,propter quem iste super nos ita videtur inuectus.Nec est admirandum,ab isto me talia sustinere,quādo etiam filij videor impietatem expertus.Sed forsan aderit nobis misericordia dei & prævalebimus inimicis,quo adiuuante securo itinere properemus.Semei autē per aliam montis partem currebat,& crebras faciebat iniurias.Cumq; Dauid venisset ad Iordanem,reficiebat ibidem suos itinere fatigatos.Igitur cum veniisset Absalom & Achitophel cōsiliarius in Hierosolymam cum omni populo, venit ad eum amicus Dauid Chusi:& cum adorasset Absalom,optabat regnum eius incolume,& in omni tempore permanere. Illo vero dicente,cur cum præcipuus patris eius esset amicus,eiq; fidelis in omnia videretur,non cum eo tunc esset,sed illo derelicto transisset ad eum:temperate se facere dixit,siquidem & populi vniuersi fore iudicium.His,inquit,domine tecū manentibus,recte & ego te sequor. Regnum itaque tibi à deo collatum est,quapropter eandem fidem atq; deuotionem præbebo quam patri.Nō enim pro rebus præsentibus indignari fas est, quādo non in extraneam domum mutatum est regnum, sed in eadem permansit, filio succedente patri.Hæc dicens satisfecit,cum prius vtique videretur esse suspectus.Et Absalō vocato Achitophel,quid oporteret agi tractabat:Qui suasit vt ad concubinas sui patris accederet,ex hoc enim populum sciturum,creditarumq; dicebat,quia circa patrem nulla ei iam recōciliatio supereſſet:ob hoc cū multa fiducia aduersus eum omnis multitudo pugnaret:hactenus autem apertas inimicitias eos habere metuere,credentes posse patrem cum filio quocunque tempore concordari.Hoc etiá consilio flexus,iussit famulis vt tentoria in solatio regio figerent.& videntē populo accedens,ad patris sui concubinas ingressus est. Hæc autem gesta sunt secundum Nathan prophetiam,quam Dauid olim de filij sui inuasione significauerat.Cum vero fecisset Absalom quæ nmonuerat Achitophel,rursus secundum cōsilium de prælio contra patrem eum proferre poscebat. Cumq; decem milia ille electos sibi dari petisset,vt & patrem eius interimeret, & eos qui cum eo pergerent incolumes reuocaret,vt tunc firmum haberet,imperium cum pater eius extingueretur:dum hæc sententia placuisset,vocauit etiam Chusi amicum sui patris antiquum,sic enim ille eum vocabat.Cui dum sententiam Achitophel indicasset,quid etiam ipsi videretur de eadem causa requirebat. Ille vero cognoscens,quia si fierent quę suadebat Achitophel, Dauid ad

De iniuriis Semei

Absalom concubinas patris suio lat

2.Reg.17

mortis

mortis periculum peruenisset: contrariam sententiam nitebatur afferre: Non ignoras,inquit,ō rex tui patris & eorum qui cum eo sunt fortitudinē,qui & multis prælijs dimicauit,& semper superatis hostibus est reuersus. Nunc equidē credo illum in exercitu constitutum:est enim sicut nosti bellicosus, & idoneus omnia prouidere,& dolos superuenientium hostium declinare certissimus:circa vesperam autem derelinquere suos,aut in aliquam aulā se celare , aut circa petras insidias facere.dumq; contigerit vt nostri congrediantur ad prælium,illius quidem viri vt æstimo,modicum se subducēt,& dum securi fuerint de regis auxilio, resistent.& inter hæc illis pugnantibus repente cum alio exercitu tuus pater apparens suis quidem fortitudinem præbebit ad bellū,tuos vero inopinabili superuentu prosternet. Fac igitur comparationem mei consilij ,& cognoscens eius vtilitatem. Achitophel quidem refuta sententiam:mittēs autem in omnem prouinciam Hebræorum,præcipe vt contra patrem tuum cunctus congregetur exercitus:& sumens ipse prælij militiam vniuersam,esto dux eorum,& nulli alij commitas hoc bellum. Facillime enim te crede victorem fore , si eum cum paucis comprehenderis,cum tu multa milia pugnantium habeas,deuotionem suam tibi præbere volentium. At si pater tuus fuerit obsessione circundatus,machinationibus,aut cuniculis ciuitatem illam facillime capiemus. Hæc cum dixisset,probabilior apparuit quàm Achitophel. Nam præ illius consilio, Absalom potius huius elegit,Deus enim erat,qui in eius mente consilium Chusi melius esse faciebat. Quo facto festinauit Chusi ad sacerdotes Sadoch & Abiathar, consiliumq; Achitophel necnō & suum pandens,& quia placuissent quæ ipse monuerat indicauit:& exhortatus est repente,vt mittentes hæc renunciarent Dauid,& quæ ab aduersarijs tractata videbantur aperirent:adijciens vt studeret velociter transire Iordanem,ne eum suus filius persequi festinaret,& antequam se ille muniret, posset à filio comprehendi. Sacerdotes autem oportune suos filios ad hoc officiū extra vrbem cælatos habebant. Quibus mandantes per fidelem ancillam quæ tractabat Absalom,præceperunt vt Dauid cum festinatione hæc significarent. Illi vero nulla dilatione tardantes,sed mandata seruantes patrum, pij fidelesq; ministri & officij sui velocitatē & necessitatis instantiam cito iudicantes implēdam,festinabant ad Dauid. Cumq; duobus stadijs à ciuitate processissent, vidētes eos quidam equites,indicauerunt Absalom. Ille continuo vt comprehenderentur misit. Quod cognoscentes filij sacerdotum,ab itinere declinantes in vicum quendam non longe ab Hierosolymis,cui nomen erat Bochor:inuenientesq; quandam mulierculam rogauerunt vt eos celaret, & munitionem metuentibus præberet. Illa vero iuuenes illos in puteum repente deposuit,& expansis desuper pellibus os eius operuit. Cumq; persequentes eos veniissent,& de eis mulierem requisissent,illa vidisse quidem se non negauit:dicens apud se eos sumpsisse potum,& continuo discessisse:tamen si cum velocitate sequerentur,facile eos cōprehendi posse dicebat. Cumq; diu secuti non comprehendissent,reuersi sunt. Mulier autem videns eos remeantes,& nullum iam periculum comprehensionis iuuenibus imminere conspiciens,abstractos è puteo dimisit ad propriū itineris opus. Qui multo studio festinantes,venerunt ad Dauid,& cuncta ei quæ Absalom tractabat subtiliter indicauerunt. Tunc ille licet iam nox esset,præcepit tamē suos Iordanē transire cum festinatione. Achitophel autem vidēs suam sententiā reprobatā,ascendens iumentum suū venit ad regionem Galmon:conuocatisq; omnibus suis,consilium quod dederat Absalom exposuit:& quia eo quod auditus ipse non fuerit,non eius tardaret interitus indicauit. Dicebat enim Dauid post victoriam in regnum continuo rediturum:& melius sibi fore vt libere & magnanime abrumperet vitam,quàm se Dauid reseruaret ac pœnas,cōtra quē Absalom talia cōsilia præbuisset. Et cum hęc dixisset,accedens in locum domus suę secretiorem,laqueo se suspēdit. Igitur Achitophel iudicio suo huiusmodi morte

damnatus

damnatus est:quem deponentes sui de laqueo,sepulturæ contradiderunt.Dauid autem sicut prædiximus transiens Iordanem,venit in castra optima,& munitissimam ciuitatem,susceperuntq; eum libentissime priores prouinciæ:& fugã illius temporis reuerentes,& honorem ei pristinæ felicitatis exhibẽtes.Erãt autẽ Berselleus Galaadites,& Siphas potentissimus,& Amanthias,& Machir terræ Galaaditidis primus.Hi nanq; omniũ rerũ copiam Dauid & qui cũ eo erant opulẽtissime prębuerunt,ita vt neq; lecti strati deessent,nec panes aut vinum,sed etiã vbertatem pecudũ ministrarent:quatenus & quietẽ laborantibus,& ciborumvtiliũ copiam eis ad satietatẽ exhiberent.Et hi quidem hoc modo erant constituti.

Quomodo Absalom instructo contra patrem exercitu victus est:ipseque crinibus prolixis arborum ramis implicitis pendens transfossus est:& de luctu Dauidis. Caput. X

2.reg.18 ABsalom itaque congregato magno Hebræorum exercitu super patrẽ,& trãsiens fluuium Iordanem non longe à castris,venit in Galaaditidem regionem,constituitq; principem totius exercitus Amasam in loco Ioab consobrini sui.Erat enim de patre Ietheo,& matre Abigea progenitus : Abigea vero & Saruia mater Ioab,Dauid sorores fuere. Cumq; recensuisset Dauid eos, qui cum eo erant & inuenisset vsque ad quatuor milia armatorum,noluit expectare quando super eum Absalom veniret : sed constituens super illos millenarios & centenarios,diuiso exercitu tripartite,aliam quidem partem Ioab principi militiæ dedit,aliam vero fratri eius Abisai:tertiam autem commisit Etheo,qui erat amicus eius de ciuitate Geth.Cumq; vellet ipse ad bellum simul exire,amici non permiserunt:consilio eum sapientissimo retinentes.Dicebant enim, quia si cum eo deuincerentur,omnem spem vtilitatis amitterent:si vero vna parte victa ad eum reliqui remearent,posset denuo prælium reparari:quando etiam hostes arbitrarentur alium exercitum manere cum rege.Hoc consilium libenter accipiẽs Dauid,ipse quidem in castris manere decreuit:& cum duces & amicos ad prælitũ destinaret,rogauit vt fortitudinem sui & fidem & memoriam haberent,vtq; puero Absalom victores parcerent,ne illo moriente aliquid in se mali ipse committeret:optansq; cunctis victoriam,dimisit exercitum.Ioab itaque aciem constituit cõtra hostes in campo quodam,habens post tergum syluam. Eduxit autem è diuerso Absalom suum exercitum:& facta congressione,belli opera præcipua manuũ & maximæ præsumptionis ex vtraq; parte gerebantur:alij quidem vt regnum Dauid reciperet,elaborabant,& omni magnanimitate desudabant : alij vero,ne eo priuaretur Absalom,& daret patri pro sua præsumptione suppliciũ, in nullo segnes erant aut facere aut pati quodcunque belli casus afferret . Insuper metuebãt etiam,ne ab Ioab & eius paucis militibus tanta multitudo subinga retur.Igitur inter hæc vicit Dauid exercitus robore magnanimitate & exercitatione bellorum fortium:fugiẽtesq; per syluas & colles persecuti sunt,& alios quidem ceperunt,alios autem interfecerunt,ita vt plures caderent fugientes quàm in acie repugnantes.illa siquidem die quasi viginti milia virorum ceciderunt. Exercitus autẽ Dauid accessit ad Absalom:erat enim cunctis proceritate & pulchritudine manifestus.qui metuẽs ne eum comprehẽderent hostes,ascendẽs mulam regiam fugiebat.Cumq; velociter veheretur,& ipso motu leuis existeret,arbori maximę & ramis extensæ eius replexa cæsarie inopinabiliter est appẽsus,& iumẽtũ quidem velocitate sua quasi dominum adhuc portaret abscessit,ille vero ramis comarũ alligatione retinebatur astrictus.Quem cum vidisset quidam militum Dauid,Ioab indicauit.Quo dicente,quinquaginta siclos se ei daturũ si peremisset Absalom:nec si mille siclos ei promitteret,occidere ille se filiũ domini sui dixit,dũ omnibus audientibus pater eius ei parci rogauerit.At ille ostẽdi sibi præcipiens,vbi eum vidisset appensum,& locum inuenisset,in corde eũ iaculans interemit.Armigeri vero Ioab circunstantes de arbore cadauer eius deposuerũt eumq; in foueam proijcientes,aceruum super eum lapidum posuerunt,ita vt figura sepulchri

ra ſepulchri fieret,& ingentem tumulum locus ille ſeruaret. Ioab vero ſigno dato,à perſecutione reuocauit exercitum,parcens contribulibus ſuis. Igitur Abſalom conſtituerat ſibi ſtatuam marmoream regiam in valle, quæ duobus ſtadijs ab Hieroſolymis aberat:quam appellauit ſuam manum,dicens quia etiam filijs eius morientibus nomen eius in ſtatua permaneret. Erãt enim ei maſculi filij quidem tres,filia vero vna Thamar. Quæ coniuncta Salomonis filio Roboam,peperit filium Abiam,qui patri ſucceſſit in regnum. Et de his quidem poſtea declarabimus. Igitur poſt mortem Abſalom populus quidem ad propria loca diſperſus eſt. Achimaas autem Sadoch ſacerdotis filius rogabat Ioab,vt præueniens ipſe Dauid victoriam nunciaret,& quia dei ſolatium & prouidentiam ipſius habuiſſet. Cui non conceſſit hoc Ioab dicens,quia cum ſemper boni nuncij homo fuiſſet,modo non deberet regi mortem filij nunciare, Vocansq; Chuſi,ei opus hoc iniunxit:vt quod ipſe vidiſſet,regi etiam indicaret. Cumq; iterum Achimaas rogaret,vt eum nunciare permitteret,dicens,quia rex circa ſolam victoriam attẽtus,nequaquàm de Abſalom morte curaret,conceſſit ei vt pergeret ad Dauid,tenensq; compendioſam viam,quam ipſe ſolus nouerat,præuenit Chuſi. Cumq; ſederet Dauid inter portas,expectans quando ei aliquis geſta bellica nũciaret, quidam ſpeculatorum videns Achimaam currentem,& nondum quis eſſet agnoſcens,ait ad Dauid videre ſe aliquem venientem. Qui dum dixiſſet bonum fore nuncium,poſt paululum alium quendam ſequi pronunciauit. Cumq; & ipſum bonum nuncium aſſereret,videns explorator prẽcurrentem iamvicinum,eſſe Achimaam Sadoch filium ſacerdotis Dauid indicauit,Qui gauiſus,eum bonum nunciũm eſſe dixit,& aliquid optabile de prælio portaturum. Cumq; hæc dicerentur à rege,veniens Achimaas adorauit:& interroganti de pugna regi,victoriam nũciauit. Quo requirente de filio eius quid cognouiſſet,ait,quia mox vt vidiſſet fugatos hoſtes,ipſe ad eum pergere feſtinaſſet,& audiſſe ſe magnasvoces perſequẽtium Abſalom,& nihil amplius potuiſſe cognoſcere,eo quod cogeretur miſſus, à Ioab victoriam nunciare. Veniente autem Chuſi,& adorante regem, & victoriam nunciante,de filio eũ Dauid continuo requiſiuit. Tunc Chuſi:Hæc, inquit:proueniant tuis inimicis,quę recepit Abſalom. Quod verbum victorię gaudium,nec apud ipſum manere,nec habere exercitum permiſit. Aſcendens enim Dauid in locum ciuitatis excellentiſſum,flebat filium,tundens crebro pectora, capillos capitis ſui dilacerans,& omni ſe afflictione caſtigans clamabat,dicẽs: Vtinam mihi & non tibi ō fili adueniſſet interitus. Nam cum eum diligeret per naturam,huiuſmodi mortis eius euentui,quàm ſibi potius cõdolebat. Exercitus autem & Ioab audiẽtes,quia rex filium ita lugeret,reueriti ſunt triumphali ſchemate ingredi ciuitatem:ſed deiecti & flentes & quaſi deuicti potius intrauerũt. Cumq; rex capite velato reſideret,& filij interitum ingemiſceret,introiuit ad eũ Ioab & conſolatus eſt eum,dicens:O domine rex,aperte demonſtras ex his quæ agis,quia diligentes te & pro te pericula ſuſtinentes,nec non & te tuamq; generationem protegentes prorſus abhortes,& diligis inimicos:& illos concupiſcis potius qui iuſte pœnas ſoluentes obierunt. Nam ſi Abſalom viciſſet,& ipſe regnum firmiſſ.tenuiſſet,nullius noſtrum cadauer remaneret:ſed omnes à teipſo & à tuis filijs incipientes,fuiſſemus ſine dubio proſtrati, nullo noſtrorum hoſtium flente,ſed cunctis potius congaudentibus:inſuper etiá punientibus eos,ſiqui forte noſtrorum miſerati fuiſſent. Tu vero hęc agere ſuper maximo non confunderis inimico,qui cum tuus filius eſſet,nequaquam hęc impia in te cõmittere formidauit. Igitur recedens ab hac iniuſta triſtitia procede, militibus oſtende temetipſum:eisq; pro victoria & labore certaminis gratias age:Ego nãq; optime noui quia ſi in hoc actu permãſeris,hodie à te populusvniuerſus abſcedet,& alij regnũ tradet,& tũc amariſſimũ ac verũ habebis luctum. Hęc dicens Ioab,regẽ à triſtitia reuocauit,& ad cauſas Reipublicę vtilitatis abduxit. Transformatus enim a

Luctus Dauid ſuper Abſalom

fletu

fletu Dauid,& opportune compositus pro aspectu populi,sedit ad portas,ita vt audiens populus vniuersus concurreret,& omnes eum libentissime salutarēt: Hęc itaque tali modo sunt gesta.

Dauid victo Absalom,iterū recipit totum regnum,dedentibus se cunctis tribubus. Ipse inimicos clementer recipiens in gratiam,contra Sabeæ nouæ seditionis autorem mittit Amasam,quem Ioab dolo occidit,licet post ea Sabeæ deuicerit. Caput. XI

PORrò qui cum Absalom fuerant,& de prælio fugerāt,reuertentes ad semetipsos,singuli mittebant per ciuitates cunctas, Dauid beneficia commemorantes,& libertatem,quam eis resistendo multis hostibus præbuerat,edicētes:culpantesq; semetipsos quia eum expulisse viderentur à regno,& alium ordinassent:quo nunc defuncto principe qui ab eis fuerat ordinatus,rogare deberent Dauid,vt ab indignatione quiesceret eisq; faueret,& recepto regno illis suā pro uidentiam non negaret. Hæc itaque Dauid crebro nunciabantur, Sed etiam ille nihilominus misit ad Sadoch & Abiathar sacerdotes,vt principibus loquerentur tribus Iuda;quia turpe fuerit vt aliæ tribus ante illam Dauid constituerent regem;cum illi & cognati essent,& sanguinis eius participatione gauderēt. Hæc eadem & Amasam principi militiæ eos præcepit edicere:quia cum filius sororis eius fuisset,non dissuaderet populo vt Dauid restitueretur imperium,pro qua re non solum regi reconciliari posset,sed & totius militiæ principatum sicut Absalom ei præbuerat obtineret. Et sacerdotes quidem principibus tribus Iuda locuti sunt,& Amasam deflexerunt,promissiones regias edicentes, vt in eius partibus consisteret. Hoc itaque facto tribus Iuda misit ad regem legatos,rogantes vt ad proprium remearet imperium. Hoc autem & omnes Israelitæ fecerunt, adhortāte eos Amasa. Igitur accedentib. legatis ad eum venit in Hierosolymam,omnes tamen pręuenit tribus Iuda,vt regi ad Iordanis flumen occurreret:& Gera filius Semei cū milleviris,quos de tribu Beniamin ducebat:& Ziba libertus Saul & filij eius quindecim,& viginti serui. Isti nanque cum tribu Iuda pontem fluminis effecerunt,vt facile rex eum transiret cum suo exercitu. Cumq; venisset ad Iordanem,tribus quidem Iuda eum libentissime salutauit. Qui dum pontem ascenderet,prostratus est ante eum Semei,& detinens pedes eius,veniam postulabat in his quæ peccauerat,rogans vt non circa eum esset acerbus,nec potestate recepta enm iuberet dari supplicio:sed potius consideraret,quia gesta pœnitentia in his quæ prius deliquisset,primus ei occurrere festinaret. Cumq; in his supplicaret atque deposceret,tunc Abisai frater Ioab ait. Nunquid nam propter hæc non morieris,qui constitutum à deo regem nequaquam blasphemare metuisti? Tunc Dauid conuersus ad eum ait: Non cessatis filij Saruiæ has commouere denuo nobis superiores turbas,& seditiones instantes. An ignoratis quia initium mei regni sit hodie? Quapropter omnibus impie in me agentibus,iuro dimitti supplicia,& nulli sua delicta reseruari. Tu,inquit,ō Semei securus esto,& nullum mortis habeto metum. Qui mox adorans cum cæteris præcedebat,inter hæc autē occurrit & Miphiboseth de cognatione Saul,sordida veste circumamictus, comamq; gerens profusam & hispidam barbam. Nam post fugam Dauid nec tōsus fuerat præ tristitia,nec vestem deposuerat suam,seq; in hac afflictione deuouerat permanere,donec regiam videret conuerti calamitatem. Hunc autem accusauerat Ziba seruus suus apud Dauid iniuste. Qui dum salutasset,eiq; prostratus esset,cœpit interrogare Dauid,cur non fuisset egressus & eius fugæ particip a tus:ille autem Zibam sibi fuisse obstaculo dixit,cui dum iussisset,vt ei itineris necessaria præpararet,curare noluisset,sed velut quēdam seruulum contempsisset: qui si gressus habuisset incolumes,nullo modo ab eo discessisset,cum posset etiam pedibus vti in fuga,Adijciebat pariter,non solum in his,inquit, domine nocuit mihi,sed etiam apud tuam circa me pietatem derogare,& mentiri maligna voluntate

luntatē præſumpſit. Sed noui quia nihil horum tua mens recipit, cum ſit iuſta & & veritatem diligat, quam vult vbiq; ſemper valere diuinitas. Nam cum à meo auo paſſus fuiſſes magna pericula, & omnis mea generatio pro illius debuiſſet ice leribus deperire, tu humilis & benignus exiſtens, & quod præcipuum eſt illorum malorum obliuionem agens, quando poteſtate ſumpta prioravindicare poteras, amicum me tuum eſſe iudicaſti, & in menſa quotidie regia poſuiſti: nihilq; mihi defuit quod honorato parenti debuit exhiberi. Cumq; hæc dixiſſet ille, neque Miphiboſeth rex voluit caſtigare, nec Zibam tanquam fallacem abijcere: ſed cum omnia iā donaſſet Zibæ, quod cū illo Miphiboſeth regi nō occurriſſet, & Miphiboſeth veniam dediſſet, medietatem ſubſtantiæ reddi præcepit. Cui Miphiboſeth cuncta, inquit, ò rex Ziba habeat: mihi vero imperium te recepiſſe ſufficiat. Berezel autē Galaaditen, virum præcipuum atque bonum, & qui multa in caſtris ei præbuerat, & regem vſque ad Iordanem deduxerat, rogabat Dauid vt cum eo veniret Hieruſalem, promittēs eius ſenectutem omnino decorandam, & eius tanquam patris habere prouidentiam. Qui deſiderio ſuorum cum eo ſe poſſe degere refutauit: dicēs ſenectutē ſibi ſic imminere, vt etiā in rebus ſuauibus delectari non poſſet, cum vtique octoginta eſſet annorum, & de ſepulchri termino cogitaret. Qui magis è diuerſo rogabat, vt ſi ei præſtare vellet, concederet eum ad propria remeare, quando temporis longæuitate nec conuiuiorū epulas diſcerneret, & auditus iam obturatos haberet: nec ſonum calamorum aut modulationem aut aliorum inſtrumentorum, quę reges ſolēt inter conuiuia mulcere, ſentiret. Quo nimium ſupplicante, Dauid ait: Te equidem dimitto, tuum vero filium Achiman mihi concede, vt ei omnium rerum bonarum debeam munus impendere. Tunc Berezel dimiſſo filio, adorans regem, & optans ei vtilia prouenire ſicut deſiderabat, domum eſt reuerſus. Dauid autem venit in Galgala, habens ſecum iam mediam partem populi, & pariter tribum Iuda: veneruntq; ad eum primi prouinciæ cum grandi pariter multitudine, & tribum Iuda culpabant, eo quod ei latenter occurrerat, cum omnes ad eum debuiſſent vna voluntate cōcurrere. Principes autem tribus Iuda hoc modo ſatisfaciebant, dicentes: ne ferrent grauiter eo quod illi præceſſiſſent, qui tanquam eius cognati, & propterea eū potius diligentes præuenirent: & quia non quaſi munera percepturi hoc fecerunt, ne illi qui venerant poſtea mouerentur. Hæc autem dicentibus tribus Iuda principibus, nequaquam aliarum tribuum principes ceſſauerunt, ſed dixerunt, Admiramur nos equidem fratres, quod vos ſoli regem cognatum veſtrum eſſe dicitis. Nam qui omnium noſtram poteſtatem à deo percepit, omnium noſtrum iudicatur eſſe cognatus. Quapropter populus equidem noſter vndecim partes habet, vos autem vnam, & ſeniores nos ſumus. Non ergo bene feciſtis, occulte & latenter venientes ad regem. Cum hæc igitur inter ſe tribuum principes loquerentur, vir quidam iniquus, & ſeditione præcipuus, cui nomen erat Sabee, filius Bochori de tribu Beniamin, ſtans in medio populi, cum magno clamore dixit: Neque habet aliquis noſtrum partem apud Dauid, nec ſortem apud filium Ieſſe. Et poſt hæc verba tuba canens, bellum ſignificauit fieri contra regē, omnesq; ſecuti ſunt eum relinquentes Dauid, ſola tantum tribus Iuda cū eo remanſit, eumq; in Hieroſolymis regem eſſe conſtituit. Qui concubinas quidem ſuas, ad quas filius eius Abſalom ingreſſus fuerat, in domum aliam tranſmigrauit, eisq; omnia præcepit neceſſaria miniſtrari: ipſe vero nequaquam copulatus eſt illis. Conſtituit quoq; & Amaſam principem militiæ, & locum ei in quo Ioab fuerat, dedit: iuſſitq; vt congregaretur quantum colligi poſſet exercitus ex tribu Iuda, & poſt tres dies veniret, quatenus ei militiam daret vniuerſam, eumq; pugnaturum contra Sabee Bochori filiū deſtinaret. Egrediēte vero Amaſa, & circa cōgregationē exercitus remorante, dum die tertia non rediret, dixit rex ad Ioab, Non eſt vtile dilationem dare Sabee, ne longo tempore poſſit exercitum congregare, & deterioris cladis exiſtere quàm Abſalom autor. Noli, inquit, tardare: ſed præſentem ſu-

Seditio Sabee

mens exercitum,pariter & ſexcentos viros,cum Abiſai germano tuo hoſtes perqui feſtinato:& vbicunq; repereris,ei congredere, & feſtina eum comprehẽdere, ne capiens munitiſſimas ciuitates certamina nobis & multos poſſit ſudores inferre,Ioab autem in nullo moratus,ſed ſumens fratrem pariter & ſexcentos viros, & omnem exercitum qui erat in Hieroſolymis,ſecutus eſt cum omni feſtinatione Sabee.Cumq; in Gabaonvicum procul ab Hieroſolymis ſtadijs quadraginta veniſſet,occurrit ei Amaſa vt ſalutaret eum,non multo adhuc exercitu cõgregato.Ioab autem accinctus gladio & lotica veſtitus,veniente ad ſe Amaſa vt ſaluraret eum,arte quadam quaſi caderet gladius è vagina finxit, eumq; ſe de terra colligere:& altera manu venientem proxime Amaſam,quaſi ei oſculum daturus,à barba comprehendẽs improuido gladium fixit in vtero,eumq; peremit,impium nimis & ſceleſtiſſimum opus efficiens in bono iuuẽculo pariter & cognato, & qui nihil ei nocuerat,habens pro principatu militiæ & æqualitate honoris inuidiã.Pro hac etenim cauſa Abner interemit:ſed in illo ſcelere & occaſione detentus quaſi pro vindicta fratris Aſahel,veniam habere videbatur.Perẽpto autem Amaſa nullam fomitis excuſationẽ potuit impetrare.Interempto igitur tanto pari duce perſequebatur Sabee,derelinquens vnum ad eius corpus, qui clamaret exercitui,Amaſam iuſte peremptum:qui vero regi faueret,ſequeretur ducem Ioab & Abiſai eius fratrem.Cumq; cadauer illius iaceret in via,& omnis populus ſuper eum cõflueret,& cum quadã defuncti miſericordia moraretur, & Ioab ſequi tardaret,tollens exinde cadauer illius cuſtos eius,portauit in quendam locum ab itinere ſegregatum,& illic poſitum veſte cooperuit.Quo facto Ioab vniuerſus populus eſt ſecutus.Cumq; perſequeretur Sabee per omnẽ Iſraelitarũ prouinciam,quidam nunciauit eum in ciuitate munitiſſima Abelmacheam nomine reſidere.Quò dum veniſſet Ioab obſidebat eam,vallis vndiq; circunductis:militibusq; iuſſit,vt eius muros omni virtute deponerent:Nam dum eum ciues loci illius ſuſcipere noluiſſent,& ſuper eum crudeliter inſiſterẽt: tunc quædam mulier caſta ſimul & ſapiens,videns patriam in nouiſſimo periculo conſtitutam,aſcendens in murum vocauit inter armatos Ioab.Quo veniente,cœpit ad eum huiuſmodiverba proferre:Quia deus reges & principes ad hoc feciſſet,vt Hebræorum hoſtibus reſiſterent,& Iſraelitis pacis iura præberẽt:tu,inquit, feſtinas metropolim Iſraelitarũ quæ nihil deliquit euertere atq; vaſtare. Tunc Ioab,orauit propitium ſibi deum fore,& quia non haberet huiuſmodi voluntatem,nec vllum de populo vellet occidere,quanto magis tantam nõ perdere ciuitatem:ſed ſi acciperet ab eis rebellem regis ad pœnam,id eſt,Sabee filiũ Bochori,ab obſeſſione ceſſaret, & exercitũ continuo reuocaret.Quod dum audiſſet mulier, ab Ioab paruas inducias poſtulabat,vt hoſtis caput de muro repẽte proijceret.Quo facto deſcendit ad ciues,eisq; locuta eſt,dicens:cur vellẽt peſſime cum filijs & vxoribus deperire propter malignum hominem,nec cognitum vnde eſſet,quem regem vellent habere pro Dauid,qui eis tanta beneficia contuliſſet,& vna ciuitas ſtuderet tanto exercitui reſultare? Hoc dicto ſuaſit eis,vt Sabee caput abſciſſum in Ioab proijceretur exercitum.Quo facto Ioab miſſa tuba obſeſſionem repẽte diſſoluit: & reuerſus Hieroſolymam,totius militiæ princeps conſtitutus eſt.Ordinauit autem rex etiam Banaiam ſuper corporis cuſtodiam , & ſuper ſexcentos armatos: Aduram autem ſuper tributa:& Ioſaphat ſuper geſtorum conſcriptores: Suſam vero ſcribam:Sadoch autem & Abiathar ſacerdotes inſtituit.

De expiatione ſceleris Saul in Gabaonitas:cuius cauſa facta eſt fames in prouincia.& de prælijs aduerſus Palæſtinos feliciter geſtis , ſeu de fortibus Dauid. Caput XII

2.Reg.21 IGitur poſt hęc cũ fames prouinciam inuaſiſſet,rogauit Dauid dominũ, vt populi miſereretur:& cauſã ei pariter,& medelã famis illi indicaret.Cui prophętę dixerunt,velle deũ,vt Gabaonitę vindicarentur,quos rex Saul impie interfecerat,& cõculcauerat iuſiurãdũ,quod eis Ieſus princeps militiæ prębuerat, ſenioresq;

niores{q;} firmauerant: & ſi vltio quam Gabaonitæ peterent pro defunctis, exhiberetur eis, poſſet propitiari deus & populus à peſte liberari. Dauid autem audiens à prophetis hæc velle deum, euocauit Gabaonitas, eos{q;} quid vellent fieri requiſiuit. Illis autem ſeptem de genere Saul filios ad ſupplicium poſtulantibus, requirens rex tradidit eis, parcens tantummodo Miphiboſeth filio Ionathæ. Sumentes autem Gabaonitæ viros quos voluerunt, punierunt eos. Quo facto, cœpit deus repente pluere, & terram ad fructuum germina reuocare, liberauit{q;} à priore fame, & ad vbertatem Hebræorum prouinciam hoc facto reſtituit. Igitur non multo poſt tempore rex Dauid caſtrametatus eſt contra Palæſtinos: & commiſſo prælio cum eos vertiſſet in fugam, ſolus perſequẽdo repertus eſt. Cum{q;} eſſet fatigatus, quidam hoſtium nomine Achimon, filius Aſaphat, qui erat de prole Gigantum, habebat{q;} haſtam cuius pondus erat trecentorum ſiclorum, & loricam catenatam, & gladium, fecit impetum quaſi regem ſuorum hoſtium perempturus. Erat enim iam labore diſſolutus. Tunc ſubito exorſus Abiſai frater Ioab, & regem à repentina morte protexit, & hoſtem audacter trucidauit. Quo facto, periculum regis & penè mortem grauiter tulit exercitus: eum{q;} principes coniurauerunt, vt nequaquam cum eis exiret ad bellum, ne propter fortitudinem atque fiduciam ſuam aliquid mali eo paſſo, & bonis quæ propter eum fuerant ſæpius præbita priuarentur, & quæ eo viuente adhuc poterant adipiſci. Conuenientibus itaque Palæſtinis in Gazarim ciuitatem, audiens hoc rex, ſuper eos miſit exercitum. Inter quos tunc debellator optimus extitit, & probatiſſime dimicauit Saboch Ethæus, qui erat vnus fortiſſimorum Dauid. Hic enim multos hoſtium inclytos interemit, & ex prole Gigantum nimis audacia ſuæ fortitudinis exultantium, fuit{q;} victoriæ huius autor apud Hebræos. Poſt hanc vero congreſſionem, Palæſtini denuo pugnauerunt: ſuper quos exercitum mittente Dauid, vir fortis apparuit Ephan cognatus eius. Nam contra ſingulos fortiſſimos Palæſtinorum ſolus pugnando peremit eos, & alios conuertit in fugam, quorum etiam multi in prælio ceciderunt. Paulo ſiquidem tempore Palæſtini quieſcentes, denuo caſtra poſuerunt circa ciuitatem quæ erat non longe à finibus Hebræorum: erat{q;} inter eos vir proceritate quidem ſex cubitorum, habens etiam digitos in vtroque pede necnon & manu, vno plus quàm ſolet natura concedere, hoc eſt, ſenos. Contra quem vnus de exercitu Dauid Ionathas filius Sarma pugnans eum deuicit, & totius victoriæ autor effectus, maxime gloriæ culmen accepit. Nam & ille Palæſtinus gloriabatur ſe de prole Gigantum exiſtere. Poſt quam pugnam nequaquam contra Iſraelitas habuere certamina. Expeditus ita 2. Reg. 22
que Dauid à prælijs & periculis, cum pace iam altiſſima frueretur, cantica in deum hymnos{q;} vario metro compoſuit, alios quidem trimetros, alios autem quinquemetros: diuerſa{q;} conficiens organa, docuit vt Leuitæ ſecundum ea deo hymnos edicerent per ſabbatorum diem alias{q;} feſtiuitates. Organorum autem ſpecies huiuſmodi eſt: Canora quidem eſt cithara decem chordis coaptata: hæc plectro percutitur: Nabla vero duodecim ſonos habens, digitis tangitur. Erant enim & cymbala ærea, & grandia & lata. Et de his quæ dicta ſunt ſufficiant, ne omnino horum organorum natura neſciatur. Circa regem igitur erant omnes valde fortiſſimi, quorum inſigniores & actionibus clari octo & triginta fuerunt. Horum enim quinque tantum opera narrabo, per quos etiam virtutes alio- 2. Reg. 23
rum poterunt iudicari. Erant etenim ſic validi, vt & prouinciam regerẽt, & gentibus præualerent. Primus itaque Ieſobos filius Achime, qui aciem hoſtium frequenter irrumpens, nequaquam pugna ceſſauit, donec ex eis nongentos occide- De fortiſſimis Dauid
ret. Poſt hunc erat Eleazar filius Dodi, qui cum rege fuerat in Serpha. Hic aliquando Iſraelitis formidantibus Palæſtinorũ exercitum, & ob hoc fugientibus, ſolus reſtitit: irruẽs{q;} ſuper hoſtes, occidit eorũ multos, itavt ſanguine occiſorum gladius eius hęreret in dextra. Et cũ Palęſtinos tunc Iſraelitęviderent in fugam eſſe conuerſos, deſcendentes de mõtibus perſecuti ſunt eos, & mirabilis ac famo-

ſiſſima victoria tunc prouenit, cum Eleazar tantos interfeciſſet hoſtes, eosq; Iſraelitæ perſequerentur, & ſumerent ſpolia interemptorum. Tertius autem fuit filius Eli, nomine Semeas. Et hic in Palæſtinorum certaminibus, dum in locũ qui dicitur Maxilla, aciem poſuiſſet, & rurſus Hebræi metuentes eorum exercitũ refugerent, ſolus eorum aciem exercitumq; portauit, quorum alios quidem proſtrauit, alios autem non ferentes eius vim & fortitudinem perſecutus eſt cõuerſos in fugam. Hæc igitur opera manuum ac præliorum tres iſti demonſtrauerunt. Quo tempore cum rex eſſet in Hieroſolymis, Palæſtinorum ad bellandum ſuperuenit exercitus: tunc Dauid quidem in arcem ciuitatis aſcendit, ſicut prædiximus, vt de bello conſuleret deum, caſtra vero inimicorum erant in valle fixa vſque ad ciuitatem Bethlehem, quæ ab Hieroſolymis procul eſt ſtadijs viginti. Dauid itaq; ſocijs ait: Bonam aquam habemus in regione mea. Et præcipue laudabat eam, quæ erat in puteo iuxta portam, mirabaturq; ſi eſſet qui ex eo poculum ei præberet: quod magis optaret, quàm ſi quis ei magnum pecuniarum põdus ad tempus offerret. Et cum audiſſent hoc tres viri, mox currentes, & per medium hoſtiũ iter facientes, venerunt ad Bethlehem: & haurientes aquam, denuo ad regem per eorum caſtra reuerſi ſunt, ita vt Paleſtini eorum fiduciam & magnanimitatem obſtupeſcentes, quia ſic pauci eos contemnerent, à dimicatione ceſſarent. Delata ſiquidem aqua nolnit bibere rex. quaſi de periculo & ſanguine hominum ſibi fuiſſet aduecta, & propterea non eſſet bibenda: libauitq; eam deo, & de ſalute virorum gratias egit. Poſt iſtos autem fuit frater Ioab Abiſai. Is enim vna die hoſtium nongentos occidit. Quintus fuit Banaias genere ſacerdos, qui prouocatus à viris inſignibus in Moabitide regione, ſua eos virtute interfecit. Rurſus autem cum vir Ægyptius genere, proceritate mirabilis eum prouocaſſet, nudus armatum ipſius iaculo proſtrauit ac perdidit: nam auferens eius iaculum, & viuum ad huc pugnantemq; ſpolians, armis eum proprijs interemit. Annumeratur autem & hoc prædictis eius actionibus, aut tanquam primum magnanimorum eius operum, aut quaſi non diſpar. Quadam tempeſtate cum ningeret, in puteum lapſus incidit leo. Et cum os putei eſſet anguſtum, latebat abſconſus nec apparebat: erat enim ipſum orificium niue damnatum. Nullum ergo egreſſum leo videns, nec ſalutis exitum rugiebat. Banaias autem audiens beſtiam proclamantẽm, dũ iter tunc ageret, accedens ad puteum in eum deſcendit: & baculo quem portabat in manu, beſtiam repente proſtrauit. Tales igitur virtute fuerunt & reliqui numero trigintatres.

De peccato numerationis populi pœnaq; ſequente & area Ornan.

Cap. XIII.

2. Reg. 24 REx autẽ Dauid volẽs agnoſcere, quot eſſent milia populi totius, eſt oblitus mandati Moſaici, quo prædictum fuerat, vt ſi dinumeraretur populus, pro vniuſcuiuſq; capite deo ſicl⁹ pręberetur. Præcepit ergo Ioab principi militię vt pergens vniuerſum dinumeraret exercitũ. Quo dicente nõ eſſe neceſſe hoc, nõ quieuit: ſed iuſſit numerũ Hebræorum inſigniter adimpleri. Ioab vero ſumẽs tribunos & ſcribas, & peragrans Iſraelitarum prouinciam, cõſiderata multitudine quanta eſſet, Hieroſolymã remeauit ad regem poſt menſes nouẽ & viginti dies: obtulitq; numerũ regi, abſq; tribu Beniamin: Hanc dinumerare non potuit, neq; tribum Leui. Pœnituit autem Dauid quod dinumeraſſet populum, eo quod deliquiſſet in dẽum. Fuit ergo aliorum Iſraelitarum numerus nõgenta milia virorũ arma ferentium, & militiam exercere valentium: Iudæ vero tribus per ſe ſolã habuit quadraginta milia. Prophetis itaq; declarãtibus Dauid, quia de⁹ ei iraſcere tur, ſupplicare cœpit, eumq; rogarevt propitius eſſet, & veniã peccato cõcederet. Tunc Gad prophetam miſit ad eum deus, tres ſupplicij conditiones portantẽ, vt earum quam probaret eligeret: vtrum vellet famẽ in prouincia generari annis ſeptem, an tribus mẽſibus pugnãdo vinceretur a b hoſtibus, an certe morbus & languor accederet tribus diebus Hebręis. Ille vero in anxietate huius electiõis omnium

nium rerum peſſimarum metum incurrens tribulabatur,& vehementer animo videbatur eſſe comfuſus. Cumq; propheta diceret hoc omnimodis imminere,& reſponſum velociter exigeret,vt electam ab eo conditionem deo renunciaret: cogitans rex,quia ſi famem eligeret,contra alios hoc facere videretur,quando ipſe quidem habens multa frumenta non pateretur inopiam,reliquis vero eſſet anguſtia: Item ſi eligeret trium menſium victoriam hoſtium,ipſe quidē habens circa ſe viros fortiſſimos & cuſtodes,nihil omnino metueret,neci vero eius exercitus ſubiaceret: inter hæc communem potius paſſionem & regum & ſubiectorū elegit,in qua timor omnibus eſt æqualis: dicens,quia multo melius eſt in dei magis quàm in hoſtium manus incidere. Hæc audiens propheta,renunciauit deo. Qui morbum & interitum miſit in exercitum Hebræorum. Moriebantur enim non vno modo,vt facile languor potuiſſet agnoſci: ſed mors quidem vna erat, multis vero languorum occaſionibus,& quæ non poſſent cognoſci facile,peribant. Alius vero ſuper alium moriebatur: & latenter imminēs malum: velociter ferebat interitum. Alij ſiquidem repente cum vehementibus doloribus,& amaro gemitu animam relinquebant alij vero ipſis paſſionibus marceſcebant,ita vt neq; curam exhibere corporibus prævalerent,ſed in ipſo labore deficerent: alij autem repentinis tenebris eorum viſum abripientibus ſuffocati,protinus expirabant: alij ſuper mortuos quos ſepeliebāt ipſi quoq; moriebantur,imperfectas pariter relinquentes ſepulturas. Incipiente itaq; peſtifero languore eos ab hora matutina perimere,vſq; ad horam prandij conſumpta ſunt milia octoginta. Extenditq; angelus manum ſuam ad Hieroſolymam,vt etiam illic peſtem languoris inferret. Rex autem ſacco amictus ſedebat in terra,rogans deum & ſupplicans vt morientium leuigaretur interitus. Tunc rex reſpiciens in aerem,& videns angelum euaginato gladio in Hieroſolymam properantem clamauit ad dominum dicens: iuſtum eſſe vt ipſe puniretur qui paſtor erat; & greges qui nihil deliquerant ſeruarentur: & in ſe poſcebat iram dei conuerti,& in generationem propriā peruenire ſupplicium,vt innoxio populo parceretur. Exaudiens vero deus eius preces,ceſſare fecit interitum: & mitens Gad prophetam præcepit vt ad aream Iebuzæi Orpham repente conſcenderet,ædificans illic altare vt hoſtias immolaret. Audiens hoc Dauid,non ceſſauit,ſed mox in locum vbi præceptū ei fuerat properauit. Orpham vero terebat frumentum. Cumq; vidiſſet regem & omnes eius pueros venientes,cucurrit ad eum,& adorauit. Erat enim genere Iebuzæus, Dauid autem præcipuus amicus: & propterea ei nihil mali fecit: quando ciuitatem (ſicut prædiximus) deuaſtauit. Cumq; Orpham interrogaret,cur dominus veniſſet ad famulum ſuum,dixit,vt aream compararet ab eo: quatenus altare in ea conſtituens,deo hoſtias exiberet. Qui & aream dixit,& aratra,& boues ſe ad holocauſta præbiturum,& deum oraturum,vt ſacrificium hoc grate ſuſciperet. Rex autem eius quidem ſimplicitatem & magnanimitatem diligere ſe profeſſus eſt,munusq; ſuſcipere: precium vero eum rerum omnium accipere poſtulabat,dicens non eſſe iuſtum,gratis ſacrificia celebrari. Dicente vero Orpham,vt quod vellet,efficeret,quinquaginta aream ſiclis ab eo comparauit: & ædificato altari ſacrificia fecit,& holocauſta celebrauit,& hoſtias pacificas immolauit,quibus placauit deum: & denuo propitius eſt effectus, In illo ſiquidem loco aliquando contigerat Abraham offerre filium ſuum Iſaac,quando cum iam paratus eſſet occidere filium,& in holocauſtum exhibere,ex improuiſo aries apparuit,& alta re circunſtitit,quem Abraham pro filio,ſicut prædiximus,immolauit. Videns autem rex Dauid orationem ſuam exauditam à deo,& ſacrificium grate ſuſceptum,decreuit,vt ille locus Area totius populi vocaretur,quam vocem nimirum oportune iam tunc pro templo illic deo ædificando prompſit. Deus enim miſit ad eum prophetam,& dixit, templum illic eius filium eſſe facturum, qui eſſet ei ſucceſſurus in regnum.

Quidam codices Ornan, alii Orphni, biblia Arcunah habent

De paratis impenſis pro templo dei. Cap. XIIII.

POst hanc itaque prophetiam iussit rex dinumerari colonos: & inuenti sunt centum & octoginta milia. Ex his instituit lapidum cæsores, octoginta milia. Aliam vero multitudinem vt lapides veherēt, deputauit: ex quibus tria milia quingentos laborantibus præposuit. Præparauit autem multum ferrum, & æs ad opera, & ligna cedrina valde procera, Tyrijs hæc mittētibus, & Sidonijs: quibus mandauerat, vt ei hanc materiem ministrarēt. Amicis vero suis dicebat, hæc se tunc agere, vt regnaturo post se filio præparatam materiem ad opus fabricæ derelinqueret: & non tunc, cum esset nouus, & inexpertus propter ætatem, circa talia laboraret: sed habens hæc præparata, citius opus impleret. Vocans autē filium Salomonem, præcepit ei, vt succedēs in regnum, templum ædificaret deo, dicens: quia eum volentem hoc facere prohibuisset deus, bellis & humano sanguine sordidatum: & prædixisset, quia Salomon iunior filius eius ædificaret templum: & quia vt hoc nomine vocaretur, non ipse tanquàm pater prospexisset, sed deus: & promisisset prouinciam Hebræorum eius tempore fore felicem, & non solum in alijs bonis & pace: quod est omnium valde præcipuum: sed & bellorum atque seditionum intestinarum futuram maximam libertatem. Tu igitur, inquit, quando & ante natiuitatem à deo rex fore monstratus es, enitere etiam in alijs eius prouidentiæ dignus esse, & pius existere, simul & iustus & fortis: mandata quoque eius, & leges, quas nobis per Mosen tradidit, & tu conserua, & alios nequaquàm præuaricari permittas. Templum autē quod te regnante ipse sibi præcepit fieri, deo reddere festinato: non paueſcas magnitudinem operis, nec labore terrearis: cuncta nanque tibi ante meum obitum præparabo. Scito siquidem auri talenta iam collecta decem milia, argenti vero centum milia talentorum, ferri vero & æris pōdus, quod & numerum posset excedere, præparaui lignorum & lapidum maximam copiam. Habes autem insuper hæc & qui lapides possint cædere & fabricas instruere, multa milia virorum: & si quid his defuerit, adijcere non moreris. Esto igitur optimus gubernator, deum habendo patronum. Præcepit autem & principibus populi, quos fabricare præceperat, filium adiuuare: & bonis omnibus abundantes, circa dei vacare religionem, dicens, pro his fruituros pace simul & quiete, quę deus iustis & pijs omnibus consuetus est recompensare. Ædificato siquidem templo, arcam eum præcepit illic & sancta vasa recondere, dicens: quod ante multum tempus, hoc templum habere debuerant, nisi patres nostri deo inobedientes fuissent: cum deus vtique sibi templum, postquam hanc terram obtinuerāt, ædificari præceperit. Hæc itaque ad principes suos Dauid & ad filium suum est locutus.

De Abisac Dauidi iuncta, & Salomone rege instituto & inuncto, paratisq; impensis ad structuram templi. Cap. XV.

3. reg. 1

ET cum iā esset senex, & corpore frigidus, ita vt propter ętatē sic algeret, vt neq; multis pallijs coperta calefieri posset: cōgregati medici, & consiliū faciētes, tractauerūt vt ex omni regione speciosa virgo eligeretur, quæ cū eo dormiret: hoc ei cōtra frigus fore remediū, vt eum puella virgo foueret. Ad quam rem vna adolescētula in ciuitate reperta est, quę mulieres pulchritudine sua cunctas excelleret, nomine Abisac: quę dormiens solummodo cū rege, calefaciebat eum. Rex autem ad rem Veneream, quæ iam senectute defecerat, & ad coitum mulieris nō valebat. Quartus igitur filius Dauid, iuuenis speciosus atq; procer⁹, ex muliere Agith ei natus, nomine Adonias, qui post Absalō fuerat procreatus, habens regnādi superbiam, dicebat amicis, quia ipsum oporteret in regnū succedere: fecitq; sibi currus multos, & equites, & quinquaginta viros sibi pręcursores instituit. Quę cum videret pater, non corripuit eum, neq; impetū voluntatis eius prohibuit, donec cognosceret, pro qua causa talia cogitaret. Habuit autem Adonias huius rei cooperatores, principē militię Ioab, & Abiathar sacerdotē, cui solummodo resistebat Sadoch sacerdos, & propheta Nathā, & Banaias qui supra corporis custodes fuerat, & Semeias amic⁹ Dauid, & omnes viri fortissimi. Cūq;

pręparaſſet Adonias cœnam extra ciuitatē circa fontem, qui erat in horto regali, & omnes fratres præter Salomonem vocaſſet, nec non & principem militię Ioab, & Abiathar, & principes tribus Iuda: Sadoch tantummodo ſacerdotē, & Nathan prophetam, & Banaiam, & omnes diuerſæ voluntatis ad conuiuium non vocauit. Hoc autem matri Salomonis Bethſabee Nathan propheta nunciauit, dicens: Adonias rex eſt, & Dauid hoc ignorat: deditq; ei conſilium, vt ſaluaret ſe, & filium ſuum Salomonem: & ingreſſa ad Dauid ſola, diceret ei, quia ipſe quidem iuraſſet, poſt ſe regnaturum fore Salomonem, & quia Adonias iam teneret imperium. Qua regi loquente, propheta ſe aſſeruit ingreſſurum, & eius verba ſuo teſtimonio confirmaturum. Credens autem his prophetæ verbis Bethſabee introiuit ad regem: & cum ſolenniter adoraſſet, ſilentio petito, omnia ei ſicut propheta monuerat explicauit conuiuium Adoniæ, & vocatos ab eo Abiathar ſacerdotem, & Ioab principem militiæ, & eius filios abſque Salomone, & neceſſarios eius amicos vocatos inſinuans: dicebatq;, quia omnis populus ſuſtineret, quem rex ordinare vellet: rogans, vt haberet in animo, quia poſt mortem eius ille regnans, eam & eius filium vnà perimeret. Cumque adhuc loqueretur cum rege mulier, nunciauerunt ei, quia propheta Nathan eum videre vellet. Rege iubente, vt veniret, ingreſſus Nathan interrogauit, ſi ea die regem feciſſet Adoniam, & ei principatum populi tradidiſſet, dicens eum ſplendidum valde feciſſe conuiuium: & omnes regis filios præter Salomonem, ibidem inuitaſſe, & principem militiæ Ioab: qui cum plauſu nimio epulantes & luſu, æternum eius optabant efficere principatum: adijciens, neque me, inquit, neque ſacerdotem Sadoch vocauit, nec Banaiam, qui ſupra corporis cuſtodes erat poſitus: & iuſtum eſſe, vt omnes agnoſcerēt, ſi eius factum fuerit voluntate. Hæc dicēte Nathan. præcepit rex vocari Bethſabee: paululum nanque è cubiculo diſceſſerat, ingrediente propheta. Cumq; veniſſet mulier, rex ad eam: Iuro, inquit, tibi per deum noſtrum excelſum, filium tuum Salomonem eſſe regnaturum, ſicut & primitus iam iuraui: & hunc ſuper ſolium meum fore ſeſſurum, & hoc hodie celebrādum. Cumq; mulier adoraſſet eum, & longęuam eius optaſſet vitam, Sadoch ſacerdotem & Banaiam vocari pręcepit. Quibus venientibus, iuſſit, vt ſumpto Nathan propheta, & armatis qui circa aulam regiam reſidebant, imponentes eius filium Salomonem in iumento regio, foras ciuitatem ducerent ad fontem, qui dicitur Gion: & vngentes oleo ſancto, eum conſtituerent regem: & hoc Sadoch ſacerdotem, & Nathan prophetam celebrare præcepit: ſequentesq; per mediam ciuitatem, tuba canerent: clamantes, in æternum viuere regem Salomonem: & ſedere in regio ſolio cōſtituerent, vt agnoſceret omnis populus, quod ei traditum à patre fuerit imperium. Salomoni vero mandauit de regno, vt pie & iuſte circa Hebræā gentem & tribum Iuda conuiueret. Cumq; Banaias optaſſet, vt eſſet deus Salomoni propitius, repente & inſigniter, & nullam habentes moram, impoſuerunt Salomonem in regiam mulam: educentesq; eum extra vrbem ad fontem, & oleo eum vngentes, introduxerunt eum rurſus in ciuitatem, fauentes, & regnum eius longæuū fieri deprecantes: deinde venientes ad domū regiā, ſedere fecerunt eum in ſolio regis. Tunc omnis populus mox conuerſus ad epulas & magnam feſtiuitatem, lætatus in calamis alijsq; muſicis organis, delectabatur exultans: ita vt diuerſitate organorū, & melodia muſica omnis terra & aer reſonaret. Cumq; ſenſiſſent clamorē Adonias & qui cum eo erant in conuiuijs, turbati ſunt: dicebatq; Ioab, non ſibi placere ſonum tubæ quam audiebat. Dumq; cunctis in conuiuio conſtitutis, nullus guſtaret cibum, ſed omnes diuerſis cogitationib⁹ inhærerent, cucurrit ad eos ſacerdotis Abiathar puer, nomine Ionathas. Cumque vidiſſet Adonias iuuenem, & dixiſſet boni eum nuncij fore portatorem, ille eis pādit vniuerſa de Salomone, & voluntatem regis Dauid aperuit. Exiliens igitur mox è cōuiuio Adonias, & omnes qui vocati fuerant, ſinguli fugerunt. Metuens autem Adonias regem pro his quæ fuerant geſta, ſupplex factus eſt ei.

Et dum cornu altaris teneret, hoc feciſſe nunciatum eſt Salomoni, & quia roga ret, vt ab eo acciperet iuſiurandum, quia non haberet rex circa eum huius facti memoriam, nec mali aliquid ſuſtineret: ille vero manſuete miſit, temperanterq; agẽs, ab illo quidem delicto eum dimiſit illæſum, dicens: quod ſi conaretur aliquid denuo nouitatis afferre, ipſe ſuæ punitionis autor exiſteret. Et mittens iure iurando prẽbito, euocauit eum. Qui dum veniſſet, & adoraſſet, iuſſit eum ad domum propriã remeare, nihil de cætero metuentem: vt tamen bonum ſe pro ſua vtilitate maxime exhiberet, admonuit. Volẽs autem Dauid oſtendere totius populi regem ſe filium effeciſſe, conuocauit principes vniuerſos in Hieroſolymam, & ſacerdotes & Leuitas: & dinumerans populum, inuenit ab anno triceſimovſq; in quinquageſimum exiſtentes, triginta octo milia: ex quibus inſtituit curatores fabricæ templi, vigintitria milia: ianitores autem domus dei quatuor milia: iudices autem populi & ſcribas eorum, ſex milia: & totidem qui hymnos dicerẽt deo, cantantes in organis quæ Dauid ſicut prædiximus inſtituit. Diuiſit etiã eos per generationes, & ſegregans à tribu ſacerdotes, inuenit eorum generationes viginti quatuor: de domo quidẽ Eleazar ſedecim, & de Ithamar octo: & præcepit eis vt vnaquæq; generatio miniſtraret deo per dies octo à ſabbato vſq; ad ſabbatũ: & ita omnium generationes ſortem acciperent, præſente Dauid & Sadoch & Abiathar ſacerdotibus, & principibus vniuerſis. Et prima quidem generatio cõſcendens ſcripta eſt prima, & ſecunda pariter & tertia, & conſequenter vſque ad vigeſimam quartam: & diuiſio hæc permanſit vſque in præſentem diem. Fecit autem & de tribu Leuitarum partes viginti & quatuor, & ſortiti eodem modo cõſcenderunt: vtq; ſecũdum modum ſacerdotũ, octo diebus ipſi quoq; miniſtrarẽt, inſtituit. Eos vero qui erant de germine Moſi, eminentius honorauit. Fecit autem eos cuſtodes theſaurorum dei, atque vaſorum quæ reges deo dicare cõtingeret: iuſſitq; omnibus de tribu Leui ſimul & ſacerdotibus, vt die noctuq; deo ſeruirent, ſicut eis præceperat Moſes. Poſt hæc autem omnem diuiſit exercitum in cohortes duodecim cum ducibus ſuis & centenarijs & tribunis. Habebat vero vnaquæq; cohors vigintiquatuor milia virorum, quos obſeruare præcepit per tricenos dies à prima hora vſq; ad nouiſſimam Salomonem regem cum millenarijs & centenarijs. Conſtituit autem iudicem vniuſcuiuſq; cohortis, quem bonum iudicauit & iuſtum, & tutores theſaurorũ, & vitium, & agrorum, aliosq; iumentorũ, quorum nomina non credidi neceſſarium reminiſci. Cumq; hæc ſingula prædicto modo diſtribuiſſet, conuocans in eccleſiam iudices Hebræorum, & principes tribuum, & duces cohortum, & qui in vnoquoque actu aut ſuper poſſeſſionẽ regiam fuerant conſtituti, & ſtans in excelſiori ſolio rex ait: Fratres noſſe vos volo, quomodo templũ deo ædificare deliberans, aurum multũ præparaui, pariter & argentum, centum milia talentorum. Deus autem prohibuit me per Nathan prophetam propter bella quæ pro vobis geſſi, ex inimicorum cædibus pollutam habẽtem dexteram, ei templum ædificare: ſed filium mihi ſucceſſurum in regno, hoc implere præcepit. Nũcio itaq;, quoniam dũ pater noſter Iacob duodecim filios habuiſſet, noſtis Iudã fuiſſe regẽ, & meipſum cũ ſex fratres haberẽ, prẽpoſitũ & à deo recepiſſe regnũ, & nullum fratrũ meorum grauiter hoc tuliſſe: & ego depoſco meos filios, vt non in alterutros ſeditiones exerceant, Salomone regnũ ſuſcipiente: ſed agnoſcentes, quod deus eum elegit, ferant eum libenter vt dominum. Non enim grauis debet eſſe dei voluntas, quando non extraneo ſeruiunt: ſed magis lætentur in fratrem honorem imperij poſſidentem, eiq; vnà participãtes. Oro itaque, vt promiſſiones dei perducantur ad finem, & felicitas in cuncta prouincia ſeminetur: omniq; tempore teneatur, ſicut eam ſub rege. Salomone eſt ipſe pollicitus præbiturum. Erunt autem hæc firma, & terminum bonum habitura, ſi pium ac iuſtum, & cuſtodem paternarum legum temetipſum ò fili præbueris. Sin vero has non cuſtodieris, mala te ſcito eſſe paſſurum. Rex autem dum hæc compleſſet verba, ceſſauit. Deſcriptionem vero & conſtitutionem ædificij templi

templi omnibus videntibus Salomoni tradidit,quemadmodum fundamẽta domus & ſuperiora eius,& quanta vel qualis latitudo & altitudo fieret,nec nõ & quanta vaſa aurea vel argentea, quorum pondus ipſe decreuit : monuitq; eum etiam ſuis ſermonibus, vt omni inſtantia operi immineret,vtq; principes & Leuitarum tribus cum eo pariter laborarent propter eius ætatem:& quia eum deus delegerit,qui & fabricæ templi,& præſul eſſet imperij,facile illis & nõ valde laborioſum ædificium fore dicebat:cum ipſe multa auri talenta,plurima vero argẽti,& ligna,& fabrorum multitudinem & lapides cædentium præparaſſet:necnõ & ſmaragdos,& alios lapides precioſos:ſed & tunc oblationis primitias faciẽs, alia tria milia talentorum auri puriſſimi ſe præbiturum eſſe dicebat,ad adytum & ad currum dei faciendum,de quo & Cherubim eſſent,ſub quibus conſtituerẽt arcam.Cumq; tacuiſſet Dauid,principibus & ſacerdotibus atque Leuitis multũ ſtudium oblationis habentibus,& promiſſiones claras & magnificas exhibentibus,quę etiam ſunt impletæ ab eis:oblata auri quidem talenta quinq; milia, & ſtateres decem milia,argenti vero talenta decem milia,ferri autem talenta multa milia.Sed & quicunq; precioſos lapides habuit,obtulit,& inter theſauros tradidit conſeruandos,quorum agebat curam pronepos Moſi Iabis.In his itaq; omnis populus exultabat. Sed & Dauid videns ſtudium & munificentiam procerum ac ſacerdotum & ſimul vniuerſorum,deum benedicebat magna voce,patrẽ eum & genitorem omnium eſſe proclamans,ſed & opificem rerum humanarum & diuinarum,& quibus eum ipſe præpoſuiſſet pręſulem, ſimul & curatorem feciſſet generis Hebręorum, & felicitatis eorum,quorum ei prębuerat principatũ. Inrer hæc autem orans,& omni populo bona ſemper exoptans ,& Salomoni filio mentem ſanam & iuſtam,& in cunctis partibus virtutem & incolumitatem, iuſſit vt etiã populus benediceret deum. Illi vero proſtrati in terram,adorauerũt:egeruntq; gratias Dauid pro omnibus quæ eo regnante potiti ſunt.Alterave ro die deo hoſtias celebrauit.vitulos mille,& totidem arietes , & agnos mille, quos in holocauſtis obtulerunt:ſacrificaueruntq; pariter & pacificas,multa milia ouium occidentes:& tota die rex feſtiuitatem habuit cum omni populo. Sed & Salomonem ſecundo vnxerunt oleo,regemq; fecerunt,& Sadoch pontificem vniuerſæ plebis,deducentes ad regalia Salomonem,& fecerũt ſedere in ſolio patris.Ab illo nanq; tempore ei cunctus populus ſeruiebat.

Dauid moriturus inſtruit Salomonem. Caput XVI

POſt paululum vero tempus Dauid ægritudine & ſenectute confectus,ſciẽs ſe moriturum,vocauit Salomonem filium,& hęc ei locutus eſt: Ego quidẽ ò fili iam ad vniuerſorum debitum ad patres procedo meos, commune gradiens iter omnium qui nunc ſunt,quiq; futuri ſunt:illuc pergens, vnde non licet vlterius remeare,& quæ in hac vita geruntur agnoſcere. Quapropter viuens adhuc,& iuxta mortem conſtitutus,ea te moneo,quę dudum dixi ſuadẽs,vt ſis quidem iuſtus circa ſubiectos,pius autem circa deum , qui tibi dedit imperium:atq; mandata ſerues,& leges,quas ad nos per Moſen ipſe tranſmiſit:& neque gratia, neq; inimicitijs,neq;concupiſcentia,neq; alia paſſione conſtrictus,has forte cõtemnas.Dei nãque fauorem amittes,ſi legis præuaricator fueris:& è diuerſo prouidẽtiam eius in te conuertes,ſi talis fueris qualem eſſe decet rectorem imperij. Sed ego etiã deum exoro,vt genus noſtrum,regnum tempore vniuerſo poſſideat nec altera domus Hebræorũ habeat principatum,ſed vt noſipſi per ſecula æterna regnemus.Eſto aũt memor iniquitatis Ioab,qui per zelum occidit duos militiæ principes iuſtos & bonos,Abner filium Ner,& Amaſam filiũ Iethra.Quorum mortem,vt fuerit viſum tibi,vlciſcere:quoniam potior me atque potentior exiſtens Ioab,pœnam hactenus declinauit. Commendo autẽ tibi & filios Berſellei Galaaditis,quos in omni honore & prouidentia conſeruabis , hoc munus præſtando mihi. Non enim eis initium benefaciendi conferrimus, ſed ea potius recompenſamus:quia pater eorum mihi in fugæ tempore miniſtrauit.Sed &Ge- 3.Reg.2

ræ filiũ

ræ filium Semei de tribu Beniamin,qui multũ mihi in fuga poũto blaſphemauit proficiſcenti,& poſtea remeanti occurrit ad fluuium Iordanis: & fidem accepit,quod nihil mali tunc pateretur:nunc cauſam rationabilem requirens, in eũ decenter vlciſcere. Dumque filium hæc monuiſſet,de omnibus rebus & amicis, & de his quos nouerat pœna dignos,defunct9 eſt:cũ vixiſſet annis ſeptuaginta. Ex quibus regnauit ſeptem annis in Hebron ſuper tribum Iuda, & menſes ſex: in Hieroſolymis autem regnauit ſuper prouinciam vniuerſam,annis triginta tribus. Hic enim fuit vir optimus,& omni virtute plenus,quã eſſe oportet in regibus,quibus tantarum gentium cõmittitur ſalus: fortis,qualis non fuit alius. Nã in certaminibus quę propter ſubiectos habuit,primus ad pericula properabat: laborare & pugnare milites inuitans ipſe operando potius,nõ ſicut dominus imperando: ad intelligendum & conſiderandum de futuris & diſpenſatione præſentiũ nimis idoneus,caſtus,manſuetus,benign9 circa eos qui in calamitatibus erãt: iuſtus,& nimis humanus. In his autem quę regibus præcipue conueniunt,in nullo penitus niſi circa vxorẽ Vriæ,magnitudine poteſtatis deliquit. Reliquit autẽ & diuitias,quantas nullus alius regum,neq; Hebręorum,neq; gentiũ aliarũ. Sepeliuit autem eũ filius eius Salomon in Hieroſolymis,decenter nimis,& alijs rebus quæ ſolent circa exequias regias miniſtrari,& multas diuitias cum eo recondidit. Quarum magnitudinem ex his quę dictur9 ſum,poterit quilibet agnoſcere. Poſt tempus enim annorum mille & trecentorum Hyrcanus Pontifex,dũ ciuitas obſideretur ab Antiocho rege,qui Pius cognominatus eſt,filio Demetrij, volẽs ei dare pecunias,vt ab obſeſſione recederet,& exercitum ſuum auferret,nõ habens vnde hoc adimpleret,aperuit vnũ loculum ſepulchrorũ Dauid,& ſublatis exinde tribus milibus talẽtorũ,partem dedit Antiocho, & ita anxietatem ob ſeſſionis amouit: ſicut etiã in alijs indicabimus. Poſt hæc autem multo annorum tẽpore iam tranſacto,rurſus Herodes rex alium loculũ aperiens, plurimas exinde pecunias tulit. Nullus autem aliorum loculos regum inuenit. Erant enim ſub terra mechanico modo reconditi, vt ingredientibus in monumentum,nullatenus poſſent eſſe manifeſti. Sed de his quidem hæc nos indicaſſe ſufficiat.

Ætas Dauid & laus

De theſauris in ſepulchro Dauid reconditis

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER OCTAVVS.

Quomodo Salomon ſumpſit de ſeditioſis ſupplicium pro robore regni. Cap. I

DAVID ITAQVE REGIS virtutem,quantorumque bonorum autem extiterit contribulibus ſuis, quantaque bella pugnasque geſſerit,& longæuus ſit mortuus,in præcedenti declarauimus libro. Salomone vero eius filio ad huc ætate iuuenculo, ſuſcipiente regnum, quem adhuc viuens pater dominum populi vniuerſi voluntate dei conſtituit, ſedente eo videlicet in ſolio patris, omnis equidem populus ſolẽniter fauit,vt aſſolet in regis initio,quatenus eius res optime gererentur,& vſq; ad ſenectutem feliciter permaneret in regno. Adonias autem,qui eius etiam patre adhuc viuẽte, tentauerat regni culmen inuadere,ingreſſus ad regis matrem Bethſabee,eaq; humiliter ſalutata,requiſitus ab ea,vt ſi pro aliqua petitione veniſſet,ediceret,pro mittẽte ſe grata voluntati cõferre,ita loquutus eſt: Noſti quidem & propter ętatem & populi voluntatẽ,regnum fuiſſe meũ: ſed decreto dei ad Salomonẽ tuum filium perueniſſe: me tamen amplecti profiteor, & grate ſeruire ei, & libenter agere quę iuſta ſunt. His dictis,pariter poſtulauit, vt apud filium ſuum eiusque fratrem

fratrem intercederet,eiq; ſuaderet,dari ſibi Abiſag,quæ eius cum patre dormierat,vxorem:dicens quia præ ſenectute eam pater non agnouiſſet, ſed adhuc virgo perſiſteret. Bethſabeæ vero & miniſtraturam ſe in hoc negocio ſtudioſe promiſit,& nuptias promereri propterutrunq;,quia & rex ei vellet aliqua præſtare, & illa pro eo prona volũtate depoſceret. Adonias aũt ſpe nuptiarum lætus, abſceſſit. Salomonis aũt mater repẽte perrexit ad filium,loquutura de quibus Adoniæ ſupplicanti promiſerat. Et occurrente ſibi filio,eamq; cõplectente,quũ deduxiſſet eam ad locum vbi ſolium erat regium conſtitutum,rex aliud ſolium à dextris matri iuſſit apponi. Quumq; ſediſſet Bethſabee: Vnũ,inquit,ò fili munus mihi petenti concede,& nec velis quaſi difficile denegare,triſtemq; deſerere. Cui Salomon,vt imperaret,quod vellet,ait quia ſanctum eſſet matri cuncta præbere:culpabat tamen petitionis eius initium:quia tanquam non habens firmiſſimã ſpem adeptionis,huiuſmodi verba proferret,& adhuc vticquam ſibi negari metueret. Tũc illa rogabat,vt virginem Abiſag Adoniæ fratri daret vxorem. Hoc verbum rex iracunde ſuſcipiens,dimiſit quidem matrem,dicens:quoniam Adonias cauſas nimis eminentes appeteret:& mirari ſe, quomodo non poſceret etiã regnum,quæ quaſi ſeniori Abiſag dandam rogaret vxorem,qui potentes haberet amicos,Ioab principem militiæ,& Abiathar ſacerdotem. Mittens autẽ Banaiam,qui erat ſuper corporis cuſtodes,fratrem Adoniam præcepit occidi. Vocans autem & Abiathar ſacerdotẽ,dixit ei:Dignum quidem mori hoc te liberat, quia & cum patre meo ſæpius laboraſti,& arcam cum eo in hanc regionem vexiſti:hoc autem tibi propono ſuppl icium,eo quod fueris cum Adonia iunctus,eiq; conſenſeris,vt neque hic moreris,neq; ad faciem meam ingrediaris:ſed pergens ad patriam tuam,in agros degas:& hanc conuerſationem dum viuis,exerceas: quoniam peccaſti,& non eſt iuſtum,te habere ſacerdotium. Sic igitur domus Ithamar ſacerdotij honore priuata eſt,propter prædictam cauſam ſicut Samuel Eli prædixerat,tranſiuitq; ad genus Phinees,id eſt,ad Sadoch. Degenere vero Phinees,tempore quo ad domum Ithamar ſacerdotium tranſmigrauit,Eli primo Pontificatum accipiente, iſti deſcendiſſe noſcuntur, qui ſacerdotio ſunt priuati: Vochar filius Ioſeph ſummi ſacerdotis,huius autem filius Ionathan,Ionathan autem Mareoth,Mareoth Aſophi,Aſophi autem Achitobi, Achitobi autem Sadoch,qui prim⁹ ſub Dauid rege ſacerdos eſt factus. Ioab igitur princeps militię peremptum audiens Adoniam,valde perterritus eſt. Erat enim eius amicus potius quàm Salomonis regis: & hoc periculum propter illius fauorem nõ irrationabiliter ſuſpicatus,fugit ad altare,credens ſibi cautelã religionis interuẽtu ob pietatem regiam profuturam. Quod dum fuiſſet regi nunciatum,mittens Banaiam,eum iuſſit adduci,vt in eius iudicio ſatisfaceret. Ioab autem ait,nõ ſe relicturũ ſacrarium,ſed ibi potius quàm in loco alio moriturum. Quod dum Banaias renunciaſſet legi,præcepit Salomon,ibi ſicut vellet,caput eius abſcindi: & hanc eum recipere pœnam pro duobus militiæ principibus,quos indecenter occiderat,& eius cadauer ſepeliri:vt peccata quę geſſit,eius nunquã deſererent genus:& à Ioab morte ipſe,eiusq; pater eſſet innoxi⁹. Quod dum feciſſet Banaias, ipſe princeps militiæ totius exercitus conſtitutus eſt. Sadoch autem ſolum fecit rex ſacerdotem in locum Abiathar,quem remouit. Semeivero præcepit,vt domum ſibi ædificaret in Hieroſolymis,ibiq; maneret,& torrentem Cedron tranſgredi non auderet:quod ſi tranſcenderet,vltionem mortis incurreret:ſuper hanc autem comminationem iuriſiurandi eum religione conſtrinxit. Semei autem hoc præcepto Salamonis gaudere ſe dicens, atque ſeruare,inſuper adijciens iuſiurandum, relicta patria in Hieroſolymis habitauit. Tranſactis autem annis tribus,audiens duos ſeruos,qui ei fugerant,in Geth commorari, perrexit vt eos quæreret. Quo cũ eis reuertente,cognoſcens rex,quia & mandatũ eius & iuſiurãdum ſpreuiſſet,grauiter hoc tulit:eoq; vocato: Tu,inquit,iuraſti,nõ te me eſſe relicturũ,

Adoniaſ ſibi Abiſag petit vxorem

Adonias occiditur

Ioab occidi tur in templo

relicturum,neque ab hac ciuitate ad aliam aliquatenus egressurum. Non ergo iurisiurandi effugies vltionem:sed etiã pro quibus patrem meum fugientem iniurijs affeciſti,dabis nunc pœnas:vt cognoſcas,quia nihil lucrantur, qui non repente pro ſua iniuſticia puniũtur,ſed omni tempore quo ſe putãt nihil paſſuros, ſine timore conſiſtere,creſcit eorũ pœna,& cauſa maior efficitur: quia peccaſſe noſcuntur. Tunc Banaias iuſſu regis Semei interemit.

De Salomonis vxore,ſapientia,& iudicio primo inter meretrices prudentiſſimo. Caput II

3.Reg.3 Salomõ filiam Pharaonis duxit uxorem

QVmq; Salomon iam regnum haberet firmum, punitis omnibus inimicis, duxit vxorẽ filiam Pharaonis regis Ægyptiorum:& ædificatis muris Hierosolymorum,multo potioribus atque munitioribus quàm primitus exiſtebant,de cætero maxima pace gubernabat imperium,in nullo per iuuentutem circa iuſticiam legumq; cuſtodiam,aut paternorum memoriam mãdatorum minor exiſtens:ſed cuncta quæcunq; ætate prouecti ſapientiaq; perfecti faciunt, cum integritate præcipua celebrabat:placuitq; ei,vt veniens in Hebrõ,in altari æreo quod fecerat Moſes,ſacrificaret deo. Tunc itaque mille oues obtulit in holocauſtum. Quod dum feciſſet,præcipue viſus eſt placare deum, apparuitq; illi ea nocte per ſomnium,præcipiens,vt quædam ſibi pro cultu pietatis peteret dona conferri. Salomon autem optima & eximia poſtulauit:quæ & deus grate præberet, & homo vtiliter perciperet. Non igitur aurum,nõ argentum,non alias diuitias, vt homo & iuuenis,ſibi dari deprecatus eſt:hæc enim apud multos ſola putãtur magna & dei dona præcipua eſſe:ſed da mihi,inquit,mentem ſanam, & prudentiam bonam,vt circa populum iuſtum poſſim verumq; proferre iudicium. His petitionibus placata eſt diuinitas: & etiam alia cuncta quorum memoriam prece non fecerat, dare ſe dixit,id eſt diuitias & gloriam, & de inimicis victoriam, & præ omnibus intellectum & ſapientiam,qualem nullus alter hominum habuit, nec regum,nec priuatorum:ſeruaturumq; ſe etiam nepotibus eius imperium multo tempore promiſit,ſi iuſte viueret,& ei obediret,patrisq; ſui in optimis actionibus imitator exiſteret. Hæc Salomon audiens dicta à domino,repente exiluit à ſomno,& adorans eum,ad Hieroſolymam remeauit,& ante tabernaculum ſacrificijs celebratis,epulas vniuerſis exhibuit. His itaque diebus iudicium apud eum deductum eſt,cuius terminum erat inuenire difficile. Cauſam vero vnde lis prouenerat,neceſſarium iudicaui referre:vt legentibus & iurgij nota ſit difficultas:& ſi tale aliquid emerſerit,quaſi ex imagine regij decreti,cito poſſint huiuſmodi proferre ſententiam. Duæ ad eum mulieres ſocia conuerſatione venerũt: quarum vna quę læſa videbatur, prima cœpit hæc verba proferre: Habitabamus,inquit ò rex,ego & hæc in vna domo:contigit autem ambabus, vt vna die eademq; hora pareremus: Tranſacta iam tertia die,dormiens hæc,ſuper ſuum filium incubuit,& eum violenter occidit:tollensq; meum,ad ſe contulit, & mortuum in vlnas meas dormientis appoſuit. Mane facto,dum vbera porrigerem meo filio,meum quidem non reperi,huius autem mortuum adiacere mihi cognoui,& miſera certius hoc turbataq; conſiderans,factum ſcelus aſpexi. Vnde repetens meum filium & non recipiens, ad tuum domine remedium confugi. Dum enim ſolæ ſimus,& nullum qui nos arguat metuamus,contemnens hæc denegare perſiſtit. His dictis,requiſiuit rex,quid allegare vellet & altera. Quã negante quod hoc feciſſet,& dicente ſuum viuere filium,& aduerſariæ ſuæ fuiſſe defunctum,quũ nullus poſſet huius rei inuenire iudiciũ:ſed in eius diſcretione omniũ mens hæreret,ſolius rex huius rei quæſtionẽ inopinabiliter ſoluit. Iuſſit deferri & viuum & mortuum infantem,vocauitq; quendam armigerum, præcipiẽs vt euaginato gladio ambo diuiderentur infantes:vt vtraq; medietatem, & eius qui mortuus fuerat,& qui viuebat,acciperet. In hoc autem iudicio omnis quidẽ populus ignorans ſententiam,deridebat,quaſi ab aduleſcente rege prolatam. Inter hęc autem,vera matre proclamante ne hoc fieret, ſed potius vt infantu-

lus ſociæ traderetur,ſibi ſufficere,vt tantum viueret,eumq; videret,licet alterius eſſe videretur:cum è diuerſo altera præparata eſſet vt diuiſum videret infantem, inſuper veram matrem tormentis affici poſtularet:cognoſcens rex vtriuſque voces de vero corde prolatas,reclamanti quidem ne perimeretur infantulus,iuſſit filium redonari,veram matrem eam eſſe cognoſcens:alterius vero malitiam accuſauit,quæ necato proprio filio,etiam ſuæ amicæ natum videre cupiebat extinctum. Hoc itaque magnum exemplum,& prꝯcipuum ſapientiꝯ & prudẽtiæ eius indicium populus credidit vniuerſus:& ex illo tanquam diuinum habentem ſenſum,omnes ſuſpiciebant. Iſti ſiquidem principes militiæ & duces erant ei in omni prouincia. In tribu quidem Ephraim. Vri:In regione autem Bethlehem erat Dochis:Dorẽſem autem & maritimorum regionem Abinadas habuit ſub poteſtate ſua,duxitq; filiam Salomonis vxorem. Campus autem maximus erat ſub Banaia filio Bachi,cui adiecta terra eſt ad Iordanem vſque protenſa. Galaaditidem vero & Gaulanitem vſque ad Libanum montem,centum & ſexaginta ciuitates maximas atque munitas habens ſub ſe Gabiar, gubernabat eas. Achinadab autem totius Galileæ vſque ad Sidonem curam habebat,& ipſe habens vxorem filiam Salomonis nomine Baſima. Maritima vero quæ circa Arcen ciuitatem poſita ſunt,habuit Banach: Sabach autem montem Taurum, & Carmelum,& inferiorem Galilæam. Regionem autem vſque ad Iordanem fluuium cõſtitutam,Baſan diſponebat. Semei autem ſors Beniamitidis erat iniuncta. Gaber autem habuit regionem poſitam trãs Iordanem,& ſuper omnes hos vnus erat poſitus princeps. Mirabile itaque incrementum habuit & populꝰ Hebræorum & tribus Iuda,conuerſi ad terrꝯ culturam. Nam pace potiti,& ad bella tumultusq; vlterius non abſtracti,inſuper & deſideratam libertatem adepti, intemperantes erant circa ſubſtantias congregandas,& eas ſemper potius extẽdendas. Erant autem regi & alij duces, qui Syrorum terras & alienigenarum à fluuio Euphrate diſtentas vſque ad Ægyptum gubernabant, tributa colligẽtes ex eis gentibus. Inferebant & eius menſæ quotidianæ ad regale conuiuium ſimilæ coros triginta,farinæ ſexaginta, boues ſaginatos decem,& de paſcuis viginti,agnos ſaginatos centum. Hæc omnia prꝯter illa quꝯ de venationibus capiebant,id eſt,ceruos & bubalos,& volatilia: ſed & piſces quotidie ab alienigenis portabantur. Tantam vero multitudinem curruum habuit Salomon,vt quadraginta milia prꝯſepia equorum ſubiugalium eſſent,& prꝯter hos duodecim milia equites:quorum medietas quidem regem in Hieroſolymis obſeruabat,reliquiero per vicos regios diſperſi,manebant. Idem vero dux,cui commiſſa erat menſæ regalis expenſa,etiam equis neceſſaria miniſtrabat,deuehens hꝯc ad locum vbi rex ipſe morabatur. Tantam itaque deus præbuit Salomoni ſapientiã ac prudentiam,vt etiam homines antiquos excelleret: & nec Ægyptijs qui ſapientia omnibus differre videntur,comparatus,vel modicum minor eſſet,quorum vtiq; multum nimis ſapientiam præcedebat. Tranſcendit autem ſua ſapientia etiam eos qui apud Hebrꝯos tunc ſciẽntia clarere videbantur,quorum nomina nõ prætcribo. Erant autem Iethan & Heman,& Chacad,& Darda filij Samad. Compoſuit autem & libros de canticis & modulationibus quinque & mille, & parabolarum & ſimilitudinum fecit libros tria milia:per vnumquodq; enim arboris genus parabolam dixit,ab hyſſopo vſq; ad cedrum. Eodem modo & de iumentis,& de reliquis rerrenis,necnon aquatilibus,& aerijs animalibus diſputauit. Nullamq; naturam ignorabat,inexaminatamq; prꝯterijt:ſed de omnibus philoſophatus eſt,& diſciplinam proprietatum eorum eminenter expoſuit. Præſtitit autem ei deus,vt etiam contra dæmones artem ad vtilitatem hominum & eorũ curas ediſceret:& incantationes inſtituit,quibus ægritudines ſoleant mitigari. Modos etiam coniurationum,quibus obſtricti dæmones ne denuo redeant,effugantur,inuenit:& hæc cura hactenus apud nos multum præualere dinoſcitur. Vidi etenim quendam Eleazarum de gente noſtra,præſente Veſpaſiano & eius

3.Reg.4 *principes militiæ Salomonis*

Sapientia Salomonis

Poteſtas in dæmones

filijs & tribunis,alioq; ſimul exercitu,curantem eos,qui à dæmonibus vexabantur. Modus autem medicinæ fuit huiuſmodi. Intulit naribus eius qui à dæmonio vexabatur,anulum habentem ſubter ſignaculum radicem à Salomone monſtratam:deinde dæmonium per nares odorantis abſtraxit,& repente cecidit homo. Poſtea coniurauit eum,iuramentum obijciens Salomonis, ne ad eum denuo remearet,id eſt,cantica quę ille compoſuit,edicens ſuper eum. Volens autem ſatisfacere atque probare pręſentibus Eleazarus,hãc ſe habere virtutem,ponebat ante eos,aut calicem aqua plenum,aut peluim: & demonio imperabat,vt egreſſus ab homine,hæc euerteret,& videntibus prębęret indicium quod hominem reliquiſſet. Quo facto,ſapientia Salomonis cunctis innotuit: propter quam, vt omnes magnitudinem eius naturæ cognoſcerent atque religionem, & vt nullius rei virtus de omni genere ſub ſole eum lateret,hæc dicere ſum compulſus.

Audiens autem Hira rex Tyri,quia Salomon Dauid patri ſucceſſit in regnum, & valde lætatus,quia Dauid eius erat amicus,miſit ad eum ſalutans,& propter
3.Reg.5 pręſentia bona congaudens. Deſtinauitq; ad eum denuo Salomõ literas hęc habentes: Rex Salomon regi Hiræ. Scito patrem meum voluiſſe deo ædificare templum,& bellis frequentibus fuiſſe prohibitum: non enim primo deſijt inimicos extinguere,donec eos tributarios ſibimet ſubiugaret. Ego vero gratias ago deo pro pace pręſenti,propter cuius vacationem ei volo ędificare domum. Ipſe nanque meo patri dixit,à me hanc eſſe ædificandam. Quapropter rogo,vt aliquos mitti iubeas cum meis ad montem Libanum,qui ligna ſecare poſſint: ad ſectionem nanque ſyluarum Sidonij ſunt doctiores noſtris. Mercedes vero quas decreueris,ego incidentibus ligna prębebo. Legens autem Hira hanc epiſtolam, & in his quæ ſcripta fuerant delectatus,Salomoni ita reſcripſit: Rex Hira regi Salomoni. Dignum eſt equidem vt benedicatur deus,quia tibi paternum præbuit principatum ſapienti viro,& omni virtute pollenti: ego autem in his omnibus delectatus,quæcunque mandaſti libentiſſime miniſtrabo. Incidens enim ligna procera & multa,cedrina pariter & cypreſſina,per meos ad mare deſtinabo: pręcipiens,vt ratibus factis,nauigantes ad locum quemcunque volueris, ea deponant,vt tui hæc ad Hieroſolymam deferant. Sed & tu pro his præbe nobis frumenta,eo quod horum nobis eſſe videatur inopia. Quapropter ſupplicamus in hoc te eſſe ſolicitum. Harum igitur epiſtolarum hactenus exempla ſeruantur non in noſtris ſolummodo libris,ſed & apud Tyrios. Et ſi quis hęc voluerit integre cognoſcere,rogans cuſtodem monumentorum publicorum Tyrię ciuitatis,inueniet ea conſona horum quę à nobis dicta ſunt. Hęc itaque dixi, volens lecturos agnoſcere,quia nil amplius extra veritatem proferimus: neque ex veriſimilibus quibuſdam,aut fallacibus,aut delectabilibus rebus hanc hiſtoriam componentes,examinationem quidem fieri declinamus,& vt nobis credatur,exigimus: imò in nullo potius hæc recipi deprecamur, niſi adhibita probatione,& manifeſtis indicijs veritatem ipſius virtutis aperiamus. Rex itaque Salomon dum ei fuiſſent literę Tyrij regis allatę,eius voluntatem & fauorem valde laudauit,& ea quę popoſcerat,repenſauit: miſitq; ſingulis annis tritici triginta milia coros,& totidem olei batos. Batus autem capit ſextarios ſeptuaginta duos. Eandem vero ei menſuram etiam vini prębebat. Amicitię ſiquidem Hirę & Salomonis ac potius largitates creuerunt,& iurauerũt has eſſe iugiter permãſuras. Rex autem indixit omni populo tributa triginta milia operariorum,quatenus opus præ multitudine ſine labore conſtaret, diuiſitq; eos valde prudenter. Decem milia enim fecit incidere vno menſe in Libano monte, vt duobus menſibus remeantes ad propria,requieſcerent, donec iterum illa viginti milia definito tempore ſuum opus implerent. Ita contingebat vt quarto menſe priores denuo ad laborem remearent. Super hos enim laboratores procurator inſtitutus erat Aduram. Erant autem ex his quos reliquerat Dauid ad portandos lapides aliamque materiam, ſeptuaginta milia virorũ,& eorum qui lapides incidebant

debant octoginta milia, & eorum præpoſiti tria milia trecenti: velociterq; ſecabant lapides eximios ad fundamẽta templi, quos primitus poliebant & copulabant in montibus, & ad ciuitatem ita deferebãt: fiebantq; hæc non ſolum à prouincialibus ſtructoribus, ſed etiam ad artificibus quos miſerat rex Hira.

Ædificatio templi, vaſorum, & ornamentorum. Caput III

COepit autem Salomon ædificare templum anno quarto regni ſui, menſe ſecundo, quem Macedones Artemiſion vocant, Hebræi autem Hiar: anno quingenteſimo ſecundo filiorum Iſrael profectionis ex Ægypto. Poſt mille autem & viginti annos aduentus Abraham in Chananæã de Meſopotamia: à tẽpore vero diluuij anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo: ab Adã autem protoplaſto vſque ad ædificationem templi Salomonis præterierunt anni ſimul tria milia, centum & duo, qua tempeſtate cœpit ædificare templũ. Tũc ſiquidem vndecimum iam in regno Tyri Hira annum habuit. A Tyri vero cõditione vſque ad ædificium templi, fuit tempus annorum quadraginta & ducentorum. Depoſuit itaque rex fundamenta templi in nimia terræ profunditate, de lapidibus valde fortiſſimis, & qui poſſent longo tempore permanere: quiq; conſtipati ſibique conferti, terræ pauimentum & fortitudo ſuperædificati operis eſſent: & propter inferiorem ſui fortitudinem, ſine defectu impoſitam magnitudinem & pretioſam vnà pulchritudinem ſuſtinerent: quę vtique fundamenta non minus pondus habitura erant, quàm alia, quę erant tãta celſitudine & faſtigio, quaſi ad inſtar mundi, & ad magnificentiam fabricanda. Eleuauit itaque templum vſque ad cameram ex lapide albo conſtructum, cuius altitudo fuit ſexaginta cubitorum, & longitudo tantundem, latitudo autem viginti. Super hoc autem erat aliud ædificium æqua menſura, ita vt eſſet omnis altitudo templi cubitorum centum viginti: eratq; cõuerſum ad orientem. Cuius veſtibulum habebat longitudinem cubitorum viginti, quantam & latitudo templi: latitudinem vero cubitorum decem, in altitudinem ſurgens cubitis centum & viginti. Ædificauit autem in circuitu templi triginta paruulas domus, quę ſui copulatione totum tẽpli ſpatium extrinſecus ambiebant. Nam & ingreſſus earum ita fecit ad inuicẽ, vt ex alia intraretur ad aliam. Harum nanque ſingulæ domus latitudinem quidem habebant quinque cubitorum, & tantundem longitudinis. altitudinis vero viginti. Erant autem ſuperædificatę his aliç, & rurſus aliç ſuper eas æquales & menſuris & numero, ita vt omnem altitudinem haberent proxime ſicut domꝰ inferior: ſuperior nanque circumædificata nõ erat, operiebatque eas camera cedrina. & domibus quidem ſingulis erat hoc proprium & imputribile tegumentum. aliarum vero erat tectum longiſſimis in commune trabibus adopertum, & cuncta tegentibus: ita, vt medij parietes ab eis trabibus conſtipati, firmiores exiſterent. Cameras vero quę ſub trabibus erant, de lignis eisdem fecit, cælatis opere laqueario, auroque veſtitis. Parietes autẽ cedrinis tabulis exornauit, eisque pariter deaurauit, vt omne templum nimis effulgeret, & vultus ingredientium faceret auri lumine reſplendere. Fabrica vero totius templi multa arte confecta eſt de lapidibus politis, arteq; compoſitis, & nimis lympide conſtitutis: ita, vt neque mallei, neque alterius inſtrumẽti fabrilis aliquod conſiderantibus appareret indicium: ſed prẽter hunc vſum omnis materia congruenter explicita videretur, vt naturali harmonia potius quàm ferramentorum crederetur neceſſitate confecta. Excogitauit autem rex aſcenſum ſuperioris domus per latitudinem parietis efficere: non enim habuit ianuam grandem ad orientem, ſicut domus inferior: ſed à lateribus erant ingreſſus ianuarum valde paruarum. Veſtijt autem templum intrinſecꝰ de lignis cedrinis, vncinis fortibus colligatis, quatenus hoc pro munimine & fortitudine magna conſtaret: diuiſitque templum in duas partes, vt interior quidem domus viginti cubitorum adytum eſſet, quadraginta vero cubiti, quę à templo ſecernerentur. In pariete vero diuidente adytum à reliquo tẽplo, ianuas de cedro ſtatuit, auro multo & diuerſis hiſtoriarum cælaturis orna-

3. Reg. 6. Supputat. annorum ab Adam uſq; ad ædificationem templi

Digeſtio ſtructuræ templi

tas:ſuſpenditq; ante eas vela ex magnis colorum floribus:id eſt,hyacinthi & pur
puræ & coccini & byſſi molliſſimi ſplendidiſſimiq; contexta. Recondidit autem
in Adyto quod erat latitudine cubitorum viginti, & totidem longitudine,duo
Cherubim ex auro puriſſimo,habebantq; vtraque altitudinem cubitorum quin-
que. Duæ alę erant vni Cherubim quinis cubitis extẽſæ. Quapropter nõ pro
cul à ſemetipſis aberant,ita vt alis ſuis vna tangerent parietem auſtralem: alia
vero poſitum ad aquilonem:alię vero alę ſemetipſas contingentes, arcam quæ
Duo Cherubim in medio poſita erat,operiebant. Hæc vero duo Cherubim, nullus qualia fue-
runt,dicere vel conijcere poteſt. Strauit autem pauimentum templi petalis au-
reis:poſuitq; in porta templi ianuas ſecũdum altitudinem parietis menſuratas,
habentes latitudinem cubitorum viginti,easq; pulcherrime deaurauit: & vt bre
uiter dicam,nullam partem templi reliquit extrinſecus & intrinſecus,quę nõ eſ
3.Reg.7 ſet deaurata:operuitq; ſimiliter has etiã ianuas ſicut interiores,velis varie deco
ratis. Porta vero veſtibuli nihil habuit horum. Miſit ergo rex Salomon ad Hi-
ram,& ab eo accepit artificem nomine Chiram, habentem matrem ex genere
Columnæ ereæ Neptalim,& patrẽ Vriam generis Iſraelitici:hic totius quidem operis erat edo-
ctus,præcipue tamen artifex ad operandum aurum & argentum & æs,per quem
ſcilicet vniuerſa pro volũtate regis in templo ſunt diuerſis machinationibus ad
impleta. Fecit autem is artifex Chiram duas columnas æreas cum canalibus,ca
uatione quatuor digitorum, quarum erat proceritas decem & octo cubitorum,
& ambitus in circuitu duodecim cubitorũ,& ſuperpoſuit vtrique columnæ capi-
tella fuſilia liliata,altitudine cubitorum quinque, ſuper quas erant ærea retia
facta,quæ operiebant lilia capitum columnarum,de quibus retibus pendebant
Mare æneum bini ordines malogranatorum ducẽtorum. Harum ſiquidem columnarũ, aliam
quidem conſtituit in parte dextra ante portam in veſtibulo templi,vocauitq; eã
Alias decem thalamum Iachin,aliam vero in parte ſiniſtra,quam nominauit Booz. Fudit
autem & mare æneum in ſchemate hemiſphærij,quod opus ęreũ propter ſui ma-
gnitudinem,mare vocatum eſt. Erat enim velut cantharus ingens, habebatque
eius diametrum,id eſt,ab angulo vſque ad alium angulũ,cubitos decem,& crai-
ſitudo eius erat ſuſilis digitorum quatuor:habebatque fũdum in medio aluei ſui
loco,opere rotundum,* quinque coronis explicitum. Huius diameter erat cubiti
vnius. Circũſtabant autem in hoc mari vituli duodecim, reſpicientes ſinguli ad
quatuor regiones ventorum,hoc eſt,tres vituli per vnamquãque regionem: quo
rum terga intus reſpiciebant,& ſuper eos hemiſphærium incumbebat. Cuius he
miſphærij rotunditas ad interiora tendebat,capiebatque hoc mare batos tria mi
lia. Fecit autem decem cantharis baſes ęreas quadrangulas,& vniuſcuiuſque
latitudo fuit cubitorum quinque,longitudo quatuor, altitudo ſex, concluſumq;
eſt opus particulariter. Ita vero ordinatum erat, Erant columnæ quatuor qua-
drangulæ,per angulos ſtantes,latera baſis ex vtraque parte in ſe habẽtes inſer
ta:erantq; trine diuiſa,& ſingulus eorum locus habebat cælaturas ſuas, id eſt,
alibi erat leo,alibi taur⁹,alibi aquila: & in columnellis ſimiliter per latera erãt
huiuſmodi cælaturę,quaſi criſpantibus plectulis factæ,quarum altitudo fuit cu
biti vnius & dimidij. Erat mirum videre orbes rotarum,quemadmodum erãt cę
latę,baſium iunctę lateribus. Angulos vero ſuperiores concludebant hume-
ris,expanſis vtique & manibus animalium:ſuper quas ſedebat fundus canthari
reclinatus:id eſt,incumbens ſuper manus aquilæ,vituli & leonis:quod opus erat
ſibimet ita coaptatum,vt naturaliter inſertum quodammodo videretur. Inter
hęc autem erant & arbores cęlatę palmarum. Huiuſmodi ergo erant decem ba
ſes effectę. Fecit autem ad hęc decem cantharos rotundos æreos,quorum ſin-
Cantharei ærei guli ferebant quadragenos coros,eratq; altitudo eorum quatuor cubitorum,& tã
tundem ab alterutris eorum labia recedebant:poſuitq; hos decem cantharos ſu-
per decem baſes,quę vocabantur Melchenoth, quinque cantharos ſtatuens à
parte ſiniſtra templi,quę erat ad Aquilonem, & totidem à latere dextro ad au-
ſtralẽ

ſtralem partem,reſpiciẽtes ad orientem:quo etiam mare conſtituit aqua plenũ: diſpoſuitque amare,vt ingredientes ſacerdotes templum,in eo lauarent manus ac pedes, aſcenſuri ſcilicet ad altare:cantharos autem ad animalium interiora diluenda,ſimul & pedes eorum,quę erant holocauſtis imponenda. Fecit autem & altare æreum,cubitorum viginti longitudine & totidem latitudine,altitudine vero decem,ad holocauſta celebranda. Fecitq; eius vaſa omnia ærea:inſuper & ollas,& caldarias,& trullas,& harpagones:& omnia operatus eſt ex ære, cuius ſplendor & pulchritudo ſimilis erat auro. Obtulitq; rex multitudinem menſarũ, & vnam quidem valde præcipuam auream, ſuper quam ponebant panes dei: & huic proximas decem milia altero modo factas:ſuper quas vaſa iacebant,id eſt, phialæ & pateræ,aureæ quidem decem milia,argẽteæ vero quadraginta milia. Fecitq; candelabra decem milia,ſecundum præcepta Moſi: ex quibus vnum in templum recondidit,vt per diem luceret ſecundum legem:& menſam vnam,ſuper quam poſiti erant panes ad partem templi,reſpicientem ad aquilonem,è diuerſo poſitam candelabri,quod in auſtrali parte conſtituit. Aureum vero altare inter hęc medium erat. Hęc enim omnia domus habuit quadraginta cubitorum ante velum adyti,vbi erat arca recondita. Fecit itaq; rex vaſa vini fuſilia octoginta milia:& phialas aureas decem milia,argenteas vero duplici numero: pateras vero aureas ad offerendam in eis ſimilam conſperſam ad altare,octoginta milia:& argenteas duplici numero. Crateras autem in quibus ſimilam cum oleo fermentabant,aureas quidem quinquaginta milia, argenteas vero duplici numero. Menſuras autem ſimiles eis quę Moſaicæ vocabantur & aſſerones,aureas quidem viginti milia,& argenteas dupliciter. Thuribula vero aurea quib9 offertur incenſum viginti milia: ſimiliter & alia thuribula,in quibus portabant à maiore altari ignem ad minus altare quod erat in templo, quinquaginta milia. Stolas autem ſacerdotales Pontificibus,cum his quę pendebant ad pedes,& ſuperhumerales & rationales,ex auro & gemmis mille. Corona vero in qua deũ Moſes ſcripſerat,vna fuit:& ad hanc diem vſque permanſit. Sacerdotales autem ſtolas ex byſſo contextas,& zonas purpureas cum cingulis,decem milia,& tubas ſecundum præcepta Moſi ducenta milia. Item ſtolas Leuitarum hymnos dicentium,ex byſſo ducenta milia:& inſtrumenta muſica, & ad hymnos dicendos adinuenta,quę vocantur Nabla,& Cinnira,ex electro conſtituit quadraginta milia. Hęc enim omnia ad honorem dei Salomon copioſe,& magnifice fabricatus eſt:in nullo parcus exiſtens,ſed circa ornamenta templi vſus eſt præcipua largitate,quę etiã in theſauris dei recondidit. Circumdedit autem templum per ambitum vniuerſum,quod propria quidem lingua Giſon, Latine vero macelria ſeu cancellus nuncupatur,tribus cubitis erigẽs eius altitudinem,vt ab ingreſſu templi cæteros prohiberet,& ſolis ſacerdotibus hoc licere ſignificaret. Extrinſecus autem huius templi aliam ędificauit aulam,quadrangulo ſchemate factã,erigens maximas porticus atque latas,& portas excelſas & amplas per quatuor mundi partes in ea conſtituens: quarum ſingulæ ad vnumquenque ventum quatuor angulis attendebant, vbi ianuas aureas collocauit. In hoc ergo ſacrarium,omnes populi quibus purgatio & obſeruatio legitimorum in erant, introibant. Siquidem mirabilis,& omni ſermone præcipua fuit,& ſi dici poteſt,etiam contemplationem viſionis ipſius excedebat aula,quę foris erat. Magnas enim effodiens profunditates,quas propter infinitam celſitudinem nõ poterat aliquis ſine terrore conſpicere,& erigens fabricas in quadringentis cubitis, earum altitudines ęquales vertici montis in quo tẽplum ædificabatur, effecit:& propterea aula quę erat exterius ſub diuo, facta erat ęqualis cum templo. Circundedit autem porticibus hanc aulam,duplicibus columnis eas ex lapide naturali portantibus,quarum camera erat de cedro,& laquearibus exculptis:baſes autem in his omnibus fecit argenteas.

Altare æreum

Vaſa

Menſa aurea

Candelabra

Altare aureum

Cratera

Thuribula

De ſacerdotalibus ſtolis

De corona aurea

De arca domini,& precibus Salomonis ad deum,& hoſtijs. Cap. IIII

3.Reg.8 QVum hæc igitur opera & magnitudines, & decores ædificiorum, atque sacrorum templi ministeriorum; rex Salomon septem annis expleſſet, diuitiarum magnam faciens & velocitatis ostensionem, vt quilibet inspiciens, omni tempore putaret expleri vix potuisse, quę sic breuiter visus est quantum ad operis templi magnitudinem terminasse: scripsit principibus & Hebræorum senioribus, iubens omnem populum ad Hierosolymam conuenire, visurum simul & templum, & dei arcam ibidem portaturum. Quumq; nũciatum fuisset omnib9, vt ad Hierosolymam properaret, vix conuenerunt septimo mense, qui lingua patria Thesria, à Macedonibus Hyperberetæus appellatur. Eodem tempore etiam festiuitas concurrit Scenopegiæ, id est, positionis tabernaculorũ, quę satis apud Hebræos excelsa atque præcipua est. Portantes itaq; arcam & tabernaculum quod fixerat Moses, & omnia vasa ad ministerium sacrificiorum dei constructa, introduxerunt in templũ. Præcedebat autem eam cum hostijs & ipse rex, & populus vniuersus, & Leuitæ libaminibus & multo sacrificiorum sanguine iter totum implentes, & incensum infinitum, & hostiarum multitudinem portantes, ita vt omnis vndique aer impleretur, & etiam longe consistentibus odor suauitatis occurreret, & agnoscerent aduentum dei, & habitaculum secundum humanam opinionem crederent in nouam domum ei nuper dicatam esse faciendum. Nam neque hymnos dicentes, neque choros agentes, donec peruenirent ad templum, aliquo modo quieuerunt. Hoc itaque modo arca migrata est. Quumq; iam eam in adytum oporteret induci, alia quidem plebs recessit: soli vero sacerdotes qui portauerant eam, inter duo Cherubim collocauerũt, quę eam suis alis complexa sunt. Sic enim erant ab artifice fabricata, vt arcam velut quodam tabernaculo, aut cameratione protegerent. Habuit autem arca nihil aliud, quam duas tabulas lapideas, quę decẽ verba à deo Mosi dicta in mõte Sina, scripta retinebant. Candelabrum vero & mensam, & altare aureum statuerũt in tẽplo, ante adytum in eisdẽ locis, in quibus & olim in tabernaculo posita erant, & quotidiana sacrificia ministrabant. Altare vero æreum statuit ante templum contra ianuas, ita vt eis apertis, ad faciem essent videntium sacrificia, & hostiarum maximę opulentię: reliqua vero vasa congregans intus in templo recondidit. Quumq; omnia sacerdotes circa arcã constituissent, egressi sunt: & repente non quidem metuẽda, neque qualis hyemali tempore imbre plena solet nubes assistere, sed diffusa & temperata effluxit, & templum omne compleuit: & facies quidem sacerdotum obumbrauit, ita vt se inuicem videre non possent: mentibus autem omnium phantasiam quandã & opinionem præbuit, quasi deus descendisset in templum, & libenter habitaret in eo. Talem quidem opinionem hanc omnes habuerunt. Rex autem Salomon de loco vbi sedebat exurgens, fecit ad deum verba, quę diuinæ naturæ credidit esse decentia: Tibi, inquit, domine perpetuam domum, quam ipse fabricatus es, esse nouimus cœlum & terram, sũmul & mare: & quum tibi nequaquam hęc vniuersa sufficiãt, hoc tuo nomini cõstitui templum, vt ex eo orationes ad te sacrificantes & immolantes, emittamus in aera: & confidamus, quum nobis sis præsens, neq; à tuis sedibus procul absis. Vt enim omnia videas, & audias vniuersa, neque à loco vbi nunc habitas, recedens, omnibus vicinus es: & vnicuique nocte dieque cogitanti semper assistis. Quumq; hęc dixisset ad deum verba, conuertit se ad populũ, manifestans eis dei potentiam & prouidentiam eius: quod Dauid eius pater omnia futura, sicut iam multa prouenerant, & forent ventura reliqua, prædixisset, quod ipse quoq; nondum nato imposuit ei nomen, & quod templum ipse ędificaturus esset, & primus post obitum patris regnaturus: & quum omnia secundum ipsius fierent prophetiam, supplicabat vt deo benedicerent vniuersi, & in nullo de eius promissionibus desperarent, quas pro eorum felicitate prædixerat, sed crederent hæc implẽda ex his quæ fuerant iam transacta. Quumque hæc dixisset ad populum, expansis manibus, ait: Operibus quidem impossibile est, vt valeant homines pro

his

nes pro his quæ meruerint, deo munera debita compensare. Diuinitas enim nul lius eget, & omnium rerum compensatione superior est. In quo enim alijs animalibus per te domine meliores sumus effecti, in eo tuam benedicimus maiestatem: & pro his quæ stirpi nostræ tribuisti pius, necessarium est gratias agere populum Hebræorum. Nullum enim alium magis optamus habere propitium, & in eo tuam circa nos deuotionem cognoscimus per munera, quia per te est nobis vox quam ex aere habemus, & per eum iterum nouimus ascendentem. Per hanc ergo gratias tibi referimus primitus de hoc templo, quod ex inuisibili ad tantam gloriam prouexisti: deinde pro meipso, cui omnia vsque ad præsentem diem, sicut à te prædicta sunt, condonasti. Supplico ergo de cætero, vt mihi ministres quæcunque deum hominibus honoratis præbere possibile est: & nostrã domum omnibus bonis adaugeas, sicut Dauid meo patri & viuenti & circa obitum promisisti: & quomodo apud nos manebit regnum, & genus illius infinitis regum successionibus fiet honorabile. Hæc ergo nobis largire quæ sufficiant, meisq; filijs virtutem quæ tibi sit grata, concede. Super hæc autem exoro, vt pars aliqua tui spiritus in hoc templo habitet, quatenus & in terra circa nos esse videaris. Tibi siquidem habitatio parua est etiam omne cœlum, & alueus qui sub eo est omnium existentium, non dicam hoc paruissimum templum, quod precor vt custodias ab omni vastatione bellorum, & tanquam proprie possessioni feras auxilium. Supplico pariter, vt si quando peccauerit populus tuus, deinde plaga quadam pessima peccato digna, à te terris illata fuerit, aut sterilitas, aut corruptio, aut fames, aut huiusmodi passio quam tu iuste transgressoribus soles inferre, prouenerit, & congregatus ad hoc confugerit templum, rogando te vt à peste saluetur, exaudibilis ei effectus, velut intus habitans, misericordiam præbeas, & à malo suæ calamitatis euellas. Hoc auxilium non Hebræis solummodo à te rogo conferri precantibus, sed etiam si à totius terræ finibus quidam aduenerint, aut de quolibet loco & pro aliquo bono preces effuderint, exaudi clemens, & postulata concede. Sic etenim omnes agnoscent quia tu quidem ipse à nobis tibi domum fieri voluisti: nos autem non inhumani naturaliter sumus, quando non eos qui contribules non sunt, extraneos iudicamus, sed communiter omnibus tuum adiutorium & bonorum effectum adesse suppliciter exoramus. Hæc dicens, iterum prostratus in terra, & diutius adorans deum post ista surrexit, & in templo obtulit hostias, & replens illud sacrificijs, manifeste deum vidit sacrificia grate suscipientem. Ignis enim ex aere descendens omnibus videntibus ad altare, hostias totas abripuit & absumpsit. Hac igitur apparitione monstrata, populus quidem manifestationem hanc esse diuinæ habitationis in templo conijciens, procidens adorauit in terra. Rex autem cœpit benedicere deum, cunctosq; vt hoc facerent adhortari, habentes iam circa se diuini fauoris indiciũ, vt quæ orarent, semper sibi ab illo talia prouenire scirent: & vt mentem suam puram ab omni malitia conseruarent ad iustitiam diuinamq; culturam: & ad seruanda mandata, quæ per Mosen eis clementia diuina contulerat: quia sic foret felix gens Hebræorum, & totius generis humani beatior. Rogabatq; pariter, vt in memoria haberent, quemadmodũm bona præsentia conquisissent, eaq; firmiter tenerent: & maiora & ampliora de cætero sustinerent. Non enim percepta hæc solummodo propter pietatem atque iustitiam, sed etiam obtinenda per hæc curarent: quia esset apud homines præcipuum non tantum aliquid conquirere, quantum acquisita seruare, & nihil pro eorum amissione delinquere. Hæc ergo loquutus ad populum, dimisit ecclesiam, quum sacrificia celebrasset pro se & vniuersis Hebræis, id est, vitulos quidem viginti duo milia, oues centum & viginti milia. Tunc enim primum in templo sacrificia celebrata sunt, & in eo epulati sunt omnes Hebræi cum vxoribus suis & filijs. Insuper etiam & festiuitatem quæ vocatur Scenopegia, faciens, ante templum clare nimis & magnifice diebus quatuordecim, rex cum omni populo pariter epulatus est. Quumq; hęc fuissent sufficienter

Numerus hostiarum quas Salomon obtulit in templo.

cienter exhibita, nihilq; deesset circa pietatis diuinæ culturam, dimittente rege, singuli ad propria remearunt: agentes gratias regi propter prouidentiam quam habuisset, & opera quę fecisset: & orantes deum, vt eis regem pręberet longæuo tempore Salomonem: agebantq; reuertentes cum gaudio suum iter, & cum delectatione hymnos decantantes, ita vt ea iucunditate sine labore ad propria remearent. Sic itaque dum arcam induxissent in templum, eiusq; magnitudinẽ vidissent pulchritudinẽq;, sacrificijs maximis festiuitatibus impartitis, ad suas ciuitates singuli sunt regressi. Apparuit igitur regi per somnium deus, significás, quod eius exaudisset orationes, & quod conseruaret templum, & in eo semper habitaret, nepotibus scilicet eius & omni multitudine facientibus iustitiam, ipsumq; primum, si in patris sui monitis permaneret, ad excellẽtiam & infinitum cumulum felicitatis asseruit vehendum: & regnaturos semper in ea prouincia ex eius esse genere principes, & de tribu Iuda: Si vero mandata eius contẽneret, obliuioniq; mandaret, & peregrinos imitatus coleret deos, esset radicitus abscindendus: & neque reliquias ex eius genere mansuras, sed ne Israel vlterius nominandos, populumq; terra quam patribus eorum dederat, & multis iustificationibus esse priuandum: multisq; bellis & malis exterminatos, & à terra quam eorum patribus præbuit eiectos, incolas alienæ terræ esse pręciperet: templum quoque nunc ædificatum incendendum diripiendumq; cõtraderet inimicis, sed & ciuitates hostiũ manibus subuertendas: & eorum ærumnas faceret fabularum relatione dignissimas, & propter magnitudinem nimię infelicitatis incredulas: ita vt vicini eorum audientes mirarentur calamitates, & causas inquirentes pro quibus Hebræi tali odio haberentur à deo, qui primitus ab eo fuerint ad tantæ gloriæ atque diuitiarum culmen euecti, ab his qui relinquerentur audirent, quia pro peccatis & prę-

3.reg.9 uaricationibus legum paternarum talia pertulissent. Hæc enim ei per somnium deum dixisse conscriptum est.

De regia Salomonis extructa: & ænigmatis. Cap. V.

3.Reg.7 POst templi vero fabricam, quam prædiximus septem annis fuisse perfectam ædificium domuum regalium construere cœpit, quod tredecim annis vix impleuit. Non enim huiusmodi erat ferues studium sicut in templum. Sed illud licet esset quidem grande, & operatione mirabile, & cunctis simul inopinabile, cooperante deo cui fiebat, terminum in his annis accepit. Regiæ vero domus multum templi dignitate minores erant, cum neque materia tanto tempore aut largitatis fuisset opulentia præparata: & eo quod regum habitatio, & non quasi dei futura, tardius esset effecta. Hæc quidem secundum felicitatem Hebraicæ religionis, ac merito regis gdificata sunt: quorum totam expositionem & ordinem dicere necessarium est, vt ex hoc omnes conijciant magnitudinem, cum legentes viderint huius rei descriptionem: Erat magna nimis basilica & pulchra: hæcq; innumera columnarum multitudine portabatur: quam ad iudicia rerumq; cognitiones distribuit, vt posset capere populi multitudinem ad iudicia venientem. Cuius longitudinis magnitudo erat cubitorum centum, latitudinis vero quinquaginta, altitudinis autem triginta: columnasq; quadrangulatas omnes habebat: regebaturq; cedro opere Corinthio, phialis æqualibus, & scutulis mira arte cælatis: eratq; robusta, & varijs decoribus exornata. Item alia erat basilica in medio totius amplitudinis constituta, habens latitudinem cubitorũ triginta & contra templum validis columnis extensum: eratq; in ea solium valde decorum, in quo sedens rex iudicia proferebat. Huic erat iuncta alia quoque reginæ basilica, & reliqua habitacula & sedilia, vbi post causas explicitas residebant, strata omnia tabulis cedrinis. Et alia quidẽ ædificauit ex marmoribus de cẽ cubitorũ, alia vero tabulis vestita sectilibus & pretiosissimis, exornauit secundum decus templorũ, & miraculum habitationũ regalium, cuius pulchritudo tribus ordinibus opere intexta Assyrio. Quarta vero pars cælaturis ornata, miraculũ artis vidẽtibus offerebat. Erãtq; illic sculptę arbores, & vniuersa poma, quasi

in ramis

in tamis & ex eis pendentibus folijs obumbrata, ita vt propter miraculũ ſubtilitatis agitari quodámodo putarẽtur: alia vero pars dealbata erat, & varijs depicta coloribus. Ædificauit autẽ ſuper hęc domus alias epularum, porticus valde protenſas, in domo regali poſitas, inter quas vnam fecit omnino præclarã ad regum conuiuia neceſſariã, & vndiq; deauratam: necnon & omnia alia vaſa quæcunq; ſunt epulis opportuna, fecit ex auro. Difficile nanq; eſt enumerare magnitudinem & varietatem domorũ aularumq; regaliũ, quanta erãt magna, & quanta harum inferiora, & quanta ſub terra quę videri non poterant: necnon & pulchritudinem ſolariorum & viridariorũ, quæ erant facta delectabiliter ad aſpectum, quo exuſta corpora poſſent ab æſtus ardore refugere. Et vt breuiter dicã, totam regiam domũ, ex albo lapide, & cedro, & auro & argento ſplendide nimis & opulentiſſime inſtruxit. Cameras & parietes veſtiuit auro: & eo modo quo dei templum reſplendentes exhibuit. Fecit & ex ebore ſoliũ magnitudine nimis eximium, & cęlatum ſchemate tribunalis: habebatq; ſex gradus, & in ſingulis eorũ ex vtraq; parte duo leones ſtabant, & in ſuperioribus gradibus alij totidẽ: in reclinatione vero manus erant portantes regem: eratq; ipſa reclinatio in vitulo reſpiciente poſt tergum, & ex omni parte tribunal auro circundatum. Hæc Salomon viginti annis ædificauit. Cui multum aurum & argẽtum Tyri rex Hira ad ædificium contulit: & inſuper ligna cedrina & cypreſſina, quem Salomon quoque magnis compenſationibus redonauit, mittens ei per ſingulos annos triticum vinum & oleum, quibus maxime indigebat rebus, eo quod habitaret in inſula ſicut prædiximus. Ad hęc autem & ciuitates Galileæ regionis viginti numero, nõ procul à Tyro poſitas condonauit. Quas dum circuiſſet atq; conſideraſſet, diſpliciuiſſetq; ei donum, mittens ad Solomonem dixit ſe ciuitatibus non egere, & ex tũc hæ appellatę ſunt terra Chabulan. Chabulan etenim interpretatum lingua Phœnicia, diſplicere ſignificat. Miſit itaq; prædictus rex Hira ad regem Salomonem, rogans eum, vt quædã ſophiſmata & verba parabolarum quæ ei direxerat aperiret, & quęſtionum difficultates abſolueret. Qui cum eſſet aſtutus & intelligens, nihil horum ignorans, ſed in omnibus ratione præualens, & eorũ cauſas agnoſcens, omnes obſcuritates earum perduxit ad lumen. Meminit autẽ horum duorum regum & Menãder, qui ex Phœnicia lingua antiquitates Sidoniorum in vocem conuertit Græcam, ita dicens: Moriẽte autem Abybalo, ſucceſsit in eius regnũ filius eius Hira, qui dum vixiſſet annis quinquaginta tribus, regnauit triginta quatuor. Hic effodit amplũ terrę ſpatium, & auream columnam quę eſt in Iouis templo dicauit: inſuper & lignorum materiam à monte Libano incidit ad tecta templorum, & deſtruens antiqua ſacraria templum ędificauit Herculis & Haſtartę, & primum Herculi hoc erexit menſe Piritio, & cõtra Eucheos tributa non reddentes egit exercitum: eisq; ſibi ſubiectis denuo remeauit. Huius temporibus erat Abdemonis filius iuuenculus, qui ſemper prępoſitiones, quas imperaſſet Hieroſolymorum rex, euincebat. Meminit autẽ etiam Dios hiſtoriographus ita dicens: Abybalo moriente filius eius Hiram ſucceſsit. Hic partẽ ciuitatis poſitam ad orientem diruit, & maiorem vrbem effecit, & olympici Iouis templum deſtruens, mediũ locum ciuitati coniunxit, & aureis anathematibus exornauit: aſcendensq; in montem Libanũ, ſyluam maximam ad ſacrorũ ſecuit ędificia. Adiecitq; ad hęc: regem Hieroſolymorum Salomonem miſiſſe ad Hiram Tyri regem figuras quaſdam, & petiſſe ab eo ſolutionẽ, ita, vt ſi non poſſet diſſoluere, ſoluenti pecunias daret. Cumq; fateretur Hira nõ poſſe ſe illas ſoluere, multaq; foret pecuniarũ detrimenta paſſurus: per Abdimum quendam Tyrium quę propoſita fuerant ſoluta ſunt: & alia ab eo propoſita quę ſi Salomon nõ ſolueret, Hirę regi pecunias multas daret. Et hęc quidem Dios ſic dixit. Cumq; rex Salomon videret muros pro munimine turribus indigere, aliaq; tuitione (nam ſecundum ciuitatis meritum oportebat etiam copioſam firmitatem eſſe murorum) hæc effecit, & turribus præcipuis ciuitatem circundedit.

Munera Hirã

3. Reg. 9

Aenigmata Hirę à Salomone ſoluta

Vrbes

Vrbes egregiæ à Salomone conditę: & quare omnes pene Ægyptiorũ reges vsq; ad ſocerũ Salomonis Pharaones dicti ſunt: & quomodo Chananæos in ſeruitutem redegit: deq; regina Ægypti & Æthiopiæ, quæ multis muneribus, ſapiẽtiam eius mirata, Salomonem donauit. Caput VI.

3. reg. 9

CONſtruxit autem & ciuitates, inter præcipuas vrbes annumerandas, Aſor, & Magedon, & terram Gazarim: quæ cum fuiſſet in regione Palæſtinorũ, Pharao rex Ægypti caſtrametatus, & obſidens eam cepit, & omnes eius habitatores occidit, eamq; ſubuertit, deditq; eam poſtea dono ſuæ filiæ Salomonis vxori. Quapropter ædificauit eam rex, cum eſſet natura munita, & ad bella temporumq; motus vtiliter opportuna. Non procul ab has duas alias ædificauit vrbes, quarum vna vocabatur Bitthora, altera vocabatur Balath, Vltra has autem fecit & alias ad voluptatem & epulas opportunas: & rerum temperamentis, pomorumq; fertilitate, & aquarum frigidiſsimarũ poculis abundantes. Pergens enim & in deſertum ſuperioris Syriæ, eamq; capiens, conſtituit ibi maximam ciuitatem, duorum dierum itinere à Syria ſuperiore diſtantem, ab Euphrate vero venius, & à maxima Babylone ſex manſionibus procul extantem. Vt autem hæc ciuitas à partibus habitabilibus Syriæ ita diſtet, hæc cauſa eſt, eo quod in inferiori terra aqua nuſquam inueniatur, in illo autem loco ſolummodo fontes & putei abundent, Hanc itaque ædificans ciuitatem, & muris eminentibus eam circumtegens, Thadamor appellauit: & hactenus apud Syros ita dicebatur, quam Græci Palmiram vocant. Hæc itaque Salomon rex illo tempore agebat. Propter eos autem qui quærunt, quomodo omnes Ægyptiorum reges à Mineo qui Memphim ædificauit, & ante multos annos fuit, quàm noſter progenitor Abraham, dum inter hæc vſque ad Salomonem mille & triginta anni trãſierint: Pharaones vocati ſunt à quodam rege Pharaone, qui poſt priores his temporibus imperauit: Pharaonum vocabulum aſſumens explanare hoc neceſſarium iudicaui: vt & caliginem eorum ignorationis auferam, & cauſam huius nominis declarare contendam. Pharao nomen ſecundum Ægyptios ſignificat regem. Reor autem eos ab infantia alijs quidem nominibus appellatos: venientes autem ad regnum, hoc quod lingua patria ſignificaret imperium eos fuiſſe participatos. Nã & Alexandriæ reges cum primitus alijs nominibus vocarentur, venientes ad regnum vocati ſunt Ptolemæi, & Romanorum imperatores, à natiuitate alijs vocati nominibus, Cæſares appellantur: cum poteſtas & principatus eis nomen imponat, & non in ijsdem permaneant appellationibus, quas à genitoribus ſuis primum ſuſceperunt. Puto ſiquidem & Herodotum Alicarnaſſeum propterea poſt Mineum, qui Memphim ædificauit, dixiſſe trecentos & triginta fuiſſe reges Ægyptiorum: & nequaquam eorum nomina declaraſſe, quia Pharaoth omnes cõmuniter appellauit. Nam poſt horum obitum regnantis mulieris vocabulum poſuit, nomine Nicaulam eam vocitatam fuiſſe declarans: quia maſculi quidem reges Pharaoth appellationem habere poterant, fœminæ vero nequaquam, & propterea naturale huius nomen edixit. Ego autem & in libris noſtræ prouinciæ repperi, quod poſt Pharaoth ſocerum Salomonis, nullus rex Ægyptiorum hoc vocabulo nuncupatus eſt: & quod poſtea venit ad Salomonem mulier quã prædixi, Ægypti Æthiopiæq; regina: de qua non poſt multum denuo referemus. Horum vero ideo nunc memini, vt oſtenderetur, quia noſtri libri & Ægyptiorum de multis rebus concordare noſcuntur. Rex itaque Salomon Chananæos qui in monte Libano morabantur vſque ad ciuitatem Amathi, inobedientes ſubdidit, & tributa eis impoſuit, & vt ei miniſtrarent ac ſeruile opus efficerent, & agriculturam exhiberent, ex his quoſdam annis ſingulis eligebat, quia nullus tunc ſeruiebat Hebræorum. Non enim erat rationabile, vt cum deus eis multa milia gẽtium ſubdidiſſet, & ex his oporteret eos habere ſeruitia, ipſi in hoc ſchemate permanerent: quando omnes armati equis & curribus militarent, potius quàm ſeruitia peragerent. Chananeis autem quos ad ſua miniſteria tulerat, conſtituit principes

Vrbes à Salomone conditæ

Cur omnes Aegyptiorum reges uſq; ad ſocerum Salomonis pharaones dicti ſunt.

Salomõ multas gentes deuicit, quas ſibi ſeruire coegit.

principes quingentos & quinquaginta: qui ſuper eos omnem à rege poteſtatem perceperant, vt eos docerent opera negotij ſui, in quibus neceſſaria eſſe viderentur. Fecit autem rex etiam multas naues in ſinu Ægyptiaco maris rubri, in quodam loco qui Aſiongaber appellatur, non procul à ciuitate Elana, quæ nunc Beronice vocatur. Hæc enim regio fuit primitus Iudæorum. Habuit autem ad ædificandas naues beneficia regis Hiræ. Ipſe nanque ei & multos viros gubernatores, & in marinis rebus edoctos miſit: quos iuſſit nauigare cum diſpenſatoribus ſuis ad locum qui olim Ophyra, nunc Terra aurea nuncupatur (eſt autem in India) vt aurum deferrent: & colligentes quadringenta talenta, ad regem denuo ſunt reuerſi. 3. Reg. 10

Igitur reginam Ægypti & Æthiopiæ ſapientia plenam, & alijs valde mirandam, audientem crebro Salomonis virtutem atque prudentiam, & habentem deſiderium eius multum, & eorum quæ illi de rege quotidie dicebantur, ad ſemetipſam adduxit: vt experimento ei & non auditu potius ſatisfacere poſſet: quando opinio mandax ſæpius inuenitur, & pro referentis narratione ſuſcipitur. Cum ergo ad eum venire voluiſſet, vt in præſenti ſapientiæ eius experimenta perciperet, ſtuduit etiam quæſtiones proferre, & earum ſolutiones exigere. Venit ergo Hieroſolymam cum magna gloria, & apparatu multo diuitiarum, cum auro & aromatibus & lapidibus pretioſis: eamq; rex grate ſuſcepit, & circa eam in omnibus extitit largiſsimus: & propoſitiones ſophiſmatum intellectu ſuo concipiens, velocius quàm ſperari poterat, ſoluebat. Cuius illa ſapientiam ita ſe trãſcendentem, & potiorem quàm audierat agnoſcens, vehementer obſtupeſcebat: & maxime culmina domorum regalium mirabatur: earumq; pulchritudine mira & magnitudine delectabatur egregia: nihilominus & diſpoſitione varia fabricarum, in qua multam regis prudentiam, aſtutiamq; cernebat: plus tamen eam obſtupeſcere faciebat domus quæ ſylua Libani vocabatur, & quotidianarum opulentia cœnarum: & apparatus eius, & miniſterium: & veſtes miniſtrantium, eorumq; decens circa ſuum officiũ diſciplina: præcipue tamen ſacrificia quæ quotidie deo celebrabantur, & ſacerdotum circa hæc miniſterium, nec non Leuitarum maxima diligentia. Hæc videns diebus omnibus nimis admirabatur. Et cũ non poſſet tacere miracula quæ videbat, verbis voluntatem ſui cordis aperuit, dicens ad regem, quibus ſuam mentem victam eſſe monſtrauit: Cuncta, inquit, ŏ rex quæ per auditum veniunt ad notitiam, cum quadam incredulitate ſeu dubitatione ſuſcipiuntur: tuorum vero bonorum quæ & ipſe in te poſſides, hoc eſt, ſapientiam & prudentiam, & quæ tibi præſtantur ex regno, non eſt mendax fama, ſed vera, licet multo minor, quàm in præſenti conſpicio. Nam opinio aliquid auribus ſuadere nititur: dignitas vero rerum non ita fieri nota, ſicut aſpectu & ipſa præſentia comprobatur. Ego ſiquidem neque his quæ nunciabãtur propter multitudinem & magnitudinem credens, multa potiora conſpexi, & beatum iudico populum Hebræorum, ſeruoſq; tuos pariter & amicos, qui quotidie tuo vultu fruuntur, & ſapientiam audire promerentur. Quis etiam non benedicat deum, ſic hanc diligẽtem prouinciam & eius habitatores, vt te ad regni culmen eueheret? Oſtendens autem poſt hæc verba quemadmodum eius regis habuiſſet affectum, etiam muneribus aperuit ſuæ mentis indicium. Viginti nanque auri talenta regi dedit, & aromatum innumeram multitudinem, & lapides pretioſos. Dicunt autem quod & radicem balſami, quam hactenus fert noſtra prouincia, ipſa dederit regi. Cui etiam è diuerſo Salomon bona multa donauit, & maxime quæ ipſa deſideranter eligeret: nihilq; fuit, quod poſtulanti non præberet: proniusq; dabat, quæ illa peteret, quàm quæ ipſe offerret: eamq; ſuæ largitatis munere præcurrebat. Regina ſiquidem Ægyptiorum & Æthiopię dans rurſumq; dona recipiẽs, quę prędiximus, ad propria remeauit.

De regina Aegypti & Aethiopia

De diuitijs Salomonis & concubinis regijs diuiſioneq; regni. Cap. VII.

EOdem vero tempore delati ſunt regi de terra quę vocatur aurea, lapides pretioſi, & ligna pinea, quibus vſus eſt ad fortitudinem templi, domuumq; regalium, 3. Regũ

lium,& instrumentorum musicorum,fecitq; ex eis citharas,& nablas,vt dicerēt deo hymnum Leuitæ.Omnium vero rerum quæ fuerunt quocunque tempore regi delatæ,præcipua fuerūt ea quæ illo die deuecta sunt, magnitudine & pulchritudine.Nullus igitur arbitretur,quod ligna pignea,quæ nunc propter pretia vēdentium sic appellantur,illis vicina sint:illa siquidem visione rotunda quasi pinea sunt,sed ista multo candidiora,& valde fulgentia.Hoc autem dixi,vt nullus naturam veræ pinus ignoret.Quia vero propter vtilitatem regis eius memoriam fecimus,opportunum etiam iudicauimus,significare allati auri illo tempore quantitatem:quod fuit pondere talenta sexcenta sexagintasex,non reputatis eis quæ negotiatores emerant:neque quod dono Arabiæ toparchæ, regesq; mittebant.Conflauit ergo aurum,vt ducentas lanceas faceret,quæ siclos sexcentos haberent.Fecit & scuta trecenta,vnoquoque habēte auri minas tres:posuitq; ea in domum,quæ sylua Libani vocabatur:necnon & pocula ex auro & lapidibus pretiosis ad conuiuia necessaria præparauit.Dumq; vno pręcipuo artifice hęc faceret,vt etiam alia vasorū opera lagitate auri faceret,exquisiuit.Non enim aurum aut argentum vendebatur,aut emebatur:sed multæ fuere naues,quas rex in mari Tarsico constituit,vt interiora gentium penetrarent,& comparatum aurū argentumq; regi deferrent,necnon & elephantes Æthiopas, & simias.Nauigationē vero euntes & redeuntes tribus annis implebant. Tunc enim regis illustris opinio omnes in circuitu prouincias circuibat, virtutem eius & sapientiam vndique diuulgans,ita vt omnes vndique reges desiderarēt aspectum eius,propter incredulitatem rerum quæ de eo referebātur:magnisq; muneribus suum circa eū studium demonstrabant.Mittebant itaq; ei vasa aurea & argentea,vestesq; purpureas,& aromatum genera multa,& currus & equos, & onerigeras mulas quę virtute & pulchritudine regi placerēt:ita vt curribus & equis pristinis ex his qui dirigebantur accresceret curruum numerus quadringentorum:erant enim primitus mille:& item equi duo milia,cum primitus fuissent viginti milia.Nutriebantur autem,vt essent pulchri, pariter & curraces,& comparatione facta, nec decentiores alij, nec velociores inuenirentur. Exornabantur autem & ascensores eorum, primum decora iuuentute florentes, habentesq; magnam proceritatem, satis alios excedentes: longamq; diffundentes in equorum tesione cęsariem, ex purpura Tyria veste circumamicti,auriq; tincturam quotidie in suis comis adijcientes,vt eorum capita percussa sole,auro radiante fulgerent.His circa eum amatis existentibus,arcusq; ferentibus,rex vectus in curru,& alba veste circumamictus,solitus erat exire ad quēdam locum qui ab Hierosolymis duobus schœnis abest,vocaturq; Itham,hortus aquarū rigationibus gratus & locuples. Huc ergo causa delectationis rex egrediebatur,circa res omnes maxima prouidentiæ & studio semper vtens,& vbiq; cultus ac decorus existens:neq; viarum desidiā habuit,sed regias quę ad Hierosolymam ducerent , lapide nigro strauit:vt etiā ambulantibus non possent esse difficiles,vt ostenderent diuitiarum & imperii dignitatem.Diuidens autem currus,& disponens,vt singulis ciuitatibus certus eorum numerus esset,paucos quidem circa se retinuit:vrbes autē vbi dispersi sunt, ciuitates curruum nominauit. Argenti vero tantam multitudinem fecit rex in Hierosolymis abundare,quanta erat & lapidum. Sed & lignis cedrinis quę primo non fuerant,sicut arboribus mori,campos Iudeę ita compleuit.Iussit autem & negociatoribus commercia ex Ægypto deferētibus, vt venderent ei currum cum duobus equis,dragmis argenti sexcentis,quos ipse regibus Syrię,& trās Euphratem habitantibus destinabat . Qui dum fuisset omnium regum glorioſissimus atq; religioſissimus,& prudentia & diuitiis excelleret omnes, qui ante eum Hebręorum tenuerant principatum,non in his vsq; ad terminum vitę suę permansit:quando relinquens custodiam solennitatum paternarum,nō secundum similes actus rerum,quas de Dauid prędiximus,conuersatus est:sed circa mulieres,& Venerem captus,& per intemperātiam turpiter exardescens,non prouincialium

Argenti copia quanta lapidū

cialium ſolummodo delectationem habuit fœminarum,ſed etiã multas ex alie-
nigenis gentibus duxit vxores: Sidonias,Tyrias,Ammonitidas,& Idumęas: le
gesq; præuaricatus eſt Moſaicas,quibus ille contradixit alienigenis mulieribus
Hebręos non debere miſceri: & deos earum cœpit colere,vt mulieribus,earumq;
amori placeret:cum legiſlator prædixiſſet,ne Hebræus alienigenæ regionis vxo 3.Regũ
res duceret:ne forte illarum ſolennitatibus mixtus,& deos illarum coleret, & à
veneratione proprij dei pariter ſe abſtineret. Sed hæc quidem deſpexit Salomõ,
irrationabili amori conſtrictus: & ducens vxores principum,inſigniumq; virorũ
filias numero ſeptuaginta,& trecentas concubinas:ſuper has autem & filiam re
gis Ægyptiorum:repente ab his captus eſt, ita vt earum ſectaretur quoque cul-
turas. Et ideo cogebatur fauoris ſui eis præbere & dilectionis indicia,vt more ea
rum patriæ viueret: & quæ illis eſſent grata,compleret. Ætate ſiquidẽ proceden
te,& ratione pariter propter tempus infirmante,cũ iam non poſſet ſtudia patria
retinere,deum proprium abiecit: & deos vxorum iugiter honorabat:ſed etiã ante
hæc peccauerat,& circa legum cuſtodiam iam deceptus fuerat,quando boũ æne
orum ſimilitudines fecit,quos mari ſubiecit,& leonũ quos in ſuo ſolio regali de-
coris cauſa diſpoſuit. Non enim hæc facere fas erat,dum optimum & familiare
paternæ gloriæ & virtutis habuiſſet exemplum,quod ei propter dei pietatem fue
rat relictum. Hoc ergo non imitatus,cum ſecundo eum deus per ſomnium patrẽ
monuiſſet ſequi,in gloriam huius factus eſt expers. Venit ergo repente propheta
miſſus à deo,dicens: Quod neque iniquitas eius lateret eum,ne que diu in his eſ-
ſet lætaturus:interminatus ſimul,quia ei quidem nõ auferret imperium, quoniã
Dauid patri eius fuerit promiſſum:moriente vero eo,citius eius filium hoc amit-
tere,nõ tamen omnem ab eo populum receſſurum,ſed decem quidem tribus eius
traderet ſeruo,duas autem nepoti Dauid, huius filio reſeruaret, propter illũ qui
dilexit deum, & propter Hieroſolymorum vrbem,in qua templum habere decre
uit. Hæc audiens Salomon, contremuit: & valde turbatus eſt, ex omnibus penè
bonis in quibus erat,repente mutatus:non multo tempore trãſeunte, ex quo hęc
ei prouenere,quæ dicta ſunt à propheta. Mox ſuſcitauit ſuper eum deus inimicũ
Adad nomine,quarum inimicitiarum cauſa hæc fuit. Hic Adad puer erat, gene
re Idumęus,de ſemine regio natus. Qui dum Ioab princeps militiæ Dauid vaſtaſ
ſet Idumæam,& omnes qui armis vti poterant,ſex menſibus peremiſſet,fugiens
venit ad Pharaonem Ægyptiorum regem,qui eum magna largitate ſuſcipiens,
dedit ei & domum,& prouinciam habitandam. Et cum creuiſſet,dilexit eum,ita
vt ei vxoris ſuæ ſororem nomine Raphim daret vxorem: ex qua natus eſt ei fi-
lius,& inter filios eiuſdem Pharaonis regis enutritus. Audiens vero in Ægypto
mortem Dauid pariter & Ioab,accedens ad Pharaonem rogauit,vt eum ad pro-
pria remeare permitteret. Cumq; requireret rex,cur hoc peteret,aut quid paſſus
eum relinquere feſtinaret, cum ſæpius ei importune & nimis inſiſteret atque ro-
garet,tunc quidem dimiſſus non eſt:ſed tempore cum iam Salomon in malis e-
rat propter præuaricationes prędictas,& dei pariter iram,dimiſſus Adad à Pha
raone venit in Idumæam. Et cum eam non potuiſſet à Salomone recolligere,
quia multis præſidijs ſeruabatur,nec eſſet facilis eius inuaſio,ſurgens inde venit
in Syriam. Iunctus eſt autem illic cuidam, Raaz nomine, qui regem Sophenæ
Adrazarum dominum ſuum fugerat,& prouinciam latrocinijs deuaſtauerat:ei-
q; copulatus amicitijs,cum haberet ille circa ſe latronum maximam multitudi-
nem,aſcendens & tendens in Syriam,rex eius effectus eſt. Tunc quoque diſcur
rens Iſraelitarum prouinciam affligebat: & adhuc viuente Salomone vaſtabat.
Et hæc quidem Hebræis prouenerunt per Adad. Inter hæc autem Hieroboam
filius Nabath,ſurrexit contra Salomonem,& quoſdam contribules ſuos,ſecun-
dum prophetiam olim ſibimet dictam. Is cum puer eſſet à patre derelictus, & à
matre erudiretur,videns Salomon robuſtum & nimis ſtrenuum, eum ſuper ædi-
ficium murorum conſtituit:quando munitionem propugnaculorum in Hieroſo-

lymis fecit. Qui ita in hoc opere laborauit, vt rex eum approbaret, eique principatum militię ſuper tribum Ioſeph conferret. illo ſiquidem tempore, cum Hieroboam veniret ab Hieroſolymis, occurrit ei propheta, de ciuitate Silo, nomine Achias. Quem dum ſalutaſſet, deflexit eum paululum ex itinere ad quēdam locum, vbi nullus alius intereſſet: diuidensq; ſuum pallium quo erat indutus, in duodecim partes, iuſſit, vt Hieroboam decem ex his ſumeret: prædicens, quia deus hæc vellet, vt ſciſſo principatu Salomonis, filio quidem eius propter promiſſionem Dauid, duas relinqueret tribus, & illi decem: quoniam Salomon in eo peccaſſet, & mulieribus earumq; dijs ſe improuide ſubdidiſſet. ſciens, inquit, cauſam pro qua deus ſuam dilectionem à Salomone ſubtraxit, eſto iuſtus, & eius cuſtodi præcepta, propoſitam habens palmam dei pietate & honore præcipuam: talis vtique futurus, qualem noſti fuiſſe Dauid. Elatus itaque Hieroboam prophetæ ſermonibus, cum eſſet natura iuuenis feruentiſſimus, & rerum grandium appetitor immenſus, non quieſcebat: ſed cum veniſſet ad exercitum, habens memoriam eorum, quæ ei dixerat Achias, repente viſus eſt populo ſuadere, vt à Salomone recederet, & regnum ei contraderet. Cognoſcens autem Salomon eius voluntatem & dolum, quærebat, vt eum comprehendens, velociter interimeret. Quod dum cognouiſſet Hieroboam, fugit ad Suſſachum regem Ægypti, vſque ad Salomonis obitum ibi moratus: & ne quid pateretur lucratus, & futuro ſeruandus imperio. Mortuus eſt itaque Salomon, valde longæuus: qui regnauit quidem annis octoginta, vixit autem quatuor & nonaginta: & ſepultus eſt in Hieroſolymis, cunctos felicitate & prudentia atque diuitijs excellens reges: præter illa in quibus circa ſenectutem deceptus mulierum ardore, præuaricatus eſt: de quibus, & de malis quæ propterea prouenerunt Hebræis, opportunius explicabo.

Obitus Salomonis

De Hieroboam rege Iſrael inſtituto & Roboam Salomonis filio rege Iuda Iſraelisq; peccato Caput VIII.

POſt mortem vero Salomonis, in regnum ſuccedente filio eius Roboā, ex muliere Ammonitide Naama nomine procreato, repente miſerunt in Ægyptum populi principes, vt reuocarent Hieroboam. Qui dum veniſſet ad eos in ciuitatem Sichimorum, etiam Roboam venit in eam. Placuerat enim, vt illic cōuenientes Iſraelitæ, eum conſtituerent regem. Adeuntes ergo eum principes populi, ſimul & Hieroboam, rogabam dicentes, vt aliquid de ſeruitio relaxaret: & melior eſſet patre, cuius iugo fuerant prægrauati, vt & ipſi deuotiores eſſent, & propter manſuetudinem potius quàm timorem ei ſeruire diligerent. Qui cum poſt tres dies reſponſurum ſe eorum petitionibus dixiſſet, mox quidem eos ſuſpectos fecit, cur non repente quæ petebantur annueret. nam rem bonam & humanam facilem eſſe iudicabant, & magis in iuuene: tamen & in eo quod cogitare ſe dixerat, & non repente negauerat, ſpem aliquam faciebat. Qui conuocatis paternis amicis, tractabat cum eis, quale deberet populo præbere reſponſum. Illi vero quæ deuoti facerent, naturam vtique vulgi ſcientes, monebant, vt manſuete loqueretur ad populum, & communis quàm regius exigeret faſtus: vt ita fauorem omnium ſibimet obligaret, cum naturaliter diligant ſubiecti manſuetudinem regum, atque communionem. Tunc ille vtile conſilium forſitan deo volente deſpiciens, vocatis adoleſcentulis ſecum enutritis, eisq; pandens cōſilium ſeniorum, quid oporteret fieri requiſiuit. Illi vero cū nequę iuuentus, neque deus meliora eos tractare permitteret, monuerunt, vt aſperius loqueretur ad populū, & inferiorem ſuum digitum lumbis paternis diceret vaſtiorā: & ſeueritatem quā fuerant in illo comperti, in ſe multo potiorem agnoſcerēt. In his delectatus rex, & credens dignitati regiæ conuenire reſponſum, dum die tertia plebs auditura veniſſet, & omnis populus videretur ſuſpenſus eſſe, vt verba regis audiret, credens aliquid clementius eſſe, relinquens ille conſilium ſeniorum, reſpondit adoleſcentium. Hæc autē dei voluntate gerebantur, vt quę prędixerat Achias, perducerentur

ducerentur ad terminum. Tunc ergo cuncti eius sermonibus, velut opere iam percussi, & dolentes quasi iam experimento ipsarum rerum quæ dicebantur, afficerentur, indignitati sunt: & omnes pariter voce magna clamauerunt, nihil sibi post hunc diem esse commune ad genus Dauid, vel qui erant ex eo progeniti: sed solum templum ei cedere, quod pater eius ædificasset: eumq; interminati sunt se relicturos: & sic amare iracundiam seruauerunt, vt dum misisset rex Roboam quendam nomine Aduram, super tributa constitutum, qui eos aliquo modo mitigaret, & post sermones qui petulanter ab ætate iuuenili prolati fuerant, ad concordiam reuocaret: passi non sint: sed eum lapidantes interemerint. Quod dum vidisset Roboam, credens se quoque lapidandum, metuens ne & ipse tale aliquid sustineret, ascendens in currum, fugiensq; venit mox in Hierosolymam. Et tribus quidē Iuda, simul & Beniamin eum constituere regem: reliqua vero plebs ab illa die recedens à filijs Dauid, omnium regem Hieroboam constituit. Roboam vero Salomonis filius conuentu facto duarum tribuum, in quibus regnabat, sumens ex eis electos milites centum octoginta milia virorum, contra Hieroboam & contra populum dimicare cogitabat, quatenus eorum subderet sibi bello seruitium. Prohibitusq; est à deo per prophetam Semeiam, vt bellum non inferret: eisq; dicebat non esse iustum, vt aduersus contribules dimicarent, cum ab eo dei voluntate populus recessisset. Quo facto, nequaquam egressus est ad prælium. Diuiso itaque regno, prius narrabo, quæcunque Hieroboam Israelitarum rex egit. Deinde, quæ à Roboam duarum tribuum rege gesta sunt, explanabo. Sic enim totius ordo historiæ seruabitur. Igitur Hieroboam constitutis in Sichimorum ciuitate regalibus, ibidem morabatur: quod etiam in Phanuel ciuitate fecit. Non multo post dum scenopegiæ festiuitas immineret, cogitans Hieroboam quia si permitteret populum, vt dominum deum pergens in Hierusalem adoraret, festiuitatem illic solenniter agens pœnitentia duceretur, & propter templum & propter dei religionem: forsitan & metuens ne eum quidem relinqueret, ad regem vero pristinum remearet, & ob hoc mortis periculum sibimet immineret, opus hoc malignum sua cogitatione molitus est. Fecit duas vitulas aureas, & totidem templa construxit: vnum quidem in ciuitate Bethel, aliud vero circa Dan, quæ ad fontes Iordanis minoris videtur existere, posuitq; has vitulas in templis quæ prædiximus ciuitatum: & rex vocans decē tribus quibus ipse regnabat, his verbis concionem fecit ad populum: Viri contribules, nosse vos volo, quod omnis locus habeat deum, & non ostenditur locus in quo proprie præsens est, sed vbique semper exaudit, & cultores suos intendit. Vnde mihi non videtur necessitatem vos pati ad Hierosolymam properandi, ad hostium vtique ciuitatem: & vt adoretis deum, longo itinere fatigari. Homo enim illud ædificauit templum, & ego feci duas vitulas aureas deo æquinocas, quarum vnam quidem in Bethel ciuitate dedicaui, aliam vero in Dan vrbe constitui: quatenus quicunque vestrum eis vrbibus sunt vicini, adorent in eis deum. Constituamq; ex vobis ipsis sacerdotes earum, atque leuitas, vt tribu Leui nequaquam neque Aaron filijs indigeatis: sed qui voluerit vester esse sacerdos, offerat vitulum deo & arietē vnum, quod & primum pontificem Aaron fecisse dicunt. Quod cum dixisset, seduxit populum, vt à patria religione recedens, præuaricaretur leges. Hoc itaque Hebræis malorum fuit initium: & qui cuncta deuicerant prælijs, in alienigenarum sunt ditione subiecti. Sed hæc quidem opportune narrabimus. Igitur dū instaret septimo mense festiuitas, volens & ipse eam in Bethel ita agere, sicuti duæ tribus in Hierosolymis celebrabant, ante vitulam quidem ædificauit altare, & ipse ppntifex factus cum sacerdotibus ad altare conscendit. Cumq; esset hostias & holocausta coram omnibus populis oblaturus, venit ad eum ex Hierosolymis prohepta, nomine Iadon, missus à deo. Qui stans in media multitudine, audiente etiam rege, faciens ad altare sermones: deus, inquit, futurum quēdam esse prędixit ex genere Dauid, nomine Iosiam, qui temporis illius supra te falsos peri-

De peccato Hieroboam quo recessit a deo faciens aureas uitulas

Verba Hieroboam abducentis populum in idololatriam

3. Regū 13 Iadon prophēta increpat Hieroboam

mat ſacerdotes: ſed & oſſa etiam horum populum ſeducentium & erroneorum & impiorum ſupra te nunc ſimul exurat. Vt tamen credant iſti hoc ita futurum, ſignum eis prædico nunc fiendum: ſubito enim rumpetur hoc altare, & omnis pinguedo ſacrificiorum ſuper illud poſita, fundetur in terram. Hæc dicente propheta, indignatus Hieroboam, manum extendit, præcipiens eum continuo comprehendi, Cuius manus mox eſt arefacta, nec valuit eam ad ſe denuo reuocare, ſed habuit eam marcidam & ſolutam. Ruptumq; eſt repente ſacrarium: & ſicut propheta prædixerat, cuncta diffuſa ſunt. Cumq; videret rex veracem hominem, & præſcietiam diuinam habere cognoſceret, rogauit, vt ſupplicaret deo, quatenus eius dextera curaretur. Quo rogãte deum, & manum ſibi naturaliter reſtitutam gaudebat, prophetamq; rogabat obnixe, vt eius conuiuijs intereſſet. Iadon vero dixit, non ſe pati, vt ingrederetur ad eum, nec panem aut aquã in ea ciuitate guſtaret: hoc ſibi præceptum à deo dicens, vt etiam alio quàm vnde venerat itinere rediret. Huius igitur abſtinentiã rex miratus, erat in timore poſitus: & permutationem rerũ ex his quæ dicta fuerant, non proſperã ſibimet imminere credebat.

Quomodo Iadon quod pſeudoprophetæ auſcultauerat, à leone necatus eſt: & ſepultus à propheta maligno qui Hieroboam omnem dei timorem exemit. Caput IX.

3. Reg. 13 *De falſo propheta & maligno ſeducente Iadon.*

ERat autem quidã in ciuitate ſenior, malignus homo, falſusq; propheta, quẽ Hieroboam magnis ſtudijs honorabat: cum eo dicente quæ illi grata forẽt, crebro deciperetur. Iſte itaque tunc erat in lectulo propter ſenectutis infirmitatem. Filijs autem indicantibus ei prophetam, qui de Hieroſolymis venerat, & de ſignis effectis, & quomodo arefacta manus Hieroboam dextera, illo orante fuerat reſtituta, metuens ne peregrinus melior eſſet apud regẽ & potiori honore frueretur, præcepit filijs, vt ei repente ſtratum ad iter aſinum præpararent. Quibus præceptum feſtinanter implentibus, aſcendens proſecutus eſt prophetam: & inueniens eum ſub alta & vmbroſa ilicis arbore quieſcentem, ſalutauit primum, deinde obiurgauit, cur apud eum non intraſſet, & eius eſſet hoſpitalitate participatus. Quo dicente, ſe à deo prohibitum, vt apud quẽquam in illa ciuitate guſtaret: non, inquit, prohibuit diuinitas, vt meam menſulam deuitares. Nam & ego propheta ſum, & in ea tecum religione communis: & adſum nunc miſſus à deo, quatenus te comeſurũ ad me deducam. Ille vero credens mentienti, reuerſus eſt. Quibus adhuc prandentibus, & pariter epulantibus, deus apparuit Iadon: eiusq; mãdata præuaricantem dixit ſupplicia ſuſtinere, & qualitatem pœnæ continuo declarauit: leonem ei occurſurum in itinere, quo dilaceraretur: & quod ſepultura patria priuaretur, edixit. Hæc autem facta reor voluntate diuina, vt Hieroboã nequaquàm verba Iadon metueret, quaſi fallacis & ita defuncti. Remeante ſiquidem Iadon rurſus in Hieroſolymam, occurrit ei leo, & deijciẽs eum de aſino peremit & quidẽ in nullo nocuit, ſed cum eo ſedẽs, & illũ & corpus propheţ magna tuitione ſeruauit: donec aliqui iter agentiũ videntes hoc, venientes in ciuitatẽ falſo prophetæ denunciarent. Qui miſsis filijs, eius corpus deuexit in ciuitatẽ, & ſplendida pompa eius celebrauit exequias, præcipiens filijs ſuis, vt ipſum mortuum cum eo ſepelirent, dicens: quod omnia quidem vera eſſent; quæcunque ille prophetaſſet aduerſus ipſam vrbem & altare, & ſacerdotes, necnon & contra falſos prophetas: & quia ipſe non pateretur iniuriam poſt propriam mortem, ſi cum eo ſepultus eſſet, oſſibus eius copulatus, qui propter ſocietatem oſſium prophetæ non poſſet agnoſci. Sepeliens ergo prophetam, & filijs iſta præcipiens, cum eſſet malignus & impius, acceſsit ad Hieroboam, eiq; dixit: Quare turbatus es verbis fatui viri? Cumq; illi rex de ſacrario & manu ſua narraret, ſanctum vere & prophetam egregium eum vocans, cœpit deſtruere eius opinionem: & veriſimilibus vtens, rerum geſtarum creditam conabatur imminuere veritatem. Nitebatur enim ei ſuadere, quia pro labore portandi multa ſacrificia, eius manus obſtupuiſſet: & deinde cum requieuiſſet, ad naturam propriam denuo remeaſſet.

meaſſet. Altare autem cum prius fuiſſet vacuum, ſuſceptis multis hoſtijs & ingẽtibus, propter onus impoſitorũ fuiſſe diſruptum, & cecidiſſe dicebat: ſignificauitq; ſimul ita mortem eius: & quia ſignat hæc prædixerat, eo fuiſſet à leone diſcerptus: & nihil eſſe quod propheta locutus eſſet. Hæc ergo dicens, regi ſatisfaciebat: eiusq; mẽtem penitus auertit à deo, & à ſanctis operibus, & ad actus impios euocauit. Qui rex tantam deinceps contumeliam diuinitati fecit, & ita contra leges atrociter inſiluit, vt nihil aliud quotidie quæreret, quàm vt aliquid noui ſuper ea quæ iam perpetrauerat ſcelera, cumularet. Igitur de Hieroboam in præſenti hæc dixiſſe ſufficiat.

De regno Roboam tranſgreſsione & pœna. Caput X.

FIlius autem Salomonis Roboam, qui ſicut prædiximus, ſuper duas regnauit tribus, ædificauit munitiſsimas ciuitates & magnas Bethlehem, & Itham, & Thecos, & Bethſura, & Socho, & Odollam, & Hippam, & Mariſſam, & Zipham, & Aduram, & Lachis, & Zethuram, & Helum, & Hebron. Has quidẽ in ſorte Iuda primas ædificauit. Fecit & alias præcipuas in ſorte Beniamin, muris q; circundans, cuſtodes inſtituit vniuerſis, & principes multumq; frumentum, & vinum, & oleum: & alia quæ ſingulis ciuitatibus pro cibarijs eſſent neceſſaria largiſsima vbertate recõdidit: inſuper etiam & ſcuta, & iacula nimis innumera. Conuenerunt autem ex omnibus Iſraelitis ſacerdotes ad eum in Hieroſolymã, pariter & Leuitæ, & quicunque alij de populo erant boni vel iuſti, relinquentes proprias ciuitates, vt culturam dei in Hieroſolymis exhiberent. Non enim libẽter habebant, dum compellerentur vitulas adorare, quas fecit Hieroboam: & auxerunt imperium Roboam per tres annos. Qui dum cognatam quandam duxiſſet vxorem, & tres ex ea filios ſuſcepiſſet, poſt eam quoque duxit nomine Maachan, natam de Thamar filia Abſalom, quæ & ipſa videbatur eſſe eius cognata de qua natus eſt ei filius maſculus, quẽ Abiam appellauit: habuitq; filios ex alijs coniugibus, ſed ſuper omnes potius diligebat Maacham. Habuit autem lege ſibi coniunctas vxores, decem & octo, concubinas vero triginta. Et filij quidem ei nati ſunt decem & octo, filiæ vero ſexaginta. Succeſſorem autem ſui regni conſtituit. Abiam ex Maacha procreatum, cui & theſauros & munitiſſimas tradidit ciuitates. Reor enim quia ſæpius cauſa malorũ & iniquitatis exiſtat hominibus magnitudo rerum, earumq; ad peiora cõuerſio. Videns autem Roboam regnum ſuum his crementis augeri, ad impias & iniuſtas conuerſus eſt actiones: & ſpreuit dei religionem, ita vt populus eius imitaretur iniquitatẽ. Cum moribus nanque principum corrumpitur conuerſatio ſubiectorum: & cum viderint illorũ luxurias, ſuæ caſtitatis merita reſpuentes, quaſi virtutem eorum imitari nituntur illecebras. Non enim opera principum approbare videntur, niſi etiam ſimiliter hæc agantur. Hoc igitur accidebat ſubiectis Roboam. Nam cum ille ageret impie & inique, ſtudebant & illi nõ eſſe iuſti, ne rex videretur offendi. Quapropter vindicem ſuper Hebræos miſit deus regem Ægyptiorum nomine Suſſachum: de quo narrans Herodotus, actus eius poſtremo adnexit. Is enim Suſſachus quinto anno regni Roboam cum multorum milium exercitu caſtrametatus eſt cõtra Hieruſalem: Sequebantur enim illum currus mille & ducenti, equitũ vero ſexaginta milia, & quadraginta milia peditum, quorum plurimos habebat Libyes & Æthiopes. Inuadens itaque Hebræorum regionem, munitiſſimas Roboam ciuitates ſine dimicatione detinuit, & nouiſſimum armatus ad Hieroſolymã venit, vbi Roboam & eius exercitus propter militiam Suſſachi tenebatur incluſus: de umq; rogabant, vt eis victoriam ſalutemq; conferret. Quos tamen non exaudiuit deus, nec eis pugnaturis victoriæ ſpem promiſit. Propheta enim Semeias ait, deum eſſe interminatum eos ſe relicturũ, ſicut ipſi eius videbantur deſeruiſſe culturam: Hæc audientes animo ſunt ſoluti: & dum nullam viderent in ſe ſalutem cõfitebantur omnes quod eos deus iuſte deſpexerit, cum ipſi circa eum impie cru deliterq; geſſiſſent, & eius legitima confudiſſent. Quos videns deus ita deiectos,

2. Paral. xi. xii.

Vrbes a Roboã edificatæ

3. Regũ xiv.

& ad pœnitentiam fuiſſe deductos, nō ſe perditurum eos prophetæ dixit, ſed Ægyptijs tantum fore ſubdendos, vt agnoſcerent vtrum hominibus ſeruire eſſet in fatigabilius an certe deo. Capiens ergo Suſſachus nō lege bellica ciuitatem, ſed pactis præcedentibus Roboam eum ſuſcipiente propter timorem, ingreſſus fœdera non ſeruauit, ſed & templum expoliauit, & theſauros dominicos & regios exhauſit, auri & argenti multa milia, & innumerabilia ſecum deuehens ornamenta, & nihil omnino illic derelinquens. Abſtulit autem & aureas lanceas, & ſcuta quæ rex fecerat Salomon: ſed neq; pharetras aureas dimiſit, quas Dauid ſumptas à rege Sophenæ deo dicauerat. Quod cum idem Suſſach feciſſet, ad propria remeauit. Meminit autem huius prælij & Herodotus Halicarnaſeus, qui ſolummodo circa regis nomen errauit. Sed quia & gentes alias multas inuaſit, & Palæſtinam Syriam ſubiugauit, capiens ſine prælio cunctos in ea regione degētes vnde palàm eſt, quia noſtram gentem ſubditam Ægyptijs indicare vult. Ait enim quomodo & ſtatuas eorum, qui ſine prælio ſe tradiderunt, reliquerit: & mulierum genitalia in eis cælauerit. Roboam etenim rex noſter ei tradidit ſine prælio ciuitatem. Dixit autem & Æthiopas ab Ægyptijs didiciſſe genitalium circunciſionem. Phœnices autem & Syri in Palęſtina fatentur hoc ſe ab Ægyptijs didiciſſe: & palàm eſt, quomodo nulli alij circuncidebantur Syrorum in Palæſtina habitantium præter noſtros. Sed de his ſentiat quiſque vt voluerit. Igitur diſcedente Suſſacho, Roboam rex pro aureis lanceis & clypeis ærea eiuſdem numeri fecit: & cuſtodibus regalibus ſeruanda tradidit: & qui cum ſplendido principatu & claritate rerum debuerat imperare, ſub multo ſilentio & timore regnauit: fuit autem Hieroboam regi cūctis temporibus inimicus. Mortuus eſt autem cum vixiſſet annis quinquaginta & ſeptem, in quibus regnauit annis decem & ſeptem, vir ſuperbus & fatuus: & qui nolens paternis amicis credere, perdiderat principatum: ſepultus eſt autem in Hieroſolymis in tumulis regum. Roboam itaque ſucceſsit in regnum filius eius Abias: cum Hieroboam octauum & decimum annum iam haberet in regno. Et hæc quidem huiuſmodi ſine ſunt conſumpta.

Templum ſpoliatur

Herodotus

De circumciſione nariarum gentium

De morte filij Hieroboam & quomodo victus ab Abia rege Iuda. Caput XI.

3. Reg. 14. COnſequens eſt nunc, vt de Hieroboam dicamus, quemadmodum & ipſe fuerit conuerſatus. Is enim nō quieuit iniquitates facere corā deo: ſed quotidie in excelſis montibus erigebat aras, & ſacerdotes de populo faciebat. Cōtra quas impietates, ſupplicia non poſt longū tempus in eius caput & totius generationis ipſius erat relatura diuinitas. Illa ſiquidē tempeſtate, cū filius eius nomine Abimen ægrotaret, dixit vxori ſuę vt mutata veſte priuatū ſchema ſuſcipiēs, iret ad Achiam prophetam, aſſerēs eum virtum eſſe mirabilem, & futura prædicere, qui etiam de regno ei ſignificaſſet: & ab eo quaſi peregrina requireret, ſi puer languorem poſſet euadere. Quæ mutata veſte, ſicut maritus ei præcepit, venit in ciuitatē Silo, vbi morabatur Achias. Cumq; foret domum illius ingreſſura, cum eſſet iam prophetæ viſus ſenectute grauatus, apparuit ei deus, vtrunq; denuncians, & quia Hieroboam regis veniſſet ad eum vxor, & quid deberet pro quibus aderat reſpōdere. Quia in eius domū veniēte, veluti priuata ſimul & peregrina, ille clamauit Ingredere vxor Hieroboam, quid te cælas? Deū latere nō potes, qui mihi & tevē turam eſſe denunciauit, & imperauit quæ tibi dicā. Reuertēs igitur ad maritū, dic ei hæc præcepiſſe deum: Quoniam te magnum ex paruulo, & nihil exiſtente conſtitui regem: & ſcindens regnum à genere Dauid, tibi cōtradidi: tuq; horum non recordatus, meamq; religionem deſerēs, fuſilesq; deos efficiens, illos potius honoraſti: deijciam te denuo, & omne tuum genus exterminabo, & canum voracitati volatiliumq; dabo: & quidem à me ſuſcitabitur rex totius populi, qui de genere Hieroboam nullum penitus remanere permittet. Participabitur autem iſto ſupplico etiā populus, & copioſa hac terra priuabitur, & trās Euphratē vlterius diſpergitur: quoniā cuncti regis impietates ſecuti, deos ab eo factos adorauerūt

& meam religionem venerabilem reliquerunt. Tu vero mulier hæc marito festi na renunciare: filium vero tuum inuenies esse defunctum. Te nanque ingredien te ciuitatem, spiritum mox amittet, sepelieturq; planctu populi communiter ho noratus. Hic nanq; solus ex genere Hieroboam bonus fuisse perhibetur. Hæc nanq; propheta perhibente exiliens turbata mulier de morte filij & lamentans per viam, festinabat iter lugens & ingemiscens, filium vtiq; quem in spe dereli querat, viuum vlterius non visura, quem cõtinuo mortuum esse crediderat. Quę dum veniisset in ciuitatem, filium quidem sicut propheta dixit, inuenit extinctũ, regi vero cuncta narrauit. Hieroboam itaque nihil horum cogitans, multo exer citu congregato contra Abiam filium Roboam, qui in duabus tribubus patri suc cesserat castrametatus est: despiciebat enim illum propter ętatem. Qui dum Hie roboam inuasionem audisset, obstupefactus est: veruntamen vltra prudentiam iuuentutis spe bellandi roboratus, electo ex tribubus duabus exercitu, occurrit Hieroboam ad quendam locum qui vocatur mons Amorræorum: & castra cir cunfigens, bello necessaria præparabat. Erat enim eius exercitus sexaginta mi lia virorum. Hieroboam vero manus duplex erat. Cumq; exercitus ex vtroque ad opus bellicum, & certamina committenda esset iam in acie cõstitutus, instãs in loco excelsiore rex Abias manu silentium imperauit, & Hieroboam petijt vt cum quiete prius audiret, factoque silentio cœpit hæc dicere: Nec vos equidem ignoratis, quod deus principatum Dauid & eius soboli in tempore vniuerso con cesserit: miror autem quomodo recedentes à meo patre, seruo Hieroboam inde center adhæseritis, & cum eo nunc pugnaturi contra eos, qui à deo regnare decre ti sunt, adueniistis, vt eorum regnum his prę lijs auferatis. Hactenus itaque re gnum Hieroboam iniuste detinuit, quod non reor maiori eum tempore possessu rum: quia deo pœnas etiam de præterito nunc soluens, ab iniquitatibus & iniu rijs cessabit, quas ei hactenus inferre præsumpsit: sed & vos talia perpetrare coe git: qui nullam à meo patre passi cõtumeliam, sed tantum quia non in cœtu quæ vobis placerent locutus est malignis hominibus credens, illum quidem vt puta tis ira faciente reliquistis: quod autem verius est, à deo vos & eius legibus abstra xistis, cum potius ignoscendum fuerat non verbis solummodo durioribus, viri iu uenculi & contentionis ignari: sed etiam si ab aliquam difficultatem operis per iuuentutem fuisset inexperientiamq; perductus, propter Salomonem patrem il liusq; beneficia vobis sæpe collata: quia venia danda est vtique peccatis filiorũ, pro beneficijs & affectu parentum. Vos autem nihil eorum cogitastis, neq; tunc neque modo, sed venitis super nos tantus exercitus. Vel in quo de victoria con fiditis? An in vitulis aureis & aris in montibus constitutis, quę vestræ sunt im pietatis & non religionis indicia? An certe spem vobis multitudo præbuit: quę castra nostra transcendit? Sed nulla virtus illic est, vbi licet cum multis mili bus vn9 pugnat iniuste? solummodo enim iustitia & pietate diuina spes victorię cõsistit immota, quæ scilicet apud nos est, seruantes à principio leges, & propriũ deũ venerantes: quem non manus de putrescibili sylua fecerunt, nec excogitatio mali regis populi seductione construxit, sed cuius est opus principium finisq; cũ ctorum. Vnde suadeo nunc vobis, vt pœnitentiam præteritorum habeatis, & meliora cogitantes dimicare cessetis, paternasq; leges recolatis, & quicquid ad magnitudinem vos tantæ felicitatis euexit. Hæc equidem Abias est locutus ad populum. Adhuc aũt eo loquente, quosdam militum Hieroboam latenter immi sit, vt Abiam ex aliquibus partibus circundaret: quas exercitus non videret. Qui cum inter hostes apparuissent, exercitus quidem conturbatus expauit. Abias au tem confortabat eos, vtq; in domino spem haberent, poscebat. Tunc illi pariter inuocantes dei solatium, sacerdotalibus tubis cum clamore hostes aggressi sunt. Et illorum quidem audaciam ac iuuentutem dissoluit deus exercitum aũt Abiæ fecit excelsiorem. Nam quanta in nullo bello refertur cædes fuisse commissa, neque Græcorum, neque Barbarorum: tantos interimentes de exercitu Hiero-

boam,mirabilem & famoſiſſimam perceperunt deo conferente victoriam.quin quaginta enim milia hoſtium bello proſtrata ſunt,eorumq; munitiſſimas ciuitates diripuerũt:inſuper Bethel eiusq; regionem forti dimicatione tenuerũt.Hieroboam itaque hac perditione fatigatus,nequaquá vires habuit, quantocunque tempore poſt hæc Abias vixit.Qui tamen poſt hanc victoriam paruo tempore ſuperuiuẽs,obijt cum regnaſſet annis tribus.Et ſepultus eſt in Hieroſolymis,in paternis monumentis.Reliquit autem filios quidem duos &viginti,filias autem decem & ſex,quos omnes de vxoribus viginti quatuor procreauit.Huic ſucceſſit in regno filius eius Aſa,cuius iuuenculi mater fuit nomine Maacha:Quo regnante omnis prouincia Iſraelitarũ pace potita eſt annis decem.Hoc ergo modo Abiæ filij Roboam nobis geſta ſunt tradita. Mortuus eſt ergo Hieroboam, rex decem tribuum,cum vigintiduos annos tenuiſſet imperium : ſucceſſitq; ei filius Nadab,ſecundo iam anno imperij regis Aſa tranſacto:Regnauitq; Hieroboam filius annis duobus,patris impietati malitiæq; concordans.In his aũt duobus annis caſtrametatus eſt contra Gabathon ciuitatem Palæſtinorũ. Cumq; eam foret obſeſſione captur9,dolum paſſus à quodam amico nomine Baaſa Meheli filio,mortuus eſt.Qui poſt eius obitum potitus imperio,omne genus Hieroboam interemit:& euenit,vt ſecundum prophetiam dei,alij quidem cognatorũ Hieroboam in ciuitate mortui lacerarentur à canib.atque conſumerentur , alij vero in agris à volatilibus deuorarentur.Et domus quidem Hieroboam pro eius impietate atque iniquitate hac vice dignam pertulit vltionem.

Abia mortuo ſuccedit Aſa

De victorijs Aſa & Baaſa regum Iuda & Iſrael. Cap. XII

REx autem Hieroſolymorum Aſa,dum moribus eſſet egregius,& ſemper ad diuina reſpiceret:nihilq; gereret neque cogitaret,quod non eſſet pietati cõueniens,aut ad legum cuſtodiam pertineret,ſuum compoſuit regnum,abſcindẽs cunctam ab eo nequitiam,& ab omni macula emundans. Habuit autem exercitum electorum virorum,arma ferentium, ſcuta & lanceas, de tribu quidem Iuda trecenta milia:de Beniamin autem ſcuta arcusq; portantium,ducentaquinquaginta milia.Cumque iam decem regnaſſet annis,caſtra cõtra eum mouit cũ magno nimis exercitu Zareas rex Æthiopiæ,ducens pedeſtrium quidem nonaginta milia,equeſtrium vero decem milia,& currus trecentos. Qui dum vſq; ad ciuitatem Mariſſam quę eſt in tribu Iuda,cum exercitu ſuo veniſſet , occurrit ei Aſa:& caſtris contra eum poſitis in quadam conualle nomine Sebatatha , non procul à ciuitate,cum vidiſſet Æthiopũ multitudinem,poſcebat à deo cum clamore magno victoriam,& vt tam multa milia hoſtium ipſe perimeret. Neque enim & in alio confidendũ eſſe dicebat,quàm in eo qui poſſet etiam paucos multorũ potiores oſtendere,& facere infirmos fortiſſimis pręualere.Hæc oráte Aſa, ſignum victoriæ deus oſtendit:& cum gaudio diuinæq; virtutis auxilio bello cõgreſſus,multos Æthiopum perculit,& conuerſos in fugam perſecutus eſt vſque ad Geraritidem regionem.Relinquentes autem hoſtiũ occiſionem ad direptionem ciuitatis Gerareth quam ceperant,eorumq; ad caſtra protinus acceſſerunt, ita vt tollerent multum aurum,multumq; nimis argentum,prædamq; deuehẽrẽt valde mirabilem & camelos & ſubiugalia,& pecudum greges innumeros. Aſa autem & eius exercitus ſumpta huiuſmodi à deo victoria atque pręda, in Hieroſolymam remeauit.Quibus venientibus occurrit invia Azarias nomine prophe ta,& pręcipiens,vt paululum à greſſu itineris ſuſtinerent, cœpit ad eos dicere, quod illa victoria fuiſſet eis à deo cõceſſa,eo quod iuſtos ſe ſanctosq; ſeruaſſent, & omnia dei voluntate feciſſent.Quos in eius mandatis permanentes dixit ſemper hoſtibus prævalere,& habituros diuina virtute felicitatem& proſperitatem, relinquentes autem religionem,in contraria deuenire:futurumq; tempus,in quo nullus inueniretur verax propheta in eo populo,neque ſacerdos qui iuſte aliquid reſponderet:ob quam rem ita & ciuitates ſubuertendas,& gentem in omni terra diſſeminandam,& vitam miſerabilem & inopem habituros. Suaſit quoq; eis vt

Victoria Aſa de Aethiopibus

2.Paral.15

Prophetia azariæ

dum

dum hoc haberent, bene agerent, & nequaquam à diuina deuotione recederent. Hæc audiēs rex & populus, gauisi sunt: multumq; studium & omnes in cōmune, & singuli circa iustitiam exhibebant: misitq; rex in omnem prouinciam præci- 3. Regū 5
piens, vt legitima diligenter vbique seruarentur. Sic igitur Asa regis duarum tri buum actio gerebatur. Reuertar autem ad regem Baasan, qui Israelitico populo præsidebat, occideratq; Nadab filium Hieroboam, & eius tenuerat principatū. Is enim in Thersa ciuitate degens, & habitaculum ibi constituens, regnauit quidem annis vigintiquatuor: sed fuit malignus & impius vltra Hieroboam & filiū eius, & populum multis malis afflixit, & deo fecit iniuriam. Qui mittens ad eum Gimon prophetam, prędixit & se & omne genus eius exterminaturum, & eisdem malis quibus domum Hieroboam percusserat perditurum: quia rex ab eo constitutus, beneficium non repensauit, vt iuste & pie populo præsideret: quę primitus ipsis prodessent, deinceps deo gratissima forent: sed magis imitatus est pessimum Hieroboam: cuius dum perisset anima, viueret tamen eius in isto malignitas: di cebatq; supplicium malorum illius hunc habiturum, qui ei similis extitisse videbatur Baasa autem quānis per prophetam audisset futuram sibi suoq; generi pro commissis sceleribus vltionem, tamen de reliquo non quieuit, neque respexit, quia male agendo deperiret inglorius, & pœnitendo pro malis præteritis à deo veniam mereretur: sed tanquam illi quibus præmium proponitur laborare nō cessant, donec ad proposita dona perueniant: sic & Baasa propheta prædicente sibi futura, tanquam si ad magna dona concurreret, in perniciem sui generis, & totius domus interitum, peior fieri quotidie non cessabat. Namque velut athleta nequitiæ, in his agebatur malis. Nouissime vero exercitu sumpto, obsidebat Ramath non ignobilem ciuitatem, quę quadraginta stadijs ab Hierosolymis aberat: eamq; capiens, cogitauit vt in ea exercitum derelinqueret: quatenus exinde procedens, terram Asa regis inuaderet. Metuens etiam Asa conamen hostis, cogitans quia possit exercitus qui Ramatha ceperat, eius violare prouinciam, misit ad regem Damascenorum legatos, simul & aurum & argentum, petens ab eo solatium, & commemorans quia amicitiam antiquitus habuissent. Ille vero & pecuniarum opulentiam grate suscepit, & solatia prębuit, soluēs amicitiam quā habuerat cum Baasa: misitq; ad ciuitates quę Baasa videbantur imperio subiacere, vt eas affligerent. Qui alias quidem incēderunt, alias depopulati sunt, id est, Elon & Dan & Iabellan: & alias multas. Hæc audiens rex Israelitarum, ędificare quidem Ramathan atque munire cessauit. Enimuero cum studio festinauit, vt proprijs ferret auxilium. Igitur Asa ex apparatu ædificiorum quæ Baasa congregauerat, construxit in eo loco duas fortissimas ciuitates, quarum altera Gabaa, altera vero Maspha vocabatur. Et post hæc non habuit iā Baasa temp⁹ pugnandi aduersus Asa. Peremptus est enim à Creone, & sepultus est quidem in ciuitate Thersa: cui successit filius Helan. Hic autē cum regnasset duob⁹ annis defunctus est, quem occidit Zamarias, equorum ordinis dimidij princeps. Nam dū epularetur apud dispensatorem suum nomine Osa, suasit quibusdam equitib⁹ vt subito discurrentes, eum armigeris & principibus desolatum reperientes, occiderent. Illi nanq; cuncti circa obsessionem Gabathenę ciuitatis in Palęstina positæ, occupati videbantur. Perimens itaque Helā regem princeps equorum zamarias, ipse regnauit, & omne Baasan genus secundum prophetiam Gimon interemit. Eodem nanque modo eius domus propter impietatem radicitus est euulsa, sicut genus Hieroboam perijsse descripsimus. Exercitus autem qui Gabathon obsidebat, audiens quod de rege contigerat, & quod zamarias occidisset eum & inuasisset imperium, & ipsi principem suum Amarin constituerunt regem. Qui à Gabathena vrbe mouens exercitum, venit in Thersa: & accedens ad ciuitatem, manu bellica eam cepit. Zamarias autem videns ciuitatem fuisse detentam, fugit ad locum aulæ regiæ secretiorem, & succēdens eā semetipsum pariter cōcremauit,

Gimon prophetā mittitur ad Baasam

mauit,cum regnasset diebus septem. Mox itaque Israelitarum diuisus est populus,& alij quidem Thaman regnare volebant,alij autem Amarin.Cumq; vicisset pars Amarin,interemptus est Thamã,& in toto exercitu regnauit Amarin. Trigesimo autem anno regis Asa,Amarin suscepit imperiũ,& tenuit annis duodecim. Quorum sex quidem annos in Thersa egit, reliquos autem in ciuitate quę Mareon appellatur,à Græcis vero Samaria.Hic autem appellauit eam Samareon à Samaro quodam,qui ei montem venundauerat,in quo ciuitatem constituerat.In nullo autem differebat priorum regum,nisi quod peior erat.Omnes enim quęrebant modum, quatenus suis impietatibus quotidie populum facerẽt à deo recedere:& propterea discerpsit eos,& nullum permisit ex eorum genere superesse.Et is ergo defunctus est in Samaria,successitq; ei filius suus Achab. Ex his enim cognoscitur,quantam prouidentiam humanarum rerum probatur habere diuinitas:& quomodo bonos quidem diligit,malos autem abhorret & à radice disperdit.Israelitarum denique reges,propter suam iniquitatem & iniustitiam,alter super alterum irruentes,multi paruo tempore perierunt, & eorum genus exterminatum est.Asa autem rex Hierosolymorũ,qui duabus tribubus præsidebat:& propter pietatem atque iustitiam,ad longam felicemq; perductus est senectutem:& cum regnasset quadragintavno annis,bona morte defunctus est. Quo moriẽte,successit ei filius suus Iosaphat,de Abiatha matre procreatꝰ.Hũc autem imitatorem proaui sui Dauid,pietate atque fortitudine cuncti ipsis operibus crediderunt.Sed de hoc rege non est modo referendi necessitas.

Samaria unde dicta

De Achab & Iezabel & de Heliæ gestis & Abdiæ. Cap. XIII

IGitur Achab Israelitarũ rex habitauit in Samaria,tenuitq; principatum annis viginti & mensibus duobus:nihil amplius innouans, quàm prisci fecerant reges, nisi quod mali magnitudine tenderet ad peiora: omnem eorum nequitiam,& quod ad diuinam pertineret iniuriã viuaciter imitatus,& præcipue Hieroboam imitatus iniquitatem. Is nanque vitulas ab illo constructas adorauit, & super hęc alia potiora molitus,duxit vxorem filiam Ithobaal regis Tyri &Sidonis,nomine Iezabel,per quam didicit eius adorare deos.Erat enim mulier nimis acerrima,simul & audax,quę ad tãtam venit luxuriam atque vesaniam, vt etiam templũ deo Tyri quem Baal appellabant,ędificaret,& plantaret omniũ arborum lucos.Constituit autem & sacerdotes falsosq; prophetas,huic deo ministraturos.Sed & ipse rex multos huiusmodi circa se fouebat,stultitia atq; nequitia omnes priores suos excellens. Quidã igitur propheta summi dei de ciuitate Thesbõ Galaaditidis regionis,veniẽs ad Achab,dixit ei:Quia prædiceret deꝰ, neq; imbrem,neque rorem illis annis in ea prouincia se missurum, nisi ipse rursus apparuisset.Et in his dictis cum iurasset,accessit ad partes australes,& habitauit circa torrentem quendam,vnde poculi habebat auxilium: nam corui cibũ ei quotidie deferebant.Cumq; fluuius siccitate nimia defecisset,in ciuitatem Sareptam non procul à Sidone Tyroq; deuenit,quę ciuitas in harũ medio constituta est.Deus enim præceperat illic cuidam mulieri viduę,vt cibum ei pręberet. Et cum non procul esset à porta,vidit mulierem viduam sibimet colligentem ligna.Cui cũ deus significasset,hanc esse quæ cibum ministratura esset, accedens salutauit eam,& ad bibendum aquã sibi tribui postulauit.Quę cum præcederet, denuo vocans eam,etiam panem sibi poscit afferri.Illa cum iurasset nihil se intus habere,nisi modicũ farinæ & paululum olei:& propterea perrexisse ad colligenda ligna,vt cõspersa farina sibi quoq; suoq; filio panes faceret:cum aliud nihil supereſſet,nisi vt fame morerentur,ait propheta:Confidens perge, & in spe meliori consiste,& faciens primitus mihi pabulum defer. Prædico nanque quia non tibi deficiet hydria farinæ,neq; vas olei,donec dei gratia imbrem fundat in terras.Hęc ei dicente propheta,veniens ea,quę dixerat fecit. Et ipsa habuit pabulũ,& filio ministrauit pariter & prophetæ:nihilq; horũ defuit eis,donec siccitas

3.Reg.17

Corui pascunt Heliam

tas deficeret. Meminit etiam ſiccitatis huius & Menander in geſtis Ithobali Tyriorum regis, ita dicens: Et ſiccitas ſuper eos facta eſt à menſe hyperuretæo vſque ad alium annũ hyperuretæi. Qui dum deo ſupplicaret, multa flumina ſunt emiſſa. Is nanque ciuitatem Bothrum ædificauit in Phœnice & Auzoniblipſa. Et hęc quidem ait, ſub Achab factam ſignificans ſiccitatem. Hoc enim tempore etiam Ithobalus, cuius Menander fecit mentionem, regnauit in Tyro. Mulier itaq;, quam paulo ante prędiximus pabulum prophetæ præbuiſſe, cum cecidiſſet eius filius in languorem, ita vt animam dimitteret, & mortuus appareret, deflẽs & manib. ſemetipſam valde diſcerpẽs, vocesq; quas dictabat luctus emittens, accuſabat apud ſe factam prophetæ preſentiam, quaſi ipſe peccata eius argueret, & ideo puer fuiſſet extinctus. Ille vero eam ęquo animo eſſe prędicipiens, & ſibi filiũ cõtradi dicens, viuum ſe eũ reſtituere promiſit. Qua tradente, portãs eũ ad locũ in quo ipſe degebat, & in lectulo collocans, clamabat ad dominũ dicens, quia non fuiſſet mulieri bene repenſatum quę illũ ſuſceperat & nutrierat; cum eius fuiſſet ablatus, rogabatq;, vt denuo animam puer reciperet, eiq; viuendi copia prębęretur. Cumq; deus & matris habuiſſet miſericordiam, & vellet precibus prophetæ rogantis annuere, ne videretur ad eam pro læſione veniſſe, continuo contra omnem opinionem reuixit puer. Illa vero gratias prophetæ referẽs, tunc aperte ſe cognouiſſe dicebat, quia loqueretur ei vere diuinitas. Trãſacto ſi quidem paruo tempore, voluntate dei pergebat ad regem Achab, futurum enunciaturus imbrem. Aerumna enim & neceſſariorum inopia prouinciam nimis inualerat: ita vt non ſolum homines propter ſiccitatem, ſed etiam cętera animalia fames afficeret. Rex igitur euocans quendam Abdiam, qui erat ſuper iumenta eius dixit ei, vt ad fontes aquarum & torrentes pergeret, quatenus paſcua animalibus inueniret. Qui dum miſiſſet in cunctum orbem terrarum, ad quęrendũ prophetam Heliam, nec inueniſſet, prędepit vt eum etiam ipſe requireret. Quod dũ fieri placuiſſet, & rex & Abdias per ſingula itinera perrexerunt. Cõtingerat itaque tempore quo Iezabel regina prophetas occiderat, vt centum prophetas iſte in ſpeluncis abſconderet, eosq; ſolũmodo pane & aqua nutriret. Cum igitur Abdias receſſiſſet à rege, propheta ei Helias occurrit. A quo requiſito quis eſſet, & agnoſcens eſſe propbetam, protinus adorauit. Cui propheta: perge, inquit, ad regem, & dic ei quoniam aſſum. Cui ille reſpondit: Quid mali paſſus es à me, vt illuc me mittas. vbi poſſim indubitanter occidi. An ignoras, quoniam nullum reliquit locum, quo non direxerit, vt te repertum ad caſum necis adducat. Præcauebat enim, ne dum regi nunciaret, illo alibi diſcedente mentiri videretur, morticq; ſuccumberet, cõmemorabatq; ei quemadmodũ cum Iezabel prophetas occideret, centum ipſe abſconſos, & multos alios in ſpelæo liberaſſet. Cui propheta, nihil metuens, ait, ad regem feſtinus accede: præbuitq; ei iuriſiurandi religionẽ, quoniam illa die ab Achab regem ipſe quoque veniret. Cumq; regi nunciaſſet, quia vidiſſet Heliam, mox occurrit Achab: requirens cum iracundia, ſi ipſe eſſet qui in populo Hebręorum autor inopiæ exiſteret. Tũc propheta in nullo formidans ait, eum potius mala omnia perpetraſſe, eiusq; genus in illam prouinciã deos alienos introduxiſſe: & deum qui ſolus eſt reliquiſſe. Sed nunc, inquit, omnem populum ad montem Carmelum præcipe congregari, nec non prophetas tuos pariter & ſacerdotes, quotcunque ſunt numero, prophetasq; lucorum quaſi quadringentos. Qui dum omnes ad prędictum montem Achab vocante veniſſent, ſtans in medio eorum Helias ait: Quouſque diuiſam mentem & voluntatẽ habentes, in hac conuerſatione perſiſtitis? Si quidem putatis noſtræ prouinciæ deum verum & ſolum, eum ſequimini, eiusque mandata ſeruate: ſi vero hæc non exiſtimatis: ſed peregrinis creditis, illisq; exhibędã etiam putatis eſſe culturam, eis nihilominus obedite. Cumq; nihil populus ad talia reſponderet, petijt Helias pro experimento fortitudinis alienigenarum deorum, & ſui, cuius ſolus ipſe propheta remanſerat, cum illorum eſſent numero quadringenti, vt ſumeret bouem,

Menander hiſtoriograph.

3. Reg. 18

Rex Achab Heliæ occurrit

Helias probat ſuum deum experimento

uem,& eum occiſum ſuper altare poneret, nequaquam igne ſuppoſito: ſimiliter autem illos facientes inuocare proprios deos,quatenus illorum hoſtias concremarent:hoc, inquit,facto cognoſcetis veram dei prævalere naturam. Quod dũ placuiſſet,ait Helias:vt eligentes bouem illi primitus occiderent,&deos ſuos inuocarent. Quorum dum non audiretur oratio,deridens Helias magna eos voce ad deos ſuos clamare monebat, quia aut profecti aliquo fuiſſent, aut forte dormirent. Illis aũtem à matutino vſque ad mediam diem hoc facientibus,& ſemet ipſos more patrio cultris & gladijs incidentibus & nihil agentibus, cum ipſe eſſet iam hoſtias oblaturus,illos quidem abire præcepit:populum vero in proximo iuſſit accedere,vt viderent & cuſtodirent eum,ne ignem lignis latenter immiteret. Cumq; populus accediſſet,ſumens duodecim lapides, ſecundum tribus Hebraici populi,conſtituit ex eis altare:& circa id foueam fecit valde profundam, & impoſuit ligna ſuper altare,& in his ſuperpoſuit hoſtias:præcepitq; vt quatuor hydriæ de fonte completæ funderẽtur ſuper altare,donec fouea illa quę aquam ſparſam ex altari ſuſcipiebat,impleta manaret. Quo facto cœpit orare deum,& clamare,vt erranti populo multo iam tempore,ſuam manifeſtam faceret poteſtatem. Cumq; dixiſſet hæc,repente ignis de cœlo vidente populo cecidit ſuper aram,& conſumpſit hoſtias vniuerſas:ita vt etiam aqua ipſa concremaretur,& locus ad cineres vſque perduceretur,qui hactenus ita perdurat. Hoc videntes Iſraelitę,ceciderunt in terram,& adorauerunt vnum deum,maximum,ſolum,verumq; proclamantes:alios vero fallaciter ſe & vana opinione coluiſſe. Tunc comprehendentes prophetas ſuos,cunctos Helia præcipiente peremerunt. Dixitq; propheta regi: Perge ad conuiuium tuum,nihil de cętero cogitans:poſt paululum namque à deo imbrem largiſſimum videbis effundi. Igitur Achab poſt hęc verba diſceſſit. Helias autem in culmen Carmeli montis aſcendens, poſitis in terra genibus, eisq; coniungens caput orauit. Quo facto,iuſſit vt eius miniſter pergens in quendam ſcopulum,ad mare reſpiceret,& ſi alicunde nubem ſuſcitari videret,ipſi diceret. Tunc etenim erat aer valde puriſſimus,& ſerenitate perſpicuus. Quo aſcendente ſæpius,nihil q; videre ſe dicente, dum ſepties hoc feciſſet,ait ſe videre aerem aliquo modo,non tamen amplius quàm vnius hominis veſtigio,nigreſcentem. Quod dum audiſſet Helias,miſit ad Achab iubẽs, vt ad ciuitatem citius abiret,antequam imber irrumperet. Qui mox in vrbem Iezrael feſtinus aduenit. Tunc repente ſiquidem aere obducto caligine, & nubibus adoperto,ſpiritus vehemens exortus,& vberrimus imber effuſus eſt. Prophetave ro diuinitus inſpiratus, ante currum regis ad ciuitatem Iezrael vſque perrexit. Audiens itaque vxor Achab Iezabel ſigna quæ fuerant ab Helia celebrata, & quia prophetas ſuos occidiſſet,indignata miſit ad eum nuncios,& per eos interminata eſt ſe eum ita interfecturam,ſicut perdiderat ille eius prophetas. Tunc formidans Helias,fugit in ciuitatem nomine Berſabee: hęc eſt autem in vltimo ſortis Iudæ,in terra Idumæorum:vbi relinquens ſuum miniſtrum,abſceſſit in eremum,& orauit vt moreretur: non enim ſe meliorem patribus eſſe dicens, vt illis perditis ipſe viuere aliquatenus exoptaret. Quo facto circa quandam arborem obdormiuit. Et cum eum aliquis excitaſſet,ſurgens inuenit cibum & aquam. Comedens autem & percipiens ex illius cibi refectione virtutem,venit ad montem Sinai,vbi Moſes legem à deo dicitur accepiſſe:inueniensq; in eo ſpeluncam quã dam,ingreſſus in eam commorabatur. Cumque eum vox quędam ex incerto facta requireret,vt quid illic adeſſet,& cur reliquerit ciuitatem:ait, eo quod occidiſſet prophetas alienigenarum deorum, & populo comprobaſſet quia vnus ſit deus,quem ab initio coluiſſent, ob hoc ad ſupplicium quæreretur à regis vxore. Rurſus autem audiẽs,vt ſub diuo procederet,& quid oporteret fieri altera die cognoſceret,ex ſpelunca digreſſus eſt:& facto ſubito terræmotu,ſplendorem fulgẽtis ignis inſpexit:factoq; ſilentio vox diuina nequaquam eum timere præcepit, quem nullus deterrere poſſet inimicus,iuſſitq; vt domum reuertens, vngeret populi

Falſi prophęte perimuntur iuſſu Heliæ

Heliæ orante imber uberrimus effuſus eſt

3.Reg.19

puli regem Hieum, Namaſſi filium: in Damaſco vero Syriæ Aſahel: proſe autem prophetam conſtitueret Heliſæum de ciuitate Abela: vt totius impios populi perimeret, alios quidem Aſahel, alios autem Hieus. Hæc audiẽs Helias reuerſus eſt ad regionem Hebræorum, & inueniens Heliſæum filium Saphat arantẽ, & cum eo quoſdam alios vſque ad iuga duodecim, accedens proiecit ſuper eum pallium ſuum. Heliſæus autem cœpit continuo prophetare, & relictis bobus ſecutus eſt eum: rogans vt ei permitteret, quatenus parentes proprios ſalutaret. Quo iubente vt ita faceret, valedicens eis, ſecutus eſt: & fuit Heliæ cuncto tempore eius vitę diſcipulus & miniſter. De hoc itaq; propheta hæc dixiſſe ſufficiat.

Heliæus prophęta efficitur

De agro Naboth interfecti, & pœna Achab, eiusq; bellis in Syros, cum geſtis Ioſaphat & verbis Micheæ prophetæ. Caput XIII

QVidam igitur Naboth, de Azari ciuitate, regio agro vicinus, rogante rege, vt ei vicinum agrũ quolibet precio venundaret, quatenus eo coniuncto poſſeſſionem faceret meliorem: quod ſi nollet pecunias accipere, ex eius agris quem vellet eligeret: ait, hoc ſe facere nolle, ſed paternam ſortem malle poſſidere: contriſtatusq; rex, quia alienum prędium non poſſet accipere, neq; lauacris vſus eſt, neq; cibis. Iezabel autem vxore ſua requirente cur ita contriſtaretur, cum neque balneas, neque prandium appeteret, neq; cœnam, narrauit ei Naboth ſuperbiam: & quia dum ipſe manſuetis ſermonibus, & inferiorib⁹ regia dignitate locutus ei fuiſſet, non impetrando quę popoſcerat, pertuliſſet iniuriã. Illa vero rogabat, vt à puſillanimitate triſticiaq; recederet, & ſuo corpori ſolenniter prouideret, ſe dicens de Naboth ſupplicio cogitare. Quę mittens literas ad iudices Iſraelitarum nomine Achab, iuſſit vt ieiunarent omnes, & habito conuẽtu Naboth facerent præſidere, cum vtique inſignis eſſet genere: & inſtruerẽt tres quoſdam viros audaces, qui contra eum teſtimoniũ dicerent, quaſi deo blaſphemaſſet & regi: & hoc modo perimeretur. Naboth itaque ſecundum ſcripta reginæ & teſtimonio contra ſe perhibito quaſi deo blaſphemaſſet & regi, lapidatus & mortuus eſt. Audiens autem Iezabel, ad regem ingreſſa mox eſt, eiq; dixit vt vineam Naboth gratis acquireret. Achab itaque lętat⁹ in his quę acta ſunt, exiliens è lecto, pergebat vineam Naboth inſpecturus. In hoc indignatus deus, miſit prophetã Heliam ad agrum Naboth, quatenus ad Achab accederet, eiq; de his quę fuerant geſta loqueretur: & quod occidens verum dominum agri, ipſe illius hæreditatem poſſideret iniuſte. Cum ergo veniſſet ad eum dicente rege quid vellet, ait, quia peccato pollutum eũ inueniſſet, in illo loco in quo Naboth mortuus canibus videbatur fuiſſe deuoratus, eiusq; ſanguinem & vxoris ita fundẽdũ, & omne gen⁹ eius eſſe periturum, eo quod huiuſmodi impietates effecerint, & cõtra leges patrias ciuem iniuſte peremerint. Contriſtatus autem Achab, & pœnitentiam agens, ingreſſus eſt: & indutus ſacco nudis pedibus ambulabat, non appetens penitus cibum, & peccata ſua confitens, & deum hoc modo placare contendens. Tunc deus prophetæ dixit: Achab quidem viuente, eius generi differendum eſſe ſupplicium, ſed eius filij temporibus inferendũ. Et hæc quidem Helias cum regi dixiſſet, abſceſſit. His itaque temporibus, Adadus filius Adadi regis Syriæ & Damaſci, collecto prouinciæ totius exercitu, & ſolatijs triginta duorum regum habitantium trans Euphratem, contra Achab caſtrametatus eſt. Ille vero cum par non eſſet exercitu, ad dimicandum non præſumpſit accedere: ſed omnia neceſſaria in ciuitatib⁹ munitis includens, ipſe mãſit in Samaria. Habebat enim hæc muros valde fortiſſimos, & erat inexpugnabilis obſidentibus. Rex vero Syriæ exercitu ſumpto venit ad Samariam, & obſidens eam, præconem miſit ad Achab, petens vt eius legatos ſuſciperet, & quid vellet cognoſceret. Quod dum rex Iſrael fieri permitteret, venientes legati rege mandante dixerunt diuitias & vxores & filios Achab Adado regi dandas: & ſi promitteret hæc ita facienda, vt tolleret horum quęcunq; vellet, caſtra ſolueret, & ab obſeſſione ceſſaret. Achab autem legatis dixit, vt euntes ſuo dicerent regi, quia & ipſe & omnis illius poſſeſſio

Naboth lapidatus

Pœnitentia Achab

Bellum Adadi Syrorum regis contra Achab

eius foret. Hæc illis renũciantibus, misit denuo, altera die missurum se famulos, qui eius regalia perscrutarẽtur, & amicorum & cognatorum domos, & quicquid in eis optimũ reperirent, auferrent: & quæ displicerent, sola relinquerẽt. Achab itaque secunda legatione Syrorum regis vehementer affectus, aduocata populi concione dixit, quia ipse quidem paratus fuerit pro salute & pace cunctorũ, & vxores suas, & filios, & omnem dare possessionem: & quia hæc rex Syrorum prima legatione quæsisset: nunc autem, inquit, denuo missa legatione, petit perscrutandas domos, vt quicquid in eis optimum inueniri possit, auferat: & occasionem hanc machinatus oppugnat: & sciens quia meis rebus non pepercissem, ad vestras accessit: ego vero quod vobis placuerit, exhibebo. Populus autem respondit, ei non obediendum, sed magis contemnendum esse: & ad bellandum se præparatos existere, Legatis itaque rex respõdit, vt abeuntes dicerent regi, quia primæ quidem petitioni paratus esset obedire: maneret autem pro ciuium securitate solicitus, nec secundam petitionem posset implere, dimisitq; eos. Adadus autem audiens hæc, potius indignatus, tertiam legationem misit ad Achab, interminando atque dicendo, quia altiorem terræ cõgeriem muris, de quibus ille præsumebat, erigeret: si singulos terræ pugillos de exercitu suo vnusquisque portaret: & his eum interminationibus deterrebat. Achab autem respondente, quia non deberet gloriari, qui armis esset accinctus, sed qui bello superior demonstratus: legati venientes, & regem cum triginta duobus, qui in eius solatio venerant, regibus inuenientes in epulis, renunciauerunt ei responsum. At ille repente præcepit circundari ciuitatem, & aggeres circa eam extolli, & nullo modo ab obsessione relinqui. Achab autem erat in his gestis cum omni populo in angustia constitutus. Tunc tamen securior factus est & à formidine reuelatus, cum ad eũ quidam propheta veniisset, atque dixisset, promisisse deum, vt tanta hostium milia eius ditioni contraderet. Quo requirente, per quos hęc victoria proueniret: per filios, inquit, principum, te scilicet eorum imperitiam præcedente. Conuocans autem filios principum rex, inuenit quasi ducentos triginta duos: & agnoscens Syrum ad conuiuium fuisse conuersum, aperiens portas, filios principum mox emisit. Exploratoribus autem renunciantibus Adado, quid gereretur, destinauit qui eis occurrerent: præcipiens, vt siquidem ad prælium venirent, eos ad se ligatos adducerent: si vero pacifici essent, idem efficerent. Achab autem exercitum habuit alium intra murum in subsidijs præparatum. Porrò filij principum congressi Syrorum custodibus, multos eorum interemerunt, & alios vsque ad castra secuti sunt. Videns autem eos rex Israel vincentes, etiam alium exercitum dimisit exire. Qui repente in Syros irruentes, præualuerunt eis. Non enim Syri sperabant, eos super se sic inopinabiliter venturos. Quos propterea inuenientes nudos & ebrios, ita persecuti sunt, vt illi etiam arma sua relinquentes, fugerent, & vix in equo rex potuisset euadere. Achab autem multos in itinere persecutus interfecit Syros, & eorum castra diripuit: & inueniẽs in eis diuitias auri & argenti non paruas, & curruum Adadi, & equorum, in ciuitatem denuo remeauit. Dicente vero propheta, vt præpararet exercitum, quia futuro anno denuo super eum Syri reuerterentur, Achab in ciuitate hæc agebat. Adadus autem cum quanto potuit exercitu, de prælio liberatus, cum amicis proprijs cogitabat, quemadmodũ cum Israelitis denuo dimicaret. Qui in montibus equidem nõ pugnandum esse dicebant, quasi dij eorum in locis talibus non præualerent, & propterea tunc ab eis essent deuicti: sed si in campo gererent bella, deuincerent. Super hoc autem dabant consilia, vt reges quidem qui venerant in solatium eius, ad propria remeare dimitteret, & eorum exercitum prælijs retinens, satrapas ordinaret: & in loco occisorum, exercitum de prouincia eorum eligeret: & equos, currusq; suppleret. Credens hęc sibi bene dicta rex Syrorum, disponebat exercitum, verisq; tempore castra mouens, accedebat super Hebræos: veniensq; in ciuitatem Aphecam, in magno campo castra constituit. Achab autem occurrẽs cum

sua

ſua virtute,è diuerſo tabernacula ſua fixit. Erat enim quantũ ad Syros paruus valde eius exercitus. Tunc rurſus acceſſit ad eum propheta,& victoriam deũ dare promiſit,ſuamq; virtutẽ oſtendere:quia non ſolum in montibus, ſed etiam in campis exiſteret,quod apud Syros non ita conſtaret. Igitur diebus ſeptem caſtris poſitis quieſcebant:ſeptima vero die diluculo procedẽtibus hoſtibus, aciẽq; conſtituentibus,ad pugnádum è diuerſo & Achab ſuum dirigit exercitum. Tũc congreſſus robuſtiſſima dimicatione commiſſa,hoſtes conuertit in fugam,& ad eorum interitum perſequens imminebat. Illi vero ſuis curribus impediti,ad inuicem ſunt extincti:paucique diffugere valuerũt in ciuitatem Aphecam. Sed & ipſi ſunt mortui:muris enim cadentibus ſuper eos,vigintiſeptem milia defecerũt. In prælio autem centum milia ſunt occiſa. Rex autem Syrorum Adadus fugiens, cum quibuſdam ſibi fideliſſimis ſeruulorum in ſubterraneo loco cælatus eſt. Cui dum dixiſſent ſerui,quia clementes eſſent & miſericordes Hebræi,& poſſent modo conſueto rogati ſalutem ei cõferre,ſi adeũtes rogarẽt Achab, dimittit eos hoc agere. Tunc illi induti ſaccis,& reſtibus ſua capita alligantes(ſic enim olim captiui rogabant Syri)ad Achab venerunt,petẽtes eum vt Adadus rex mereretur ſalutem ab eo,qua gratia eius foret ſeruus. Ille vero dicens ſe libenter habere ſi vere viueret,nec in bello defeciſſet:honorem quoque ad deuotionem exhibiturũ ſe ei vt fratri debitam promiſit. Tunc illi accipientes iuſiurandum,quia nihil pateretur aduerſum,eduxerunt eum de loco in quo videbatur eſſe cælatus:& ſedenti in curru obtulerunt Achab. Qui cum adoraſſet eum,dans ei Achab dexteram eleuauit eum in curru,& oſculatus eſt eum:iuſſitq; eſſe ſecurum, dicens, vt nihil mali deberet de cætero formidare. Adadus autem gratias egit,& nullo tempore ſe obliuiſci hæc beneficia compromiſit:ſed etiam ciuitates Iſraelitarum,quas tulerant reges ante eum,ſe redditurum dixit,& Damaſcum:vt ita rex Hebræorum egrederetur ad ſuam,ſicut maiores eorum in Samariam. Celebratis itaque fœderibus inter eos,ita Achab multis muneribus donatum Adadum,ad proprium dimiſit imperium. Igitur bellũ Adadi regis Syrorũ, quod habuit aduerſus Achab & Iſraelitas,hoc modo terminatum eſt. Interea quidam propheta nomine Micheas,accedens ad vnum Iſraelitarum,petijt vt eum in capite pro voluntate dei percuteret. Quo nolente,prædixit ei,quia eo quod inobediens eſſet deo eiusq; præcepto,occurrente leone perimeretur. Quod dum illi homini contigiſſet, propheta rurſus acceſſit ad alium,& vt idem faceret imperauit. Qui dum percuſſiſſet eum,& eius verticem cruentaſſet,alligato capite acceſſit ad regem,dicẽs ei:quia dum eſſet in exercitu conſtitutus,accepiſſet à quodam tribuno ſeruandum captiuum:ſibiq; ab eo dictum,vt ſi captiuꝰ fugeret,ipſe moreretur:quo fugiente is qui eum tradiderat,mortem ei minaretur inferre. Tunc reſpondente Achab mortem ei imminere iuſtiſſimam, ſoluens caput agnitus eſt Micheas eſſe propheta: Hac enim parabola vtebatur,propter ſermones quos erat ei dicturus. Ait namque,quoniam cum deus ei conceſſiſſet vt ſupplicium hoſtis euaderet,ipſe inimicum eius Adadum qui deum blaſphemauit dimiſiſſet, & propterea deus decreuiſſet ipſum quidem ab illo perimi,populum vero ab eius exercitus inuaſione cõſumi. Iratus vero Achab prophetæ,illum quidem clauſum ſeruari iuſſit. Confuſus autem Micheæ ſermonibus,ad ſuam domum remeauit. Igitur de Achab hęc dixiſſe ſufficiat. Reuertar autem ad Hieroſolymorum regem Ioſaphat:is enim augens ſuum imperium,& exercitum in ciuitatibus & ſubiectorum prouinciam vniuerſam conſtituens,non minores quàm auus eius, ab hoc tempore quo Hieroboam ſuper decem tribus regnauerat,munitiones vbique conſtituit. Habuit enim propitiam & cooperatricem ſibi diuinitatem, quum eſſet iuſtus & pius, & quid boni coram deo faceret,ſingulis diebus inquireret. Honorabant enim eum reges in circuitu conſtituti,munera conferentes,ita vt diuitias haberet ampliſſimas & gloriam valde præclaram. Anno ſiquidem tertio regni ſui, conuocans prouinciæ ſuæ principes & ſacerdotes,iuſſit vt peragrantes vbique omnem populum

Numerus cæſorum

3. Reg. 20

3. Reg. 22

Ammonitarũ & Moabitarum contra Ioſaphat pugna atq; deuictio

pulum ſub eo conſtitutum, docerent per ſingulas ciuitates leges Moſeos, atque vt eas ſine prȩuaricatione ſeruarent, & circa eius religionem deuoti ſemper exiſterent. In his etenim cuncta multitudo ita gauiſa eſt, vt nullus aliud amplecteretur potius, neque diligeret, quàm leges ſeruare. Sed etiam confines nimis amabant Ioſaphat, cum quo etiam pacis fœdera celebrabãt, eiq; Palæſtini ſolita tributa reddebant: & Arabes annis ſingulis miniſtrabant agnas trecentas ſexaginta & totidem hœdos: muniuitq; maximas ciuitates atque fortiſſimas, & exercitus in eis contra hoſtes & arma præparauit. Tunc enim erat ex tribu quidẽ Iuda exercitus armatorum trecenta milia virorum, quorum principatum habebat Hedrous: Ioannes autem ducentorum milium princeps erat: de tribu vero Beniamin ſagittarios habuit ducenta milia. Alter autem princeps militiæ nomine Gezonat, armatorum habebat centum milia: & præter hos alia centum milia regi famulabantur: quos direxit per munitiſſimas ciuitates. Is filio ſuo Ioram accepit vxorem filiam Achab, qui decem tribubus imperabat, nomine Gotholiam. Quumque poſt tempus ad Samariam perrexiſſet, opulenter eum Achab ſuſcepit: & populo qui eum ſequut⁹ fuerat, claram valde largitatem hoſpitalitatis exhibuit: id eſt, tritici & vini & pecudum vbertatem: rogauitq; vt contra regem Syrorum ei ſolatia non negaret, quatenus Ramatha ciuitatem in Galaad conſtitutam auferret, quia eius patris primo fuerat, & à patre tunc regis Syriæ videretur ablata. Promittens vero Ioſaphat ſe ſolatia daturum, quando non ab illius minor erat eius exercitus, euocat ex Hieroſolymis ad Samariam ſuum populũ: egreſſiq; foras ciuitatem ambo reges, & in proprijs ſolijs vtrique reſidentes, ſuum exercitum diſponebant. Ioſaphat autem inter hæc iuſſit, vt ſi quis prophetarum adeſſet, euocatus conſuleretur: ſi eſſet eo tempore prælium contra Syros agendum. Fuerat nanque tunc pax Achab vnà cum Syro permanẽs annis tribus, ex quo eum poſt captiuitatem dimiſerat ad propria remeare vſque ad illum diẽ. Vocans ergo Achab prophetas ſuos quaſi numero quadringẽtos, iuſſit conſuli deũ, ſi ei aduerſus Adadum victoriam pugnandi concederet, & captionem ciuitatis, propter quam bellum præparabat inferre. Prophetis autem dicentibus, pugnare ſimul & vincere, & Syrum eſſe captiuandum ſicut & prius: intelligens in eorum ſermonibus Ioſaphat quia falſi eſſent prophetæ: requirebat Achab regem, ſi alter quis eſſet propheta dei, vt certius de futuris agnoſcerent. Achab autem eſſe quidem dixit, ſed inuiſum ſibimet hominem: eo quod mala prophetaret, & prędixiſſet à Syrorum rege eum moriturum: quapropter in cuſtodia tunc teneretur: cuius nomen erat Micheas filius Obei. Quumq; petiſſet Ioſaphat eum vocari, mittens eunuchum, eduxit eum. Et dum eunuchus iſſet, indicauit ei omnes alios prophetas regi victoriam prædixiſſe. Ille vero dixit, nihil ſe aliud de rege fore dicturum, niſi quod deus in ore eius poſuiſſet. Quum veniſſet ergo ad Achab, eũque coniuraſſet, vt quod verum eſſet, ediceret: ait, oſtendiſſe deum ſibi Iſraelitas fugientes in perſecutione Syrorum, & ab eis cunctos diſpergi per montes, ſicut greges paſtoribus deſolatos: dicebatq; ſignificatum ſibi, eo quod alij quidem reuerterentur ad propria: ipſum vero ſolummodo periturum in prælio. Quumque Micheas hæc dixiſſet ad Ioſaphat, Achab ait: Nonne pauloante ſignificaui tibi, qualis ſit circa me hominis huius affectus, & quia peſſima mihi prophetaret? Et quum Micheas diceret eum oportere omnia quę à deo dicebantur, andire, & quia falſi prophetæ eum exacuerint, vt ſpe victoriæ egrederetur ad bellum, immineret autem caſus eius in prælio, erat Achab triſticia remiſſus. Interea Sedechias quidam falſus propheta accedens ad regem, ait: non eſſe reſpiciendum Micheam, quia nihil diceret veritatis: & indicio ſimul vtebatur Heliæ, qui prophetaſſet in Iazara ciuitate in agro Naboth ſanguinem eius à canibus lambendũ: ſicut & Naboth qui per eum à populo fuiſſet occiſus. Quibus ab illo ſic prophetatis, Micheam dicebat eſſe mendacem, quando meliori prophetæ dicere cõtraria videbatur: & quia rex tertia die moreretur. Cognoſcetis, inquit, repente,

ſi vera

ſi vera ſunt quæ dicit iſte: aut ſi poteſt ſpiritus ſancti habere virtutẽ. Cæſus enim palmis à me noceat meæ manui: ſicuti Iadon dextrã regis Ieroboam aridam fecit, dum eum comprehendere voluiſſet. Hoc enim omnibus notum eſt. Quumq; percuſſiſſet Micheam, & nihil fuiſſet paſſus, cõfortatus Achab in ſemetipſo: cõtra regem Syrorum mouit exercitum. Vincedat, arbitror, illud quod immineret: & falſi prophetæ verba plus quã erat veritas credibiliora fecit, vt ex occaſione perueniret ad finem. Tunc ſtans Sedechias & faciẽs ſibi cornua ferrea, dixit ad Achab: quoniam manifeſtaſſet ei deus in illis omnẽ Syriam ſubuertendam. Micheã vero dicentẽ: quia Sedechias non poſt multos dies de cubiculo in cubiculũ ſe cælaret, vt quereret pœnam ſui declinare mendacij, iuſſit rex in cuſtodiam duci ad Achamum principem ciuitatis, & nihil aliud amplius ei, præter panem & aquam miniſtrari. *Falſi prophetæ uerba præualuerunt*

Quomodo Achab contra Syros pugnando deuictus eſt, & ſagitta percuſſus interijt. Caput XV

IGitur Achab & Ioſaphat Hieroſolymorum rex ſumentes exercitum, venerunt Ramatha Galaaditidis ciuitatem. Rex vero Syrorum audiẽs eorum aduentum, ſuum eis obiecit exercitum, & non procul à Ramatha caſtra fixit. Cõſtituerunt autem inter ſe Achab & Ioſaphat, vt Achab regium ſchema deponeret, Hieroſolymorum vero rex propria veſtitus ſtola, conſtaret in acie. Et illi quidem qui Micheæ dicta contempſerat: etiam præter habitum regium, quod debebatur, euenit. Adadus nanq; rex Syriæ exercitui præceperat vniuerſo per principes ſuos, vt nullum aliorum perimerent, niſi tantummodo Iſraelitarum regẽ. Syri vero facta congreſſione videntes ante aciem regem Ioſaphat aſtantem, & eum credentes eſſe Achab: impetum ſuper eum fecerunt, eumq; circundederunt. Quũq; appropinquantes, ipſum non eſſe cognoſcerent, receſſere poſt tergũ, Ab ortu namque diei vſque ad veſperam pugnantes & præualentes, mandato regis neminem penitus occiderunt, quærentes Achab interficere ſolum, & inuenire ne quiuerunt. Quidam vero puer, regis nomine Adan, quum ſagittaſſet inter hoſtes, regem Achab per loricam in pulmone percuſſit. At ille caſum ſuum exercitui manifeſtare noluit ne timore conuerteretur in fugam: ſed aurigæ præcepit, vt cõuerſo curru de prælio declinaret. Grauiter enim & mortaliter fuerat ſagittatus: & vſque ad occaſum ſolis factus exanguis, interijt. Igitur Syrorum exercitus nocte ſuperueniente ſignum dante præcone diſceſſit ad caſtra: & agnoſcentes cũcti mortuum Achab, ad propria ſunt reuerſi. Corpus autem Achab ſui ad Samariam referentes, ſepelierunt: currumque eius abluerunt in Iezara fonte Samariæ regis ſanguine cruentatum: & tunc cognouerunt Heliæ prophetiam eſſe veram. Canes nanque eius linxerunt ſanguinem, & meretrices ad fontem, quod erat reliquum diluerunt, Mortuus eſt ergo in Ramatha, Michea hunc prædicente caſum. Dum ergo hæc Achab regi à duobus prophetis prædicta videantur, oportet magnam iudicari diuinitatem, & honorare ſemper & coli: & quæ vera ſunt potius recipi, quàm ea quæ pro cuiuſpiam libidine dicuntur, amplecti: & arbitrandum quia nihil vtilius eſt, quàm virorum talium præſcientia, præbente ſcilicet deo, quid vnuſquiſque debeat obſeruare: & cogitandum ex his quæ regi prouenerunt: quia quod debetur, neque dum præſcitum fuerit, euitatur, ſed repit in animas hominum inutili ſpe blandiendo, & hoc modo ſeducendo, donec à deo debita paſſio compleatur. Hoc ergo modo videtur etiam Achab eſſe deceptus, cum prædicentibus quidem perditionem ſuam non crederet: prophetantibus autem ea quæ delectabatur audire credendo, moreretur. Cui Ochozias filius ſucceſſit in regnum. *3.Reg.22*

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER NONVS.

De religione Ioſaphat & iuſticia, eiuſq; victoria diuinitus conceſſa contra Moabitas.

Caput I

2. Paralip. 19. C. 20

OSAPHAT ITAQVE rege ad Hieroſolymam remeante poſt bellum, quo ſolatiũ prębuerat Achab contra Adadum regem Syrorum, ſicut prædiximus, occurrẽs Hieus propheta, culpabat eum, cur Achab ſolatia prębuiſſet homini impio pariter & maligno, deum quidem dicens moleſte pertuliſſe hoc: ſed ei licet valde peccaſſet, tamen propter naturam eius optimam, ab incurſu hoſtium peperciſſe. Et tunc equidem ad gratiarum actionem rex ad ſacrificia dei cõuerſus eſt. Poſt hæc autem cœpit omnem ſuam prouinciam circuire, & populum edocere, vt leges per Moſen à deo datas omnino ſeruarent, & pietatem circa deum nihilominus exhiberẽt. Conſtituensq; iudices in vnaquaque ſui imperij ciuitate, præcepit vt pro nulla re ita agerent, quàm vt iuſticiam populis exhiberent: & neque munera, nec cuiuſpiam dignitatem propter iudicialem faſtum, aut diuitias, aut genus conſiderarent: ſed omnibus æqua iura tribuerent, ſcientes quia etiam quæ occulte geruntur, à deo non ignorantur. Hæc autem quum docuiſſet in vnaquaque ciuitate duarum tribuum, in Hieroſo-

2. Par. 20 lymam denuo remeauit: conſtituitq; etiam ibi iudices de ſacerdotibus, ac Leui-

Mirabilis ui toria de Amo monitis

tis, atque primatibus. monens, vt diligenter & iuſte iudicia cuncta diſponerent: ſi autem de rebus maioribus quidam contribulium ex alijs ciuitatibus eos conſulerent, cum maximo ſtudio eis & iuſtiſſime reſponderent: quandoquidem rectum deberet eſſe iudicium in ea ciuitate conſtitutum, vbi & templum dei & habitaculum erat imperatoris. Horum autem principes conſtituit Amaſiam ſacerdotem, & Sabadaiam, qui erat de tribu Iuda. Rex igitur hoc modo cuncta diſpoſuit. Eo nanque tempore caſtrametati ſunt aduerſus eum Ammonitæ & Moabitæ: & ſumentes ſecum Arabum maximam legionem, caſtra poſuerunt apud Gaddi ciuitatem, quæ eſt circa paludem Aſphaltiten, trecentis ſtadijs procul Hieroſolymis, in qua naſcitur palma præcipua, ſimul & opobalſamum. Audiens autem Ioſaphat quomodo hoſtes tranſeũtes paludem, in eius prouinciam deueniſſent, metuens, conuocauit in cœtu populum Hieroſolymorum in diuino ſacrario, & ſtans contra faciem templi, orabat & inuocabât deum, vt ei ſuum auxilium præberet & robur, quatenus hoſtibus præualeret: dum & is qui templum hoc ędificaſſet, idipſum rogaſſet, vt ipſe contra hoſtes dimicaret, & pręſumentes contra eum manus inferre, comprimeret: qui vtique ob hoc venirent, vt terram quã eis ipſe præbuerat, molirentur auferre. Hæc autem orabat deflens, ſimul & populꝰ vniuerſus cum vxoribus & filijs deo ſupplicabat. Quo facto, quidam Iazihel propheta progreſſus in medium cœtum, clamauit ad populum, dicens & regi, quia deus eorum preces audiſſet, & contra hoſtes ſine dubio dimicare permiſiſſit: præcepitq;, vt altero die electo exercitu, occurrerent hoſtibus, eosq; inuenirent inter Hieroſolymam & aſcenſum Gaddi, qui locus dicitur Culmen, & contra eos quidem non dimicarent, ſed tantummodo ſtarent, videntes quomodo diuinitas eos expugnaret. Hæc vero dicente propheta, rex quidem & populus in terra proſtratus, deo gratias retulęrunt. Leuitæ autem in organis ſolennibus inceſſanter dicebant hymnos. Die ſiquidem facto, procedens rex in deſertum, ſub ciuitatem Techua, dixit ad populum, quia oporteret verba prophetę audiri, & ad illa quidem

non

non contradicere,ſed præponi debere ſacerdotes cum tubis,& Leuitas,vt hymnum dicentes,ſic deo gratias agerent,quaſi iam Hebræorum prouinciam ad hoſtibus liberaſſet.Placuit ſententria regis,& quæ præceperat,agebantur. Deus autem maximum terrorem & tumultũ ſuper Ammonitas immiſit:& cædẽtes inter ſe hoſtes ſuos,mutuis ſe vulneribus occiderunt,ita vt ex tanta militia nullus penitus euaſiſſet.Ioſaphat autem reſpiciens in conuallem vbi hoſtium erat exercitus,& videns eam plenam corporibus mortuorum, lætatus eſt in dei ſolatio, ſic inopinabiliter & euidenter allato,vt non laborantibus illis, ipſe per ſe victoriã contuliſſet:iuſsitq; vt exercitus hoſtium caſtra diriperet,& mortuos expoliaret, diebusq; tribus exuentes eos,penè defecerunt:tanta erat multitudovtique peremptorum. Quarta vero die omnis populus congregatus in quadam conualle,de virtute & ſolatijs benedixit deum,pro qua re etiam locus ipſe vocatus eſt cõuallis benedictionis.Exinde vero ducens exercitum ad Hieroſolymam rex,multis diebus ad hoſtias eſt conuerſus & epulas.Igitur poſtquam hanc hoſtium eius vaſtationem alienigenæ gentes audiebant,omnes valde ſunt territæ, deum eius auxiliatorem ſic aperte videntes.Ioſaphat itaque ex illo tempore cum magna gloria & iuſticia,diuinaq; pietatis amore degebat.Fuit autem amicus Achab filio Iſraelitarum regi. Cum quo communione facta in conſtructione nauium, vt ad Põtum nauigaret ad emporia Thraciarum,nequaquam niſum ſuũ implere prætualuit: naues enim præ magnitudine perierunt, & propterea naues vlterius non inſtruxit. Circa Ioſaphat igitur hæc ſunt gẽſta.

De perfidia Ochoziæ, & zelo raptuq; Heliæ. Caput II.

ACHab autem filius regnauit in Iſrael, in Samaria degens, malignus homo, & per omnia ſimilis vtrique parenti,& Hieroboam, qui prius iniquitatem fecerat,& populum decipere inchoauerat. Quumq; iam in regno ſecundum haberet annum rex Moabitarum rebellauit ei: & tributa quæ Achab eius patri reddebat,miniſtrare ceſſauit.Contigit autem vt Ochozias, quum deſcẽderet de ſuperioribus domus ſuæ,caderet:& quum langueret,miſit ad deũ Accaron Muſcam(hoc enim erat nomen illi deo)& conſuluit de ſalute ſua. Apparuitq; deus Heliæ prophetæ,præcipiensvt miſsis à rege nuncijs occurreret, eosq; requireret, ſi deum proprium Iſraelitarum populus non haberet,& ideo miſiſſet rex eorum ad alienum deum,vt de ſalute conſuleret. ſimul & vt faceret eos ad regem reuerti:eiq; dicerent,quia non euaderet hunc languorem.Helia vero dei faciente præcepta,audientes nuncij,ad regem ſunt continuo reuerſi: admirantiq; reuerſionis velocitatem,& requirenti cauſam,dixerunt,occurriſſe ſibi quendam hominem, & prohibuiſſe quidem eos vlterius procedere : reuertentes autem nos tibi dicere ex mandato Iſraelitarum dei mandauit,quod non poſsis ab hac ægritudine liberari.Rege vero præcipiente,vt ei hominem qui talia diceret,indicarent,dixerũt eſſe virum hirſutum,& pellicea zona circundatum. Ille vero per hæc agnoſcens Heliam eſſe quem nuncij deſignabant:miſit ad eum tribunum & quinquaginta armatos,vt eum adducerent. Tribunus autem qui miſsus fuerat, inueniẽs Heliã in montis vertice reſidentem,petebat,vt deſcendens veniret ad regem,quoniam ille iuſsiſſet:qui ſi nollet,duceretur inuitus.Cui Helias:Vt agnoſcas,inquit, me prophetam verum exiſtere,deſcendens ignis de cœlo cõſumat, & milites tuos & te.Et continuo veniens ignis flamma,coſumpſit & tribunum, & qui cum illo pariter erant.Hac perditione regi denunciata, nimis iratus, ad Heliam tribunum alium cum totidem miſit armatis.Qui quum veniſſet ad prophetam, credens ſe eum violenter adducere, ſi noluiſſet ſponte venire: orans iterum propheta,eum ſicut priorem fecit igne conſumi.Agnoſcens hoc rex, etiam tertium deſtinauit. Ille vero quũ eſſet ſapiens & moribus valde mitiſsimus,veniẽs ad locũ vbi erat Helias,nimis blande ei loquutus eſt,dicẽs quia inuitus regiq; iuſsioni pareret,ad eum veniẽs:& priores non volũtarie,ſed coacti neceſsitate veniſſent:rogabatq; vt & illius & qui cum eo venerant armatorũ,haberet miſericordiã,& deicendẽs

4.Reg 1
De filio Achab Ochozia rege maligno.

Heliæ habitus

Inuaſorum Heliæ vltio

veniret ad regem. Helias autem ſuſcipiens manſuetudinem, & verborum eius vr banitatem, deſcendens ſequutus eſt eum. Quumq; veniſſet ad regem, propheta uit ei, dicens hæc ſibi indicaſſe deum, eo quod ſpreuiſſet eũ, quaſi non eſſet deus, & non vere de eius languore prophetare potuiſſet: miſiſſet autem ad deum Acca ron, vt conſuleret qualis ei terminus languoris accideret: ob quam rem, inquit, cognoſce te moriturum, Et ille ſiquidem paruo tempore tranſacto, ſicut Helias prædixerat, defunctus eſt. Cui ſucceſsit in regno frater Ioram: nam ille ſine filio mortuus eſt. Hic vero Ioram par Achab fuit malignitate: regnauit autem annis duodecim, homo omni iniquitate circa deum & impietate plenus. Nam relin quens culturam dei ſui, deos venerabatur extraneos: erat enim & in alijs nimis acerbus & peſsimus. Illo ſiquidem tempore Helias ab hominibus eſt ablatus, &

Henoch & Heliæ mortem nemo uidit

vſque ad hodiernum diem nullus finem eius agnouit. Diſcipulum vero, ſicut prę diximus, reliquit Heliſæum. De Helia tantum & Henoch, qui fuit ante diluuiũ, in libris ſacris ſcriptum eſt, quia ſublati ſunt, quorum mortem nemo vidit.

De bello regum contra Moabitas, deq; mirabilibus Heliſæi. Cap. III.

4. Reg. 3 Bellum Ioramcõtra Moabitas

SVſcipiens itaq; regnum Ioram, contra regem Moabitarum Miſa mouit exer citum, qui ſicut prędiximus, ab eius fratre receſſerat, dum patri eorũ Achab tributa ſolueret, ouium cum lanis ſuis ducenta milia. Congregãs vero Ioram ſuũ exercitum, miſit etiam ad Ioſaphat, rogans eum, quum eſſet olim patris ſui ami cus, vt ei ſolatium contra Ammonitas pugnaturo præberet, qui ab eius receſsiſſe videbantur imperio. Tunc ille non ſolum ſe adiutorem eſſe compromiſit, ſed e tiam regem Idumæorum, qui ſub eo erat, compulſurum, vt ei quoque pugnaturus occurreret. Ioram autem talibus ſolatiorum promiſsionibus à Ioſaphat rege per ceptis, ſumpto exercitu, venit in Hieroſolymam, & clare nimis ab Hieroſolymo rum rege ſuſceptus eſt: placuitq; eis vt iter ad hoſtes per deſertum facerent Idu mææ, non credẽtibus inimicis, quia exinde eis fieri potuiſſet inuaſio. Tunc ergo tres reges ab Hieroſolymis properabant, rex ipſe Hieroſolymorum, & Iſraelita rum, atq; Idumææ: & dum ſeptem dies peragraſſent iter, ad inopiam aquæ exer citus & iumenta venerunt, quum duces eorum ignorantia itineris aberraſſent. & omnes quidem erant in anguſtia conſtituti: præcipue tamẽ Ioram, qui nimia tri ſticia faciente, clamabat ad dominum: Quid mali facientes deduxiſti tres reges, vt ſine bello tradantur regi Moabitarum? Quem Ioſaphat confortabat, quũ eſ ſet iuſtus. Qui mittens in omnem exercitum, requirere cœpit, an quis in eis eſſet propheta, vt per eum voluntatem dei poſſent cognoſcere, & quid faciendũ eſſet, audirent. Et dum quidam famulus Ioram dixiſſet, vidiſſe ſe illic Helię diſcipulũ Heliſæum filium Saphat, tunc tres reges monẽte Ioſaphat, ad eum pariter vene runt. Dumq; ad prophetę caſtra veniſſent (habebat enim habitaculum ſuũ extra tabernacula conſtitutum) conſulebant eum de futura militia, præcipue tamẽ Io ram. Cui quum diceret, vt illi moleſtus non eſſet, ſed potius ad prophetas patris ſui matrisq; properaret, quaſi illi veri eſſent, rogabat, & ſupplicabat, vt prophe taret, eosq; à periculo liberaret. Ille vero iurans per deum, quia ei non reſponde ret, niſi propter Ioſaphat ſanctum & iuſtũ, deducto ad medium quodã homine

Prophetia Heliſæi

ſciente pſallere, diuinitus inſpiratus, præcepit regibus, vt in torrẽte multos lacus effoderẽt, dicẽs: Neq; nube neq; ſpiritu aliquo flante, neq; imbre diffuſo videbitis fluuium aqua plenũ, ita vt homines ac iumenta vbertatis poculo ſatientur: eritq; vobis non ſolum hoc à deo, ſed etiam hoſtes ſperabitis, & vrbes Moabitarum mu nitiſsimas capietis. & arbores quidem incidetis pomiferas, & vaſtabitis prouin ciam, fontes autẽ fluuioſq; damnabitis. Hæc propheta dicente, altera die priuſ quã ſol oriretur, torrẽs vehemẽter influxit. Cõtigerat aũt, vt tribus dieb. in Idu męa vehemens imber effunderetur, ita vt exercitus & iumenta abundãtia nimia rigarentur Quũq; audiſſent, Moabitæ, tres reges per deſertũ contra ſe veniẽtes, collecto exercitu, rex eorũ iuſsit, vt montana exercitus eius aggrederetur, ne la tenter hoſtes prouinciã inuaderent. Et quum non eſſet Hebræorum à Moabitis

procul

procul exercitus,reſpicientes Moabitæ de ortu ſolis aquam in torrente ſanguini ſimilem ſuſpicati ſunt eo quod ſe tres reges inuicem peremiſſent, & fluuius eorũ ſanguine redundaſſet. Quod dum arbitrati fuiſſent, petierunt à rege ſuo, vt eos ad ſpolia hoſtium deſtinaret. Et impetu facto, quaſi ad diuitias præparatas,ad inimicorum caſtra venerunt,& ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam circundantibus eos Iſraelitis,alij quidem eorum perempti,alij vero per vniuerſam prouinciam ſunt diſperſi. Tresvero reges ingredientes Moabitarum ciuitates,& eas ſubuerterũt, & agros eorum populati ſunt,& vehementer exterminauerunt,replentes eos lapidibus torrentium, & arbores optimas abſciderunt, & fontes aquarum pariter obſtruxerunt,ac muros vſque ad fundamenta depoſuerunt. Rex autem Moabitarum,dum perſequutionem & oppreſsionem nimiam pateretur,& videret ciuitatem capi poſſe, impetum fecit cum ſeptingentis viris, vt inter hoſtium caſtra quo poſſet effugeret:quod tamen implere non potuit. Nam ad quendam locum veniens valde munitum,dum fugere non valuiſſet,reuerſus in ciuitatẽ, opus deſperationis & crudelis neceſsitatis ſic impleuit: Filium nanque ſeniorem, qui erat ei ſucceſſurus in regnum,eleuans ſuper murum,ita vt à cunctis hoſtibus videretur,deo immolauit holocauſtum. Reges autem videntes hoc factum eius neceſsitatis,ab vrbe habuerunt miſericordiam,& humana paſsione oppreſsi,detẽtionem ſoluerũt,& ſinguli ad propria remearunt. Ioſaphat autem reuerſus ad Hieroſolymam, in pace degebat:& quum pauco tempore poſt illud prælium vixiſſet,defunctus eſt. Qui vixit quidem annis numero ſexaginta, imperauit autẽ quinque & viginti,magnificamq; meruit in Hieroſolymis habere ſepulturam,ſimilisq; fuit magnorum operum Dauid. Reliquit autem & filios multos,ſucceſſorem vero habuit ſeniorem filium Ioram. is enim nomen habebat fratris matris ſuæ regis Iſraelitarum filij Achab. Veniens autem de regione Moabitarum rex Iſraelitarum in Samariam,habebat ſecum Heliſæum ſicut prophetam, cuius actus volo narrare. Sunt enim valde præcipui & hiſtoria digni, ſicut ex libris ſacris datur agnoſci. Aiunt enim quia acceſsiſſet ad eum vxor Obeth diſpenſatoris Achab eiq; dixiſſet,quia non ignoraret, quoniam vir eius liberaſſet à morte prophetas,dum regis Achab vxor Iezabel requiſiuit vt eos occideret:& contracto debito,centum ex eis occulte pauiſſet : & poſt viri ſui mortem à creditoribus vrgeretur,atque eius filij ad ſeruitium raperentur:ob quam cauſam rogabat, vt eius mariti miſereretur operibus, & aliquod ſolatium in neceſsitate præberet. Qui dum requiſiſſet,ſi quid haberet in domo,aliud nihil eſſe ſibi reſpondit, niſi paruum vas olei. Tunc propheta præcepit, vt multa vaſa vacua ſibimet à vicinis accommodaret,& clauſis ianuis domus ſuæ ex illo oleo in omnia vaſa diffunderet,quia deus ea cuncta impleret. Quod dum mulier feciſſet, & eius filij vnũquodque vas obtuliſſent:dum completa fuiſſent omnia,& nullum vacuum remã ſiſſet,veniens ad prophetam,nunciauit hoc ei. Ille vero conſilium dedit,vt oleũ venderet, & precium creditoribus daret: & ex ipſo olei precio quod remaneret, ad alimentum filiorum efficeret. Inter hæc autem miſit Heliſæus ad Ioram, amonens vt cuſtodiret locum quendam,in quo eſſe Syrorum,volentium eum occidere,dicebat inſidias. Tunc rex ad venationem præparatam nequaquã egreſſus eſt,obediẽs verbo prophetæ. Adadus autem rex Syrorum,dum ſe vidiſſet fuiſſe deceptum,quaſi aliquis hominum eius Ioram regi ſua cõſilia prodidiſſet,indignatus veluti proditores ſecretorum regis occidere minabatur, quum vtique hoc nulli alij niſi illis tantummodo credidiſſet. Et dum ei quidam præſentiũ dixiſſet:ne falſa opinione teneretur,nec crederet quoniã aliquis inimico eius conſiliũ prodidiſſet,ſed Heliſæſt prophetam omnes regi factas inſidias prodidiſſe:miſit,requirẽs,in qua ciuitate Heliſæũ habitaret. Illivero qui miſsi fuerãt reuertẽtes,indicauerũt,eum in Dotham vrbe cõmorari, Tunc itaq; Adher qui & Adadus,miſit ad ciuitatem multum nimis exercitũ,equeſtrium ſimul & currũ,vt caperent Heliſæũ. Qui tota nocte circũeuntes vrbem,nihil egerunt. Die ſiquidem facto,

Rex Moabitarum immolat filium

Ioſaphat defungitur, ſuccedit que Ioram

4.Reg.4

4.Reg.5

facto cognoſcens hoc prophetæ miniſter, quia hoſtes eum comprehendere niterentur prophetæ quod agebatur, indicauit. Ille vero ſecurus de auxilio dei, contemnebat hoſtes, miniſtrumq; metuentem crebro, fiduciam habere præcepit, ſperans quoniam oſtenderet deus virtutis ſuæ potentiæq; præſentiã. Tunc deus prophetæ orationes exaudiens, multitudinem curruum & equorum & armatorum, Heliſæum circunſtantium, vt miniſter videret, oſtendi, ita vt ille remoto timore, illa viſione confortatus aſtaret. Poſt hæc autem Heliſæus rogabat dominum vt etiam hoſtium aſpectus obcæcaret, & nebulam eis immitteret, per quam eum inſpicere non valerent. Quo facto, veniens inter medios inimicos, requiſiuit quẽ quærerent. Illis autem prophetam ſe quærere reſpondentibus Heliſæum, promiſit eum ſe traditurum, ſi ad ciuitatem in qua eſſet ille, ſequerentur. Qui præcedẽ tem prophetam, deo ſcilicet eorum mentes obcæcante, cum feſtinatione ſequebantur. Tunc Heliſæus deducens eos in Samariam ad Ioram regem, præcepit vt clauderentur portæ, & regis exercitus circa Syros ſtaret. Quo facto, rurſus orauit dominum, vt hoſtium oculos aperiret, & caliginem ab eis auferret. Tunc repente ab illa cæcitate reuocati, inuenerunt ſe inter medios inimicos exiſtere. Et obſtupeſcentes Syri, in nimia ſunt anguſtia conſtituti, & qualis vtique potuiſſet eis ſic inopinabili & diuino opere prouenire. Tunc rege Ioram conſulente prophetam, ſi eos iaculari præciperet, hoc quidem fieri prohibuit Heliſæus, dicens iniuſtum eſſe, qui lege bellica non capiuntur, occidi: illos autem nihil mali feciſſe in eius prouincia: ſed neſcientes ad eum veniſſe virtute diuina. Deditq; conſilium, vt & hoſpitalitatem eis præberet, & menſa eius ſine læſione fruerentur. Ioram vero obediens prophetę, dum conuiuia præbuiſſet opulentiſsima Syris, dimiſit eos ad proprium remeare regem.

Heliſæus hoſtes ad Ioram regẽ deducit

De bello Syrorum contra Samariam, & mirabili victoria de cœlo data precibus Heliſæi. Caput IIII.

4. Reg. 6 Adadus bellum reparat aduerſus Ioram

His vero redeuntibus: & quæ prouenerant indicantibus, admiratus Adher inopinabilem Iſraelitarum dei præſentiam atque virtutem, pariter & prophetam, cui ſic adeſſet aperte diuinitas, latenter iam noluit contra regem Iſraelitarum aliquid attentare, metuens Heliſæum: palàm vero pugnare diſpoſuit, multitudine militiæ, & exercitus ſui magnitudine ſe credens hoſtibus præualere. Caſtra ſiquidem metatus eſt cum magna vittute contra Ioram, qui credens non ſe ſufficere ad reſiſtendum Syris, ſemetipſum in Samaria clauſit, de murorum munitione confidens. Adher autem cogitans quia & ſi non poſſet machinationibus capere ciuitatem, tamen inopia ciborum Samaritas obſtringeret, ad ciuitatem acceſsit: & tanta fuit apud Ioram neceſſariorum inopia, vt propter magnitudinem famis in Samaria, octoginta argenteis numiſmatis caput aſini venderetur, quinque argenteis numiſmatis ſextarium ſimi columbarum pro ſale compararent Hebrei. Timebatq; Ioram, ne propter famem ciuitas traderetur inimicis, & muros quotidie circuibat atque cuſtodes, ne quis ab eis intus occultaretur, & actus ciuitatis hoſtibus indicaret. Quod dum faceret, quadam die clamante aliqua muliere: Domine miſerere: putans eam aliquid cibi petituram, iratus maledixit ei, per dominum dicens, nec aream ſibi eſſe, nec torcular, vnde aliquid poſſet ei prębere. Quumq; nihil horum illa ſe diceret poſtulare, nec pro cibo depoſcere, ſed vt eius cauſam dignaretur audire, iuſsit vt loqueretur, atque diceret quęcunque vellet. Tunc illa feciſſe ſe dixit cum altera muliere vicina & amica ſua hanc pactionem, vt quoniam fames & inopia talis eſſet, interficerent filios ſuos vtræque maſculos, & diebus ſingulis comederent eos. Et ego, inquit, meum occidi, & præterito die meum ambę comedimus: hęc autem non vult hoc facere, ſed pactum tranſcendit, & filiũ ſuum, ne comedatur, abſcondit. Hęc quũ audiſſet Ioram, vehementer afflictus eſt, & ſciſſa veſte, crudeli voce clamauit. Deinde iratus Heliſęum prophetam interficere voluit, quia nõ ſupplicaret deo, quum potuiſſent omnes hoc modo à malis præſentibus liberari: & repente miſit, qui eius

Obſidio Samariæ

qui eius caput auferret. Ille ſiquidem ad necem prophetæ pergebat, Heliſæum vero regis ira non latuit. Sedens autem in domo ſua cum diſcipulis ſuis, indicauit eis, quia Ioram homicidæ filius miſiſſet, qui caput eius auferret: ſed vos, inquit, dum venerit qui miſſus eſt, & intrauerit, obſerantes ianuas claudite, eumq; paululum retinete: ſequuturus eſt nanque veniens ad me rex, eo quod eum pœnituerit ſui præcepti. Tunc illi Heliſæi dicta fecerunt. Ioram vero pœnitentia ductus, ob iram ſuam circa prophetam, & metuens ne eum qui miſſus fuerat, occideret, feſtinauit, vt necem prohiberet, & prophetam à morte reduceret, venienſque culpabat eum, cur à deo abſolutionem malorum præſentium minime poſtularet, ſed ſic eos interire deſpiceret. Heliſæus autem altera die ea hora que venerat rex ad eum, promiſit multam ciborum copiam affuturam, ita vt venderentur in publico duo ſata hordei ſiclo vno, & ſatum ſimilæ duobus ſiclis. Hoc autem dictum, & Ioram, & qui cum eo erant, conuertit in gaudia. Prophetæ namque non poterant diſcredere, propter rerum præcedentium veritatẽ: inopiamq; illius diei atq; miſeram, ſpes iam futuræ abundantiæ leuigauit. Princeps autem tertiæ partis quum regi amicus eſſet, ſupra quem tunc ipſe rex incumbebat: Incredibile eſt, inquit, ò propheta, quod dicis: & ſicut impoſſibile eſt, vt de cataractis cœli hordeum pluat deus, aut ſimilam, ita non poteſt credi quod à tę nunc dicitur, adimpleri. Ad quem propheta: hæc, inquit, videbis hoc modo fieri, ſed nõ guſta bis ex eis. Quæ ſcilicet ſicut ab Heliſæo fuerant prædicta, completa ſunt. Lex igitur erat in Samaria, vt habẽtes lepram, & qui à tali paſſione mundi nõ eſſent corpore, extra ciuitatem manerent. Quatuor ergo viri propter hanc cauſam manentes ante portam, quum nullus eis propter neceſſitatem famis aliquid afferret, & in ciuitatem ingredi propter legis mandata non poſſent: quibus vel ſi liceret ingredi, præ fame ibidem necarentur, cogitauerunt inter ſe dicentes, quia ſi illic manerent, propter inopiam deperirent, & propterea tradere ſe hoſtibus magis eligerent, qui aut parcendo, aut necãdo famis eos neceſſitatibus liberarent. Hoc conſilium inter ſe conferentes, nocte ad caſtra hoſtium deuenerunt. Incipiebat enim deus iam terrere & conturbare Syros, & ſonum curruum & armorũ eis inferre, tanquam exercitus grandis ſuper eos accederet. & paulatim tubarum fragor eorum auribus increpitaret: qui ita repente turbati ſunt, vt relinquentes caſtra propria, concurrentes ad regem, dicerent, quia Ioram rex Iſraelitarũ conducto ſolatio regis Ægyptiorum & inſularum, ſuper eos accederet, quibus veniẽtibus, ſonum tubæ venientis audirent. Hæc eis dicẽtibus, etiam Adher quum ad aures eius ſonus ſimilis adueniſſet, populo credidit: & cum multa turba atq; confuſione relinquentes in caſtris equos atq; iumenta, innumerasq; diuitias, repente conuertuntur ad fugam. Leproſi autem qui diſceſſerant à Samaria, ad caſtra Syrorum venientes, & in eorum tabernaculis multum ſilentiũ taciturnitatemq; reperientes, ingreſſi in vnum tabernaculum, dum nullum prorſus inſpicerent, comedentes atq; bibentes, portantesq; multas veſtes & aurum, & extra caſtra cælantes, deinde in aliud tabernaculum accedentes ſimiliter, & exinde res ſibi placitas ſumentes, dum hoc quater feciſſent, & nullus eos omnino videret, arbitrati hoſtes abſceſſiſſe, culpabãt ſemetipſos, cur Ioram regi & ciuibus hoc minime nunciaſſent. Tunc illi aduenientes ante ciuitatis murum, & cuſtodibus clamantes, indicauerunt eis quæ de hoſtibus contigiſſent. illi autem hæc regis cuſtodibus nunciauerunt, à quibus audiens hæc Ioram, vocauit amicos ſuos & principes, quibus ait, pro inſidijs arte callida Syrorum diſceſsiſſe regem: eo quod deſperaret fame capi potuiſſe ciuitatem: vt quaſi fugientibus illis, & egreſsis ad caſtrorum direptionem nobis, latenter irruerent & interficerent, & ciuitatem pariter deuaſtarent. Vnde vos, inquit, moneo, vt cuſtodiatis ciuitatem, & nuſquã abire tentetis, hoſtes fugiſſe credentes. Tunc dicente quodam, optime quidem arbitratum a rege, & conſilium dante, vt duo equites vſq; ad Iordanem fluuiũ mitterentur, qui cuncta perquirerent, vt ſi illi quidem capti ab inſidijs hoſtiũ deperirent,

4. Reg. 7

Turbatio Syrorũ a deo facta

ſecuritas

ſecuritas exercitui fieret, ne cuncti aliquid ſimile ſuſtinerent: pereuntes autem paucos annumerarent cum his quo: vaſtauerat fames: hoc dictum dum placuiſſet regi, exploratores miſit. Qui euntes, caſtra quidē inuenerunt hoſtibus vacua, locum vero plenum cibis & armis, quæ reliquerant vt eſſent leues ad fugā. Hæc autem dum rex audiſſet, ad direptionem caſtrorum miſit exercitū. Qui nihil tulerunt vile nec paruum, ſed aurum multum pariter & argētum, gregesq; multos iumentorum, frumentiq; & ordei multa milia, quantum nec in ſomno ſe videre credebant. Quo pacto, à malis priſtinis liberati, maximam copiam habuerunt, ita vt emerentur duo ſata hordei ſiclo vno, & ſatum ſimilæ duobus ſiclis, ſecundum prophetiam hominis dei Heliſæi. Satum itaque fert modium vnū & ſemis Italicum. Horum itaque bonorum ſolus ille princeps tertiæ partis, quem prædiximus potitus non eſt. Nam conſtitutus à rege vt ſtaret ad portam, quatenus turbam moderate ab egreſſu ciuitatis emitteret, ne alterutros comprimentes ad pericula peruenirent: quod alios pati prohibebat, ipſe ſuſtinuit: & hoc modo ne guſtaret ex his quæ fuerant prophetata, defunctus eſt: Heliſæo prædicēte eius mortem: dum ea quæ de vbertate ciborum ille prophetauerat, ſolus iſte non credide rat. Adher autem Syrorum rex dum veniſſet in Damaſcum: & agnouiſſet quia diuinitas ei & eius exercitui timorem immiſiſſet & fugam, & non inuaſione hoſtium fuiſſe factum, nimis afflictus, eo quod ita deum haberet iratum, corruit in languorem. Illo ſiquidem tempore dum propheta Heliſæus veniſſet in Damaſcum, cognoſcens hoc Adher, fideliſsimum ſeruulorum Aſahel nomine miſit, vt ei occurreret & dona portaret, præcipiens ab eo requiri, ſi ægritudinis eius periculum poſſet euitari. Aſahel itaque cum quadraginta camelis quæque optima & pretioſa in Damaſcena prouincia ex domo regia dona regia portabat, & veniēs ad Heliſeū, & decenter ſalutans, ait miſſum ſe à rege Adher ad eum vt dona portaret, & de eius languore cōſuleret, ſi poſſet euadere. Propheta vero Aſaheli iuſſit, vt nihil ei mali nunciaret, dixit autē regem moriturum eſſe. Et famulus quidem hæc audiens, contriſtabatur. Heliſæus autem flebat, & multas lachrymas effundebat, præuidens quę mala populus paſſurus eſſet poſt mortē Adher. Dumq; Aſahel cauſam eius confuſionis inquireret: deſleo, inquit, Iſraelitarum populum, dolens in his malis quæ paſſurus eſt abs te. Interficies enim optimates eorum, & munitiſsimas ciuitates incendes, & paruulos lapidibus alliſos crudeliter trucidabis: & mulieres habentes in vtero ſæua morte diſrumpes. Aſahel vero dicente: Quæ mihi virtus eſt, vt per me poſsint talia prouenire: ait, deum ſibi indicaſſe, quia eſſet regnaturus in Syria. Aſahel itaque veniens ad regem, illi quidem bona nunciauit. Altera vero die infuſo laqueo vinciens eum, illum quidem ſtrangulauit, ipſe vero apicem regiæ poteſtatis obtinuit. Erat enim vir efficax, multaq; Syrorum & populi Damaſcenorum deuotione florebat, ita vt hactenus & ipſe Adher & Aſahel qui poſt eum regnauit, quaſi dij colantur, propter beneficia & templorum ædificia, quibus Damaſceorum exornauerant ciuitatem. Iſti nanque ſoli in pompa quotidie quaſi pro honore regio deferuntur, & Syri de eorum antiquitate gloriantur, ignorantes quia ſunt nouelli, & non habent iſti reges vltra mille & centum annos. Ioram vero rex Iſraelitarum audiens Adher defunctum, à timore & formidine, quam propter eum habebat, aliquo modo reſpirauit, & pacem gratanter excepit.

4.Reg.8

De crudelitate Ioram regis Iudæ, & digna ſubſequente pœna. Cap. V.

4.Reg.8

IGitur Ioram Hieroſolymorum rex, qui & ipſe quidem, ſicut prædiximus, hoc nomen habebat, rerum potitus, mox ad necem fratrum ſuorum, & paternorū pariter amicorum & principum eſt conuerſus, & malitiæ ſuæ hoc fecit initium, in quibus malis nil differens à regibus populi, qui ante eum iniquitatem fecerāt, in ſolennitatibus Hebræorum, & in religione diuina: docuit quoque vulgus & in alijs eſſe malum, & extraneos adorare deos per Gotholiam Achab filiam coniugem ſuam. Et deus quidem propter Dauid regis promiſsionē, genus eius noluit exterminare.

Athaliam uocant Biblia

exterminare. Ioram vero nihil prætermittebat, quo minus aliquid quotidie notæ impietatis efficeret, & quod vastationē patriæ traditionis attenderet. Illo siquidem tempore ab eo recedentibus Idumæis, & primo quidē interficientibus regem, qui erat eius patri subiectus, & constituentibus quem ipsi voluerant, Ioram cum equitibus suis & curribus noctanter in Idumæam venit: & eos quidem qui vicini eius regno esse videbantur, occidit. Longius autem non abijt: nihil tamē dum hoc fecisset, vtilitatis exhibuit. Nam omnes ab eo recesserunt, simul & qui prouinciam Labennam habitabant. Erat autem ita vesanus, vt etiam populum cogeret in excellentissimos montes ascendere, & deos alienos adorare. Quumq; hæc ageret, & omnino leges patrias à mente sua repelleret, delata est ab Helia propheta ad eum epistola, in qua pandebatur, magnam pœnam eum fore passurum, quoniam patrum suorum non esset imitator, sed Israelitarum regum impietatem sequeretur: insuper cogeret tribū Iuda, & ciues Hierosolymitas relinquentes sanctam patrij dei culturam, ad idola conuenire, quę Achab rex Israelitarū in suo regno fecisset: & quia fratres suos interemisset, & bonos viros & iustos pariter occidisset: suppliciumq; quod pro his suscepturus esset, propheta in literis indicabat, id est, cladem populi, & corruptionem vxorum regis & filiorum: & quia ipse quoque moreretur ægritudine longa nimis confectus, viscеribus propter nimietatem internæ corruptionis effusis, ita vt videret suam calamitatem, nec posset vllatenus subueniri. Et hæc quidem epistola significabat Heliæ. Post breue siquidem tempus exercitus Arabum iuxta Æthiopiam habitantium, & alienigenarum, Ioram regnum aggressi sunt, & prouinciam vastauerunt & regis domū, insuper & filios occiderunt pariter & vxores eius: vnusque solummodo filiorum eius nomine Ozias hostes effugiens, derelictus est. Qui post hanc calamitatem prædictum à propheta languorem incurrens, multo tempore fatigatus, diuinitate eius viscеribus immittente, miserabiliter superna indignatione defunctus est, quum viscera sua diffusa videret. Quem etiam populus mortuum multis contumelijs affecit: &, vt reor, credentes ita mortuum ira fuisse diuina peremptum, nec exequijs regalibus eum fecere dignū, nec in paternis sepeliere monumentis, nec alium ei exhibuerunt honorem: sed velut priuatum tumulo tradiderunt. Qui vixit annis quadraginta, regnauit octo: traditq; principatum eius Hierosolymorum populus filio eius Oziæ.

Idumæa à Ioram deficit

Ioram moritur

De Hieu ab Helisæo inuncto in regē, & de vindicta in impios Cap. VI.

IGitur Ioram rex Israelitarum, post mortem Adher, sperans Ramatha ciuitatem se capere, & eam Syris auferre, cum magno apparatu castrametatus est super eos. In qua obsessione à quodam Syro non mortifere sagittatus, abijt in ciuitatem Iezraelem, vt vulnus suum positus in ea curaret, directo in Ramatha omni exercitu, simul & duce nomine Hieus, qui fuit filius Namesi, vt post curam reuerteretur ad pugnam. Helisеus vero prophetam vnum discipulorum suorum dato ei oleo sancto, misit in Maratha, vt vngeret Hieum, eiq; diceret, quoniam eum regem diuinitas elegisset, cui & alia pariter indicaret, præcipiens ei, vt sub modo fugæ faceret iter, quatenus cunctos illic proficiscendo lateret. Qui dum venisset in ciuitatem, Hieum quidem inuenit cum principibus militum residentem in medio, sicut ei prædixit Helisæus, & accedens ad eum, ait, se quædam ei fore dicturum. Qui dum surrexisset, & in cubiculum sequntus eum fuisset: seorsum sumens eum inuenis, oleo eius caput infudit, dicens eum vnctum à deo regem, ad Achab generis peremptionem, & ad vindicandum sanguinē prophetarum, qui ab Iezabel nequiter fuisset effusus: vt domus eorum sicut Hieroboam Nabathei, & Abisa propter impietatem propriam radicitus deperiret, & nullum semen de Achab genere remaneret. Et ille quidem cum dixisset hæc, de cubiculo protinus exiliuit, ne ab aliquo in exercitu videretur. Hieus autem venit ad locum vnde surrexit, & cum alijs principibus residebat. Quibus requirentibus vt eis diceret, cur ad eum iuuenculus aduenisset, insuper & vesanum eum dicē

4. Reg. 9

tibus:recte,inquit,iudicastis:nam verba vesana locutus est. Quibus festinantibus, vt ea audirent, atque rogantibus, ait eum dixisse, quia ipse fuerit electus à deo rex. Hæc itaque cum dixisset, vnusquisque exuens se quod habebat, vestes proprias ei substernebant: & mittentes tubas, Hieu regem esse clamabant. Ille vero exercitu congregato,pergebat ad Ioram in ciuitatem Iezraelem, in quam sicut prædiximus pro vulnere curandus abierat, quod ceperat cum obsideret Ramatha. Contigit autem,vt eo tempore Hierosolymitarum rex Oziasveniisset ad Ioram(erat enim filius sororis eius, sicut iam dudum diximus) vt visitaret eum propter vulnus quod in obsessione acceperat. Hieus veto volens subito super Ioram irruere,rogauitvt nullus militum descedens, regi Ioram quæ gesta fuerant nunciaret: dicens hanc esse maximam eorum circa se deuotionem, si eum regem hoc ordine demonstrarent. Illi vero in his quæ fuerant dicta, gratanter itinera conseruabant,ne quis latenter pergens,quod gestum fuerat indicaret. Et Hieus quidem sumptis electis equitibus,sedens in curru ibat in Iezrael. Cumq; proximus fuisset ciuitati,explorator quem rex constituerat Ioram,vt ad ciuitatem venientes inspiceret,videns cum multitudine Hieum venientem,nunciauit Ioram regi videre se equites venientes. Ille vero repente aliquem mitti iussit equestriũ qui ei occurreret,& quis esset agnosceret. Qui dum veniisset ad Hieum,de exercitu requisiuit, dicens à rege se missum. At ille nihil de his respondens, requirentem sequi se iussit. Quod dum explorator videret,indicauit Ioram:quia qui missus fuerat equestris,mixtus multitudini veniret vnà cum eis. Iterum rege mittente etiam alium,hoc idem eum facere Hieus imperauit. Quod dum explorator Ioram indicasset,nouissime in currum ipse conscendens,cum Ozia Hierosolymorum rege in eius occursum egressus est. Hieus autem cum multa moderatione & disciplina agebat iter. Cumq; Ioram veniisset in agrum Nabuthei, requirebat si in exercitu recte omnia gererentur. Et cum ei Hieus amarissime malediceret, matremq; eius veneficam ac meretricem clamaret,metuens eum rex,& nihil eũ cogitare quod esset salubre credens, conuerso curru suo vt poterat fugiebat: dicens ad Oziam,quod insidijs & dolo fuisset captus. Hieus autem sagittam post eum emittens,cor eius iaculo penetrauit: & Ioram quidem repente cadens flexo poplite animam dereliquit. Hieus autem continuo iussit Vadraco principi tertiæ partis,vt corpus Ioram in agro proijceret Nabuthei,recordans prophetiam Heliæ, quam patri eius qui fuit interfector Nabuthei prædixerat, quoniam & ipse & eius genus in ipso illius agro periret. Sic enim, cum sederet tunc post tergum currus Achab,audisse se prophetam narrantem dicebat, quod etiam secundum illius prouenit eloquium. Igitur cadente Ioram, metuens Ozias de sua salute, currum in aliam itineris partem diuertit, credens quod taliter effugeret. Hieu. Ille vero persecutus est eum, & in quodam ascensu comprehendens,sagitta emissa eum percussit. Qui derelicto curru,ascendens in equum effugit Hieum in Mageddon:ibiq; curatus, post paucum vulneris illius tempus & ipse defunctus est:portatusq; in Hierosolymam,illic sepultus est, cũ regnasset anno vno. Fuit enim malignus,& plusvalde,quàm pater eius. Cum autem Hieus intrasset in Iesraelem vrbem, Iezabel ornata stãs supra turrim: bonus,inquit, seruus qui occidit dominum suum. Ille vero respiciens ad eam,quæ esset interrogauit,& de scendentem ad se venire præcepit. Nouissime vero eunuchis imperauit, vt eam de turri proijcerent. Quæ dum præcipitata fuisset,murum sanguine suo aspersit & conculcata equorum pedibus expirauit. His ita gestis,Hieus ingressus palatiũ cum suis amicis,& semetipsum reficiebat & illos, conuiuijs alijsq; rebus: præcepitq; famulis qui Iezabel peremerant,vt eam propter decus generis sepelirent, erat enim ex regibus. Sed nihil de eius corpore,quibus hoc imperatum fuerat,inuenerunt,nisi tantummodo summitates manuum & pedum: aliud vero corpus totum à canibus est absumptum. Hæc audiens Hieus, Heliæ prophetiam nimis obstupuit: Is enim in Iezraele prædixerat,hoc eã interitu fore peritura. Interea dum Achab

Hieus Ioram sagitta occidit

Iezabel de turri præcipitata a canibus deuoratur

dum Achab filij ſeptuaginta in Samaria nutrirentur, miſit Hieus duas epiſtolas: aliam quidem pædagogis eorum, aliam principibus. Samaritanorum: dicēs, vt fortiſsimum filiorum Achab conſtituerent regem, cum & currus haberēt multos & equos, & arma ad militiam, & ciuitates munitas: quod dum facerent, domino ſuo recompenſarent. Hæc autem ſcripſit, volens Samaritanorum mentes agnoſcere. Relegentes vero literas principes & pædagogi timuerunt: & cogitantes, quia nihil poſſent contra eum facere, qui magnis duobus præualuerat imperijs: ſcripſerunt profitentes, ſe eum habere dominum, & facere quæcunque præciperet. Ille vero ad hæc reſcripſit, præcipiens, vt ſi ei obedirent, filiorum Achab abſcindentes capita ei deſtinarent. Tunc principes euocantes nutritores infantum, iuſſerunt vt occidentes eos, capita eorum abſcinderent, & mitterent ad Hieu. Hæc illi nihil reſiſtentes egerunt: & componentes in quibuſdam vaſculis de vimine factis eorum capita deſtinarunt. His autem allatis ad Hieu, cum amicis cœnanti nunciatum eſt, quod capita filiorum Achab viderentur eſſe delata, qui iuſsit ante portam ex vtraque parte ex eis capitibus aggeres fieri. Factoque die, ad eavidenda proceſsit, & inſpiciens dicere cœpit ad populum, quia ipſe qui dem contra dominum ſuum militaſſet, & eum peremiſſet, hos autem omnes non ipſe peremerit: eoſq; cognoſcere depoſcebat de generatione Achab: quia omnia ſecundum prophetiam dei fuerant geſta, & domus eius ſicut prædixerat Helias deperiſſet. Cumq; necaſſet eos qui apud Ieſraelitas ex Achab genere ſunt inuenti, cum equis ad Samariam properabat: per iter autem inueniens aliquos Oziæ Hieroſolymitarum regis, interrogauit eos quò properarent. Illis vero dicentibus, quia venirent vt Ioram ſalutarent, & regem ſuum Oziam, neſcientibus quod ab eo ambo occiſi fuiſſent, Hieus eos comprehenſos occidi præcepit. Erāt autem numero quadraginta & duo. Poſt hæc autem occurrit ei vir quidam bonus & iuſtus nomine Ionadab, olim amicus eius. Qui cum ſalutaſſet eum, cœpit laudare, eo quod omnia cum dei voluntate feciſſet, & Achab genus exterminaſſet. Hieus autem rogabat vt aſcendens in currum, vt in Samariam cum eo veniret, ei ſe demonſtraturum dicens, quia nulli parceret malignantium: ſed & falſos prophetas, & falſos ſacerdotes, & ſuadentes plebi, vt magni quidem dei religionem deſereret, & extraneos adoraret, ipſe puniret: cum eſſet vtique optima nimis hæc inſpectio atque gratiſsima, vt bonus & iuſtus vir videret malos tormentis affligi. His conſentiens Ionadab, aſcendens in currum, venit pariter in Samariam. Hieus autem requirens omnes cognatos Achab, interfecit. Volens autem nullum de falſis prophetis, neque ſacerdotibus Idolorum Achab ſupplicium declinare, deceptione quadam & dolo comprehendit vniuerſos. Congregato ſiquidem populo, dixit velle ſe duplices deos introductos, quos Achab colebat, adorare: rogans vt eorum ſacerdotes & prophetæ & ſerui pariter aduenirent: quatenus copioſa ſacrificia, & præcipuas dijs Achab hoſtias immolaret: & eſſet morte multandus ſacerdos, qui tunc non foret inuentus. Deus autem Achab Baal appellabatur. Conſtituens itaque diem, quo vellet ſacrificia celebrare, miſit in omnem Iſraelitarum prouinciam nuncios dicens, vt ad illum Baal ſacerdotes adducerent. Quibus pariter congregatis, iuſsit Hieus pontifici vt daret omnibus veſtes: eisq; ſumentibus ingreſſus in domum cum amico ſuo Ionadab, præcepit vt cum diligentia quæreretur, ne quis inter eos alienigena aut peregrinus inueniretur: cum nollet ſacerdotibus idolorum alios intereſſe fidelium. Illis vero dicentibus, nullum intereſſe peregrinum, & ſacrificia inchoantibus celebrare, conſtituit à foris octoginta numero viros armatos, quos nouerat fideliſſimos: iuſsitq; eis vt falſos prophetas occiderent, & ipſi in paterna ſolennitate permanerent, quam multo tempore iam deſtituiſſent: & ſimul interminatus eſt, vt ſi qui effugerent, pro illis animas eorum auferret. Illi vero & omnes viros interemerunt, & domum Baal igne concremauerunt, & hoc modo à peregrinis ſolennitatibus Samariam liberauerunt. Hic itaque Baal Tyriorum fuit deus.

De ſeptuaginta filiis Achab iuſſu Hieu interfectis

Hieus occidit ſacerdotes Baal

Baal Tyriorū deus

Achab autem volens parere ſocero Ithobal, qui rex Tyriorum tunc erat & Sidonis, templum ei fecit in Samaria: ſacerdotesq; conſtituit, & omni eum cultura religionis honorauit. Cum hic igitur deus fuiſſet exterminatus, aureas tamen vitulas Iſraelitas Hieus adorare permiſit. Hæc autem dum feciſſet, & pro impiorum caſtigationibus cogitaſſet, deus ei per prophetam prædixit, quod in quatuor generationes ſuper Iſrael eſſent eius filij regnaturi. Igitur circa Hieu talia gerebantur.

De Gotholiæ reginæ digniſsimo interitu, & Ioas regis inſtitutione per Ioiadam ſacerdotem. Caput. VII.

4. Reg. 11

GOtholia vero Achab filia, audiens Ioram fratris ſui & Oziæ filij mortem, & totius generis regum vnam perditionē, ſtuduit vt nullum de domo Dauid relinqueret, ſed omne genus eius exterminaret, vt nullus ex eis ad regnum vlterius perueniret. & hoc quidem ſicut potuit, fecit. euaſit autem vnus filius Oziæ, mortem hoc modo diffugiens. Ozias rex ex vno patre habuit ſororē nomine Ioſabeth, cui copulatus erat pontifex Ioiada. Hæc ingreſſa regiam domum, vbi erant interfecti filij regum, Ioas nomine infantulum anniculum cælatum inueniens cum nutrice, & portans in cubiculum clauſit, & latēter aluit ipſa & vir eius Ioiada in templo ſeptem annis, quibus in Hieroſolymis ſuper duas tribus Gotholia regnauit. Septimo vero anno Ioiada hunc ſermonem pandit quinque viris centurionibus: eisq; ſuaſit, vt ei conſentirent contra ea quæ à Gotholia fuerant perpetrata, & regnum infanti contraderent: perceptoq; ab eis iureiurando, quo ſecuritas talia gerentibus præpararetur, prodidit eis quæ gerenda forent atque complenda. Tuncviri quibus ſacerdos Ioiada ſuum conſilium commiſerat, circumeuntes omnes prouinciam, ſacerdotes atque Leuitas congregantes ex ea, ſimul & principes tribuum, omnes Hieroſolymis ad pontificem adduxeruut. Qui mox fidem ab eis cum iureiurando petijt, vt quod ab eo cognoſcerent, cum taciturnitate ſeruarent, donec niſus eius intentionis potuiſſet impleri. Quibus iurantibus ſecurus effectus, deducens eum quem de genere Dauid nutrierat: iſte, inquit, vobis ex illa domo rex erit, quam noſtis deum prophetaſſe ſuper nos omni tempore regnaturam. Moneo ſiquidem vt tertiam partem veſtrū eum cuſtodire faciatis in templo: quartam vero in omnibus templi ianuis ſtatuatis, reliqua vero pars teneat portam quæ ducit ad tecta regalia, alia vero inermis multitudo conſiſtat in templo: nullumq; armatum permittatis intrare, niſi tantummodo ſacerdotes. Eis quoque præcepit, vt pars aliqua ſacerdotum & Leuitarum circa ipſum regem conſiſteret, eum euaginatis gladijs circundātes: vt ſi quis armatus in templum intrare præſumeret, repente perimeretur: & nihil metuentes regis tutamen fortiter cuſtodirent. Illi vero conſilio pōtificis obedientes, ſuā voluntatem opere declararunt. Interea Ioiadas aperiens armamentarium quod erat in templo à Dauid conſtitutum, diuiſit centurionibus & ſacerdotibus & Leuitis arma quæcunque inuenit, lanceas & pharetras, & quodcunque aliud apprehendit genus armorum: & armatos circa templum ſtatuit, vt manu ſua totum cōſtipare viderentur ingreſſum, & quaſi murum habita teſtudine molirentur, præripientesq; in medio puerum, ei regium diadema impoſuerunt: & vngens eum Ioiada, regem ſolenniter ordinauit. Populus itaque gaudēs clamauit. Viuat rex. Porrò Gotholia tumultum & laudes inopinabiles repente cognoſcens, vehementer perturbata cum ſuo exercitu de regalibus exiliuit. Et cum veniſſet ad templum, ſacerdotes quidem eam protinus exceperunt, armatos vero qui ſequebantur introire prohibuerunt. Erant enim à pontifice præpoſiti, ſicut dictum eſt, vt templi aditus obſeruarent. Tunc itaque Gotholia videns puerum ſtantem ſuper tribunal regium, eiq; diadema regale ſuperpoſitum, ſciſſa veſte vehementer exclamans, iuſsit occidi qui ei fecerant inſidias, & principatum auferre tentauerant. Ioiada vero euocans centuriones, iuſsit vt educentes Gotholiam in conuallē cedron, eam ibi perimerent, ne templum illic violarent veneficam in eo occidētes:

Ioas infantulus in regem ungitur

vnà præci

vnã præcipiens,vt ſi qui ei ferre vellet auxilia,pari ſorte perimeretur. Tunc quidam cui fuerat eius iniuncta peremptio,ſumens Gotholiam deduxit eam ad portam mularum regis & illic eam interfecit. Cum vero hæc circa Gotholiam fuiſſent geſta, conuocans populum & armatos Ioiada in templo, coniurauit omnes,vt regi fauerent,& eius ſaluti proſpicerent, quãdo in deuotione regia deum potius honorarent,& ne tranſcenderent Moſeos leges,eos iuſiurandum quoque compulit exhibere. Poſt hæc concurrentes ad domum Baal, quam Gotholia & Ioram vir eius inſtruxit ad iniuriam paterni dei & honorem Achab, eam fundi tus euerterunt,& ſacerdotum eius Mathan nomine peremerunt,diligentiam vero atque templi cuſtodiam ſacerdotes & leuitas Ioiada habere permiſit,& ſecundum regis Dauid præceptum,iuſsit eos ſecundo in die holocauſta & ſacrificia ſolenniter immolare,vt ſecundum legem incenſum offerrent. Fecit autem & quoſdam leuitarum portarios ad templi munimen, ne illic ſordidum aliquid latenter intraret. Hæc itaque vniuerſa diſponens cum centurionibus & principibus & omni populo,ſumens puerum de templo Ioiadas,eum cum vniuerſis ad regalia vſque perduxit. Quo in ſolio regio reſidente,cunctus populus cum fauore ſolenni exclamauit,& ad epulas conuerſi ſimul feſtiuitatem multis diebus egerũt. Ciuitas ergo quietem habebat,Gotholia de rebus humanis ablata. Ioas itaque adeptus regnum,erat annorum ſeptem,cuius mater erat nomine Sabia ex regione Berſabeæ,multamq; habuit cuſtodiam legum: & culturam diuinæ religionis exhibuit omni tempore quo vixit Ioiadas. Ætate vero congrua duxit vxores duas,dante ſibi põtifice,ex quibus maſculi & fœminæ natæ ſunt. Igitur de Ioas, & quemadmodum inſidias Gotholiæ effugerit, regnumq; perceperit, hæc indicaſſe ſufficiat. *Gotholia peri mitur*

De reſtauratione templi per Ioas regem,& præuaricatione eiuſdẽ ſequente & pœna mortis ſucceſſoreq; filio Amaſia. Cap. VIII.

ASahel autem Syrorum rex,dum pugnaret contra Iſraelitas,& contra regẽ eorum Hieu, vaſtauit prouinciam trans Iordanem, quæ erat ad orientem tribus Ruben, & Gad & Manaſſe,& Galaad,& Bathaneam,percurrens vbique,& cuncta diripiens,& vim reſiſtentibus inferens vniuerſis. In quo potuit quidem vlciſci Hieu, dum cunctam prouinciam deuaſtaret: ſed circa diuinitatẽ ſuperbus & contemptor exiſtens,& legitima ſancta deſpiciens,mortuus eſt,cum regnaſſet ſuper Iſraelitas annis ſeptem & viginti. Sepultus eſt autem in Samaria,ſucceſſorem principatus Ioachazan derelinquens. Regem vero Hieroſolymorum Ioas quoddam deſiderium apprehendit,vt templum innouaret dei. Quadam ergo die euocans pontificem Ioiadan, iuſsit vt in omnem mitteret regionẽ, & Leuitas & ſacerdotes exigeret pro vniuſcuiuſque capite dimidium ſiclum argenti ad fabricam & renouationem templi, quod à Ioram, Gotholia, & eorum filijs videbatur eſſe deſtructum. Pontifex equidem hoc non fecit,ſciens quia nullus conferret argentum. Tertio vero & viceſimo anno regni ſui Ioas euocans ad ſe Ioiadam ipſum & Leuitas,& quaſi inobedientes ſui præcepti culpans,iuſsit vt pro hac re in futuro anno pro renouatione templi proſpicerent. Quo facto conſilio pontifex vſus eſt pro congregatione pecuniarum,quod populus libenter habuit, & gratanter impleuit. Fecit nanque ligneam arcam, & vndique muniens eam,vnum ei foramen aperuit: quam ponens in templo iuxta ſacrarium, inſsit ſingulis vt quantum vellent in eam mitterent per foramen pro templi reparatione. Ad hoc itaque opus omnis populus libenter acceſsit: & multum argenti, multumq; auri largitus eſt. Quo facto euacuantes arcam rege præſente ſcriba ſimul & ſacerdos gazophylaciorum,dinumerantes quod fuerat congregatum,deinde eandem arcam in ipſo loco repoſuerunt, & hoc diebus ſingulis faciebant. Cumq; populus quod ei viſum fuerat obtuliſſet,miſerunt pontifex Ioiadas,& rex Ioas,vt cæſores lapidum inſtructoresq; conducerẽt,& ligna maxima de optima ſylua deponerent. Templo ſiquidem reparato,aurum quod remanſerat,& argẽ- *4. Reg. 14*

Ioas primo fit reparatio tẽpli

tum non paruum,ad pateras,& vini fuſoria, coopercula, & vaſa reliqua deportarunt ſacrificijſq; quotidie adolentes altare degebant. Et hæc quidem tempore quoad vixit Ioiadas competenti ſtudio gerebantur. Cum vero is mortuus fuiſſet,qui vixerat annis centum & triginta, iuſtus & per omnia venerandus, & ſepultus fuiſſet in Hieroſolymis in regijs monumentis,quoniam generis Dauid re pararat imperium,rex Ioas curam perdidit diuinæ religionis,cum quo etiam primates plebis pariter vitiati ſunt,vt circa ſolennitates & legitima iura delinquerent. Deus autem dure ferens tranſgreſsionem regis & aliorum,miſit prophetas qui conteſtarentur eos vt ab huiuſmodi geſtorum malignitate recederent. Illi vero in tali malorum more & deſiderio permanſerunt, vt nec alios qui ante ſe propter legitimorum iniurias fuerant caſtigati,neque prophetas qui prædicebãt vt pœnitentiam agerent,& conuerterentur ab iniquitate, reſpicerent. Nam & Zachariam filium pontificis Ioiadæ,lapidibus in templo rex iuſsit occidi,beneficiorum patris eius oblitus. Quem cum deus prophetam cõſtituiſſet,ſtans in media multitudine ſuadebat eis ſimul & regi,vt iuſtitiam facerent: & quod magna ſupplicia ſuſciperent,ſi nollent dei præceptionibus obedire. Qui tamen dum moreretur,ſuarum paſsionum teſtem deum & iudicem proclamauit: quia pro bono conſilio,& pro his quæ pater eius præſtiterat regi Ioas,ille amare & violẽter oc cumberet. Rex autem Ioas non poſt multa temporis ſpatia,iuſtiſsimas pœnas horum,in quibus præuaricatus eſt,exoluit. Veniente nanque Aſahel Syrorum rege in eius prouinciam,& Geth deuaſtante atque depopulãte,cum eſſet iam ad Hieroſolymam deducturus exercitum,metuẽs Ioas obſeſsionem,euacuatis omnibus dei theſauris atque regalibus & miniſterijs templi,miſit Syrorum regi,his redimens eum,ne ciuitas pateretur obſeſsionem, aut periculum rerum omnium ſuſtineret. Cui dum ſatisfactum fuiſſet ingenti multitudine pecuniarum,nequaquam ad Hieroſolymam caſtrametatus eſt. Ioas tamen cum peſsimum languorem incurriſſet,inſtantes amici qui mortem Zachariæ Ioiadæ filij defendebãt, eiq; inſidias facientes interemerunt eum. & ſepultus eſt quidẽ in Hieroſolymis, non autem in monumentis patrum,quia fuerat diuinæ religionis inimicus. Vixit autem annos quidem ſeptem & quadraginta,in eius autem imperium ſucceſſit filius eius Amaſias. Vigeſimo autem primo anno regni Ioas,Iſraelitarũ principatu potitus eſt Ioachas filius Hieu in Samaria,quem & habuit annis ſeptem & decem,patris quidem ſui nec ipſe imitator exiſtens:impie vero gerens,ſicut & primi reges qui deum ſpreuiſſe videbantur. Hunc autem humiliauit Aſahel, & eum extenta poteſtate contriuit,dum aduerſus eum caſtra mouiſſet. Nam & ciuitates ei plurimas & maximas abſtulit,& eius milites trucidauit. Hæc itaq; paſſus eſt Iſraelitarum populus ſecundum Heliſæi prophetiam:quãdo Aſahel, qui occidit dominum ſuum, regnaturum eſſe prædixerat ſuper Syros & Damaſcenos. Cumq; Ioachas in his anxietatibus teneretur,ad preces dei ſupplicationeſq; confugit:rogans vt eum de Aſahel manibus liberaret,nec pateretur vt ſub illius ditione viueret. Deus autem pœnitentiam pro virtute ſuſcipiens,& corripere magis quàm perdere hominem huiuſmodi volens,conceſsit ei quatenus belli pericula declinaret. Pace itaque potita prouincia rurſus ad ſtatum priſtinum copiamq; reuerſa eſt. Poſt mortem vero Ioachas filius eius Ioas ſuſcepit regnum. Cum ſeptem iam & triginta annos haberet in regno Ioas ſuper tribum Iuda, tenuit principatum iſte Ioas in Samaria ſuper populum Iſrael. Nam & ipſe idem habebat nomen,quod Hieroſolymorũ rex:tenuitq; regnũ annis ſedecim: fuitq; bonus,& in nullo paternæ naturæ conſimilis. Illo ſiquidem tempore Heliſæus propheta cum iam in ſenectute conſiſteret,& ægritudinẽ incurriſſet,venit Iſraelitarum rex viſitare eum. Et dum eũ in nouiſsimis inueniſſet,flere cœpit eo vidẽte & ingemiſcere,patremq; & ſcuto ſui regni vocare: præter eum ſe dicens nunquam cõtra hoſtes armis egiſſe, ſed illius prophetia ſine dimicatione viciſſe:qui dũ à vita diſcederet,Hebræos Syris,& alijs inimicis captiuãdos relinqueret. Qua propter

Zacharias Ioiadæ lapidatur

Ioas

Ioas occiditur ſuccedente filio Amaſia

Ioachas filius Hieu rex Iſrael Aſahel

propter nec ipſam vitam ſecuram vlterius fore dicebat: ſed gratum ſibi eſſe, vt cũ eo à preſenti luce recederet. Hæc dicente atque gemente rege, Heliſæus conſolabatur eum, iuſſitq; vt allatum ſibimet arcum extenderet. Qui cum præparaſſet arcum contingens manus eius Propheta iuſſit vt ſagittaret. Cumq; tres ſagittas dimiſiſſet atque ceſſaſſet, ait: Si plures dimiſiſſes, eradicaſſes Syrorum regnum. Quia vero in tribus ſolummodo quieuiſti, toties congreſſus Syris pugnando prevalebis, vt regionem quam abſtulerunt à patre tuo, rurſus obtineas. Et rex quidẽ dum hæc audiſſet, abſceſſit. Poſt non multum vero tempus & Propheta defunctus eſt, vir iuſtitia famoſiſſimus, & valde preclarus. Miraculum nanque & inopinabilia opera per ſuas prophetias oſtendit, & apud Hebræos memoriam claram & magnificam ſepulturam habere promeruit, & qualem viro ita religioſo decebat impendi. Illo ſiquidem tempore contigit, vt quidam latrones in Heliſæi ſepulchrum mortuum, quem ipſe videbantur interfeciſſe, proijcerẽt: cuius cadauer dum eius fuiſſet corpori ſociatum, continuo ſuſcitatum eſt. Et de Heliſæo quidem propheta, & quecunque prędixit, & quomodo poſt mortem virtutem diuinam habuit, hæc declarata ſufficiant. Defuncto itaque rege Syrorum Aſahel, ad filium eius Addam imperium peruenit: contra quem Ioas Iſraelitarum rex dimicans, & tribus congreſſionibus eum vincens, omnem prouinciam ab eo detraxit, & quoſcunque vicos & ciuitates pater eius Aſahel de Iſraelitarũ regno ſubtraxerat liberauit. Hoc itaque ſecundum prophetiam Heliſæi prouenit. Cumq; contigiſſet vt etiam Ioas moreretur, ille quidem ſepultus eſt in Samaria, regnũ vero ſuo filio Geſſaban nomine dereliquit.

In ſepulchro Heliſæi mortuus reuiuiſcit

De bello Amaſiæ contra inimicos, & inſolentia ſubſequente. Caput IX

ANno ſecundo Ioas regis Iſraelitarum, regnauit ſuper tribum Iuda in Hieroſolymis Amaſias, cuius mater erat nomine Ioad, genere ciuis, & iuſtitiæ prouiſione laudabilis. qui cum iuuenis eſſet, veniẽs ad regnum, cogitauit vt inimicos, qui patrem eius occiderant, puniret, & comprehenſos omnes occidit, Filijs autem eorum pepercit ſequens Moſeos leges, qui ſanciuit non propter peccata parentum filios occidendos. Deinde eligens exercitum de tribu Iuda & Bẽiamin, qui in flore iuuentutis & circa viginti annos exiſterent, & cõgregãs quaſi trecenta milia, conſtituit ſuper eos centuriones: mittensq; ad regem Iſraelitarum, conduxit centum argenti talentis cẽtum milia armatorum. Deliberauerat enim vt Amalechitarum gentibus, & Idumæis, & Gabaonitis inferret bellum. Cumq; præpararetur ad prælium, & iam videretur poſitus in procinctu, ſuaſit ei propheta vt dimitteret Iſraelitarum exercitum, quia eſſet impius, & deus eũ vinci prædiceret, vtq; ſuorum ſolummodo ſolatijs vteretur, & hoſtibus præualeret cum paucis contra eos pugnando, volente deo. Cumq; grauiter hoc ferret, rex, eo quod mercedes Iſraelitis iam prębuiſſet ingentes, monebat Propheta, vt ageret quod deo placeret, cum poſſent pecuniæ ex ipſius muneribus abundare. Et illos quidem dimiſit, cedens etiam quas dederat rex mercedes: ipſe vero cum ſuo exercitu ad prędictas gentes acceſſit. Et prælio geſto vincens, decem quidem milia occidit, & totidem viuos cepit: eosq; deducens ad magnã petram quæ eſt in Arabia conſtituta, ex ea præcipitauit. Prædam autem & diuitias ex his gentibus abſtulit infinitas. Dum itaque in his Amaſias conſiſteret, Iſraelitæ, quos cum mercede data remiſerat, indignati, & credentes iniuriam quia quaſi pro vituperatione fuiſſent ab eo remiſſi, eius regni terras aggreſſi ſunt, & vſque Betthoram procedentes, diripuere prouinciam, & multa quidem abſtulere iumenta, & tria milia hominum occiderunt, Amaſias autem victoria ex his quæ geſta fuerant elatus, deum quidem qui ei horum omnium autor extiterat, cœpit ſpernere: ac deos illos, quos de Amalechitarum prouincia vexerat, adorare. Tunc accedens ad eum Propheta, mirari ſe dixit, cum eos deos rex arbitraretur adorãdos, qui ſuos & à quibus honorabantur non poſſent adiuuare, nec ab huius manibus liberaſſent, ſed multos pereuntes contempſiſſent, & ipſi quoq; in Hieroſolymam ad inſtar hoſtium

4.Reg.14

Amaſias gloria elatus idola veneratur

ſtar hoſtium captiuorum vincti deducti fuiſſent. Hæc itaque regi mouerunt irã, & præcepit debere reijci Prophetam, interminatus ſe eum puniturum ſi amplius loqueretur. Et Propheta quidem tacere ſe dixit: prędicens non eſſe præbiturum deum ea, quæ rex facere moliretur.

De Amaſia contra Ioas bellante deuicto Cap. X

AMaſias autem dũ ſe abſtinere non poſſet in rebus felicibus conſtitutus, quas à deo perceperat, eiq; faciebat iniurias, ſcripſit ad regem Iſraelitarum Ioas, vt ei obaudiret & ipſe & populus vniuerſus: ſicut prius ob audiebant parentibus eius Dauid & Salomoni. Qui ſi parere nollent, ſcirent quia bello terminũ cauſa perciperet. Cui Ioas reſcripſit: Rex Ioas regi Amaſiæ: Erat in Libano mõte cypreſſus omnino procera, & puluis exinde miſit ad cypreſſum, petens filiam eius vt filio ſuo daret vxorem. Et dum hæc ageret, beſtia quędam tranſiens pulueremconculcauit. Hoc ergo tibi erit exemplũ vt maiora non appetas: nec quoniam Amalechitas viciſti, in hoc exultans, tibi tuoq; regno videaris inferre periculą. Hæc autem relegens Amaſias, ad bellum potius incitatus eſt: deo vt arbitror ad hoc impellente, vt pro his quę fuerãt ab eo commiſſa, pœnas exolueret. Cumq; produxiſſet exercitum contra Ioas, eſſetq; iam prælium commiſſurus, milites Amaſiæ repentinus terror & ſtupor inuaſit, qualem non propitius deus immittit, & antequã venirent ad manus, in fugam animi pauore conuerſi ſunt. Illis ergo terrore diſperſis, contigit vt Amaſias deſolatus ab hoſtibus caperetur: eiq; Ioas mortem interminatus eſt, ni Hieroſolymitis ſuaderet, vt aperiętes portas, eum cum exercitu in ciuitatem ſuſciperent. Et Amaſias quidem mortis terrore compulſus, ſuſcipere fecit hoſtem. Qui deſtruens partem muri quaſi quadringentorum cubitorum, cum curru ingreſſus eſt Hieroſolymam, Amaſiam captiuũ ducens: & dominus hoc modo Hieroſolymitanæ ciuitatis effectus, & dei theſaurum abſtulit, & aurũ argentumq;, quod in Amaſiæ regalibus inuentum eſt, exhauſit, & ita eum à captiuitate reſoluens, regreſſus eſt ad Samariam. Hæc itaq; geſta ſunt circa Hieroſolymitas anno quarto & decimo regis Amaſiæ. Qui poſt hæc paſſus inſidias amicorum, fugit quidem in ciuitatem Lachis: interfectus eſt autem ab eis, mittentibus qui eum illic interimerent. Cuius corpus referentes in Hieroſolymã, regaliter tumulauerũt. Igitur Amaſias hoc modo finiuit vitã propter ſuperbiam & cõtemptũ, quem habuit circa deum: qui vixit annos quidem. LIIII: regnauit autem XXIX. Huic ſucceſſit filius ſuus nomine Ozias.

Amaſias occiditur

De Hieroboam rege, propheta Iona, & Ozia ſacrificante punito. Cap. XI

4. Reg. 14

ANno autẽ quintodecimo regni Amaſiæ, regnauit in Iſrael filius Ioas Hieroboam in Samaria annis quadraginta. Hic autem rex circa deũ quidem iniurioſus, & iniquus extitit vehementer idola colendo, & multa incongrua & opera extranea faciendo, populo vero iſraelitarum multorum bonorum ruit occaſio. Huic quidem ionas prophetauit, quia oporteret eũ Syros vincere dimicando, & regnum propriũ dilatare in partibus quidem aquilonis vſque ad Hemathi ciuitatem: à meridie vero vſque ad Aſphaltiten paludem. Antiquit9enim termini Chananęi iſti fuerunt, ſicut princeps ieſus ea loca determinauit. Igitur Hieroboam caſtrametatus contra Syros, omnem eorum prouinciam (ſicut ionas prophetauerat) deuaſtauit. Neceſſariũ vero iudicaui integritatem rerum cõtradere, ſtudens quęcunque & de iſto propheta in ſacris libris inueni ſcripta, omnia declarare. Hic enim iuſſus à deo vt iret ad Niniue regnum, & ibidem prędicaret, quia eſſet amiſſura ciuitas principatum: metuens non perrexit, ſed fugit deum in ioppe: & inuenta naue ingreſſus in Tarſum ciuitatẽ Cilicię nauigabat. Cumq; tempeſtas immineret aſperrima, & nauis ſubmerſionis pericula ſuſtineret, nautę quidem & gubernator, & ipſe nauclerus fundebant orationes, quatenus periculũ mortis euaderent: ionas autem operiens ſemetipſum iacebat, & nihil eniteba tur horũ quæ alios videbat efficere. Cumque tempeſtas potius augeretur, & violentius

Hiſtoria Ionæ prophetæ

lentius ventorum nimietate mare attolleretur in cumulũ, cogitantes ſimũl quia aliquis nauigantium huius tempeſtatis autor exiſteret, conſtituerunt vt quicũq; is eſſet, ſorte proderetur. Quibus hoc facientibus, ſors cecidit in Prophetam. Interrogantibus autẽ illis vnde eſſet aut quid ageret, genere ſe quidem dixit Hebræum, prophetam vero ſummi dei: eisq; ſua ſit: vt ſi velllent preſens periculum declinare, eum in pelagus proijcerẽt, qui tempeſtatis eorũ autor extiterat. Et illi quidẽ non hoc prius facere præſumpſerunt, impium iudicantes, ſi peregrinum hominem, & qui eis ſuam cõmiſerat ſalutem, ad hæc mala cõpellerent, cum vtique nondum nauis ſubmerſio proueniſſet: à propheta vero poſt hæc compulſi, & timore ſuæ ſalutis aſtricti, eum in pelagus proiecerũt: & tẽpeſtas quidem remota eſt. Ille vero ſermo eſt, quia à ceto deuoratus, poſt tres dies totidemq; noctes in Euxino ponto viuus euomitus eſt, in nulla parte corporis maculatus: qui ſupplicans deo, vt ei veniam concederet pro delicto, ad Niniuen profectus eſt ciuitatem, & ſtans in medio prædicauit, quia poſt breuiſſimum tempus Aſiæ perderent principatum. Hæc ergo indicans eis eſt reuerſus. Hanc ergo narrationẽ explicui, ſicut ſcriptam inueni. Igitur Hieroboam rex cum omni felicitate vitã de- *Ionæ 2;*
gens, & regnás annis quadraginta defunctus eſt, & ſepultus in Samaria cui ſucceſſit in regnum eius filius Zacharias. Eodem vero modo & Ozias Amaſiæ filiꝰ *4. Reg. 14*
quarto iam & decimo anno regni Hieroboam duab. tribubꝰ in Hieroſolymis im- *4. Reg. 15*
perauit: cuius mater fuit Achelamas nomine, genere vero ciuis. Erat autem hic bonus & naturaliter iuſtus atque magnanimꝰ, & ad rerum prouidentiam nimis induſtrius. Caſtrametatus contra Palæſtinos, eosq; bello deuincens, ciuitates eorum cepit, Geth, & Iamniam, ſed & muros earum deſtruxit. Poſt hanc vero militiam aggreſſus eſt Arabes vicinos Ægyptijs: & ædificans ciuitatem circa mare rubrum, conſtituit in ea cuſtodias. Deinde Ammonitas ſubdẽs, & tributa eis imponens, & omnia vſq; ad terminos Ægyptiorum ſuæ ditioni ſubijciens, cepit de cætero Hieroſolymitarum curam habere. Nam quicunque muri fuerant longo tempore aut regum priorum deſidia iam deſtructi, eos rurſus ædificauit & reparauit, necnon & quoſcunque deſtruxerat Iſraelitarum rex, quando patrem eius Amaſian captiuum tenens, ingreſſus fuerat ciuitatem. Ædificauit autem & turres multas, ſingulis quibuſque centum & quinquaginta cubitos habentibus. Fecit & in deſertis locis magnas valde munitiones, multos aquę ductus inſtituens. Hąbebat aũt iumentorũ & aliorum animalium innumeram multitudinẽ, quãdo *Ozie ſtudium*
& prouincia fertilis erat ad paſcua: eratq; præcipuæ terræ cultor, & curam habebat circa plantationes, & ſemina fructuũ diuerſorũ. Exercitum vero circa ſe habuit electorũ trecenta & ſeptuaginta milia virorũ, quorũ duces & tribuni & millenarij erant valde fortiſſimi, & qui ſuo robore non poſſent ferri numero duo milia. Conſtituit aũt per cohortes totum exercitũ, & omnes armauit: dans vnicuiq; iaculum & ſcutum & loricas ęreas, & arcus & fundas. Super hęc autem & multa machinamẽta ad oppreſſiones inſtituit, quibꝰ ſaxa emitterentur, & iacula, & hapagones, & his ſimilia præparauit. Dumq; hæc ita conſtituiſſet, mentis elatione corruptus, & mortali ſubſtantia ditatus, contra immortalem omni tempore agere nitebatur, Eſt autem immortalis ſubſtantia, pietas circa deum, & cuſtodia mãdatorum. Lapſus eſt itaq; felicitatis euentu, & ad paterna peccata deſcendit: quę etiam illum poſtquã claritatem bonorũ & rerum magnitudinem dereliquit, apprehenderũt. Hic enim inſtante inſigni die & generali feſtiuitate, indutus ſtola *Præſumptio Oziæ regis*
ſacerdotali intrauit in templum, oblaturus incenſum in aureo altari deo. Ponti fice vero Azaria cum alijs octoginta ſacerdotibus eũ prohibẽte ne faceret quod non liceret: quoniam hæc ſolummodo his adiacerent, qui erant ex genere Aaron: & clamantibus ei vt exiret, & non ageret contra leges dei, iratus intermina tus eſt eis mortem, niſi tacerent. Inter hęc autem terræmotus factus eſt magnus, & ſtupeſcente populo claritas ſolis nimis effulſit, & cecidit in faciem regis, & illi quidem lepra cõtinuo prouenit. Ante ciuitatẽ vero in loco qui dicitur Eroge,

ſciſſa

sciſſa est media pars mõtis ad occidentem, & sua volubilitate per quatuor stadia procedens, ad orientalem restitit montem, ita vt & vias clauderet, & regios hortos opprimeret. Cumq; sacerdotes regis faciem lepram apprehendisse conspicerent, pandebant ei calamitatem suam, hortantes, vt tanquam pollutus exiret à ciuitate. Ille vero confusione huius euentus, & dũ illi iã esset nulla fiducia, treme factus quod iubebatur impleuit. Qui licet fuisset vltra humanas mentes elatus, & propter hoc impie gessisset in deo, miserabilem tamen hanc & vilem pertulit passionem: & tempus quidem aliquod extra ciuitatem commoratus, in vita priuata degens, licet filio eius Ioatham regnum suscipiente, deinde mœstitia gestorum faciente defunctus est. Qui vixit quidem annis octo & sexaginta, in quibus regnauit quinquaginta & duos, sepultꝰ est autem solus in proprijs hortis. Zacharias autem filius Hieroboam dum mensibus sex regnasset in Israel, dolum passus occisus est à quodam amico nomine Sellum, filio Iotauis, qui post eũ regno percepto nõ amplius quam diebus triginta tenuit principatum. Princeps autem militiæ Manahen illo tẽpore, cum esset in ciuitate Tharsa, & audisset quod de zacharia fuerat gestum: surgens inde cum omni militia, venit in Samariam, & cõmisso prælio Sellum peremit, & semetipsum constituit regem. Surgensq; exinde in Tharsa ciuitatem venit, cuius ciues obserãtes portas eius, regem suscipere noluerunt. Ille vero vlciscens in eis, & quæ foris erant depopulatus est, & ciuitatem obsessione fortissima cepit: & grauiter ferens, quod fecerant ciues eius, omnes occidit, neque paruulis parcens, et quicquid ad culmen pertinebat ferocitatis & sæuitiæ non relinquens. Nam quod alienigenæ capiẽtes eos facere non potuissent, hoc iste de suis contribulibus operatus est. Itaque Manahen hoc modo regnauit annis decem fuitq; peruersus & regum omnium valde sæuissimus. Cumque aduersus eum castra mouisset Phiolaus Assyriorum rex, ad certamen quidem pugnæ contra Syros non accessit: sed mittens ei mille argenti talenta, egit vt à bello discederet. Ad hanc itaque causam profuit populus regi Manahen, Nã vnusquisque pro capite suo quinquaginta præbuit dragmas. Post hęc vero defunctus est, & sepultus in Samaria. Phaceiam vero suũ filium successorem proprij regni dereliquit. Qui sequens paternam crudelitatem, duobus tantummodo regnauit annis, deinde in conuiuio dolo cum amicis proprijs interemptus est. Phaceias enim millenariꝰ, filius Romeliæ, ei fecit insidias: qui & ipse Phaceias tenuit principatũ annis viginti. Fuit autem impius & iniquus. Rex autem Assyriorum Teglatphalassar nomine, castrametatus aduersus Israelitas, & cunctam Galaaditidem regionem vastans, & trans Iordanem, & quę Galilæa nuncupatur, & Tarsan & Asaran, & habitatores vnà captiuos ducens, eos in regnum suum migrauit. Igitur & de Assyriorum rege hæc nos dixisse sufficiat. Ioathan itaque Oziæ filius regnauit in Hierosolymis super tribum Iuda, cuius mater fuit ciuis illius ciuitatis quæ vocabatur Ierasis. Is autem rex nulla virtute minor fuit, sed & rebus diuinis pius, apud homines autem iustus astabat: habuitq; curam rerum ciuitatis: & quæcunque reparatione & ornatu pariter indigebant, hæc largissime procurabat: fecitq; porticus in templo, & eius ingressus ornauit, muros quoq; qui ceciderunt rursus erexit, turresq; proceras & inuincibiles in eis ædificauit: & in reliquis omnibus quę in regno neglecta videbantur, opus fabricationis exhibuit. Qui dum Ammonitis intulisset bellum, eosq; vicisset, singulis annis illos tributa præcepit exoluere talenta auri centum, & tritici decem milia coros, tantumdem & hordei. Sic autem proprium auxit regnum, vt hostibus quidem esset valde terribilis, familiaribus vero præcipue felix.

Phaceias patri Manahen succedit

Oziæ succedit Ioathan

Prophetia Naum hic inserta. Cap. XII

Naum 1.2.3

EO siquidem tempore fuit propheta quidã nomine Naum, qui de Assyriorum subuersione & Niniue vrbe prophetans, hoc dicebat: quomodo Niniue piscina aquæ cõmota, sic & populus omnis turbatus & fluctuans commouebitur fugiens, cunctis dicentib. ad alterutros, state & manete, aurumq; vobis argẽtumq; diripite

diripite: & nullus hanc voluntatem habebit, dum animas ſuas omnes magis quã facultates ſeruare feſtinent. Crudelis enim alterutros decertatio habebit, & luctus & diſſolutio magna membrorum, & vultus eorum terrore palleſcent. Vbi tunc erit habitaculum leonum? Dicit autem tibi deus Niniue: quoniam extermi nabo te, & nequaquam leones progredientes ex te imperabunt mundo. Super hæc autem & multa alia prædixit iſte propheta de Niniue, quæ dicere neceſſarium non putaui, ne legentibus viderer importunus oſtendi. Hæc autem omnia prouenerunt Niniue poſt annos centum & quindecim. De his ergo nunc à nobis ſufficienter expoſitum eſt.

De impietate regis Achaz & digna pœna. Cap. XIII

POrrò Ioathan mutauit vitam, cum vixiſſet annos vnũ & quadraginta, ex quibus regnauit ſedecim: ſepultuſq; eſt in regijs monumentis, venitq; regnũ ad eius filium Achaz: qui impius circa deum exiſtens, & paternæ præuaricator legis reges Iſraelitarum imitatꝰ, in Hieroſolymis idolorũ aras inſtituit, & ſuper eas ſacrificauit: in quibus etiam ſuũ in holocauſtum obtulit filium, more Chananæorum: & ſuper hæc multa alia ſcelera perpetrauit. Cumq; circa hæc ita veſanus exiſteret, caſtrametatus eſt aduerſus eum Syrorum & Damaſcenorum rex Raſin. & Phaceias Iſraelitarum: erant enim amici. Et claudentes eum in Hieroſolymis multis eam temporibus obſidebant, propter murorum munitionem eam capere non valentes. Syrorum vero rex capiens ciuitatem Ailach, ad mare rubrum poſitam, & habitatores eius occidens, in ea Syros ſtatuit: & alijs in circuitu ciuitatibus ita fecit, perimẽs vbique Iudeos: qui multam deuehens prædã, in Damaſcum cum ſuo remeauit exercitu. Rex autem Hieroſolymorũ cognoſcens Syros ad propria remeaſſe, & credens ſe prævalere cõtra Iſraelitarum regem, exercitũ ſuum aduerſus eum armauit, & congreſſus bello ira dei faciente deuictus eſt, propter impietates ſuas multas & maximas. Ea náq; die cẽtum & viginti milia eius militum ab Iſraelitis occiſi ſunt: & Amaſias princeps militiæ Zachariã filium regis Achaz in bello peremit, & tutatorẽ totius regni Ezricam cõſtituit, & principem militiæ tribus Iuda nomine Elicam captiuum tulit, & ex tribu Beniamin mulieres & infantes, multamq; ſimul diripientes prædam, in Samariã ſunt reuerſi. Quidã vero Odidas illius temporis propheta, cũ eſſet in Samaria, exercitui ante muros occurrens magna voce clamauit, dicens victoriam eis non propria virtute collatã, ſed propter iram dei quam habuit ſuper Achaz regem, culpauitq; eos cur eis non ſufficeret ſua felicitas, ſed etiam præſumpſerint ex tribu Iuda & Beniamin cognatos ſuos captiuos abducere: ſuaſitq; illis vt eos cõtinuo ſinerent ad propria remeare, qui ſi non obedirent deo ſubderentur repente prælio. Populus igitur Iſraelitarũ in cœtu conueniens, quid de his fieret cogitabat. Tũc quidam Barachias nomine cum eſſet in Republica probatiſſimus, ſurgens in medio, & cum eo tres alij dixerunt: Non eſt permittendũ vt captiui in vrbem introducantur, ne omnes à deo pariter pereamus. Sufficiant prima peccata, ſicut prophetæ dicunt, & non nouas impietates adijciamus. Hæc ergo milites audientes, permiſerũt eis vt facerent quodcunque crederent expedire. Sumentes ergo prędicti viri captiuos, lauantesq;, & diligentiam exhibentes, & itineris dantes expenſas, innoxios ad propria dimiſerunt. Nihilominus & illi quatuor venere cũ eis, & vſq; ad Hiericho deducentes eos nõ procul ab Hieroſolymis, in Samariã ſunt reuerſi. Rex autem Achaz hęc paſſus ab Iſraelitis, mittens ad regem Aſſyriorũ, popoſcit ab eo belli ſolatium aduerſus Iſraelitas, & Syros, & Damaſcenos, multas pecunias ſe ei daturum promittens, miſitq; ei & munera valde præclara. Ille vero legatis ad ſe venientibus, venit in auxilium regis Achaz, & caſtrametatus aduerſus Syros, & regionem eorum depopulatus eſt, & Damaſcũ bellico iure cepit: inſuper & regem Raſin occidit. Damaſcenos autem in ſuperiorem Mediã deſtinauit, & quoſdam Aſſyriorum in ciuitate Damaſcena conſtituit. Iſraelitarũ vero terrã nimis affligens, multos ex ea captiuos abduxit. Cum ergo hęc contra

4. Reg. 16.

Rex Aſſyriorum Raſin occidit

Syros

Syros egisset rex Hierosolymorum auferens aurum quodcunque erat in regalibus thesauris,pariter & argentum,& quod erat in templo dei,& quod fuit optimum ornamentum,deuehens hæc venit in Damascum, & secundum promissiones dedit hæc Assyriorum regi,& gratias ei pro omnibus referens,in Hierosolymam remeauit.Hic autem rex sic fuit stultus,& circa modum suæ vtilitatis à ratione alienus:quia neque dum bello comprimeretur à Syris,deos eorum adorare cessauit,sed in eorum veneratione permansit,quasi possent ei conferre victoriã: & deuictus,Assyriorum denuo cœpit colere deos,& omnes potius videbatur venerari quàm patrium verumq; deum,cuius ira fuerat eius perditionis causa.Qui ad tantam insaniam contemptumq; dei peruenit,vt omnino clauderet templum & solennes offerri hostias prohiberet,& ornamenta eius auferret. His igitur rebus iniuriam faciens deo mortuus est cum vixisset annis sex & triginta, ex quibus regnauit sedecim. Cuius filius Ezechias mox successit in regnum. Eodem vero tempore mortuus est etiam rex Israelitarum Phaceias,dolo cuiusdam amici nomine Ozias,qui tenuit regnum annis nouem,fuitque malignus & dei contemptor.

De Ezechia rege,restituta religione & azymorum festo. Cap. XIIII

4.Reg.18 CONtra hunc autem castrametatus est Assyriorum rex Salmanasar: eumq;, cum vtique Ozias deum nõ haberet propitium nec adiutorem,fecit sibimet subditũ,& tributa definita præcepit exoluere.Anno siquidem quarto Oziæ regis,regnauit in Hierosolymis Ezechias filius Achaz,& Abiæ quæ fuit genere ciuis.Erat autem huic viro natura benigna,iusta & valde religiosa. Nihil enim ob aliud se credidit veniſſe ad regum,neque aliquid magis necessarium, nec vtilius sibimet,eiq; subiectis arbitratus est esse,quàm vt coleret dei religionem. Et conuocans omnem populum,pariter & sacerdotes atque Leuitas,contionem habuit apud eos,dicens:Non ignoratis,quoniam patris mei peccato,qui transgressus est dei sanctam honorabilemque culturam,multa & maxima mala estis experti, & ab eo vestra mens corrupta est, suasitque quos ipse colebat deos vos pariter adorare. Hortor itaque vos, post quàm opere cognouistis ,quàm pessimum est impie agere,vt illorum iam obliuionem habentes,purgetis vos à priori pollutione,& cum sacerdotibus atque Leuitis conuenientes aperiatis templum, & purgantes illud solennibus sacrificijs,ad honorem antiquum & patrium reuocetis.Sic enim vobis deus propitius erit:& irasci super vestra peccata cessabit.

Ezechias reuocat sacrificia diu intermissa Hæc dicente rege sacerdotes aperuerunt valuas templi dei, & pollutiones eijciẽtes,sacrificia solennia super altare imposuerunt.Mittens autem rex in prouinciam sibi subiectam omnem populum ad Hierosolymam conuocauit,vt festiuitatem celebraret Azymorum:multum enim tẽpus præterierat propter iniquitatem prædictorum regum,quod non fuerat acta.Misit pariter & ad Israelitas:inuitans eos,vt relinquentes malæ consuetudinis conuersationem,reuerterẽtur ad pristinam dei culturam,dicens,concedere se venientibus in Hierosolymam, vt Azymorum agerent festiuitatem,& cum eis pariter epulas exercerent. Hęc autem dicebat,monens tantum,non sibi eos subiectos facere studens, si tamen nolent:quod si voluissent,vtiq; beati fuissent. Israelitæ vero venientibus ad se legatis, & eis proprij regis mandata nunciantibus, non solum non acquieuerunt, sed etiam legatos tanquam fatuos irriserunt. Pariter etiam prophetas hæc monentes & prædicentes quę paterentur,si ad pietatem dei conuerti nollent,spreuerunt, & ad nouissimum eos comprehendentes interemerunt. Et neque in his solis iniquitatibus perstiterunt,sed horum quoque peiora faciebant:nec prius quieuerunt donec deus vindicans in eis,hostium eos subderet ditioni,Et de istis quidem postea declarabim9.Multi tamẽ de tribu Manasse,& Zabulon,& Isachar obedientes monitionibus prophetarum,ad pietatis iura conuersi sunt.Et isti omnes ad Ezechiam in Hierosolymã concurrerunt vt adorarent deum. His autem venientibus rex Ezechias ascendens in tẽplum cum principib9 & omni populo,

sacrificauit

sacrificauit pro se tauros septem, & totidem arietes, & agnas septem, & totidem hircos: & imponentes manus super capita pecudum ipse rex & principes, sacerdotibus solennia sacrificare permiserunt. Et illi quidem sacrificabant & holocausta faciebant, Leuitæ vero circunstantes cum musicis organis cãrabant hymnos in deum, atq; psallebant sicut docti fuerant à Dauid, reliqui vero sacerdotes tenentes tubas cum hymnum dicentibus concrepabant. His itaque factis prostratus in faciem & ipse rex & populus vniuersus adorauerunt deum, deinde sacrificauerunt boues septuaginta, tauros cẽtum, agnas ducentas. Populo vero ad epulas condonauit boues quidem sexcentos, reliqua vero pecora tria milia, & omnia quidem sacerdotes secundum legis consuetudinem compleuerunt. In his itaque delectatus rex epulabatur cum populo gratias agẽs deo. Instãtem vero azymorum festiuitatem celebrantes, quod dicitur pascha, alia de cætero sacrificia diebus septem exhibuerunt. Populo vero præter illa quæ immolata sunt, donauit rex tauros quidem tria milia, pecudum vero diuersarum septem milia. Idem vero fecerunt & principes, mille nanque tauros dederunt eis, & pecora mille & sexaginta. Et dum hoc modo à Salomonis tempore celebratio non fuisset effecta, tunc primum splendide & largissime probatur exhibita. Cumq; festiuitas fuisset impleta, egressi in prouinciam purgauerũt eam: sed & ciuitatem ab omnium idolorum pollutione mundauerunt. Constituitq; rex vt quotidiana sacrificia ex eius proprijs celebrarentur impensis secundum legem, & sacerdotibus atq; Leuitis dicatas dari à plebe decreuit primitias frugum, vt semper circa religionem obseruarent, & à cultura eius separari nequirent. & populus quidem offerebat omnes fructus, vt moris erat. domus autem & cubicula rex ædificans, singulis sacerdotibus distribuit, & Leuitis, eorumque filijs & vxoribus, & ità ad antiquam dei culturam denuo sunt reuersi. Hæc itaque prædicto modo rex statuens, bellum egit aduersum Palæstinos, eisque deuictis tenuit omnes ciuitates hostium à Gaza vsque in Geth. Rex autem Assyriorum mittens ad eum interminatus est, omnem se eius subuertere principatũ, nisi tributa quę pater eius dabat prius exoluueret. Ezechias autem de interminationibus non curauit, securus de dei pietate & de prophetia Esaiæ, à quo futura omnia certissime cognoscebat. Et de hoc quidem rege hæc in præsenti dixisse sufficiat.

De captiuitate regni Israel à Salmanasar, Cutheisq; surrogatis. Cap. XV

SAlmanasar autem Assyriorum rex, dum ei nunciatum fuisset, quia israelitarum rex Ozias latenter misisset ad Suham Ægyptiorum regem, petens cõtrà eum ab illo solatia, iratus castrametatus est in Samaria anno septimo regis Oziæ. Et dum eum rex suscipere noluisset, annis tribus obsidẽs Samariam cepit eam nono quidem anno regni Oziæ, septimo autem Ezechiæ regis Hierosolymorum: & Israelitarum regnum vehementer exterminauit, & omnem populum transmigrauit in Mediam & Persidam. Inter quos & regem Oziam viuum cepit & transmigrauit. Aliasq; gentes ex quodam loco nomine Cuthi, qui ex flumine Persico ità vocantur, in Samariam & Israeliticam regionem constituit. Migrauerunt ergo decem tribus Israelitarum de Iudea, post annos numero nongentos quadraginta & septẽ, à quo tempore egredientes ex Ægypto maiores eorum, hanc tenuere prouinciam sub principe Iesu: ex quo autem recedentes à Roboam, qui fuit ex genere Dauid, regnum Hieroboam tradiderunt, sicut & prius à me significatum est, anni tunc erant ducenti & quadraginta, & menses septem & dies septem. Hic ergo finis apprehendit Israelitas trãsgredientes leges, atq; prophetis nõ obedientes, qui eis hanc prædixere calamitatem, nec ab impietatibus recedentes. Cœpit autem malorum eorum causa fabricari, ex quo seditione facta circa Roboam nepotem Dauid, Hieroboam eius seruum fecerunt regem, qui in deum peccando fecit eum vniuersis populis inimicum, imitantibus suum malum. Et ille quidem quam dignus erat exoluit pœnam. Rex autem Assyriorũ inuasit pugnando cunctam Syriam, & Phœnicen vniuersam. Nomen

4. Reg. 17

Cuthi

autem regis huius in archiuis Tyri conſcriptum eſt. Pugnauit enim aduerſus Tyrum, cum in ea regnaret Heliſæus. De quibus teſtatur & Menander, qui temporum facta conſcripſit, & Tyriorum antiquitatem in Græcam linguam cõuertẽs, ſic ait: Heliſæus nomine, regnauit annis triginta & ſeptem, hic recedentibus Cutheis nauigans reduxit eos: contra quos denuo Salmanaſar Aſſyriorum rex inſurgens, cunctam Phœnicem inuaſit. Qui facta pace cum omnibus, poſt terga ſua reuerſus eſt. Receſſit autem à Tyro ciuitas Sidon, & Arce & antiqua Tyro, & multæ aliæ vrbes, quæ ſemetipſas Aſſyriorum regi tradiderunt. Quapropter Tyrijs non ſubiectis, denuo rex aduerſus eos egreſſus eſt, Phœnicibus exhibentibus ei naues ſexaginta, & remiges octingentos. Contra quos Tyrij nauigantes in duodecim nauibus, diſperſis hoſtium nauibus cepere captiuos viros quingentos. Vnde honor Tyriorum propter hoc creuit eximie. Reuertens autem Aſſyriorum rex, diſpoſuit cuſtodias ſuper fluuium & aqueductus ciuium, vt Tyrios haurire pocula prohiberent. Et dum hoc quinque annis fuiſſet factũ, tulerũt de effoſſis puteis bibentes aquã. Hæc in archiuis Tyri de Salmanaſar Aſſyriorum rege ſcripta ſunt. Igitur dũ fuiſſent in Samariam tranſmigrati Cutheiꝯ (hoc enim vocabãtur nomine hactenus, eo quod de prouincia Perſida, & à quodam flumine quod Cutha vocabatur, migrati viderentur) ſecundũ gentem propriã ſinguli eorũ deos in Samariam portauerunt: erant autem quinq;. Et cum eos more proprio colerẽt, ad iracundiam & furorem maximum deum prouocauerunt, venitq; peſtilentia ſuper eos: per quam corrupti, cum nullam malorũ medicinam inuenire poſſent, deum maximum colere pro ſalute cœperunt. Mittentes itaque ad regẽ Aſſyriorũ legatos, ſupplicauerunt, vt ſacerdotes eis ex captiuis Iſraelitarum, quos pugnando tenuerat, deſtinaret. Quo mittente ſacerdotes, leges dei & cultu ram eos docuerunt. Et cum cœpiſſent eum ſumma deuotione venerari, peſtilentia repente ceſſauit: & hactenus ipſas ſolennitates celebrare noſcuntur. Hi ſiquidem ſecundũ eloquiũ Hebræorum Hebrẽi, ſecundũ genus Cuthei, græce aũt Samaritæ vocantur, qui pro rerũ motu ſemper parati ſunt: & quãdo vident Iudẽos eſſe felices, cognatos eos appellant, quaſi de Ioſeph nati videantur, & ex illo cũ eis habeant ſocietatis initium: quando vero deiectos vident, nequaquam eis deuotione aut genere cõmunicari volunt: ſed & trãſmigratos & alienigenas ſemet ipſos edicunt. Sed de his quidem oportunius edicemus.

Menander hiſtoricus

De Tyriorum obſeſſione

Cutheorum tranſmigratio

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DECIMVS

Bellum Sennacherib contra Hieroſolymã: & Rapſacis blaſphemia. Ca. I

4. Reg. 18

IVM EZECHIAS duarum tribuum rex, quartum & decimum annum haberet in regno, Aſſyriorum rex nomine Sennacherib maxima manu aduerſus eum caſtrametatus eſt, & forti brachio omnes ciuitates tribuũ Iuda & Bẽiamin tenuit. Cumq; ad Hieroſolymã tenderet, præuenit eum miſſis legatis Ezechias, promittens & obedire ſe ei, & tributa quę imponeret exoluere. Sennacherib vero cognoſcens quę legati ferebat, dignum iudicauit bello deſinere: & precantium ſuſcipere dignitatem, tunc promiſit. Qui accipiens trecenta argẽti talẽta, auri triginta amicus diſceſſit, dans legatis iuriſiurandi fidẽ: quia ei nihil diſcedẽdo noceret. Ezechias autem credens & euacuans theſauros, miſit ei pecunias, ſperans ſe à periculo belli & regni amiſſione liberari. Aſſyri9 aũt hæc ſumens

ſumens, ex his quæ promiſerat cogitauit nihil, ſed ipſe profect9 eſt ad Ægyptios & Æthiopas, principes vero militiæ Rapſacen cum multo exercitus robore & duobus alijs ad vaſtandam Hieroſolymam dereliquit, quorum nomina erant Dathara & Anaciris. Tunc itaque venientes ante muros caſtra fixerunt, miſeruntq; ad Ezechiam petentes, vt cum ipſo poſſent habere colloquium. Ille vero per ſe quidem propter metum nõ abijt: tres autem neceſſarios ſibi amicos miſit: hoc eſt, Heliachim tutorem regni, & Sobnean & Ioan, qui ſuper ſcribas erat. Iſti ſiquidem procedentes è diuerſo ante principem militiæ Aſſyriorum ſteterunt. Quos dum vidiſſet Rapſaces princeps militiæ petijt, vt euntes dicerent Ezechię Rex magnus Sennacherib requirit ab eo: de quo præſumẽs atque cõfidẽs refugit dominum ſuum, & obedire non vult, neque ſuſcipere eius exercitum? An certe propter Ægyptios, ſperans exercitum ſuum illorum ſolatio ſubleuari? Si autem hoc expectat, fatuus eſt, & ſimilis homini incumbenti calamo fracto, qui cũ ceciderit, inſuper manu vexata ſentiet plagam. Sciat autem quia etiam voluntate dei contra eum caſtrametatus eſt, qui conceſſit ei Iſraelitarum vaſtare regnum, & eodem modo, quo ſubiectos eius, diſperderet regnum. Dum hæc Rapſaces Hebraica lingua diceret, habebat enim linguæ huius experimẽtum, Heliachim metuens ne populus audiens metu corrueret, popoſcit vt Syrorum magis loqueretur eloquio. Ille vero intelligens ſuſpicionem eius & metum, maiori voce amplius clamans reſpondit Hebraice, dicens: Audiant omnes præcepta regis, & quod vtile eſt eligant, & ſe nobis tradant. Palàm eſt enim quia vos & rex populum vana ſpe decipitis, & repugnare ſuadetis. Si vero præſumitis vt exercitum noſtrum repellere vos dicatis, dante me duo milia equos de exercitu mihi commiſſo, totidẽ aſcenſores præbentes veſtrum exercitum nobis oſtendite, ſed non habetis tot homines. Quid igitur tardatis tradere voſmetipſos melioribus qui vos capturi ſunt & inuitos, dum ſpontanea traditio ſecurior ſit vobis, inuita vero valde periculoſa, vt cauſa calamitatis exiſtat? Hæc audientes & populus & legati, dicente Aſſyriorum principe, ea Ezechiæ renunciauerunt. Ille vero hæc audiens, exut9veſte regali, indutusq; ſacco & habitu miſerando lege patria, proſtratus in facie rogabat deũ, vt adiuuaret, nullam aliam ſpem habentem ſalutis mittensq; & amicos quoſdam & ſacerdotes ad Eſaiam prophetam, popoſcit vt oraret, & factis ſacrificijs pro ſalute omniũ rogaret deum, quatenus & hoſtium ſpem frangeret, & populo ſuo miſericordiam condonaret. Propheta vero hęc faciens, admonitus à deo confortauit regem & eius amicos, prædicens quia ſine bello deuicti hoſtes turpiter ab vrbe recederent, & non eos fortitudine illa valere quã ſe habere credebant, deumq; prouiſurum vt fortiter vaſtarentur. Sed & ipſum regem Aſſyriorum Sennacherib non pręualentem aduerſus Ægyptios, cum ad propria remearet ferro periturum eſſe prędixit. Ipſo ſiquidem tempore ſcripſit Ezechię Aſſyrius epiſtolas, in quibus fatuum eum eſſe dicebat, credentem, quia eius ſeruitium poſſet euadere, qui multas gẽtes & maximas ſubdidiſſet: & interminabatur ſuum ditus ſe eum diſperdere, dum caperet vrbem, niſi portas aperiens ſponte in Hieroſolimis exercitum eius exciperet. Quę cum relegiſſet Ezechias, ſpreuit propter ſpem quam habebat in deum, Epiſtolam vero plicans in templo repoſuit. Rurſus autem cum deo vota & orationes effunderet pro ciuitate & ſalute cunctorũ, Eſaias propheta eum aſſeruit exauditũ, & nec in pręſenti tempore eſſe ab Aſſyrijs obſidendum, & in futuro omnes qui ab illo iam capti fuerant eſſe reuerſuros, & tertio anno cum pace opus ſuum facturos, & propriarum poſſeſſionum ſine timore diligentiam habituros. Interea paruo tempore tranſeũte, Aſſyriorum rex bello quod Ægyptijs intulerat fruſtratus, ob huiuſmodi cauſam ſine effectu remeauit ad propria. Is enim cũ multo iam tempore fuiſſet commoratus in obſeſſione Peluſij, & dum aggeres contra muros eleuati fuiſſent, quibus ciuitati nitebatur obſiſtere, audiuit Æthiopum regẽ Tarachen cum multo exercitu ad Ægyptiorum venire ſolatium, & per deſertum iter facere, vt ſubito in Aſſyriorũ caſtra

ſtra irrueret. Turbatus ergo rex Sennacherib ad ſacerdotem Vulcani caſtra ſe metari dicebat, quaſi iſte rex ad eũ regem Ægyptiorũ veniſſet, qui eſſet Vulcani ſacerdos: & obſeſſionem Peluſis huiuſmodi cauſa diſſoluit.

Strages magna Aſſyriorum, eorumq; regis. Caput II

4.Reg.19 Herodotus

ORante itaque rege Hieroſolymorum ad deum, & deus exaudiens maximã plagam miſit in eum, & multi perempti ſunt. Herodotus autem de rege Sẽnacherib errorem ideo facit, quia non Aſſyriorum dicit regem, ſed Arabum: adijciens quia ſoricum multitudo vna nocte arcus & arma reliqua comedit Aſſyriorum: & propterea cum non haberet rex arcus, exercitum à Peluſio reuocauit. Et hæc quidem Herodotus. Beroſus autem qui Chaldaicam conſcripſit hiſtoriam, meminit regis Sẽnacherib, & quia regnauit ſuper Aſſyrios, & caſtrametatus eſt contra omnem Aſiam & Ægyptum, ita dicens: Reuerſus autem Sennacherib à prælijs Ægyptiorum, ad Hieroſolymam cum veniſſet, exercitum quem cũ Rapſace dimiſerat, inuenit in periculo peſtilentię conſtitutum: deus enim morbum populo eius immiſerat, ita vt prima nocte eorum qui obſidebant, deperirent centum octogintaquinque milia viri cum iudicibus & tribunis. Propter hanc calamitatem in nimio terrore & anguſtia conſtitutus, de cuncta iam militia metuẽs fugit cum ſua manu ad proprium regnum, in ciuitatem quæ appellatur Niniue.

Beroſus

Aſſyriorum rex a filiis perimitur

Et dum modicum tẽpus ibidem commoratus fuiſſet, dolo à ſenioribus filijs Adramelech & Selenſaro eſt peremptus in proprio templo, quod dicitur Araſci. Et illi quidem pro cæde patris effugati, ad Armeniam diſceſſerunt. Succeſſit autem in eius regnũ Aſaracoldas. Terminus igitur obſeſſionis Aſſyriorum cõtra Hieroſolymitas, tali occaſione prouenit.

Ezechias moritur9 vitæ productionem obtinuit: ſolis quoq; retroceſſio. Ca. III

4.Reg.21

EZechias autem inopinabiliter à terroribus liberatus, gratificas hoſtias cum omni populo celebrauit deo, et cognoſcens quia nulla alia cauſa hoſtes alios quidem peremiſſet, alios vero timore morti ſimiles effugaſſet ab Hieroſolymis, niſi diuino ſolatio, omni ſtudio & largitate vſus eſt circa dei cultum. & non poſt multum graui languore detẽtus, à medicis quidem deſperatus eſt: nihilq; nec ipſe de ſe, nec eius amici ſpei vlterius ſuſtinebant. adijciebatur autẽ regi & alia magna anguſtia, eo quod filios nõ haberet, et quod moriturus eſſet, de ſolatam relinquens domum, nec ſucceſſorem ſui generis habiturus. Dũq; nimis in hac parte fatigaretur, rogauit deum vt ei paruo tempore vitam concederet, donec filios habere poſſet: & non prius anima priuaretur, antequam fieret pater. Cui miſertus deus petitionemq; ſuſcipiens, quia non dolebat eo quod priuandus eſſet bonis imperij, ſed vt filios haberet, qui in eius principatum ſuccederent, mittens Eſaiam prophetam iuſſit ei dicere, quia poſt tertiam diem caſum languoris euaderet, & poſtea annis quindecim ſuperuiueret, & filios generaret. Dum hæc dei mandata Propheta dixiſſet, propter nimietatem languoris, & ea quæ inopinabiliter promittebantur non credens, ſignum aliquod et indicium petijt vt faceret Eſaias, quatenus hæc dicẽti ſibi crederet, & à deo eum miſſum vere cognoſceret. Nam ea quæ vltra rationem ſunt, et fortiora ſpe videntur, huiuſmodi rebus credũtur eſſe veracia. Et dum Propheta interrogaſſet eum, quod vellet fieri ſignum, vmbram ſolis petijt decem gradibus ad ea loca vndevenerat, remeare. Et dum Propheta rogaſſet deum vt fieret, videns rex impletum eſſe quod voluit, repente ſolutus à languore conſcendit in templum, & adorãs deum vota debita celebrauit. Eo ſiquidem tempore contigit Aſſyriorum regnum à Medis diſſolui, quod tamen in alijs indicabo. Rex itaque Babyloniorum Baladas miſit legatos ad Ezechiam portantes munera, & ab eo popoſcit vt ei eſſet ſocius & amicꝰ. Ille vero legatos libenter ſuſcipiens, & theſauros eis oſtendens, & armorum inſtructionem, & aliam copiam quam in auro & gemmis habebat, ſimul etiam munera præbens regi Baladæ deferenda: dimiſit eos. Tunc venit ad eum Eſaias

propheta

propheta,& quæsiuit qui essent qui venerãt. Cui dixit,de Babylonia eos & à suo rege venisse,& ostendisse se eis vniuersa,vt videntes diuitias & virtutem regni cognoscerent,& regi suo renunciarent. Cui Propheta respondens: Scito,inquit, non post multum tempus in Babyloniam filios tuos & diuitias transmigrãdas, insuper & nepotes tuos eunuchos faciẽdos,& amissuros virile nomen,& regi Babyloniæ seruituros. Hæc enim prædixit deus. Ezechias autem cõtristatus in his quæ dicta fuerant,ait,non se quidem velle suam gentem in talibus ærumnis incurrere: sed quia impossibile est quæ apud dominum deliberata sunt,posse mutari,rogabat vt vsque ad vitam ipsius pax permaneret. Meminit autem Baladæ regis Babyloniorum Berosus. Cum itaque propheta Esaias indubitanter & mirabiliter de veritate confideret,& nihil falsi penitus loquëretur, omnia quæcunq; prophetauit,scribens dereliquit in libris: vt ex effectu postea hominibus apparerent. Et non solus iste Propheta,sed & alij numero duodecim idem fecerunt: & omne siue bonum siue contrarium sit apud nos,secundum illorum dictum proue nire dinoscitur. Sed horum singula denuo declarabimus.

De impietatibus Manassæ regis. Cap. IIII

EZechias autem rex dum superuixisset tempus quod prædiximus,& omne illud spatium in pace degisset, mortuus est anno vitæ suæ quinquagesimo & quarto,in quibus regnauit viginti & nouem. 4.Reg.21 Cui successit in regnum filius proprius nomine Manasses de matre quidem nomine Echibene, qui à paternis volũtatibus abscisus,& ad diuersa conuersus,omne genus malignitatis ostendit,& nihil impium dereliquit: sed iniquitates Israelitarum imitatus est,quibus in deum delinquentes affligebantur. Præsumpsit autem & templum dei polluere simul & ciuitatem,pariterq; omnem regionem. Nam spernendo deum ad hoc vsq; peruenit,vt omnes Hebræorum iustos occideret,& neque prophetis parceret,quorum quotidie singulos perimebat, & eorum sanguine Hierosolymorum plateas irrigabat. In his autem iratus deus,misit prophetas ad regem & populum, per quos interminatus est easdem eis futuras calamitates,in quibus incurrerant fratres eorum Israelitę,cum ei iniurias intulissent. Illi vero eorum nõ crediderunt verbis, quibus lucrari potuerant vt nihil mali paterentur,sed operibus vera fuisse cognouerunt,quę prophetæ prędixerunt.

De conuersione Manassæ,& insigni pietate Iosiæ regis optimi. Cap. V

IGitur dum in eis perseuerarent,bellum super eos intulit rex Babyloniorum & Chaldeorum. 4.Reg.21 Is enim misso exercitu in Iudæam,& regionem eorum depopulatus est,& regem Manassen dolo captum & ad se deductũ,habuit ad ea quæ voluit tormenta subiectum. Manasses autem intelligens in quibus malis tunc esset,& horum omnium se arbitratus autorem,supplicabat deo vt ei hostem suũ clementem faceret atque misericordem: cuius orationes deus exaudiens,hoc ei concessit: & remissus à rege Babyloniorum,ad sua regna reuersus est. Cumq; venisset ad Hierosolymam,priorum quidem delictorum quę circa deum gesserat,pœnitens studebat etiam memoriam malorum,si esset possibile,ab animo suo repellere,& ad seruitium dei & omnem diuini cultus religionem accedere, templumque purgauit & ciuitatem,& ad hoc solum erat de cætero constitutus,vt gratias deo pro dono salutis exolueret, quatenus ei in omni vita propitius permaneret. Hæc autẽ ipsa & populum agere docuit,agnoscens in quibus calamitatibus inciderat propter ritum,qui sanctæ conuersationi erat aduersus: ædificansq; rursus altare,solennes hostias immolabat,sicut constituit Moses diuinam exponendo culturam. Eodem itaque modo & pro Hierosolymorum cautela cogitauit,itavt etiam muros antiquos cum magno studio repararet,& aliumvltra eos erigeret,& turres eminentissimas exaltaret: custodias vero quæ ante ciuitatem fiunt, multa munitione firmauit: & sic in omnibus à priori conuersatione mutatus est: & post hæc vitam habuit beatissimam,vt multi imitatores eius essent, ex quo dei cœpit colere pietatem. Qui cum vixisset annis sexaginta & septem, et regnasset quin-

quaginta & quinque, defunctus est, & sepultus in suis hortis. Cuius regnum per-
Amon uenit ad eius filium Amon, cuius mater fuit nomine Maselmis de ciuitate Iecha
bath. Qui dum imitaretur opera patris, quę ille in iuuentute præsumpserat, dolũ
4. Reg. 22 passus à suis, in domo sua peremptus est, cum vixisset annis quatuor & viginti, &
in regno egisset duos. Populus autem peremit eius interfectores, eumq; cum pa-
tre sepelierunt, regnumq; Iosiæ eius filio tradiderunt cum esset annorum octo,
Cuius mater de ciuitate fuit Voscheti, nomine Ezi de ciuitate Vasuroch. Erat
enim iste natura benign⁹, & ad virtutem vtiliter pręparatus: & in studijs Dauid
regis, & intentione & in regula totius dispositionis eius intentus. Cumq; ad duo-
Iosie re- decimum ætatis venisset annum, pietatem & iustitiam in se mirabilem esse mon
gis laus strauit. Cunctumq; populum correxit & monuit, vt derelicta idolorũ secta, qua
si non essent dij, colerent patrium deum: & opera maiorum regum, in quibus deli
querant, velut senior emẽdabat: quæ vero bene, & opportune facta cognouerat,
obseruabat, & eorum imitator erat, & per suam sapientiam & intellectum natu
ralem similia celebrabat: consilijsvtique bonis tradens sensum. Sequẽs enim le-
gem velut ordinem ciuitatis, & pietatem circa deum gerens, omnia prospere gu-
bernabat, & maxime quod à priorum regum iniquitate recedebat. Qui & omnem
in circuitu ciuitatẽ atque prouinciam purgauit, & lucos extraneos qui facti fue-
rant abstulit, & ornamenta quæ in eis à prioribus fuerant ad iniuriam dei obla-
Reparatio ta diuellit: & tali modo populum ab huiusmodi secta retractum, ad religionis di
sacrificiorum uinæ iura conuertit. Qui & legitimas hostias obtulit, & holocaustorum sacrifi-
cia altari solenniter rursus exhibuit, & in vnaquaq; causa iustitiam non minus
quàm animæ suæ coluit medicinam: misitq; in totam prouinciam, iubens vt qui
vellent aurum argentumq; deferrent ad reparationem templi, pro sua voluntate
atque virtute. Dumq; pecuniæ allatæ fuissent, ad solicitudinem templi & eius ex
pensas præposuit Amasiam, qui erat supra ciuitatem, & scriptorem Saphan, &
scribam monimentorum Ioan, & pontificem Heliachim. Qui dilationem nulla
segnitie facientes, sed instructores, & omnia quæ erant necessaria præparantes
operabantur: & hoc modo celebrata reparatione templi, pietas regis ostensa est.
Liber Moſis Qui dum octauum decimum imperij haberet annum, misit ad Heliachim sacer-
inuentus dotem, iubens vt pecuniæ quæ remanserant conflarentur, & fierent exinde crate
res, & libatoria & phialæ ad ministeriũ dei: insuper & quãtumcumq; aurum vel
argentum esset in thesauris, etiam hoc proferret ad crateras, & vasa huiusmodi
facienda. Proferens autem Heliachim pontifex aurum, inuenit sacrum librum
Moseos, in templo positum, quem simul eiiciens dedit scribæ Saphæ. Qui dum
relegisset venit ad regem, & dum omnia terminũ habere significasset, relegit &
Olda pro- ei librum illum Tunc ille cum verba libri eius audisset, scissa veste vocauit ponti
phetissa ficem Heliachim, & ipsum scribam, & necessarios simul amicos misitque eos ad
quandã mulierem prophetissam nomine Oldam, vxorem Salomi cuiusdam, insi
gnis viri & nobilitate clari: iussitq; vt euntes consulerent eam, si propitius eis fo-
ret deus, cũ metuerent ne præuaricando Moseos leges & mandata maiorum, pe-
riculũ trãsmigrationis incurrerent, et ad extraneas terras deueniẽtes vitã agerẽt
miserabilem. audiens autem prophetissa quæ fuerant à rege mandata, iussit vt
remeantes dicerent regi, quia diuinitatis quidẽ decretum, quod iã contra eos pro
tulerat, precibus infirmari non posset, id est, vt populus non periret, aut non de
prouincia pelleretur, aut bonis tunc præsentibus minime priuaretur, dũ transgres
si fuissent leges, et tanto tẽpore pœnitentiam nõ egissent: prophetis vtique monẽ
tibus, vt sobrie viuerent, et impietatis supplicia deuitarent: quę facienda dicebat
vt crederent, quia deus est, et nequaquàm mentitur in verbis, quę per prophetas
suos prænunciauit: propter iusticiam tamen regis retinendas istas ærumnas, &
post ei⁹ obitũ diffinita supplicia populis inferenda. Illi igitur qui missi fuerãt mu
4. reg. 23 lieris prophetiã remeantes nunciauerunt regi. Tunc ille mittens vbiq;, populum

iussit

iussit ad Hierosolymam conuenire, & sacerdotes atque Leuitas, & omnem ætatem simul adesse præcepit. Quibus congregatis, primum quidem eis sacrum relegit librum, & stans in tribunali in media multitudine, coegit cunctos fidem & iuramenta præbere, vt apud deum fierent, & Moseos leges per omnia custodirent. Illi vero & promptissime iurauerunt, & præcepta legis implere promiserunt. Mox itaque sacrificia celebrantes, deum poscebãt sibi esse propitium. Rex autem sacerdoti præcepit, vt si quod aliud vas à parentibus eius oblatum idolis, aut dijs extraneis inueniretur in templo, proferret. Et dum fuissent multa collecta, comburens ea, cineres eorum conspersit in fluuium: & sacerdotes idolorum, qui ex genere Aaron non erant, interfecit. Dum hæc ergo feciſſet in Hierosolymis, processit in vniuersam prouinciam, & lucos qui ab Hieroboam rege ad honorem deorum extraneorum facti videbantur, exterminauit: & ossa falsorum prophetarum super altare, quod prius Hieroboam constructerat, concremauit. Ea igitur quæ veniens Propheta ad Hieroboam, cum ille sacrificaret, omni populo audiente, futura esse prædixerat, hoc modo terminum perceperunt: quando ex genere Dauid Iosias nomine fecit ea, quæ prædicta sunt ante annos trecentos sexaginta & vnum. Post hæc autem rex Iosias profectus est ad cũctos Israelitas, qui captiuitatem & seruitium Assyriorum effugerant: eisq; suasit, vt impios actus, & honores deorum extraneorum relinquerent, & maximum patriumq; colerent deum, eiq; dicarent & domos & vicos. Perscrutatus est autem & ciuitatem, ne aliqui forte idolum habentes intra sua tecta cælarent: necnon & currus, qui ædificati fuerant à prioribus regibus, & quæque alia huiusmodi erãt, quæ velut deos adorabant, cuncta pariter amputauit: & hoc modo purgata omni prouincia, ad Hierosolymam omnem populum conuocauit, & ad Azymorũ festiuitatem, quæ pascha dicitur, eos adduxit: donauitq; populo nouellos hœdos in pascha, & agnos triginta milia, boues autem ad holocausta tria milia. Præbuerunt autem & primi Iudæorum propter pascha sacerdotibus agnos quinque & sexcenta milia: & Leuitis agnos duo milia eorum præsules obtulerunt, boues vero quingentos. Et dum esset hæc abundantia quadrupedum, sacrificia faciebant Moseos, hostias singulas enarrantibus ac ministrantibus legibus: nec fuit alia similis festiuitas apud Hebræos à Samuelis prophetæ temporibus. Causa vero huius festiuitatis hæc erat, vt omnia secundum leges, & antiquam traditionẽ paternæ solennitatis efficerentur.

Azymorum solennitas

De obitu Iosiæ. Caput VI.

POst hæc autẽ, dum Iosias in pace atq; diuitijs, & gloria super omnes excelleret, Nechaõ rex Ægyptiorum castra posuit ad Euphratem fluuiũ, vt contra Medos & Babylonios dimicaret, qui Assyriorum soluerunt principatum. Habebat autem desiderium vt regnaret in Asia. Et dum veniſſet in ciuitatem Medin, quæ erat de regno Iosiæ, prohibebat eum Iosias per suam prouinciã contra Medos iter facere. Tunc mittens legatos Nechaon, significauit nõ se contra eũ exercitum mouere, sed ad Euphratem fluuium properare: adijciens vt eum prouocare non deberet ad sua bella, prohibẽdo ne aliena iret ad prælia, quò tẽdebat. Iosias vero nõ acquiescebat verbis Nechaon, sed instabat ne iter suum per eius faceret regionem. Reor, vrgebat eum, vt quod imminebat accideret. Nam cũ aciẽ exercitus sui componeret, & in curru vectus à cornu transiret ad cornu, quidã iaculatus eum Ægyptiorũ, à belli festinatione suspẽdit. Mox enim vulnere nimis affectus, iussit exercitũ reuocari, & ad Hierosolymã remeauit, Qua plaga defunct9 est, sepultusq; magnifice in patrijs monumẽtis. Qui vixit annis triginta & nouẽ, regnauit autẽ ex eis vnum & triginta, omnisq; populus eum multis diebus cum magno luctu gemituq; defleuit. Sed & Hieremias propheta pro morte eius carmen lamẽtabili modulatione cõposuit, quod hactenus noscitur permanere. Hic vero Propheta futurã ciuitatis cladem prædicẽs, scripto reliquit simul & captiui

4. Reg. 23

Iosias moritur

tatem,nunc apud nos habitam,& in Babylonem vna migrationem.Et non ſolum iſte Propheta prædixit hæc populis eſſe ventura,ſed & propheta Ezechiel primus de his duos libros conſcribens populo reliquit. Erant autem ambo genere ſacerdotes,ſed Hieremias quidem in Hieroſolymis eſt commoratus à tertiodecimo anno regis Ioſiæ,vſque dum ciuitas vaſtaretur & templum. Quæ tamē de hoc Propheta prouenerunt,loco proprio declarabimus. Mortuo ſiquidem Ioſia,ſicut prædiximus,ei ſucceſsit in regnum filius Ioachaz cum trium & viginti eſſet annorum. Et hic quidem regnauit in Hieroſolymis, matrem vero habuit Amital de ciuitate Thobona,fuitq; impius & ſceleſtus.

De rege Ioachim captiuo & de victoria Nabuchodonoſor contra regem Ægypti. Caput VII.

4.Reg.24 REx igitur Ægyptiorum dum fuiſſet à pugna reuerſus, euocauit Ioachaz ad ſemetipſum de ciuitate Syriæ,quæ dicitur Hemath. Qui dum veniſſet,eum repente vinxit: & ſeniori eius fratri,ex eodē patre progenito,nomine Eliachim, tradidit regnum,mutans ei nomen Ioachim. Prouinciæ vero tributum impoſuit centum argenti talenta, & vnum auri. Ioachim ergo has pecunias exoluebat. Ioachaz autem deduxit in Ægyptum,qui etiam mortuus eſt in ea, dum regnaſſet tres menſes,& dies decem. Ioachim vero mater vocabatur Zabud de ciuitate Abuma. Hic autem vir erat natura iniuſtus,& valde nequiſsimus,& neq; circa deum ſanctus,nec circa homines manſuetus. Cumq; quartum iam regni haberet annum, Babyloniæ principatum quidam Nabuchodonoſor accepit: & eodem tempore cum magno apparatu ad Archamim ciuitatem venit, quæ eſt iuxta Euphratem,pugnaturus contra regem Ægypti Nechaon: ſub hoc enim Syria erat vniuerſa. Dumq; cognouiſſet regis Babyloniæ voluntatem Nechaon, penitus non expauit,ſed cum magno brachio ſuper Nabuchodonoſor ad Euphratem venit. Qui facta congreſsione deuictus eſt, & multa milia varijs belli rebus amiſit. Tranſiens autem Euphratem Babyloniæ rex,omnem Syriam vſque ad Peluſium cepit, præter Iudæam. Quarto igitur anno Nabuchodonoſor regis, qui erat octauus Ioachim regis Hebræorum,contra Iudęos cum magno exercitu caſtrametatus eſt Babylonius,tributa exacturus à Ioachim,aut certe dimicaturus Ille vero metuens eius minas,& pacem habere deſiderās,præbuit ei tributa quæ præceperat annis tribus.

De Ioachim regis defectione & morte,deq; Hieroſolymæ captiuitate. Caput VIII.

4.Reg.24 TErtio vero anno audiens Ægyptios denuo contra Babylonium pugnaturos tributa nō reddidit, ſed ſpe Ægyptiaci belli deceptus eſt. Nam pugnare cōtra eum Ægyptij minime præſumpſerunt. Propheta ſiquidem Hieremias quotidie prædicebat,quia fruſtra Ægyptiorū ſpe tenerentur,& quia immineret ciuitati vt à rege Babylonio vaſtaretur,& rex Ioachim ſubderetur ab eo. Sed hęc nulla vtilitate dicebat quando qui crederet nullus erat. Nā & populus & principes audiētes hæc,negligebāt: & indignantes ſuper his quę dicebantur,quaſi auguriū aduerſus regem Propheta ferret,accuſabant eum: & ſubiectum iudicio vt ad ſupplicium quoq; traderetur,contra eum dari ſententiā poſtulabant. quod multi qui dem aduerſus eum fieri decreuerūt,ſeniores autē receſſerunt. Quin ea volūtate, qua iuſte Prophetam abſoluerant,ea ipſa etiā alijs ſuadebāt,ne quid mali fieret Hieremiæ: dicentes,quia non ſolū iſte ciuitati futura prædiceret,ſed & Micheas ante eum olim talia prædixiſſet,& multos ſe ſcire huiuſmodi verba dixiſſe,quorum nullus tunc à regibus aliquid pertuliſſet,ſed quaſi prophetæ dei fuerint honorati. His itaque verbis mitigantes turbas,eripuerunt Hieremiā à definito ſupplicio. Qui omnes prophetias ſuas conſcribens,ieiunāte populo, & in eccleſiam congregato,in templo menſe nono quinti annis regis Ioachim, relegit librum, quem de futuris rebus ciuitati & populo temploq; cōſcripſiſſe videbatur. Audientes itaq; principes tulerunt ab eo librum: iuſſerūtq; eū & ſcribā Baruch de medio

Hieremias ſperuitur

tolli,

tolli,ne quibuſdam fierent manifeſti.ipſumvero librum portantes,regi dederũt. Qui præſentibus amicis iuſsit ſcribam ſuum relegere, & audiens quæ ſcripta non ſcebantur in libro,iratus rex diripuit eum,& igne cremauit: & requiſitos Hieremiam & Baruch iuſsit ad ſe puniendos adduci. Illi ſiquidem eius tunc iram declinauerunt. Non poſt multum vero tempus venientem contra ſe magno cum exercitu regem Babyloniorum,fœderis iure ſuſcepit,propter metum eorum quę dicta fuerant à Propheta,credens nihil ſe fore paſſurum,neque per obſeſsionem neque per pugnam.Cumq; Babyloniæ rex intraſſet in ciuitatem, fidem nequaquam ſeruauit,ſed iuuenes fortiſsimos & pulchritudine decoros Hieroſolymitarum occidit vnà cum rege Ioachim.Quem etiam ante muros inſepultum proijci iuſsit,filium vero eius Ioachim cõſtituit regem vniuerſæ prouinciæ. Eos autem qui erant in dignitatibus conſtituti,numero tria milia captiuos duxit in Babyloniam,inter quos erat & propheta Ezechiel cum eſſet adhuc puer.Hic ergo finis habuit Ioachim regem,qui cũ vixiſſet annis ſex & triginta, regnauit vndecim. Succeſſor vero eius regni Ioachim,de matre nomine Ioas, regnauit mẽſibus tribus,& diebus decem.

De captiuitate regis Ioachim in Babylonem & Sedechiæ obſtinatione contra Hieremiam prophetam. Caput IX.

REgem vero Babyloniorum,qui Ioachim conceſſerat principatum,repente timor inuaſit. Formidatus eſt enim, ne forte habens mali memoriam pro nece paterna,prouinciam eius inuaderet.Et mittens exercitum,regem Ioachim in Hieroſolymis obſidebat. Ille vero cum eſſet natura benignus & iuſtus, noluit ciuitatem propter ſe videre pericula ſuſtinere: ſed ſumens matrem & cognatos,tradidit obſides ducibus qui fuerant à Babyloniæ rege directi:accipiens ab eis iuſiurandum,vt nihil mali paterentur, nec ipſe nec ciuitas, quorum fides nequaquam manſit inuiolata. Non enim ſeruauit eam Babyloniæ rex,ſed præcepit principibus ſuis,vt omnes qui erant in ciuitate iuuenes,captiuos ſumerẽt, pariter & artifices,eosq; ad ſe ligatos adducerent,qui omnes fuerant decem milia,octingenti,triginta & duo: ſimul & Ioachim cum matre pariter & amicis, quos deductos ad ſe habuit in cuſtodia: Patruum vero Ioachim, nomine Sedechiam,conſtituit regem:accipiens abeo iuſiurandum, vt ei prouinciam cuſtodiret,& nihil hoſtiliter ageret,nec faueret Ægyptijs.Sedechias autem erat quidẽ annorum viginti & vnius,quando accepit regnum,& nomẽ matris eius Amias. Fuit enim contra iuſticiam ſuperbus,circa quem impij locum maximum habere videbantur.Quapropter & propheta Hieremias ad eum veniens,crebro teſtabatur,dicens,vt reliquas quidẽ impietates & iniquitates deſereret, & iuſticiæ prouideret,& neque duces qui eſſent maligni,reſpiceret,neque falſis prophetis eum ſeducentibus crederet,quaſi nequaquam contra ciuitatem Babyloniæ rex dimicaret,quia Ægyptij contra eum bella rurſus inferrent & vincerent,quoniã hæc vera non eſſent,nec hoc modo ventura forent. Sedechias autẽ dum audiret prophetam hæc dicentem,conſentiebat ei per omnia tanquãvera loquenti,& quaſi prodeſſet ei vt eius crederet verbis:ſed rurſus amici eius ſubuertebant mentem, & à prophetæ dictis ad ea quæ voluerant,adducebant. Prophetauit autem Ezechiel de Babylone futuras calamitates populi,& miſit in Hieroſolymam.Sedechias autem eorum prophetijs non credidit propter huiuſmodi cauſam: Alia ſiquidem vniuerſa conſona à prophetis edicta ſunt, quomodo & ciuitas vaſtaretur,& ipſe Sedechias duceretur captiuus in Babyloniam:diſcordauit autẽ Ezechiel,dicens,quia Sedechias Babyloniam non videret,quum Hieremias dixiſſet,quia vinctum eum rex Babyloniæ duceret,& eo quod non idem vterque dixiſſet,etiam illa quæ concordabant,non eſſe vera dicebat,licet omnia ei ſecundum eorum euenerint prophetias:quæ tamen opportunius declarabimus.Igitur ſocietatem Babyloniorum,quamhabuit octo annis,diſſoluit,& ſemetipſum ad Ægyptios tranſtulit,ſperans cum illis contra Babylonios prævalere.

4. Reg. 24

Prophetat Hieremias in Iudea, Ezechiel in Chaldæa & non audiuntur

De deſtru

De destructione Hierusalem à Chaldæis. Caput X.

INterea dum hoc cognouisset Babylonius rex, castra mouit aduersus eum: & afflicta prouincia, & munitiones eius vnà diripiens, ad ipsam Hierosolymorum ciuitatem obsidendam cum magno veniebat exercitu. Rex autem Ægyptius audiens, quia & Sedechias amicus eius esset, sumpta virtute maxima bellatorum, venit ad Iudæam quasi eius soluturus obsessionem. Babylonius autem recessit ab Hierosolymis, & occurrit Ægyptijs, eisq; congressus, prælio superauit, & eos in fugam conuersos, de Syria coegit exire. Quumq; Babylonius discessisset ab Hierosolymis, deceperunt falsi prophetæ Sedechiam, dicentes, quia neque Babylonius denuo contra eum pugnaret, & contribules eorum quos de prouincia ad Babyloniam demigrauerat, cum dei vasis omnibus, quæ rex detulerat de templo, reuerterentur. Sed Hieremias his contraria atque vera, transiens in medium, prophetauit, dicens, quia male quidem facerent illi, qui regi talia suaderent, quando per Ægyptios nihil iuuari possent: quos vtique deuincens Babyloniæ rex, in Hierosolymam remearet: eamq; fortiter obsideret, & populum fame corrumperet, ac reliquos captiuos abduceret, substantiasq; diriperet, simul & diuitias templi exhauriret, & ipsum insuper concremaret, ciuitatemq; subuerteret: & essent seruituri Babyloniæ regi, eiusq; nepotibus, annis septuaginta. A quorum seruitio nos, inquit, tunc remouebunt Persæ & Medi, Babyloniorũ destruentes imperium; & ad hanc remeantes vrbem, ædificabimus templum rursus & Hierosolymam denuo reparabimus. Hæc dicente Hieremia, plurimi quidem crediderunt: principes autem & impij, excessisse eum à sua mente dicebãt, eumq; sub hoc fomite deridebant. Igitur quum ei placuisset ad patriam properare, quæ dicitur Anatoth, viginti stadijs procul ab Hierosolymis constitutam, inueniens eum in itinere quidam principum comprehensum detinuit, calumniam faciens ei, quasi ad Babylonios iret. Ille vero metiri quidem illum; & calumniæ sibi crimen inferre, se vero ad patriam remeare, dicebat. Qui ad hæc verba non flexus, vinctum deduxit ad iudicium magistratuum: à quibus omnia verbera & tormenta perpessus, ad necis supplicium reseruabatur: qui quoddam tempus hæc quæ prædiximus, nimis iniuste sustinuit. Anno vero nono Sedechiæ regis, decima die mensis decimi, vice secunda, Babyloniæ rex ad Hierosolymam castrametatus est: & sedens circa eam decem & octo menses, cum studio magnæ virtutis obsedit, obsessosque Hierosolymitas, duo mala & alia maxima deprimebant, morbi languor, & fames eis vehementer obsistens. Hieremias vero propheta, quum esset in custodia, non cessabat, sed clamabat & prædicabat aperte, monendo populum, vt regem Babyloniorum portas aperientes susciperent: hoc enim facto, eos cum omni domo posse saluari, alioqui radicitus asserebat euelli: prædicabatq; pariter, quoniam si quis maneret in ciuitate, omnino periret, aut fame consumptus, aut gladijs hostium. Si vero ad hostes confugeret, & inimicos & mortem quodammodo declinaret. Principes autem hæc audientes, nec inter ipsa consistentes mala, patiebantur eius verba animo suo percipere: sed cũ ira graui venientes, indicauerunt regi, & accusantes eum, quasi vesanum occidẽdum esse prophetam poscebant, qui eorum animos frangeret, & malis promissionibus audaciam populi valde molliret: quando dum parati essent omnes pro eo & patriæ salute pugnare, ille moneret vt ad hostes fugerent vniuersi, quia ciuitas capiẽda foret, & omnes in ea pariter perituri. Rex ergo ipse pro bonitate quidem & iusticia iratus non est. Sed ne principibus tali tempore videretur esse contrarius, permisit eis vt facerent prophetæ, quod vellent. Qui hoc sibi concesso à rege, mox ingredientes in carcerem, & sumentes eum in quendam lacum plenũ cœno deposuerunt, vt morte propria suffocatus, extingueretur. Ille vero vsq; ad guttur in luto depositus, in his degebat angustijs. Quidam vero seruorũ regis honoribus decoratus, & genere Æthiops, ærumnas prophetæ nũciauit regi, dicens non recte amicos & principes eius fecisse, quod Hieremiã in cœno submergerẽt

Hieremias vinctus abducitur

Obsidio Hierosolymorum

quod

quod opus omni morte & vinculis esset amarius. Hæc quum audisset rex, pœnitē tia ductus, quia prophetam principibus tradidisset, iussit Æthiopi, vt sumptis tri ginta regis ministris & funibus, & quicquid expediret ad salutis eius vtilitatem, cum festinatione Hieremiam extraheret. Æthiops autem sumens quod præce perat rex, prophetam de lacu reduxit, & sine custodia esse permisit. Euocante ve ro eum latenter rege, & requirente, si quid diuinum ei in rebus præsentibus posset edicere: ille se habere quidem quod diceret asserebat, sed non fore sibi credēdum nec dum moneret, audiendum: quando iam quasi malum aliquod agentem eius amici perdere decreuissent. Vbi sunt, inquit, nunc qui Babylonium nequaquam dimicaturū esse dicebant, audientésque fallebant? Sed & si nunc dixero veritatem, morte me non condemnes? Quumq; rex ei iusiurandum præbuisset, quia nec ipse eum perimeret, nec principibus supplicij iure contraderet, data fide, securus suadebat ei, vt Babylonijs traderet ciuitatem. Hæc enim dicebat deum ei per se prophetare si liberari vellet, & præsentia pericula declinare: & neque ciuitatem vsq; ad fundamenta deiici, nec templū ab hostibus cōcremari: quod si non fieret: ipse malorū autor & sibi & ciuitati huius calamitatis existeret. Hæc audiēs rex, velle se quidē quæ monebat facere, dixit, & expedire sibi: sed metuere contribules, qui ad regem Babyloniæ iam perrexissent, ne accusantibus eum periculo sub iaceret. Quem propheta cōfortabat, & frustra supplicium suspicari dicebat: nihil mali passurum si Babyloniis traderet ciuitatem, nec ipsum, nec vxores, nec filios eius, insuper & quia templum maneret illæsum. Et Hieremiam quidē quum hæc dixisset, dimisit rex, præcipiens, vt nulli ciuium quæ locuti fuerant, proderet, sed neq; principibus aperiret: qui si cognoscentes eum a rege vocatum requirerent, vt quod cum eo loquutus fuerit, illis quoq; narraret, diceret quia popposcisset, ne in vincula aut in carcerem denuo traderetur. Qui scilicet hoc eis dicebat, dum venientes ad prophetam, requirerent, quid locutus fuisset ad regem. Hæc quidē ita gesta sunt. Babylonius autem obsessionem grauius inferebat, faciens turres cum magnis ædificiis, & aggeres ingentes exaltans, ex quibus resistebat de muris repugnare nitentibus: multas quoq; machinationes erexit, æquās muris per circuitum ciuitatis. Illi siquidem qui erāt intra vrbem, fortiter & promptissime resistebant, neque fame, neque languore fatigati: & licet intus his passionibus angerentur, animo fortes videbantur ad præliū, in nullo adinuētiones inimicorum & machinamenta expauescentes: sed contrarias machinationes in omnibus quę facie bant illi, opponere cogitantes, ita vt magnū certamen esset Babyloniis cum Hierosolymitis velocitatis, atq; prudentię: illis quidē nihil arbitrantibus amplius cō modi quàm captionem illius ciuitatis: his aūt salutem suam non in alia causa ponentibus, nisi vt magno studio laborarent, & non desperarent excogitare, quibus modis hostium machinamenta destruerent. Et hæc passi sunt mēsibus octo & decem, donec fame vastarentur & telis, quæ de turribus iaculabantur aduersus eos hostes. Capta est vero ciuitas vndecimo anno Sedechiæ regis, quarto mense, die nono: ceperuntq; eam principes Babyloniorum, quibus obsessio a rege Nabucho donosor videbatur esse cōmissa. Ipse autem in Reblata ciuitate morabatur. Nomina vero pricipum qui Hierosolymam obsiderunt, hæc sunt: Nergella, Serrarē Matuse, Megarus, Nabuzardan, Saris. Capta siquidem ciuitate circa mediam noctem, & principibus hostium ingressus in templum, agnoscens hæc Sedechias rex, sumptis vxoribus & filiis, & principibus, & amicis, de ciuitate fugit per desertum valde tutissimū. Quod dum à quibusdā traditiciis principib⁹ Babyloniorū indicatū fuisset, diluculo eum persequi aggressi sunt. Quem dum circa Hierichū tem apprehendissent, eum vnà circundederunt. Amici vero & principes qui cum Sedechia fugiebant, dum hostes proximos esse conspicerent, relinquunt eum, alter ad alterum locum fugiens, & vnusquisque se liberare contendens. Quem comprehensum cum paucis, hostes cum vxoribus & filijs perduxerunt ad regem: venientémque ad se Nabuchodonosor impium & infelicem vocare cœpit, & iu-

Consultat rex prophetam

Studium Babyloniorum in urbe capiendâ

Sedechias capitur

riſiurandi

risiurandi immemorem, quod probuerat vt ei prouinciam custodiret. Super hęc autem eũ obiurgauit ingratũ: quia dum ab eo suscepisset imperium, quod ab eius fratre tulerat, & illi tribuerat, contra munificum largitorem egisse videbatur hostiliter. Dixitq; post hæc: Magnus deus, qui odio habẽs tuam nequitiã, nostro te subiugauit imperio. His igitur verbis vsus aduersus Sedechiam, filios eiꝰ iussit pariter & amicos continuo perimi, ipso scilicet Sedechia, & alijs captiuis inspicientibus: deinde oculos eruens Sedechiæ, eumq; vinciens, perduxit in Babyloniam. Hæc autẽ prouenerũt ei, quæ Hieremias Ezechielq; prophetauerunt, quia cõprehensus duceretur ad Babyloniã, & loqueretur ei ore suo, & non eã videret, sicut Hieremias dixit: cæcatus aũt & ductus ad Babyloniã, eam non vidit, sicut Ezechiel prædixit. Hæc igitur, quæ sufficiẽter possunt dei manifestare naturam, nesciẽtibus explicauimus, quia diuersa est atq; multimoda & vniuersa ordine suo conspiciens, & quæ congruant agi prædicẽs, ignorantiamq; hominũ & infidelitatem redarguens, per quæ curari nequiuerunt ab his quæ erant passuri. Nam quũ ea quæ prædicebantur, custodire nollent, calamitatibus noscuntur esse contraditi, ita vt esset impossibile talia declinare. Igitur qui de genere Dauid regnauerũt huiusmodi conuersationem habuisse noscuntur. Fuerunt autem viginti & vnus vsque ad vltimũ regem, regnauerũtq; omnes annis quingentis & quatuordecim, & mẽsibus sex, diebusq; decem. Ex quibus principatum tenuit primus eorũ Saul annis viginti, non tamen ex eadẽ tribu cõsistens. Porrò Babylonius misit principem militiæ suę Nabusardã in Hierusalẽ, vt expoliaret tẽplum, præcipiẽs ei, vt & illud incenderet, & regalia pariter & ciuitatẽ ac pauimentum vsq; deponeret, & populum in Babyloniam migraret. Qui dum veniſſet ad Hierosolymam vndecimo anno regis Sedechiæ, & templum subuertit, & vasa dei aurea, argenteaq; tulit, nec nõ & maximum cãtharum, quem posuit Salomon: insuper & columnas æreas, & capita earũ, aureasq; mensas, & candelabra: & hæc auferens, templum quoque succẽdit mense quinto initio mensis, anno vndecimo Sedechiæ regis, decimo octauo autẽ Nabuchodonosor. Succendit autem & regalia, ciuitatemq; destruxit. Et templum ita concrematum est post quadringentos & septuaginta annos, & menses sex, diesq; decem, ex quo illud constat ædificatum. Ab egressu autem populi ex Ægypto anni tunc erant mille, sexaginta duo, menses sex, diesq; decem. A diluuio vero vsq; ad vastationẽ templi omne tempus fuit annorũ mille nongentorum quinquaginta septem, mensium sex, dierum decem. Ex quo factus est Adam, vsq; ad ea quæ prouenerunt tẽplo, anni sunt tria millia quingenti tredecim, menses sex, dies decem. Tantus ergo numerus est annorũ. Quæcunq; vero gesta sunt, singula vt prouenere, manifestauimus. Princeps itaque regis Babylonii, postquam Hierosolymam & templum subuertit, sumens captiuos, migrauit eos, & pontificem Sarream. & sacerdotem Iosedech secundarium eius, & custodes templi tres, & eunuchuum qui erat super armatos, & amicos Sedechiæ septem, & scribam eius, & alios principes sexaginta, quos omnes cum vasis quæ deprædatus est, deduxit ad regem in Reblata, prouincię Syrie ciuitatem, Rex autem pontificis quidem & principum capita ibi iussit ascidi: ipse vero omnes captiuos & Sedechiam deduxit in Babylonem. Vinctum vero circumegit & Iosedech Pontificem, filium Sarreæ Pontificis, quem occidit Babylonius in Reblata Syriæ ciuitate, sicut dudum iam designatum est. Igitur quia genus regium explanauimus, & qui fuerunt, & eorum tempora cuncta narrauimus: necessarium iudicaui etiam nomina Pontificum referare, qui Pontificatum regum temporibus habuerunt. Primus siquidem Sadoch Pontifex templi fuit, quod Salomon ædificauit: post eum filium eius Achimaas in eius honorem succeſſit: post Achimaam Azarias: post hũc autem Iorrã: & post eum Anxioramus: deinde Phideas: post Phideam vero Sudeas: post hunc autem Hilus: Hilo vero succeſſit Ioathan: cui rursus Vrias: Vriæ vero Nerias: post Neriam autem Ideas fuit: post hunc vero Sallum: deinde Helchias: post hunc Zaroch: & post hunc fuit Iosedech, qui

captiuus

Quot & quandiu reges Hierosolymorum regnauerint.

Catalogus Pontificum

captiuus in Babyloniam ductus est. Isti siquidem omnes in Pōtificatu, filius patri per ordinem successerunt. Veniens autem in Babyloniam rex, Sedechiam secum habuit donec aduixit in carcere. Quem dum regaliter sepeliisset, vasa quæ in Hierosoymorum templo fuerat deprædatus, dijs dicauit suis, & populum in Babyloniorum regione constituit: Pontificem vero soluit à vinculis.

De reliquijs Iudæorum, & morte Godoliæ, malicia Ismaelis: Cap. XI.

PRinceps itaque militiæ Nabuzardan, dum captiuasset populum Hebræorū pauperes & eos qui se tradiderant, dereliquit: constituens eis principem nomine Godoliam, filium Aichan, de nobilibus natum, mansuetum & iustum iussitq; , vt opus in terra prouinciæ facientes, regi definita tributa persoluerent. Hieremiam vero prophetam soluit à carcere, eiq; suasit, vt ad Babyloniam secū veniret: fuerat enim ei hoc à rege iussum, vt illi per omnia placide ministraret: qui si nollet hoc facere, indicaret, vbi manere vellet, quatenus hoc regi significaret. Propheta vero nec sequi voluit, nec alibi commorari: sed libenter se habere dixit in deserta patria, & cum miserrimis habitare reliquijs. Cognoscens autem eius voluntatem militiæ princeps, Godoliæ quem constituerat in Hierosolymorum vrbe, præcepit, vt eius prouidentiam in omnibus haberet, eiq; ministraret quibus egeret: & donatis prophetæ multis pretiosisq; muneribus, dimisit ad propria. Et Hieremias quidem mansit apud Godoliam in ciuitate prouinciæ, quæ dicitur Masphat: rogauitq; Nabuzardan, vt cum eo dimitteret discipulum Baruch, filium Neriæ, ex magna valde familia, & qui lingua patria præcipue fuerat eruditus. Hæc dum fecisset Nabuzardan, in Babyloniam profectus est. At illi, qui obsessa Hierosolymorum vrbe diffugerant, dispersi per certa loca, dum recessisse Babylonios cognouissent, & quasdam reliquias in Hierosolymorum vrbe reliquisse, & qui eam incolerent, supersse, vndique collecti, venerunt ad Godoliam in Masphat. Erant enim principes eorum, Iohannes filius Zarij, & Saræas, & Iezonias, simul & alij. Porrò de genere regio erat quidam Ismael, vir malignus & callidus: qui quum obsideretur Hierosolyma, ad regem euasit Ammonitarum nomine Vachalim, & ibi illo tempore commoratus est. Igitur qui ad Hierosolymam concurrerant, fecit eos Godolias ibi manere, nequaquam Babylonios metuentes: colentesq; terram nihil mali passuros esse dicebat: & hæc quoque iuramento firmauit: adijciens, quia & solatium cunctis præberet: & si quis ab alio grauaretur, illius mereretur auxilium: suasitq; vt singuli in qua vellent ciuitate, manerent, & vt mitteret cum eis qui eorum habitacula reparārent: & ipse quoque faceret, dum tempus esset vt triticum, & vinum, & oleum reconderent, quatenus hyemis tempore pabulis non egerent. Hæc quum dixisset, dimisit eos ad prouinciæ loca, quæ vnusquisque voluisset. Fama vero discurrente ad genus Iudææ, quia venientes ad se de fuga, Godolias clementissime susciperet & ad terram colendam habitare dimitteret, vt regi Babylonio tributa persoluerent, concurrebant omnes ad Godoliam, & in prouincia habitarunt, confideranteſque prouinciam in pace regi, & Godoliæ benignitatem atque clementiam, Iohannes & principes qui cum eo erant, valde dilexerunt eum: dicebantque mittendum ad regem Ammonitarum Vachalim, vt Ismaelem latenter occideret, quatenus ipse securus esset in Israel: quia ille erat de regio genere, qui solus poterat rebellare. Cuius dolum dicebant posse declinare, si potius Ismaelem ipse perimeret, vt metum de cætero non haberet: adijcientes insuper se timere, ne Godolia magis ab illo perempto, funditus Israelitarum reliquiæ deperirent. Ille vero acquiescere noluit, dicens, non esse rectum contra virum qui adhuc nil malignitatis gesserat, insidias exercere: non enim verisimile esse, quia in tali desolatione huiusmodi malitiam exerceret: & quem in tanta necessitate fouerat, & ab inimicis alij eripuerat, ipse perimeret: sed & si è diuerso faceret ille dolum, melius esse, vt ipse perimeretur ab illo, potius quàm homo qui ad illum confugerat, suamque salutem ei tradiderat, & commendauerat vitam, dolo perimeretur

4. Reg. 25

istorum. Et Iohannes quidem, & principes qui cum eo erant, quum non potuissent persuadere Godoliæ, protinus recesserunt. Tempore siquidem dierum triginta transacto, venit ad Godoliam in ciuitatem Masphat Ismael cum viris decem, quos Godolias splendidis epulis muneribusq; suscepit. Tunc Godolias inter conuiuia Ismael sæpius (vt assolet) inuitato, debriatus est. Quem Ismael videns ita vino repletum, & velut insensatum in soporem ebrietate conuersum, surgens cum decem suis amicis, eum occidit, & eos qui cum illo in conuiuio recumbebant. Et post eorum peremptionem egressus per noctem, cunctos pariter in ciuitate Iudæos & milites trucidauit, qui à Babylonijs fuerant derelicti. Altera vero die cum muneribus veniebant ad Godoliam de prouincia octoginta viri, nihil scientes quod de eo fuerat gestum. Quos quũ vidisset Ismael, eos quasi ad Godoliam accessuros, interius euocauit. Quibus ingressis, aula clausa, cunctos occidit: eorumq; corpora in lacum profundissimum ne viderentur, abiecit. Ex his itaque octoginta viris, aliqui erepti sunt: qui se rogauerunt non prius occidi, antequam occultas in agris diuitias, & pallidia simul & vestes reconditas, & frumenta, monstrarent. Hæc audiens Ismael, pepercit eis. Populum vero qui erat in Masphat, cum vxoribus & filijs captiuum duxit, inter quos & filias Sedechiæ regis, quas Nabuzardan Babyloniorum princeps Godoliæ reliquerat conseruandas. Hæc quum egisset, venit ad regem Ammonitarum. Audiens autem Iohannes, & principes qui cum eo erant, quæ in Masphat fuerant gesta ab Ismael, mortemque Godoliæ, nimis exasperati sunt: & sumentes singuli arma sua, egressi sunt, vt Ismael viriliter expugnarent. Quem quum apprehendissent circa fontem Chebron, illi qui ab Ismael captiui ducebantur, videntes Iohannem & principes, reuelati sunt solatium sibi venisse iudicantes: & relinquentes eum qui illos ceperat, ad Iohannem se contulerunt. Ismael itaque cum viris octo fugit ad regem Ammonitarum. Iohannes autem sumens quos de manibus eripuerat Ismaelis, & eunuchos, & mulieres, & infantes, venit ad quendam locum, quem Caulas appellant: & illo die ibi mansit. Deliberauerunt autem vt inde surgentes, abirent Ægyptum, metuentes, ne eos Babylonij perimerent propter Godoliæ mortem, qui ab eis dux fuerat institutus. Et dum in tali consilio permanerét, petierunt Hieremiam prophetam Iohannes, & principes qui cum eo erant, vt deum consuleret, quatenus eis in angustia constitutis, quid deberent facere, demonstraret: iurantes se facturos, quicquid eis Hieremias ediceret. Quumque propheta oraturum se pro eis apud deum compromisisset, post dies decem apparuit ei deus, dicens, vt indicaret Iohanni, & principibus, & vniuersis, quomodo consistentibus eis in illa prouincia, ferret diuina prouidentia solatium, & à Babylonijs quos metuebant, seruaret illæsos: proficiscentes autem in Ægyptum, perituros: & ab Ægyptijs illa passuros, quæ olim fratres eorum constat esse perpessos. Hæc quum dixisset Iohanni & populo propheta deum prædicere, non ei credebant, quia deus eos in prouincia habitare præciperet, sed vt præstaret Baruch discipulo suo, mentiretur quidem de diuino mãdato: suaderet autem eis ibi manere, vt à Babylonijs interirent. Populus autem & Iohannes, non obediẽtes consilio dei, quo eos monuerat per prophetam, discesserunt ad Ægyptũ: ducẽtes & Hieremiã pariter, & Baruch. Quũq; illic essent, indicauit prophetę diuinitas, venturum regem Babyloniorũ ad Ægyptum: iuſ sitq; prædicere populo & Ægypti futuram captiuitatẽ, & quia alios quidem eorum occideret, alios captiuos sumens, in Babyloniam perduceret. Et hæc ita completa sunt. Quinto siquidẽ anno captiuitatis Hierosolymorum, qui est tertius & vigesimus regni Nabuchodonosor, castrametatus est idem Nabuchodonosor in inferiori Syria, eamq; detinens, expugnauit Ammonitas & Moabitas. Quumq; subdidisset has gentes, perrexit in Ægyptum, eamq; subuertit: & regem quidem qui tunc erat, occidit: aliumq; in ea constituens, denuo Iudæos captiuos duxit in Babyloniã. Et Hebræorum quidem genus eiusmodi termino Euphratem transisse percepimus. Igitur per Assyrios

Interitus Godoliæ per malicią Ismaelis

per Assyrios corruit populus decem tribuum de Samaria, quum regnaret apud eos Ozias: deinde duarum tribuum multitudo à Nabuchodonosor rege Babyloniorum & Chaldæorum, captis Hierosolymis, est vastata. Salmanasar etenim transmigrans Israelitas, in eorum regione constituit Cuthæorum gentem, qui prius in interiori parte Persidæ & Mediæ morabantur: tunc tamen Samaritæ vocati sunt, vocabulum prouinciæ sumentes, in qua habitare videbantur. Babyloniorum vero rex quum duas tribus captiuas duxisset, neque gentem aliam in eorum habitare fecit prouincia, & propterea desolata omnis Iudæa, & Hierosolyma, & templum annis septuaginta permansit. Omne siquidem tempus à captiuitate Israelitarum vsque ad duarum tribuum transmigrationem, fuit annorum centum triginta, mensium sex, dierumq; decem.

Historia Danielis Caput XII.

POrrò rex Babyloniorum Nabuchodonosor, sumens omnes Iudæorum nobiliores, & cognatos regis eorum Sedechiæ, qui & pubertate corporum, & aspectus pulchritudine resplendebant, pædagogis pro diligentia exhibeda eos contradidit, eosque castrauit: quod etiam eis quoque, quos ceperat ex alijs gentibus quas vastauerat, quum essent in ætatis huius pulchritudine constituti, feciſſe dinoscitur: iussitque eis ministrari de mensa sua cibos, & erudiri prouincialibus literis, pariter & Chaldæis. Erant autem isti sapientia quidem idonei, habentes exercitium potius. Inter quos erant aliqui de genere Sedechiæ, quatuor optimi & natura benigni: quorum alius quidem Daniel, alius Ananias, alius Misahel, quartus autem vocabatur Azarias. Horum nomina Babyloniorum rex commutauit, & alijs iussit appellari vocabulis. Danielem quidem vocabat Balthasar, Ananiam vero Sidrach, Misahel autem Misach, Azariam vero Abdenago. Hos autem rex quum essent nimis ingenioſi, & circa literarum doctrinas assidui, habebat in honore, & dilectione præcipua. Placuitque Danieli cum cognatis suis, vt se à cibis regiæ mensæ suspenderent, & ab omnibus animatis generaliter abstinerent. Et accedentes ad Aschanen eunuchum, cui eorum diligentia à rege fuerat commissa, rogauerunt eum, vt ea quæ rex iusserat eis expendi, ipse perciperet, & eis legumina comedenda præberet, vel quicquid aliud inanimatum vellet: ad istos cibos se esse dicentes deditos, & alios sibi valde contrarios. Ille vero paratum quidem se esse dicebat, eorum voluntatibus obedire, sed metuere regem, ne per corporis maciem, vultusque mutationem proderentur regi, quod ab epulis abstinerent: dicens esse consequens, vt pro qualitate ciborum, eorum quoque color & corpora mutarentur: & dum alij pueri bene refecti à rege viderentur, isti & periculi & supplicij autores existerent. Dum igitur Aschanes formidinem hanc haberet, persuaserunt ei, vt pro experimento decem diebus hæc ministraret illis: & dum habitus eorum corporis minime verteretur ad peius, in his sine dubio permanerent, tanquam ex hoc lædi non possent: si vero eos graciliores inspiceret vel deteriores alijs, ad priora conuiuia reuocaret. Quibus dum non solum cibus ille non noceret, sed etiam magis quàm aliorum pinguiora atque decentiora eorum corpora reperiret, ita vt illi quibus regalia conuiuia præbebantur, inferiores essent, Daniel autem & qui cum eo erant, crederentur in magna copia epulisq; cõuiuari: ex illo tempore Aschanes audacter ea quidem quæ de mensa regia quotidie illis pueris mittebantur, ipse sumebat, & illis quę prædicta sunt, ministrabat. Et illi quasi & animę eorum propter hoc essent lynipidæ, et ad doctrinas euectæ, corporaq; eorum ad laborem apta consisterent (non enim aut animas hebetes habebant, et prò ciborum varietate confusas, aut corpora per easdē epulas molliora) omnes velociter didicerāt doctrinas, quęcunque apud barbaros erant, et apud Chaldęos: præcipue tamen Daniel sapientia erat idoneus, et ad somniorum interprætationes expertus, eiq; reuelabatur aperte diuinitas. Igitur post annum secundum Ægyptiacæ vastationis, rex Nabuchodonosor vidit somnium valde mirabile, cuius explanationem ipse ei

Dan.1

De Daniele & tribus sociis eius

Daniel rex oblitus somnii conuocat magos

per ſomnium deus aperuit. Quod dum euigilaſſet, oblitus, mox Chaldæos vocauit, & magos atque diuinos: dixitq; ſe vidiſſe ſomnium, & expoſitionem eius, & hæc ſimul oblitum: iuſsitque, vt dicerent ſomnium, & quid ſignificaret. Illis vero dicentibus, hoc inuenire eſſe hominibus impoſsibile: ſed ſi viſionem exponeret, ſomnij explanationem ab eis audiret: interminatus eſt eis mortem, niſi ſomnium eius edicerent. Et dum faterentur non poſſe quod iubebat fieri, omnes vnà præcepit occidi. Daniel autem audiens, quoniam omnes ſapientes rex iuſſiſſet interimi, inter quos & ipſe cum ſuis cognatis periculo ſubiaceret, acceſsit ad quendam Ariochim, cui fuerat principatus commiſsus ſuper regis armigeros eumque rogauit, vt ei cauſam ediceret, pro qua rex omnes ſapiẽtes & Chaldæos & magos iuſsiſſet occidi: & dum de ſomnio cognouiſſet, & quia iuſsiſſet rex indicari ſibi quam viderat viſionem, quod dum non potuiſſent facere, ad ſuum interitum prouocaſſent regem, rogauit Ariochim, vt ingreſſus ad regem, vnam noctem peteret, vt à magorum nece ſe retineret: ſperare ſe dicens, quod ea nocte ſupplicans deo, ſomnium regis agnoſceret. Ariochis vero nunciauit regi inducias quas poſceret Daniel. Et rex quidem magorum ſuſpendi iuſsit interitum, donec promiſsionem cognoſceret Danielis. Tunc ille puer cum ſuis cognatis ad habitaculum propriũ veniẽs, tota nocte rogauit deum, vt ei ſomnium regis indicaret: ne magi & Chaldæi, & inter eos ipſi quoque perirent, ſed vt eos potius ab ira regis eriperet, eiq; oſtenderet viſionem, quam rex reuelatam ſibi nocte præterita noſcebatur oblitus. Deus autem miſericordiam habens illorum qui periculo ſubiacebant, ſimul & Danielis, ſomnium ei & modum explanationis innotuit: vt ab eo rex etiam quod ſignificaretur, agnoſceret, Daniel autem à deo hæc ſibi reuelata cognoſcens, gauiſus ſurrexit: & hoc fratribus indicans, illos quidem de vita deſperatos, & iam paratos ad mortem, ad ſecuritatem & ſpem vitæ reduxit. Deo autem gratias præcipuas egit, qui miſericordiam ætatis eorum habuiſſet. Factoq; die, uenit ad Ariochim: petens, vt eum introducere deberet ad regem, adijciens velle ſe ſomnium quod viderat tranſacta nocte, narrare. Ingreſſus igitur ad regẽ Daniel, hoc primo popoſcit, ne ſapientior putaretur alijs Chaldæis & Magis, quia dum illi ſomnium nequaquam inuenire potuiſſent, ipſe ei indicaturus accederet: quando non experimento humano, nec quia maiori ſtudio mente propria laboraſſet, hoc ſciret: ſed miſeratus, inquit, deus omnium qui in mortis videbantur periculo conſtituti, & mei, ſimul & qui eiuſdem ſunt gentis, ſomnium & explanationem eius mihi aperuit. Non enim minus pro illis, quàm pro nobiſipſis vitæ termino te iubente multatis, ſolicitus eram: dum vtique viros bonos & optimos iniuſte mori præceperas, quos nihil quod ſit humanæ ſapientiæ, præcepiſti facere: ſed quod dei ſolius eſt, ab eis exigere voluiſti. Tibi ſiquidem cogitanti, quis totius mundi teneret principatum, volens deus omnes poſt te regnaturos oſtendere, huiuſmodi ſomnium reuelauit. Vidiſti enim ſtatuam valde proceram, cuius caput quidem erat aureum, humeri vero & brachia argentea, venter autem & fœmora ærea, crura pedesq; ferrei. Deinde vidiſti lapidem de monte abruptum, decidiſſe ſuper ſtatuam: eamq; proſtratam contriuiſſe totã, & nullam eius partem integrã reliquiſſe: aurum vero & argentum, & æs, & ferrum plus farina contritum, & ſpiritu vehementi flante direptũ, atque diſperſum: lapidem vero creuiſſe tantũ, ita vt omnis terra ab eo videretur impleta. Somniũ itaq; quod vidiſti, hoc eſt: cuius interpretatio hũc ſenſum habet: Caput quidẽ aureũ te ſignificat. & qui ante te in gẽte Babylonia regnauerunt. Duæ, inquit, manus & humeri, indicãt, quia à duobus regibus veſter poſsit deſtrui principat9. Illorumq; denuo, alter quidẽ ab occidẽte erit deſtructurus imperiũ, ſimilis æramẽto: cuius rurſus regnũ ceſſare faciet, qui ferro videatur æqualis, teneatq; omnia, quanto ferri natura ſit robuſtior auro & argento, ſimul & ære. Signauit equidẽ & de lapide regi Daniel, quod mihi non placuit indicare: ſed præterita quæ ſunt iã facta deſcribere, nõ futura tractare. Si quis autem integritatem deſiderans, vult

Daniel prodit regi ſomnium

hæc

hæc perſcrutari,& de incertis vtrum fiant ſtudet agnoſcere, feſtinet legere librũ Danielis quem inueniet inter literas eſſe diuinas. Rex autem Nabuchodonoſor hæc audiens,& ſomnium ſuum agnoſcens,obſtupuit ingenium Danielis:& procidens in faciem ,eo modo quo deus adoratur,ſalutauit Danielem:eiq; ſacrificari quaſi deo,præcepit. Cui etiam proprij dei impoſuit nomen,& procuratorem totius regni conſtituit eſſe cum ſuis cognatis,qui per inuidiã & dolũ pericula ſuſtinuerunt,& regem ex huiuſmodi cauſa offendiſſe videbãtur. Interea rex, dum feciſſet ſtatuam auream,altitudine ſexaginta cubitorum,latitudine ſex,&eam ſtatuiſſet in campo maximo Babyloniæ,dedicaturus eam conuocauit ex omni terra(cui præerat) principes vniuerſos præcipiens eis primo , vt dum audirent tubæ ſonum , proſtrati , ſtatuam pariter adorarent : qui vero hoc non facerent,eos in ignis caminum interminatus eſt eſſe mittendos . Omnibus ergo poſt tubæ ſonitũ adorantibus ſimulachrum , Daniel & cognati eius minime hoc feciſſe dicuntur, nolentes vtique leges præuaricari paternas,Qui dum victi fuiſſent,repente ignẽ miſſi, & inopinabiliter diuina prouidentia liberati , mortis pericula effugerunt. Non enim contigit eos ignis. Reor vtique eo quod nihil iniuſte feciſſent,vt in caminum miſſi,non ſint ab igne contacti. Et facta eſt flammæ natura debilior,habens in ſe dei miniſtros,qui eorũ corpora eſſe talia præparauit,vt non potuiſſent ab igne conſumi. Hoc ergo factum oſtendit eos iuſtos apud regem,atque religioſos:pro quare habebantur ab eo in honore præcipuo . Poſt paululum itaque tempus denuo vidit in ſomnis rex aliam viſionem,quia caſurus de regno,cum beſtijs eſſet habitaturus:& quũ degiſſet hoc modo annis ſeptem in deſerto,reciperet denuo principatũ. Hoc quum vidiſſet ſomnium:magos denuo conuocauit:eiſq; referens quod viderat,interpretationem congruam exigebat. Et aliorum quidem nemo potuit virtutem ſomnii comprehendere,neque regi manifeſtare. Danielvero ſolus & hoc expoſuit: & ſicut ei prædixerat,ita prouenit. Nam quum habitaſſet prædictum tempus in eremo,nulluſque præſumpſiſſet illis ſeptem annis rerũ dominium detinere,ſupplicãs deo,vt regnum rurſus reciperet,denuo ad id reuerſus eſt. Nullus igitur me culpet,eo quod ita narrauerim ſingula,ſicut in antiquis libris inueniuntur ſcripta. Nã in ipſo hiſtoriæ meæ principio,propter eos qui quæſtionem faciunt aut in aliquo culpare nituntur,aſtruxi,dicens, tranſlaturum me libros Hebraicos in eloquium Græcum: & hos volentibus aperire neque adijcere ipſe aliquid ſeorſum,neque ſubtrahere me promittens . Porrò Nabuchodonoſor dum vixiſſet annis quadraginta & tribus,defunctus eſt: vir illuſtris,& prioribus regibus valde felicior. Meminit huius actuum & Beroſus in libro tertio hiſtoriæ Chaldæorum,ita dicens. Audiens autem pater eius Nabuchodonoſor,quia ſatrapa qui conſtitutus fuerat in Ægypto, & locis Syriæ inferioris , & Phœnicis, receſſiſſet ab eo,quum ipſe iam fatigari non poſſet,committens filio Nabuchodonoſor inueni quandam partem exercitus,miſit aduerſus eum . Nabuchodonoſor autem congreſſus aduerſus eum,qui ab eius patre receſſerat , facta dimicatione, & eum vicit,& prouinciam ex iſto principio ſuo ſubiugauit imperio.

Rex ſtatuam adorare iuſſit

De puerisin caminum ignis proiectis

Dan. 4.

Beroſus hiſtoriographus

De regno Babyloniorum inſtaurato,& finito. Caput XIII.

EO ſiquidem tempore contigit,vt pater Nabuchodonoſor ægrotaret in Babylone ciuitate,& à vita recederet: qui regnauit annis viginti & vno. Nabuchodonoſor autem non poſt multum tempus mortem patris agnoſcens, & diſponens cauſas Ægypti,reliquamque prouinciam,& captiuos eius,& Phœnicum,& Syrorum,& gentium Ægyptiarum, & præcipiens quibuſdam amicis, vt cum magna virtute & omni vtilitate ad Babyloniam cuncta deferrent : ipſe cum paucis per deſertum venit ad Babyloniam: & potitus rerum quæ tunc gubernabantur à Chaldæis,à quodam viro ſibi optimo reſeruatarum, totius regni paterni dominus eſt effectus. Captiuis autem venientibus habitationem conſtituit in locis opportuniſsimis Babyloniæ ciuitatis: ipſe vero de manubiis hoſtium & templum Belis,& reliqua largiſsime nimis ornauit , & antiquæ ciuitati aliqua

Magnificentia ſecundi Nabuchodonoſor

contulit & priſca reparauit, ita vt nequaquam obſidentes valerent fluuium conuertere, & ciuitati aliquo modo prætalere. Erexitque tres porticus intrinſecus, & tres extrinſecus de latere cocto: decentérque muniens eam, & exornans valde munifice, paternis quoq; regalibus alia proxime regalia fabricatus eſt: quorum ſpatia, & reliquam multitudinem pulchritudinis, credo ſupernacuum dicere. Veruntamen hoc ſciendum, quia dum eſſent hæc magna, & nimis eximia, diebus ſunt quindecim conſummata. In iſtis vero regalibus lapides poſuit, quorum ſimilitudo erat inſtar montis: & plantauit diuerſas arbores, fecitq; hortum quod ſuſpenſile dicebatur, eo quod vxor eius proſpectum regionis propriæ videre deſideraret, quæ nutrita fuit in locis Mediæ. Horum itaque meminit etiam Megaſthenes in quarto Indicorum libro: vbi nititur approbare hunc regem fortitudine & actuum magnitudine Herculem tranſcendiſſe. Dicit enim eum vaſtaſſe Libyen ciuitatem, & Iberiam. Sed & Diocles in ſecundo Coloniarum libro, memi nit huius regis: Philoſtratus in Indicit & Phœnicijs hiſtorijs dicit, quia iſte rex obſedit Tyrum annis tribus & decem menſibus: cum illo tempore in Tyro regnaret Ioathabalus, Hoc ergo modo diuerſi ſcriptores huius regis fecere memoriam. Poſt mortem vero Nabuchodonoſor, Amilmathapacus qui & Abimatadocus, filius eius ſuſcepit regnum: & Hieroſolymitarum regem Iechoniam, qui & Ioachim ſoluit à vinculis: eúmque inter amicos neceſſarios habuit, & multa ei dona conceſſit: fecitque eum in Babylonia inter reges haberi. Nam pater eius fidem non ſeruauerat Iechoniæ, qui ſe vtique cum vxoribus & filiis & omni cognatione ſponte tradiderat pro ciuitate ſua, ne, ſicut prædiximus, obſeſſione capta, vaſtaretur. Moriente vero Amilmathapaco, poſt annos octo & decem ſui regni. Egeſſarius filius eius tenuit principatum quadraginta annis. Eoq; mortuo, ad eius filium Laboſordachum peruenit imperium. Quod dum nouem menſibus habuiſſet, eo defuncto, tranſiit ad Balthaſar, qui Naboan nũcupabatur. Contra hunc itaque regem caſtrametati ſunt Cyrus Perſarum rex, & Darius Medorum. Quem dum obſiderent in Babylonia, mirabile quoddam prodigium contigiſſe dinoſcitur. Iacebat nanque cœnans in domo maxima, & conuiuiis regalibus opportuna, cum ſuis concubinis pariter & amicis: placuitque ei, vt de proprio templo vaſa dei deportarentur: quæ de Hieroſolymis deprædatus Nabuchodonoſor, vſus quidem eis non fuerat, ſed in templo ſuo dicauerat. At ille ſuperbia ductus eſt, vt eis vteretur ad pocula, & hoc modo blaſphemaret deum. Tunc itaque vidit de muro venientem manum, & in pariete quaſdam ſyllabas conſcribentem. qua viſione conturbatus, conuocauit Magos atque Chaldæos, & omne genus ſimilium, quod inter Barbaros ſomnia, & huiuſmodi ſigna diſcernere prævalebat, vt ei quæ fuerant ſcripta, manifeſtarent. quumq; magi nihil penitus inuenire, neque intelligere ſe poſſe dicerent, in anguſtia rex conſtitutus, & multa triſtitia propter hanc ſic inopinabilem cauſam, in omni prouincia prædicari fecit, vt qui literas illas, & quæ per eas ſignificarentur, poſſet exponere, ei torquem auream, veſtémque purpuream daret, ſicut regibus Chaldęis mos erat vti, & tertiam partem ſui pariter principatus. quo facto, dum multi magi concurrerent, vt propoſitam munificentiam regis haberent, inuentionem aut ſignificationem literarum nequaquam inuenire poterant. Dumque regem videret in anxietate ſua auia conſtitutum, cœpit eum confortare ac dicere, quod eſſet quidam de Iudæa captiuus, ex eorum genere, quos deduxerat Nabuchodonoſor quũ Hieroſolymam vaſtaſſet, cui nomen erat Daniel, vir ſapiens & argutus, vt poſſit res inuenire difficiles, & quæ ſoli deo notæ viderentur: qui etiã Nabuchodonoſor regi, quum nullus alter potuiſſet dicere, quibus egeret, ad agnitionis lumẽ adduxerat quod quærebat: adiiciens, vt eum aduocaret & peteret, quatenus de literis eo narrante, cognoſceret, quod nullus poterat inuenire, ſi triſte aliquod ſignum ſignificaretur à deo. Hæc audiens Balthaſar, Danielem ad ſe venire præcipit. Cui quum dictum fuiſſet de eo, eiuſq; ſapientia, & quia ſanctus ſpiritus ei ineſſet, & ſolus

Megaſthenes

Diocles.

Philoſtratus

Succeſſio regũ babyloniorum.

Danielis. 9.

Demãnu in pariete ſyllabas conſcribente

ſolus inuenire poſſet,quæ alij neque mente conciperent,poſcebat, vt ei quæ ſcripta fuerant,& quæ ſignificare poterant,indicaret. Quod ſi faceret,purpura veſtiendum,&torquem auream circa collum eius dandam eſſe promiſſit:inſuper ei & tertiam partem regni pro honore ſapientiæ cõferendam,vt ex eis,inſignisvi dentibus appareret. Quo facto, daniel dona quidem eum retinere apud ſe dixit: ſapientiam nanque & diuinitatem ſine ſuffragijs ſemper exiſtere, & gratis prodeſſe credentibus:ea vero quæ ſcripta videbantur,ei ſignificaturum ſe eſſe promiſit,dicens,hæc eius vitæ ſignificare ſubuerſionem,eo quod neque ex his,ex quib⁹ parens eius propter iniurias dei fuerat caſtigatus,ille didicit eſſe pius,& nihilvl tra humanam cogitare naturam,quando & Nabuchodonoſor mutatus in beſtiam,propter ea quæ impie geſſerat, poſt multas preces ac ſupplicationes miſericordiam potuit promereri,& ad humanam redire conuerſationem,ac regnã priſtina reparare:qui poſt hæc ſolum deum omnem habere virtutem,& humano ge neri prouidere,donec aduixit,aſſeruit. Tu,inquit,obliuionem horum habens, multumq; diuinitatem blaſphemãs,in eius vaſis vna cum tuis concubinis tibi miniſtrari feciſti. Quæ videns deus & iratus,per ea quæ ſcripta ſunt, pronunciauit, qui tibi terminus ſit futurus. Illæ vero literę deſignant hæc: MANE,quod Latina lingua ſignificare poteſt numerum:quia vitæ,inquit,tuę deus tempus &regni dinumerauerit,& parũ tibi ſupereſſe decreuerit. TETHEL quidẽ,hoc ſignificat pondus. Apponderans,inquit,deus vitæ tuæ tempus,iam illud declinare pronunciat. PHARES,ſed& hoc fragmẽtũ ſignificat lingua Romana: Franget,inquit, deus regnum tuum,& Medis illud Perſisq; diſtribuet. Cumq; Daniel hæc indicare dixiſſet quæ in pariete conſcripta fuerant, Balthaſar quidem regem triſtitia, qualis poterat pro tantæ calamitatis ſignificatione prouenire detinuit, non tamen prophetæ quaſi malarum rerum indici,dona quę promiſerat denegauit,ſed cuncta conceſsit:cogitans,quia illa quidem pro quibus darentur,propria eius& non prophetantis eſſent:illum vero qui hæc vere diſcreuerit,virum bonum dicebat ſimul & iuſtum. Igitur non poſt multum tempus & ipſe eſt captus,& ciuitas, Cyro Perſarum rege aduerſus eum fortiſsime dimicante. Balthaſar enim is eſt, ſub quo capi cõtigit Babyloniam,cum regnaſſet iam decem & ſeptem annis, nepos Nabuchodonoſor regis,cuius talem vitæ terminum fuiſſe percepimus. Darius autem Aſtiagis filius,qui Babyloniorum principatum deſtruxit,cum Cyro cognato ſuo:annum agebat ſexageſimum & ſecundum,cum Babylon fuiſſet inuaſa:qui tamen alio nomine vocabatur à Græcis:quiq; Danielem prophetã ſumens ad ſe,in mediam duxit,& omni honore eum celebrauit. Erat enim vn⁹ inter tres ſatrapas,quos Darius ſuper trecentos ſexaginta ſatrapas inſtituerat.

Scripturam daniel explanat

Babylõ à Cyro & Dario capta

De Daniele in lacũ coniecto & liberato,deq; viſionibus arietis & hirci. Caput XIIII

DAniel itaq; cũ eſſet apud Dariũ in honore præcipuo,ita vt quaſi ſoli vide rentur cũcta cõmiſſa,inuidiæ apud cæteros crimine laborabat. Mordentur enim,qui quoſdã apud principes plus quàm ſe valere conſpiciunt. Et dũ quærerent occaſionem,& derogationis fomitẽ, videntes eum apud Dariũ eſſe probabilem,nullã inueniebãt cauſam. Nam dũ eſſet ſuper theſauros,& omne ſuffragium oblatũ à quocunq; deſpiceret, cui turpe videbatur aliquid etiam pro bonis rebus accipere,nullã criminis cauſam accuſatores inuenire faciebat. illiuero dũ nihil haberẽt,quod cõtra Danielem dicerent,vt regio eum poſſent honore priuare,alium quæſiere modũ,quo eum minorem apud gratiam regis oſtenderent. Videtes nanq; eum tertio in die orantem ad deum,occaſionem ſe inueniſſe putabant,per quã perderent Danielem. Et venientes ad Darium,nunciauerunt ei,quia ſatrapis eius & principibus placuiſſet,vt triginta dieb⁹ populus requieſceret,quatenus neq; ipſum aliquis,neq; deos eorũ adiret:ſimiliter nec oraret:quo-

Dan.6

rum si quis sententiam transcenderet, in lacum leonum periturus includeretur. Rex autem eorum nequitiam non intendens, neq; hæc contra Danielem arbitratus molimina facta, dixit placere sibi quæ ab eis decreta videbantur, & eorum sententiam confirmare promisit: proposuitq; decretum in populo, quod satraparum placita designabant. Et cæteri quidem iussa custodientes, ne transcenderēt quæ præcepta videbantur à rege, quiescebant: Danieli vero nulla fuit in istis cura: sed vt erat solitus, stans deum cunctis videntibus adorabat. Satrapæ occasione sumpta, quam contra Danielem inuenire quærebant, mox venerunt ad regē accusantes, tanquam solus Daniel eius precepta transcenderet: quia dum nullus alter apud eos orare presumpserit, quod nō quidem propter impietatem, sed propter custodiam fieret preceptorum, ille cōtemnens præcepta, ad suum oraret deū. Credentes etenim quia propter magnum fauorem, quo eum Darius diligebat, etiam illorum decreta contemnens, Danieli veniam daret, in hoc potius habentes inuidiam, magis instabant, & ad nullā mansuetudinem recedebant, sed eum secundum legem datam in lacum leonum proiiciendum esse poscebant: Sperans autem Darius quia eum eriperet deus, & nihil ab eis sustineret aduersum: consolabatur eum, vt fortiter ferret euentum. Rex itaque, dum fuisset in lacum missus Daniel, signato lapide, qui pro ianuis in eius positus erat ore, discessit: & incœnatus totam noctem duxit insomnem, mœstus & pro Daniele nimis afflictus. Die vero facto surgens, venit ad lacum: & inueniens signaculum sanum, quo lapidem obsignauerat, aperiens clamauit voce magna, Danielem requirens si sanus esset. Quo respondente regi, quia nil passus fuisset malis, iussit eum repē te de lacu protrahi bestiarum. Inimici vero videntes nihil mali pertulisse Danielem, dicebant regi, non eum diuina prouidentia custoditum, sed satiatos leones copiis contingere eum noluisse. Ille vero eorum nequitiam videns, iussit leonibus multas carnes apponi, eisque satiatis inimicos Danielis in lacum leonū præcepit immitti, vt si reuera per satietatem ad eos leones minime accederent, hoc aperte cognosceret. Quo facto, & satrapis in lacum depositis, Dario manifestatum erat, quia diuinitas saluauerit Danielem. Leones enim nulli eorum penitus pepercerunt, sed omnes pariter discerpserunt: quasi rabida fame pleni, & nulla cibi copia recreati. Arbitror enim quia nō fuerunt ad hoc fame prouocati leones, qui vtique paulo antevidebantur carnium abundantia satiati, sed hominum nequitia etiam irrationabilibus erat animalibus manifesta, simul & quia deivoluntate vocabantur ad pœnam. Peremptis itaque hoc modo Danielis inimicis, rex Darius quod actum fuerat diuulgauit in omni prouincia, laudans deū quem Daniel colebat eumque verum & omnipotentem asseuerans esse solum. Habuit autem etiam Daniel in honore præcelso, principem eum suorum faciens amicorum. Dum ergo Daniel sic esset insignis & clarus, eo quod religiosus existeret, ædificauit in Egbatanis Mediæ mausoleum valde præclarum, & mirabiliter nimis instructum: Sic eius pulchritudo videtur noua, & solida, nulloq; senectute tam magni temporis lōgeuitate confecta: cum ædificia eadē quæ homines patiantur, & ad vetustatem veniant, & sua fortitudine longæuitate careant, ac proprij decoris amissione marcescant. Manet enim hactenus & videntibus creditur nuper ædificatum, ita vt ea die qua conspicitur putetur esse constructum. Hactenus enim sepeliuntur ibi Medorum reges atque Persarum, pariter & Parthorum, & cui hæc cura committitur, sacerdos est Iudæorum, & hoc fit vsque ad præsens tempus. Dignum est enim de Daniele dici, quod maxime quilibet audiens debeat ammirari. Qui dum mirabiliter, & quasi in vno quodam maxime loco positus omnia prophetasset, & vitæ suæ tempore apud reges & plebem in honore fuit, & gloriam & memoriam possidet sempiternam. Omnes nanque libri quoscunque conscribens dereliquit, leguntur hactenus apud nos: & ex his credimus, quia Danieli loquebatur deus. Non enim solum futura sicut alij quoque prophetæ dixit, sed etiam tempus definiuit, quo hæc necesse sit adimpleti.

Daniel in lacum leonum mittitur

Mausoleum a Daniele constructum

Autoritas Danielis

Prophetis

Prophetis nanque prioribus mala prædicentibus,& propterea à regibus & popu lo non bene ſuſceptis,Daniel bonarum rerum propheta fuit apud eos: & propter famam rerum quas prædicebat,fauorem videbatur habere cunctorum, per euen tum vero cauſarum veracium acquirebat dictorum fidem, & opinionem diuini tatis in populo habebat. Reliquit enim nobis ex his quę conſcripſit,vnde inte gritas eius prophetiæ, & nulla mutatio poſsit cognoſci. Ait enim quia cum eſ- *Dan.8*
ſet in Suſis in metropoli Perſidę,cum ſuis ſodalibus exiuit in campum: & re pen te terræmotu facto,relictus ſit ſolus, amicis eius per diuerſa fugientibus,& con turbatus in faciem ſuper ambas ceciderit manus. Tunc quodam tangente eum, & inter hæc vt ſurgeret imperante, quatenus ea quæ erant poſt multas generationes ciuibus euentura conſpiceret,dū ſurrexiſſet oſtenſum ſibi dixit arie tem magnum,multa quidem cornua habentem,nouiſsimum vero eorum valde prȩcelſum:deinde quidem reſpexiſſe ad occidẽtem,& vidiſſe hircum exinde fer ri per aerem,congreſſumq; arieti,& eum ſecundo cornibus impetitum proſtraſſe in terram,& vndiq; conculcaſſe:deinde vidiſſe hircum de fronte cornu maximū produxiſſe:quo fracto,orta ex eo loco cornua quatuor,& ad ventos ſingulos eſ ſe conuerſa,inter quę aliud paruulum ortum fuiſſe conſcripſit. Quod dum creſce ret,dicebat deus qui hęc eidem monſtrabat,expugnaturum fore eius gentem, & ciuitatem fortiter eſſe capturum,templumq; cõcrematurum,& ſacrificia fieri pro hibiturum diebus mille,ducentis ſexaginta ſex. Hæc quidem in campo qui eſt in *Viſiones Da nielis pro pheta*
Suſis,Daniel ſe vidiſſe conſcripſit: & tali modo deum ſibi hanc aperuiſſe viſio nem expoſuit: arietem quidem regnum Perſarum & Medorum ſignificare dicẽs: Cornua vero,eos qui regnaturi forent, nouiſsimum vero cornu ſignificare dice bat vltimum regem,& hunc diuitijs & gloria priorum eſſe prȩcipuum. Hircum autem ſignificare narrabat,quia aliquis de Grȩcis regnaturus eſſet,qui ſecundo congreſſus aduerſus Perſam,eum bello deuinceret,& omnem gloriā eius princi patus auferret: & ex maximo cornu quod erat in hirci fronte primum,ſignificari regem: & ortum quatuor cornuum illo cadente,quę quatuor partes terræ videbā tur aſpicere,ſucceſsionem vniuſcuiuſque poſt obitum primi regis dixit annũcia ri: & diuiſionem regni inter eos eſſe faciendā,dum ille prior nec filios nec cogna tos eſſet habiturus: multisq; annis in terrarum orbe eſſe regnaturos: & ex eis quen dam oriri regem,expugnaturum gentem eius,& leges atque conuerſationem pa riter ablaturum,& templum deprędaturum, & ſacrificia celebrari tribus annis prohibiturum. Et hęc vtique noſtra gens ſuſtinuit per Antiochum,qui appella tus eſt Epiphanes,hoc eſt præclarus,ſicut vidit Daniel: & ante multos conſcri pſit annos, quæ omnia deo ſibi monſtrante conſcribens reliquit, vt legentes & quæ iam prouenere conſiderantes,credant in honore diuino fuiſſe Danielem, & per hęc quę ſunt ita veriſsima,Epicureos errare cognoſcāt, qui & prouidentiam vitæ negant,& deum res humanas curare non exiſtimant,neq; à beata incorru ptibilisq; ſubſtantia pro ſtabilitate cunctorum gubernari iudicant vniuerſa: ſed hunc mundum ſine rectore,& ſine cura ali qua fieri ſponte confirmant. Quæ ſi, vt aiunt,ſine prȩſule eſſent,ſicut naues gubernatoribus deſolatas ventorū violẽ tia ſubmergi conſpiciunt,aut currus ſine agitatore confringi,ita & mundus ſine prouidentię regimine olim potuit deperire quaſſatus. Ego nãque Danielis dicta reſpiciens,valde puto à vera opinione recedere eos,qui nullam prouidentiā hu manarum rerum dicunt habere deum. Non enim ſi hęc ſponte gererentur, ſecun dum illius prophetiam omnia prouenire conſpiceremus. Ego ſiquidem vt de his inueni & legi,ita conſcripſi, Si quis autem vult opinionem aliam ſequi, crimen pro diuerſa ſententia habebit.

FLAVII IOSEPHI ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER VNDECIMVS.

De reditu Iudæorum ad Hieroſolymam licentia Cyri & ædificatione templi.

CAPVT PRIMVM

1.Eſd.1 3.Eſd.3

PRIMO imperij anno regis Perſarũ Cyri, cui ſeptuageſimus concurrebat, ex die quo noſtrum populum contigit ex proprijs finibus ad Babyloniam migrare, miſeratus eſt captiuitatis deus, & illius calamitatis infelicium Iudæorum: & ſicut per Hieremiã prophetam ante prædixerat quam ciuitas euerteretur, poſtquam ſeruierunt Nabuchodonoſor eiuſq; nepotibus, & hanc ſuſtinuerunt ſeruitutem per annos fere ſeptuaginta, rurſus eos ad propriam reſtituit terrã & templũ reædificare, & præterita frui felicitate decreuit. Concitans ergo animum Cyri, fecit eum per omnem Aſiam ſcribere: Cyrus rex hæc dicit: Quoniam me maximus orbis terrarum deus regem conſtituit, credo hunc eſſe quem gens Iſraelitarum adorat. Is enim & meum prædixit nomen per prophetas, & quomodo templum eius ædificaturus eſſem in Hieroſolymis in terra Iudæa. Hæc autem cognouerat Cyrus legens librum quẽ inter ſuas prędicationes Eſaias reliquerat ante ducenteſimũ & decimum annum. Sic enim in arcano prędicauerat dixiſſe deum: Quoniam volo Cyrum, quem multarum & magnarum gentium regem conſtitui, mittere populum meum ad propriam terram, & templum mihi reconſtruere. Hæc Eſaias prædicauerat, ante annos centum & quadraginta deſtructionis templi. Quem dum legeret Cyrꝰ, & miraretur nomen ſuum, impetus quidam eum accepit, vt munificam ſcripturam impleret. Conuocans autem clariſsimos Iudęorum, qui Babylonem habitabant, dixit ſe concedere Iudæos ad propriam remeare prouinciam, & ciuitatem Hieroſolymã & templum dei reconſtruere, ſe eos ſcilicet adiuuante. Tunc ſcripſit ſuis ducibus illius terræ vicinis, vt aurum conferrent & argentum ad templi renouationem, inſuper & immolanda pecora. Hęc Cyrus cum Iſraelitis dixiſſet, egreſsi duarum tribuum principes, Iudæ ac Beniamin, vnà cum Leuitis & ſacerdotibus, ad Hieroſolymam peruenerunt. Multi vero reſederũt Babyloniæ, minime paſsi poſſeſsiones ſuas relinquere. Quò dum veniſſent, omnes amici regis adiuuabant eos, & conferebant ad templi renouationem, alij aurum, alij argentum, quidam autem & equos aĉ iumentorum multitudinem, & vota deo reddebant, & conſtitutas ſecundum veterem conſuetudinem immolationes celebrabant, tanquam creatã & antiquã religionis conſuetudinẽ rediuiuam. Tranſmiſit etiam Cyrus vaſa dei, quę auferens à templo rex Nabuchodonoſor, ad Babyloniam vſq; portauerat. Quæ reuehenda tradidit Mithridati ſuorum theſaurorum cuſtodi, pręcipiens ea dari ſeruanda Abaſſaro, donec templum reędificaretur: perfecto autem eo, traderet ſacerdotibus & principibus vulgi reponenda in templo. Direxit etiam epiſtolam Cyrus ad Syrię ſatrapas, hęc continentem: Rex Syrus Siſinnio & Sarabaſnæ ſalutem: Iudæos terram meam inhabitantes, qui voluerunt ad ſuam patriam remeare permiſi, & ciuitatem renouare, tẽplumq; dei in Hieroſolyma rurſus ædificare, in eodem loco in quo prius fuerat conſtitutum. Miſi autem & Mithridatẽ theſaurorũ meorum cuſtodẽ, & Zorobabelũ principẽ Iudæorũ, vt fundamẽta reſtituant, tẽplumq; recõdãt. Cuius altitudo ſit ſexaginta cubitorũ, eorundẽ & latitudo: & faciãt tres parietes lapideos ex lapide polito, & vnũ parietẽ ligneũ ex materijs ipſiꝰ prouinciæ: ſimiliter & altare, ſuper quod immolent deo. Sumptꝰ vero de meo

Relaxat Cyrus captiuitatem Iudeorum

Epiſtola Cyri regis

de meo in his omnibus volo fieri, Transmisi etiam vasa, quæ de templo rex Nabuchodonosor abstulerat, tradens ea Mithridati pecuniarum mearum custodi, & Zorobabel principi Iudæorum: quatenus ea ad Hierosolymam reportent, & templo dei restituant. Quorum numerus est tantus: Refrigeratoria aurea quinquaginta, argentea quingenta: situlæ aureæ quinquaginta, argenteæ quingentæ: libatoria aurea triginta: pateræ aureæ triginta, argenteæ duo milia quadringentæ: & vasa alia maxima mille. Concedo etiam eis honorem, quo potiebãtur parentes eorum. Præterea pro iumentis, & oleo & vino, dragmas ducenta quinque milia quingentas: & ad similam tritici, vigintiquinque milia, quadringẽtas artabas: quæ iubeo prẽberi de tributis Samariæ, faciantq; immolatiões in Hierosolymis sacerdotes secũdum leges Mosaicas, & offerentes supplicent deo pro salute regis & generis eius vt regnum Persarum permaneat. Eos vero qui hęc contempserint vel infirmauerint, iubeo crucifigi, substãtiasq; eorum esse regales. Et epistola quidem hęc habuit. Hi autem qui ex captiuitate ad Hierosolymam conuenerunt, fuerunt milia sexcentaduo, & quadringenti sexagintaduo.

De prohibitione Iudæorum à templi ædificatione præsidum factione. Caput II

SEd cum mitterent templi fundamenta, & nimis circa ędificia festinarent, omnes in circuitu gentes, præsertim Cuthæi, quos à Media & Persida terra Salmanasar rex Assyriorum migrãs, habitare fecit Samariã, tum exinde populum Israelitarum tulisset, petebant satrapas, & eos qui ædificia curabant, vt impedirent Iudeos, ne instaurarẽt ciuitatem templumq; construerent: qui pecunijs corrupti, vendiderunt Cuthæis negligentiam & socordiam ædificationum. Hæc Cyrus ad bella occupatus ignorabat, qui exercitum ducens contra Massagetas, vita priuatus est. Cambyse autem filio Cyri principatum suscipiente, qui in Assyria & Phœnice & Ammonitide & Moabitide & Samaria morabãtur, epistolam mittunt hæc continentem: Domine, serui tui Rathimus omnia accidentia scribens, & Semelius scriba, & curatores Syrię iudicesq; Phœnices. Cognoscere te oportet rex, Iudæos qui Babyloniam deducti fuerant, ad nos rediisse, & ciuitatem rebellem ac maliuolam & fores eius, ac muros ędificare, templumq; reconstruere. Scito autem, his perfectis neque tributa eos pati reddere, neque obaudire, sed etiam regibus resistere, & magis imperare quàm obsequi festinare. Dum autem ædificatur templum, & fieri festinatur, optimum nobis visum est, rescribere tibi quatenus monumenta parentum tuorum inquiras, in quibus inuenies rebelles Iudæos & regibus inimicos, ideoq; ciuitatem eorũ fuisse destructam. Propterea visum est nobis & hoc vobis certum facere, quod fortasse nescitur, quoniã si ciuitas sic renouata, & muris vndique munita fuerit, via tibi claudetur ad inferiorem Syriam & Phœnicen. Postquã vero Cambyses hanc legit epistolam, natura maliuol⁹ existens mouetur, & hęc scripsit dicẽs: Rex Cambyses Rathimo accidentia scribenti, & Belesemio, & Semelio scribæ, & reliquis cõstitutis, & habitantibus Phœnicen & Samariam, hęc dicit: Legens missos à vobis apices, iussi parentum meorum inquiri volumina: & inueni ciuitatem hanc inimicã regibus semper existere, & seditiones ac bella habitatores eius commouisse, regesq; eorum cognouimus potenter & violenter tributa inferioris Syriæ ac Phœnices exegisse: Igitur pręcipio, minime concedi Iudæos ciuitatem ædificare, ne plus crescat eorum malitia, qua semper contra reges vsi sunt. Cum has literas legissent Rathimus & Semelius scriba, & qui cum eis erant, statim equis denecti, propere ad Hierosolymam ducentes secum multitudinem, aduenerũt: & ciuitatem & tẽplum Iudæos ędificare vetabant. Quę quidem opera per annos nouem impedita sunt, vsq; ad secundum annũ Darij regis Persarũ. Nam Cambyses sex annis regnauerat. Qui cum subiectis Ægyptijs reuerteretur, defunctus est in Damasco. 1. Esd. 4. Esa. 2.

De propositæ quęstionis dissolutione, Iudęorum reditu & templi restauratione impedimentoq; multiplici. Cap. III

Post

POst Magorum vero interitum, qui defuncto Cambyſe, principatum Perſarum anno tenuerunt, hi qui ſeptem domini nũcupabantur apud Perſas, filiũ Hiſtaſpis Darium regem ordinauerunt. Qui dum priuatus eſſet, deum orauit, & ſi fieret rex, omnia dei vaſa quanta Babyloniæ inuenirentur, ad templum Hieroſolymitanum mittere ſe promiſit. Contigit autem eodem tempore profici ſci Zorobabel ducem captiuorum Iudeorum ad Hieroſolymis ad Darium, qui regi quondam amicus extiterat. Vnde etiam corporis eius cuſtos cum alijs duo
3.Eſd.3 4 bus dignus iudicatus, quem ſperauerat honore potitus eſt. Primo vero imperij ſui anno, Darius ſummo apparatu cœnam exhibuit amicis, & vernaculis ſuis, & ſatrapis Perſarum, & prefectis Indiæ & Æthiopiæ magiſtratibuſq; centumui gintiſeptem prouinciarum. Cum autem completis dapibus vnuſquiſque ad dormiendum rediſſet, rex Darius ad cubiculum veniens, paucũq; noctis requieſcẽs, & expergefactꝰ, quod noctis reſtabat reliquũ inſomne protraxit: ſermonẽq; ad
Queſtio Dei rii cubicularijs ſuis propoſita tres corporis ſui cuſtodes conuertit, promiſitq; ſummo honore fulciendum, qui eius interrogationi ſapienter & vere reſpondere valuiſſet: & indui purpura, & in poculis aureis bibere, & ſuper aurum dormire, currugq; frenis aureis ornato vehi, & cidari byſina ac torque aurea vti, & poſt ſeipſum ſedere propter ſapientiã affinemq; ſuum eſſe vocitandum. Cum igitur hæc illis dona promiſiſſet, primum interrogauit vtrum fortius ſit vinum, ſecundo vtrum rex, tertio vtrum mulieres, aut his omnibus magis fortior ſit veritas. Has cum illis propoſuiſſet quæſtiones requieuit. Luceſcente autem die conuocauit omnes magiſtratus, & ſatrapas, & præfectos Perſarum & Medorum: ſedensq; in ſolio quo ſolebat, vnumquenq; corporis cuſtodem coram omnibus iuſſit pronunciare, quid eis de propoſitis quęſtionibus videretur. Tunc primus excellentem vini fortitudinem oſtendens, ait: Cũ ego vere vini fortitudinem conijcio, omnia id hoc modo vincens inuenio. Nam mutat & decipit bibentium mentes, & animas: Reges etiam pupillo & infanti ſimiles facit: ſeruũ quoque ad liberi audaciam concitat, & pauperes ſimiles diuitibus parat. Conuertit enim & reformat animas, & calamitatibus compreſſas reſicit: mœſtitiam extinguit, alienæq; debitores pecunię ad obliuionem perducit, ita diſponens eos, vt ſe omnibus ditiores putent, nihilq; vile loquantur, ſed memores diuitiarum, felicibus vtantur vocabulis, & reges magiſtratusq; contemnant. Amicorum quoque ſolitam expellit memoriam. Nam ſcit homines etiam contra amiciſſimos armare, ſocietatesq; diſſoluere: & cum ad ſobrietatem, per noctem vina relinquẽtes, peruenerint, excitantur, nihil penitus de his quæ in ebrie
De fortitudine regis tate commiſerant cogitantes. Hæc ergo conſiderans, omnibus fortitudinem vini comperio potiorem, & violẽter omnia vincentem. Poſt quam hæc primus de fortitudine vini quę dicta ſunt diſſeruit, ſecundus dicere cœpit de regis fortitudine, oſtendens eum ſuperiorem ac potentiorem his quæ valida iudicãtur. Modum autem approbationis hinc aſſumpſit, & dixit: Dum omnia ſub hominum coercentur poteſtate, qui mare ac terras cogunt competenter ſibi ſeruire, etiam ipſi homines ſub manu regum ac poteſtate degunt. Qui ergo ſuper tam potens & validum animal dominantur, cur non inſuperabiles illi virtute ac fortitudine iudicentur Vnde & bella & pericula ſubiectis imponentes audiuntur, & eos cõtra inimicos dirigentes propter ſuam fortitudinem habent obedientes: montes quoque dirui, muros ac turres deponi iubent, qui propterea accidere ac interfici patiuntur, nere gum præcepta tranſcendere videantur. Vincentes autem prædam quam ab illis abſtulerint bellis, regi reportant. Hi quoque qui non militant, ſed terram colunt arantes, cum laborauerint, & omnem operum miſeriam tolerauerint, meſſem facientes ac fructus colligentes, tributa regibus offerunt, & quod vel dixerint vel iuſſerint ſine dilatione completur. Qui cum omni luxuria vel libidine ſaturati dormierint, alijs vigilantibus cuſtodiuntur, tanquam ipſo timore victis: minime enim audent dormientem relinquere vel diſcedere, & ſibi prouidere: ſed vnum opus hoc exiſtimant neceſſarium, vt permanentes cuſtodiant regem. Cur itaque

non

non videtur rex cunctos fortitudine ſuperare, cui tot populi obſecundare præci piuntur? Iſto quoque tacente de mulieribus & veritate tertius Zorobabel cœpit docere, dicens: Sic equidem forte vinum fortis & rex eſt, cui omnes obaudiunt, ſed his potentior pulchritudo mulieris exiſtit, Nam regem enixa mulier ad vitã edidit, & eos qui vites plantauerunt, vnde profluit vinum, mulieres creauerũt & aluerunt, Nihil autem eſt, quod non ab his habeamus. Nam & veſtes nobis ab his texuntur, & domus noſtræ per has curantur atque ſeruantur, & non poſſum? à mulieribus ſegregari. Sed etiam aurum multum & argentum ſi poſsideamus, & quicquid aliud fuerit precioſum & induſtria dignum, cum viderimus decoram mulierem, omnia relinquentes, ſpeciem eius obſtupeſcimus: patimur omnia concedere que poſsidemus, vt deſiderata pulchritudine potiamur. Patres, & altricem terram, ſæpius & amicos obliuiſcimur propter vxores, & animas vnà cum ipſis perdere non timemus. Nonne laborãtes, & omnem tolerantes miſeriam per mare ac terram, cum aliquid per laborem acquirimus, totum offerentes vxoribus, tã quam dominis credimus vel tradimus? Regem quoque vidi aliquando tantorum dominum, à filia Rabazaci Themaſij, nomine Apama, concubina eius, alapis percuti: & diadema tollentem capiti eius & ſibimet imponentem, & hæc omnia tolerantem: ridebatq; cum illa riſiſſet: & cum irata fuiſſet, mœſtitia confuſus,, & blandimentis placauit mulierem, rogans eam, & ſe nimis humilians, ſi quando eam vidiſſet triſtem. Poſt hæc inuicem aſpicientibus ſatrapis & ducibus, idẽ Zorobabel diſputare de veritate cœpit, euidenter quidem oſtendens, quantum mulieres fortes exiſtant: debiles tamen & iſtæ & rex ad comparationem veritatis apparent. Nam ſi terra maxima eſt, & cœlum altum & velox, hæc omnia volũtate dei mouentur. Verus autem deus & iuſtus, & ex eadem cauſa oportet veritatem fortiſsimam iudicari, quodq; nihil contra eam iniquitas valet. Inſuper & cętera quidem quæ fortia videntur, mortalia & citius deficientia probantur: veritas autem & immortalis eſt & ſempiterna: nobis autem non pulchritudinem tẽpore tabeſcẽtẽ accommodat, neque ſubſtantiam caſibus auferendam, ſed iuſta & regalia diſcernit, ab his quæ iniuſta vel iniqua monſtrãtur. Cum ergo terminaſſet zorobabel de veritate ſermonem, laudante multitudine optime eum dixiſſe, quomodo veritas fortitudinem immutabilem & non ſeneſcentem ſola poſsidet, imperauit ei rex petere præter promiſſa quæ vellet: nam præſtaturum ſe ei dixit. eo quod ſapientior & prudentior alijs apparuiſſet. Iuſsitq; etiam ſecum eum ſedere, & affinem vocari. Tunc zorobabel ammonuit eum, vt votum quod deuouerat ſi regnum perciperet, adimpleret. Votum autem quod deuouerat hoc erat: re ædificare Hieroſolymam, templumq; dei conſtruere, & vaſa reſtituere, quę auferens Nabuchodonoſor rex ad Babyloniam deportauerat. Et dixit: hęc mea eſt petitio, quam nunc iubes me poſcere, eo quod iudicatus ſum ſapiens ac prudens. Rex autem in hoc lætatus ſurrexit, & eum oſculatus, toparchis & ſatrapis ſcripſit, præcipiens vt deducerent zorobabel, necnon & eos qui ad templi renouationem cum eo profecturi eſſent. Præterea mandauit Syriæ ac Phœnices magiſtratibus, ligna cedrina à Libano deciſa Hieroſolymam tranſmittere, & cum eis recondere ciuitatem. Scripſit etiam liberos eſſe omnes Iudęos, qui à captiuitate redierunt ad terram Iudęam: prohibuitque ſatrapas ac procuratores ſuos imperare Iudæis opera regalia. Super hæc præcepit & omnem terram quam colere voluiſſent, ſine tributis eos poſsidere: iuſsitque etiam Idumæos & Samaritas, & eos qui humilem Syriam habitabant, reddere vicos Iudæorum quos tenebant. Inſuper ad templi ædificationem quinquaginta dari talenta mandauit. Sacrificare quoque eos legitimas immolationes permiſit, omnem autem impenſam, & ſacrã veſtem, qua ſeruiunt in templo principes ſacerdotum & reliqui ſacerdotes, & Leuitis inſtrumenta quibus domino cantent, de ſuo fieri præcepit. Cuſtodibus quoque ciuitatis & templi, iugera terræ per ſingulos annos, & pecunias conſtitutas ad neceſſaria vitæ dari decreuit. Tranſmiſit etiam vaſa, & omnia quæ Cyrus

De mulieris fortitudine

Nihil fortius veritate

Munificẽtia Darii in Iudeos

zorobabel proficiscitur reparaturus templum & urbem

ante ipsum de Iudæorum restitutione facere voluit, eadem Darius definiuit impleri. His omnibus à rege donatis, Zorobabel exiens de domo regia, respexit sursum ad cœlum, & cœpit agere gratias deo sapientiæ per quam victoriam Dario præsente perceperat, dicens: Nequaquam his dignus fuissem, nisi te domino propitio. Ita deo gratias agens de præsentib⁹, petebat vt ei in futuris adiutor existeret. Peruenit autem ad Babyloniam, & contribulibus suis regis mandata patefecit. Audientes illi deo gratias referebãt, qui eos patriæ suæ restituebat: & ad potum conuiuiaque conuersi, per septem dies summa lætitia fruebãtur, & restaurationem & regressionem patriæ festiua gratulatione celebrabant. Postea omnes principes tribuum ad Hierosolymam profecturi, cum vxorib⁹ & filijs ac sub iugalibus, elegerunt homines Darij quos cum eis rex vsque Hierosolymam destinauit, & cum lætitia & iucunditate vel cantibus tibijsq; ac sonantibus cymbalis ibant. Præcedebat autem eos & reliqua multitudo Iudęorum cum ludis. At illi ad Hierosolymam conscendebant ab vnaquaque parte patrum tribuumque certus numerus existens. Sed mihi minime visum est nomina patrum recensere, ne legentium animos à rerum consequentia suspendens, obscuram eis facerẽ narrationem. Septem vero cantores & cantatrices ducentæ quadragintaquinque, cameli quadringentitriginta. Summa vero multitudinis euntium, qui circa duo decimum annum ætatis habebãt, ex tribu Iuda & Beniamin, fuerunt quater mille milia, & sexcentaui gintiocto milia', Leuitæ autem quatuor milia septuaginta. Mulierum autem & infantium commixtim corpora fuerunt quadraginta milia, septingenti quadragintaduo. Præter hos vero Leuitas fuerunt cantores centumuigintiocto, ianitores centumdecem, serui templi trecenti nonagintaduo: insuper & alij sexcenti sexagintaduo, dicentes se quidem Israelitas, nullo modo tamen valentes suum ostendere genus. Repulsi vero sunt quidam à sacerdotali honore, qui vxores sibi copulauerant. Hi nec suum genus dicere pręualebãt, nec in generatione Leuitarum vel sacerdotum inuenti sunt, qui fuerunt quasi quingenti vigintiquinque. Mancipiorum vero multitudo sequebatur eos qui ad Hierosolymam pergebant, numero septem milia trecenti vigintiquinque subiugalia vero quinque milia quingenta vigintiquinque. Dux vero dinumeratæ multitudinis zorobabel fuit, fili⁹ salathiel, ex filijs Dauid genit⁹ de tribu Iuda & Iesus filius Iosedech, princeps sacerdotum, nec non & Mardochęus, & Serebæus qui à populo principes fuerant constituti, & contulerunt auri quidem minas centum, argenti autem quinque milia. Sacerdotes autem & Leuitæ, parsque totius populi Iudæorum, quanta in Babylone fuit, ita ad Hierosolymorum rediens ciuitatem ibidem habitauit, reliqua vero multitudo ad suas patrias discessit. Cũq; septimus veniisset mensis, ex quo de Babylone egressi sunt, mittens Iesus princeps sacerdotum, & Zorobabel iudex, cunctos ex prouincia Hierosolymis congregauit. Qui sine dilatione construxerunt altare in loco quo prius ædificatum fuerat, & legitimas super ipsum hostias obtulerunt secundum legem Mosi. Dumque hæc facerent, gentes ostendebantur vicinæ, quæ eis odiosæ erant. Celebrauerunt autem illo tempore dies tabernaculorum, quemadmodum legislator Moses præceperat. Præterea & oblationes, & quos dicunt Endelechismos & hostias sabbatorum, & omnium sanctorum dierum sacrificabant vota reddentes, à primo die septimi mensis. Cœperunt etiam renouare templum, multas præstantes pecunias lapidum cæsoribus & ædificatoribus. insuper & alimenta operantibus ministrabant. Sidonijs vero leue & suaue videbatur à Libano ligna cedrina deponere: quę ligantes in modum ratium, ad portum Ioppæ transferebant. Nam sic ante pręceperat Cyrus, sed tunc iubente Dario fiebat. Quę secundo anno profectionis Iudęorum ad Hierosolymam mense secundo deuecta sunt: cum & templi renouatio vrgeretur, & fundamentis restitutis superædificaretur, à prima die sequentis mensis anni secundi. Operibus vero præposuerunt

1. Esd. 2. 3. et. 5

Numerus Iudæorum repetentium Hierosolymam

1. Esd. 3

Templi re paratio

Leuitas

Leuitas, viceſimum iám annũ ætatis agentes: & Ieſum & filios & fratres, & Abdoelum fratrem Iudæ, & Aminadab, & filios eius. Itaque templum omni ſtudio fabricantibus eis qui ædificationem curabant, propere quàm ſperabatur conſummatio euenit. Perfecto autem templo, ſacerdotes cum tubis, ornati habitu ſolenni, & Leuitæ & filij Aſaph ſurgentes, laudabãt dominum laudibus quas Dauid prius eis oſtenderat. Cumq; ſacerdotes & Leuitæ, & ſeniores prouinciarum vetus recordarentur templum ingenti magnificentia conditum, & nouum viderent per inopiam non ita conſtructum: arbitrati quãtum à priori felicitate minores exiſterent, triſtes ac dolorem minime tenere valentes, ad lachrymas lamentationesq; proruperunt. Populus vero præſentibus cõtentus erat, & de templi ædificatione lætabatur, nullam prioris memoriam faciẽs, nec antiqui cõparatione cruciabatur. Vincebant autem tubarum ſonos, & populi læticiam ſacerdotum & ſeniorum lamẽtationes, eo quod eis videbatur minor templi conſtructio inſtitiſſe. Cumq; clangores tubarum audiſſent Samaritæ, odium erga tribum Iudæ & Beniamin habentes, concurrebant, cauſam tubæ volẽtes agnoſcere: videntesq; quod captiui Iudęi à Babylone redeuntes, templum reædificaſſent, petierunt Zorobabelum & Ieſum principes tribuum, vt ipſis quoque permitteretur vnà cum eis tẽplum renouare, & in commune laborare. Nam non colimus dicebant minus ab illis deum, quoniam & religionis cupidi ex illo tempore ſumus, ex quo nos hic Salamanaſar Aſſyrius rex ex Chutia & Media migrauit. Poſtquam hęc locuti ſunt, Zorobabel & princeps ſacerdotum Ieſus, & duces tribuum Iſraelitarum reſponderunt quidem impoſsibile eſſe eis communicare, quoniam ipſis permiſſa eſſet templi innouatio, prius quidem à Cyro, nunc autem à Dario: adorare vero ſi vellent licere, & hoc ſolum illis eſſe commune, & omnibus hominibus venientibus in templum adorare deum. Poſtquam vero hæc audierunt Cuthæi (nam hac appellatione Samaritæ vocantur) indignati perſuaſerunt gentibus Syrię petere ſuos ſatrapas eodem modo quo prius ſub Cyro & Cambyſe, vt cum illis templi renouationem prohiberent, & feſtinantibus Iudæis moram afferrent ac tarditatem. Per idem tempus aſcenderunt ad Hieroſolymam Siſinnius Syriæ ac Phœnicię pręfectus, & Sarobarzanes cum alijs, & interrogauerunt Iudęorum magiſtratum, quis eis conceſsiſſet templum ſic ædificare, vt magis caſtrum videretur eſſe quàm templum, vel cur portas & ciuitatem tam munito circumdediſſent muro. Zorobabelus vero & princeps ſacerdotum Ieſus, ſeruos quidem ſe eſſe maximi dei dixerũt: hoc vero templum ipſi deo quondam à rege ſuo feliciſsimo, & qui omnes virtute mortales vicerat, fuiſſe conſtructum, multisq; temporibus permãſiſſe, ſed cum ſui patres iniquitatem coram deo geſsiſſent, Nabuchodonoſor rex Chaldęorum & Babylonię, ſua potentia ſuperans ciuitatem euertit, templumq; depopulatus incendit, & populum captiuum ad Babyloniam migrauit. Cyrꝰ autem qui poſt eum perſarum & Babylonię rexit imperium, ſcripſit vt templum rędificaretur: & exinde omnia quę Nabuchodonoſor extulit ornamenta & vaſa, zorobabelo & Mithridati cuſtodi pecuniarum tradidit, pręcipiens vt hęc iterum ad Hieroſolymam reportarent, & in propria renouato reſtituerent templo. Hoc enim mandauerat feſtinanter fieri, ideoque Sabaſſarum aſcendere iuſsit ad Hieroſolymam, vt operi faciendo omnimodis immineret. Qui poſtquam à Cyro literas accepit, veniens ſtudioſe fundamenta diſpoſuit, & ex illo tempore hactenus hęc conſtruxit, ſed propter malorum inuidiam imperfectum adhuc remanſit. Igitur ſi vultis ac probatis, ſcribite Dario, vt inquirat imperatorum monumẽta, & inueniet nihil penitus nos fuiſſe mentitos. Hęc dicente zorobabelo & principe ſacerdotum, Siſinnius & qui cum eo erant, ędificationem quidem templi vetandam iudicauerunt, donec regi Dario ſuggererent. Statim vero ei propter hęc cõſcripſerunt. Tunc Iudęi timentes & exterriti, ne aliud quam prius iuſſerat, regi videretur de templi conſtructione, fiduciam à duobus prophetis, qui per idem tempus apud eos erant, Aggeo & zacharia acceperunt, dicentibus nihil penitus

Cuthæorum inſidiæ

Eſdr. 5

à Perſis durum eſſe metuendum,cum deus poſitum templum prædixerit innouari. Qui cum credidiſſent prophetarum ſententiæ,ædificationem curabant nullum prętermittentes diem. Dario vero ſcribentibus Samaritis, & accuſantibus per epiſtolam Iudæos,qui ciuitatem munirent,& templum caſtello magis ſimile quam templo conſtruerent,& dicentibus non ea quæ fiunt ei prodeſſe: inſuper epiſtolas oſtendentibus,per quas Cambyſes templi ædificationem fieri vetuiſſet,cognoſcens rempublicam ſuam non eſſe tutam Hieroſolymis reſtitutis: cum literas à Siſinnio & ab his qui cum eo erant directas legiſſet. iuſsit in monumẽtis regalibus de his inquiri: & inuentus eſt in Egbatanis conſtructa turre in regione Mediæ codex,in quo hęc conſcripta leguntur: Primo imperij ſui anno rex Cyrus iuſsit templum in Hieroſolymis renouari & altare,cuius altitudo eſſet cubitorum ſexaginta,latitudo eorundem: ex tribus parietibus lapideis lapide polito,& ligneum parietem vnum ex materijs ipſius regionis. Sumptus autem à rege fieri diſpoſuit,& vaſa quæ abſtulit Nabuchodonoſor,& ad Babyloniam portauit,reddi Hieroſolymitis. Quorum curam Sabaſſaro Syrię ac phœnices prępfecto,& magiſtratibus collegis eius iniunxit,vt ipſi quidem à locis illis recederẽt ſeruis vero dei Iudęis & magiſtratibus eorum, templum ędificare permitterent. Iuſsit quoque vt adiuuarẽt eos ad opera,& ex tributis prouinciæ quam curabãt, darent Iudęis immolationis cauſa tauros & arietes,agnos ac hœdos & ſimilã, olęumque & vinum,& alia quæcunque peterent ſacerdotes,vt orarent pro ſalute regis atque Perſarum. Eos vero qui eius mandata contemnerent,crucifigi prę cepit,& eorum ſubſtantias regię domui deputari: deprecatus quoq; orationibus deum: vt ſi quis auderet templi renouationem vetare,hunc talem percuti,eumq; à ſua iniquitate ſuſpendi. Hæc inueniens in commentarijs Cyri Darius,reſcripſit Siſinnio & collegis eius,dicens: Rex Darius Siſinnio equitum præfecto & Sarabazeni,& collegis eius ſalutem: Exemplar epiſtolæ,quam in monumentis inuenimus,tranſmiſſi,& iubeo omnia fieri quæ in ea continentur. Valete. Igitur epiſtolam cognoſcentes Siſinnius & qui cum eo erant,regis voluntati de reliquo competentia faciebant: & inſtabant ſacris operibus,adiuuantes ſeniores & magiſtratus Iudæorum,& procedebat ſummo ſtudio templi conſtructio,prædicantibus Aggeo & zacharia ſecundum mandata dei: & cum voluntate Cyri & Darij regum ędificatum eſt ſeptem annis. Nono autem imperij anno Darij, viceſimatertia die menſis vndecimi,quem Hebræi vocant Adar,Macedones Diſtrũ, ſacerdotes & Leuitæ ac reliqua iſraelitarum multitudo, poſt captiuitatem pro renouatione veterum bonorum,& dedicatione templi obtulerunt hoſtias,tauros centum,arietes ducentos,agnos quadringentos, & hircos duodecim pro duodecim tribubus (nam tantæ ſunt tribus iſrael) pro ſuis vnaquęq; peccatis. Sacerdotes vero & Leuitę ſecundum legem ordinauerunt ianitores per ſingulas ianuas. Nam ędificauerant iam Iudęi templi porticus,in circuitu interioris ſacrarij. Veniente autem de feſto Azymorum primo menſe quem Macedones Xanticum, nos autem Niſan nominamus,omnis populus ab agris in ciuitatem confluxit: dieſq; feſtos ſanctificati cum ſuis vxoribus & filijs ſecundum patriam legem celebrauerunt. Sacrificium etiam quod paſcha dicitur,quartadecima die eiuſdem menſis immolauerunt,& per ſeptem dies nullis abſtinuere delicijs. Holocauſtũ autem offerentes,deo ſacrificabant,agẽtes gratias,quod iterum eos terrę patrię legibusq; reſtituiſſet,mentemq; regis Perſarum propitiam eis prębere dignatus eſt. Quibus rebus admoniti,deo munifice nimis & locupletabiliter immolabant. Habitabant autem in Hieroſolymis, & optimatum gubernatione regebantur. Nam ſacerdotes tractabant eorum negotia,vſque quò regnare contigit nepotes Aſamonei. Nam ante captiuitatem & tranſmigrationem,à Saul & Dauid, qui primi imperium gentis Iudaicę ſuſceperunt, alia illis erat forma reipublicę,per quingentos triginta duos annos,menſes ſex,dies decem. Ante hos autem reges, prępfules eos regebant,qui appellabantur iudices & monarchę. Et hac republica vſi ſunt

Eſdræ 6

Epiſtola Darij ad prępfectos

Qualis ante captiuitatem & poſt fuerit Iudæorum reſpublica

vſi ſunt annis plus quingentis, poſt mortem Moſi & ducis Ieſu. Hæc quidem reductis à captiuitate Iudæis temporibus Cyri & Darij omnia contigerunt. Samaritæ vero inuidi vel moleſti aduerſum eos erecti, multa in Iudæos operati ſunt, diuitijs confidentes & cognationi Perſarum, quoniam ex his fuerant progreſſi. Nam quanta iubebantur à rege immolationis cauſa devectigalibus pręberi, nullatenus dare volebant: & vt pręfectos equitum fauentes ſibimet in hoc & cooperantes haberent, aliaque multa, quibus nocere Iudęis per ſe aut per alios potuiſſent, non eos pigebat efficere. Placuit igitur Hieroſolymitis mittere legationem ad regem Darium, quo accuſarent Samaritas. Legatus itaque miſſus eſt zoroba bel, & alij quatuor de ſenioribus. Cū vero crimina & cauſas, quas contra Samaritas ferebant, à legatis rex cognouiſſet, dedit eis epiſtolam deportādam ad pręfectos equitum, & curiam Samarię, quę huiuſmodi erat ſcripta: Rex Darię Tāganæ & Sambalę pręfectis equitum, & Sadracę & Velueni Samaritis, & reliquis conſeruis eorum in Samaria conſtitutis: zorobabel & Iamnias & Mardochæus legati Iudæorum vos accuſant, tanquam moleſtos & impedientes templi conſtructionem, & nullatenus velle præſtare ad hoſtias quos vobis pręcepimus ſumptus. Volo igitur, vt legentes pręſentem epiſtolam præbeatis his ex regalibus theſauris, & tributis Samarię omnia, quę illis ad immolationem ſunt vtilia, quemadmodum ſacerdotes vobis indixerint: vt non prætermittant diurnis ſacrificijs, & pro me & pro Perſis ſacrificare deo. Epiſtola quidem hæc continebat.

Samaritæ accuſantur apud Darium

De redeuntibus Hieroſolymam ſub Eſdra & Neemia: de vxoribus abdicatis & muro extructo opera Neemiæ. Cap. V

DArio autem defuncto, filius eius Xerxes regnum ſuſcipiens, voluntatis paternæ colendi & honorandi deum hæres apparuit. Omnia nanque faciebat, quę religionis erant, patremq; ſecutus Iudæis liberaliter vtebatur. Per illud tempus princeps fuit ſacerdotum filius Ieſu, nomine Ioachim. Erat autem in Babylone vir iuſtus, & gloria magna potens apud multitudinem, primus populi ſacerdos, nomine Eſdras. Qui cum legum Moſi integram haberet experientiam, Xerxi regi amicus factus eſt. Ad Hieroſolymam autem aſcendere deliberans, & ducere quoſdam ſecum de Babylone Iudęos, à rege popoſcit epiſtolā ſibi ad ſatrapas Syrię dari, per quam noticiæ eorum quis eſſet, intimaretur. Rex autem ad ſatrapas huiuſmodi direxit epiſtolam: Rex regum Xerxes Eſdræ ſacerdoti, & lectori legis dei, ſalutem. Opus eſſe meæ clementiæ putans, eos quiuolūt ex gente Iudaica, vel ſacerdotes, vel leuitas ſub noſtro regno conſtitutos, pergere ad Hieroſolymā præcipio, ſi deſiderāt vt eant, quemadmodum & mihi, & ſeptē conſiliarijs meis viſum eſt, quatenus viſitent Iudæam, & ſecundum ritū legū dei portent dona deo Iſrael, quę deuoui ego & amici mei. Aurum & argentum, quantū inuentū fuerit in terra Babyloniæ deo dicatum, hoc omne ad Hieroſolymā deportetur pro ſacrificijs dei: nec nō & quodcunque volueris ex auro vel argēto conſtruere, liceat tibi cum tuis fratribus facere. Vaſa etiam ſacra quæ tibi tradita ſunt, diſpone: & quicquid mente cogitaueris vt fiat, impendi à nobis iuſſimus, vt ex regalibus theſauris efficias. Scripſi etiam cuſtodibus pecuniarum Syrię & Phœnices, vt diligentiam habeant circa ea, quæ per Eſdram ſacerdotem vel lectorem legum dei, mandata noſcuntur. Igitur vt nequaquam de me aut de nepotibus meis iram deus aſſumat, omnino pręcipio ad vſque tritici modios centum deo ſecundum legem dari. Vos autem ſacerdotibus & leuitis, ac ſacris cantoribus & ianitoribus, ſacriſq; ſeruis templi ſcribis nullo modo aut tributa imponatis, aut aliquid captioſum, vel oneroſum. Sed etiam tu Eſdra ſecundum dei ſapientiam cenſores ordina, qui omni Syriæ & Phœnicæ, tuam legem ſciētibus indicent, eamq; diſcēdam ignorantibus trade. Et ſi quis ex gente tua, dei ſui legem vel imperatoris tranſgreſſus fuerit, puniatur: & non tanquam ignorans videatur

1. Eſd. 7

Epiſtola Xerxis regis pro Iudeis

transgredi,sed cognoscēs audacter negligere comprobetur. Ergo huiusmodi cō temptores aut morte,aut pecunijs condemnentur. Vale. Tunc Esdras hanc epistolam accipiens,lętatus deum adorare cœpit: & regiæ beneuolentiæ ipsum cōfitebatur autorem. Ideoq; omnes ipsi gratias dicebant esse referendas. Legēs autem epistolam Iudeis Babyloniæ constitutis,eam quidem signauit. Exemplum autem eius ad omnes Israelitas & Mediam habitantes transmisit. Hi vero cognoscentes regis circa deum pietatem,& fauorem quem in Esdram habere probabatur,eum dilexerunt omnes. Multi siquidem facultates suas deportantes,ad Babyloniam venerunt,cupientes ad Hierosolymam descendere. Totus autē populus Israel in illa prouincia permānsit: ideoq; duæ tantum tribus consistunt per Asiam & Europam obsequentes Romanis. Decem autem tribus hactenus trans Euphratem cōmorari probantur,quarum multitudines inæstimabiles minime possunt numero comprehendi. Venerunt etiam ad Esdram multi sacerdotes, & Leuitæ,& ianitores cātoresq;,sacriq; serui: quos cōgregās de captiuitate,trās Euphratem tribus diebus moratus ieiunia eis imposuit,vt deo vota persoluerēt, ne quid in via paterentur aduersum,aut per hostes,aut per aliam quādam difficultatem forsitan accidentem. Nam Esdras regi prædicens,quod deus eos perduceret,iam non petijt qui eos præcederent equites: & postquam vota perfecerunt, ab Euphrate surgentes,die duodecimo primi mensis,septimo imperij anno Xerxis,ad Hierosolymam peruenerunt,quinto mense eiusdem anni. Et illico esdras custodibus pecuniarum,ex sacerdotali genere existentibus,restituit sacras pecunias,argenti talenta sexcenta,quinquagintavasa argentea talentorum centum, vasa aurea talentorum viginti,& vasa ærea auro meliora,habentia pondo talēta duodecim. Hęc nanque rex & consiliarij eius,& omnes Israelitæ Babyloniā habitātes donauerunt. Cumque Esdras tradidisset ea sacerdotibus, obtulit deo legitimas hostias in holocaustum,tauros tredecim: pro communi vero populi salute arietes nonaginta,agnos septuagintaduos, hœdos pro purgatione delictorum,duodecim. Regis quoque dispensatoribus,& prefectis humilis Syrie & phœnicis,regias literas obtulit,qui denunciationem eius agere compellebantur,gentemque honorabant, & ad omne opus bonum cum eis elaborabant. Hæc igitur quemadmodum & ipse Esdras deliberauerat,processerunt: deo eum,vt arbitror, dignum in his quæ voluit iudicante,propter iustitiam ac benignitatem eius.

Duæ tantum tribus redeunt Hierosol.

Esdras uenit Hierosolymam

Quem pauco tempore transeunte,aliqui adierunt,accusantes, quod quidam sacerdotum & Leuitarum transgressi sunt patrias leges,vxores alienigenas ducentes,& genus sacerdotale confundentes: Petebantque vt legibus subueniret, ne communis super omnes veniens ira calamitatibus iterum eos inuolueret. Quæ cum audisset,mox præ mœrore vestem disrupit: & caput barbamq; contumeliose dilacerans,sese prostrauit in terram, quod tale facinus populi primates commisissent,existimans,quia si præciperet eis vxores cum earum filijs deserere,nemo eorum obediret: & ideo permanebat in terra iacens. Cōcurrebant autem omnes meliores eorum ad eum, & dolorum eius in his quæ facta sunt, participes erant. Cum autem Esdras à terra surrexisset,& manus ad cœlum tetendisset,dicebat: Cōfundor quidem a deo propter populi delicta veniam suscipere, qui etiā de sua memoria parentum nostrorum iniquitates remisit. Rogabat vero deum, qui semen aliquod & reliquias ab illa eorum calamitate,vel captiuitate seruauerat,& rursus ad Hierosolymam & propriam terram restituerat, qui & reges Persarum impendere eis misericordiam præparabat,vt veniam solita pietate concederet: se vero morte quidem digna commisisse,bonitatis autem dei esse hos tales à tormentis eripere. Qui post quam orando conticuit,cunctis lugentibus qui cū vxoribus & filijs ad eum cōuenerant,quidam Achanomius nomine primas Hierosolymitanus,accedens ad eum dicebat ipsos quidē peccasse,cohabitantes cum alienigenis vxoribus: persuadebatq; ei omnes iurare,quatenus suas vxores cū earum filijs amouerent: & hos punirēt,qui legi obedire contēnerent. Flexus igitur

Esdras

Esdras, fecit principes tribuum, & sacerdotum, & Leuitarum, Israelitarum iurare, quod vxores suas & filios secundum Achanomij consilium incunctanter abicerent. Suscipiens vero sacramenta, statim egressus è templo ingressus est habitaculum Ioannis filij Eliasib, & nihil penitus illo die propter mœrorem comedens, ibidem commoratus est. Facta autem prædicatione, iubet omnes qui ex captiuitate redierant, ad Hierosolymam colligi: & hos qui non ante biduum aut tres dies occurrissent, alienari à multitudine, & substantias eorum auferri decernens, secundum iudicia seniorum. Conuenerunt itaque intra tertium diem ex tribu Iuda & Beniamin, in vicesimo die noni mēsis, qui secundum Hebræos kisleu, secundum Macedones Apellæos vocatur. Cumque in superiori loco templi consedissent, præsentibus senioribus, & propter zelum vehementer afflictis, surgens Esdras criminabatur illos, qui præter legis consuetudines, alienigenas duxissent vxores: nunc ergo facturos eos rem deo gratam, & sibi vtilem dicebat, si vxores eijcerent. Cumque omnes se id perfecturos clamarent, sed abundentem esse multitudinem, tempusq; hyemale, & hoc opus non vnius aut duorum esse dierum, oportere dicebant, vt duces & alij qui non cum alienigenis habitabant vxoribus, tempus acciperent dilationis: & seniores cohabitantes cum alienigenis visitarent multitudinē. Cum hæc decreuissent, cœperunt quærere à primo die mensis decimi, eos qui cum alienigenis habitabant, vsque ad primum diem secundi mensis: & inuenerunt multos ex nepotibus principis sacerdotum Iesu, & fratrum eius sacerdotum, & Leuitarum, ac Israelitarum, qui vxoribus filijsq; earum dilectionem magis legum suarum præponentes, eas ilico refutarunt. Quo facto, hostias placantes deum, immolatis arietibus, obtulerunt. Quorum nomina minime visum est nobis dicere necessarium. Igitur prædictum nuptiarum peccatum sic Esdras purgauit, vt de cætero hæc consuetudo non permaneret. Septimo vero mense scenopegiam celebrantes, & toto penè populo congregato, ascendendentes ad superiora templi ad orientalem portam, Esdram rogabant, vt leges eis Mosaicas legeret. Qui stans in medio populi, à solis ortu legit vsque ad medium diem. Et cum audissent recensitam legis iustitiam, ad præsens quidem & in posterum docebantur: de præteritis autem gemebant, lachrimásque fundebant: & recordati sunt quod si legem custodissent, nihil ex tot supradictis malis perpessi fuissent. Cumque videret Esdras sic eos afflictos, præcepit eos ad sua discedere, & à lachrymis abstinere propter festos dies, in quibus, minime liceret affligi: hortabaturque magis ad epulationes eos conuerti, & facere quæ sunt grata, & conuenientia celebrationi præsenti: pœnitentiam vero & mœstitiam de prioribus peccatis habendam, & obseruandum ne quid in posterum eis simile eueniret. Postquam vero eos Esdras hortatus est, cæperunt habere lætitiam. Cumque hoc per dies octo in suis tabernaculis egissent, ad propria discesserunt, laudantes deum pro emundatione communium peccatorum: Esdræque gratias referebant. Quem contigit post gloriam, quam apud deum habuerat, in senectute veneranda finire vitam, & in Hierosolymis cum multa sepeliri liberalitate. Sub idem tempus & Ioachim defuncto principe sacerdotum, filius eius Eliasib in principatu sacerdotali successit. Quidam autem ex captiuis Iudæis Xerxis regis pincerna, nomine Neemias, occurrens quibusdam peregrinis ante Metropolim Persarum Susa, ex longo itinere ad ciuitatem intrantibus, & audiens eos ad inuicem Hebraice loquentes consulabat vnde essent profecti. Illis autem respondentibus, se à Iudæa venisse, rursus interrogabat, qualiter se haberet eorum multitudo, & metropolis Hierosolyma. Cumq; ei dixissent, male habere ciuitatem, & depositis in solum muris, multa mala gentes in circuitu positas inferre Iudęis, & die tota percurrere deuastantes proninciam, & nocte tanta mala conficere, & multos à prouincia vel ab ipsis Hierosolymis captiuos abducere, & quod omnes viæ singulis diebus inueniebantur plenæ cadaueribus occisorum: tunc Neemias propter suorum calamitatem fleuit: & attendens paululum ad cœlum, dixit:

2. Esdr. 9.

2. Esdr. 8.

Dominevsque quo despicis quæ nostra patitur generatio? Sic rapina, vel spolia omnibus sumus effecti? Remorante autem eo in porta, & hæc defiente, quidam nunciauit iam regem accumbere præparatum. Qui statim sicut erat illotus, ad ministerium poculi regij festinauit. Vt vero rex cœnauit, suauitate plenus ad iuuenem respexit mœstum: & quærebat, cur tristis esset. Tunc ille precatus deum, vt gratiam ei quandam postulanti præstaret, quomodo, inquit, possum tibi rex non talis apparere, neque animo non dolere, dum audierim patriæ meæ Hierosolymorum, in qua & monumenta & sepulchra meorum sunt parentum, muros in terra iacentes, & portas eius incensas? Sed præsta mihi proficiscenti muros restituere, partémque templi cadentem denuo reconstruere. Tunc rex annuit dare se donationem ei quancunque supplicasset, & ad satrapas literas deportandas, quatenus eum honorarent, & omnia quæ opus haberet, præberet ei, dicens: Repelle tristitiam, & de reliquo gaudens nobis ministra. Igitur Neemias deum adorans, & regi gratias agens, mœsticiam vultus, confusionémque suam pollicitationis hilaritate mutauit. Postero autem die conuocans eum, præbuit Syriæ & Phœnices & Samariæ præfecto Addeo epistolam deferendam: in qua de honore iuuenis, & impendijs ædificationis mandauerat exhibendis. Veniens ergo ad Babyloniam, & multos gentis suæ iponte eum secutos adducens ad Hierosolymam peruenit, vicesimoquinto anno regnante Xerxe: & demonstrans epistolas porrexit Addeo, & alijs præfectis æquitum: & congregans omnem populum ad Hierosolymam, stetit in medio templi, talem ad eos effundens orationem: Vos scitis viri Iudæi, deum quidem in memoria patrum Abraham, Isaac, & Iacob permanere: & per illorum iustitiam non derelinquere prouidentiam nostri. Vnde & adiuuit me, vt acciperem à rege potestatem muros vestros refabricare, ac reliquam partem templi perficere. Volo autem vos vicinarum gentium certe scire inimicitias: & quia si cognouerint magnificenter nos ædificia reparare, resistent: & multa molientur, vt nos impedire præualeant. Primum ergo in deum cõfidere debemus, qui illorum inimicitijs potest resistere: nec die vero nec nocte studium ædificandi relinquere, dum tempus opportunum existit. Cumque hæc dixisset, iussit & magistratibus murum metiri, & opera eius diuidere populo per vicos & ciuitates, secundũ vniuscuiusque possibilitatem: pollicitus & seipsum cum suis seruis ædificationem adiuuare. Solutaq; concione, Iudæi statim opus aggressi sunt. Iudæi vero dicti sunt ex die, qua à Babylone profecti sunt ex tribu Iuda, quæ prior ad illa loca peruenerat. Vnde & ipsi & prouincia à tali appellatione vocantur. Audientes vero murorum ædificationem accelerari Ammonitæ, & Moabitę, vel Samaritæ, & omnes qui inferiorem Syriam habitabant, molestè ferebant, & meditabantur insidias eis contexere, quatenus voluntatem eorũ impedirent: multosq; interficiebant Iudæos: ipsum etiam Neemiam dilacerare quærebant, quosdam alienigenas conducentes, qui eum perimerent. Proterea in timore & turba dispersis rumoribus eos mittebant, tanquam multis gentibus præparatis contra eos arma proferre: quibus turbati rumoribus, constructionem penè reliquerant. Neemias autem nullo modo his permotus studium operis dereliquerat: sed custodiæ causa corporis sui agmine satellitum circumseptus, sine vulnere permanebat, operis desiderio tribulationem non sentiens. Ita siquidem intentus agebat, ac prouidebat suæ saluti, non timore mortis, sed cognoscens post suum interitum minime concedi suis ciuibus muros construere. Vnde præcepit in posterum, vt armis ædificatores præcincti fabricarent. Igitur ædificatores, vel impensarum portatores, gladios habebant: clypeos autem iuxta eos poni decreuit. Buccinatores autem à quingentis pedibus statuit: præcipiens, vt si hostes apparuerint, significarent hoc populo, quatenus armati resisterent, ne eos nudos inermesq; oppugnarent. Ipse autem nocte circumiens ciuitatem, minime aut operibus, aut somno, aut cibo fatigabatur, nihil autem horum suauiter, sed sub necessitate vtebatur. Quos labores sustinuit per annos duodecim & menses quatuor.

2. Esdræ 2. 3.

Labor Neemiæ & cura.

Nam

Nam tãto tempore Hieroſolymorum ſunt muri perfecti: octauo autem & viceſimo anno, & menſe nono imperij Xerxis, poſtquàm muri perfectionem acceperunt, Neemias & reliqua multitudo ſacrificauerunt deo pro eorum ædificatione, ac per octo dies ſunt epulati. Gentes autem quæ Syriam habitabant, audientes perfectã conſtructionem murorum, grauiter angebantur. Neemias autem in ciuitate videns paucos homines habitare, rogauit ſacerdotes & Leuitas, vt vicos relinquentes, ad ciuitatem migrarent, & in ea manerent: fabricans eorum domicilia proprijs expenſis. Populum etiam agros colentem decimas fructuum ad Hieroſolymam iuſſit offerre: vt habentes ſacerdotes & Leuitæ alimenta, perpetua religionis iura non derelinquerent. Et hi quidẽ libenter ſequebãtur decreta Neemiæ. Ciuitatẽ vero exinde contigit hominum multitudine compleri. Multa etiã alia bona & laudibus digna, cum ſumma feciſſet magnificentia Neemias ad ſenectutem perueniens, defunctus eſt, vir benignus & naturà iuſtus, atque munificentiſſimus erga propriam gentem: qui in memoriam æternam ſui, muros Hieroſolymitanos reliquit. Hæc ergo imperio Xerxis ſunt acta. *Neemias moritur*

Hiſtoria Heſter. Cap. VI.

DEfuncto vero Xerxe, regnum ad eius filium Cyrum (quem Græci Artaxerxem vocant) contigit transferri. Quo regente Perſarum imperium, periclitata eſt tota gens Iudæorũ cum mulieribus & filijs deperire. Cauſam vero paulo poſt demonſtrabo. Nam decet primũ de rege diſſerere, quemadmodum Iudæam duxit vxorem de regio genere, quam noſtrã dicunt ſeruaſſe gentem. Nam cum regnũ Artaxerxes accepiſſet, & ordinaſſet ab India vſq; ad Æthiopiã centum & vigintiſeptem ſatrapas. tertio imperij ſui anno, amicos ſuos & gentes Perſis ſubiectas cum ducib⁹ earum magnifice pauit: ſicut regem oportuit, qui diuitiarum oſtentationẽ per centum & octoginta dies parauerat. Poſtea gentes ac legatos earum in Suſis per ſeptem dies delicijs ſaginauit: quorum conuiuium huiuſmodi erat inſtructum. Tabernaculum enim fixerat ex aureis argenteiſq; columnis, vela purpurea ſuper eas extendens, vt multa milia diſcumbentium operirent. Miniſtrabatur vero poculis aureis, & lapidibus pretioſis, ad delectationem ſimul & ſpectaculum præparatis. Præcepit itaq; miniſtris, ne cogerent bibere eos, potionem eis offerentes, quod apud Perſas fieri ſolet, imò vt concederent vnicuiq; diſcumbentiũ, vt quemadmodum vellet, epularetur. Miſit autem per omnẽ prouinciam, denuncians, vt opera relinquerẽt, multiſq; diebus pro eius imperio lætarentur. Regina quoque mulierum conuiuium in aula collegit. Quam rex prandentibus volens oſtendere, ad conuiuium iuſſit accedere cunctas mulieres pulchritudine præcellentem. Quæ pro legum Perſarum cuſtodia, prohibentium ab extraneis alienas coniuges videri, non acceſſit ad regem. Cumq; ſæpius eunuchos ad eam mitteret inuitantes, nihilominus ſuum denegans aduentum permanſit. Vnde rex ira cõmotus, ſoluit conuiuium: & ad ſe conuocans ſeptẽ Perſas, apud quos legum mandata ſeruantur, accuſabat vxorem, dicens, qualiter fuiſſet ab ea contemptus, cum ſæpius ad conuiuium vocaretur, nec ſemel paruiſſet. Præcepit ergo, vt pronunciarent contra eam quandã legis definitionem. Tunc vnus ex his, nomine Nocheus, locutus eſt, non ipſi ſoli hanc iniuriam factam fuiſſe, ſed omnibus Perſis, periculũ vitæ patientibus, vt turpiter à ſuis contemnantur vxoribus: nulla enim (inquit) iam pudore tenebitur exemplum reginę ſuperbiam aduerſum te omnium rectorem habens: & ideo hortabatur, vt eam, quæ ſic iniuriata fuerat regem, maximis damnis afficeret: & hoc facto cũctis gentibus denunciaret, quæ ſunt in reginã decreta. Placuit ergo, vt regina Vaſthis abijceretur, & honor eius aliæ mulieri præberetur. At ille amore coniugis detẽtus, grauiter diſiunctionem eius ferebat: & conciliari quidem propter legẽ non poterat: triſtis tamen in ſolicitudinibus permanebat. Quem videntes amici nimio mœrore confectũ, perſuadebant, vt memoriam quidem vxoris & amorem nihil profuturum deponeret: & quæreret *Heſter. 1.* *Aſſueri conuiuium* *Heſter. 2.*

quęreret per vniuerſam terram virgines decoras, ex quibus pulchriorem haberet vxorem: extingui enim prioris ſic poſſe cupidinem aiebant, alia introducta, & deſiderium paulatim à muliere proiecta ſubtractum, ad cohabitantem poſſe cõuerti. Hoc flexus conſilio, ſtatim quibuſdam iuſſit de palatio eligere præcellẽtes pulchritudine virgines, & ad ſe deducere. Cum vero congregatæ multæ fuiſſent, inuenta eſt quædam puella in Babylonia ambobus orbata parentibus, quę apud auunculum nomine Mardochæum nutriebatur. Is enim fuerat ex tribu Beniamin. Omnéſque primas Iudæorum Heſter (hoc enim nomen ei erat) pulchritudine ſuperabat, & gratia vultus ſui reſpicientium magis delectabat aſpectũ. Quæ tradita cuidam eunucho pro diligentia, cuncta rerum prouidentia fruebatur, affluentia aromatum, odore & largitate vnguentorum, quibus corpora vtuntur, irrigabantur: & his fruebantur per menſes ſex, numero quadringentæ. Cumq; putaſſet virgines per prædictum tempus diligentiæ ſatis habuiſſe, & dignas iam regio factas eſſe cubiculo, per ſingulos dies ad concubitũ vnam regi mittebat. Qui poſt concubitum ſtatim eas ad eunuchum remittebat. Veniẽte vero ad eum Heſter, delectatus eſt: & in amorem incidens puellę, legitime eam duxit vxorem, & nuptias celebrauit imperij ſui anno duodecimo, menſe qui dicitur Adar. Deſtinauit autem per omnes gentes, eos qui Angari dicuntur, præcipiens eis, pro ſuis nuptiis feſta celebrare. Ipſe autem Perſas & primos gentium paſcebat per totum menſem pro nuptijs ſuis. Quam cum introduxiſſet ad aulam, corona eam induit. Habitauitq; cum eo Heſter, minime ei prodens, ex qua eſſet natione. Trãſiens autem & auũculus eius à Babylone ad Perſicã Suſim, & habitans illic, ſingulis diebus in palatio commorabatur: requirens qualiter puella cõuerſaretur, quam tanquam filiam diligebat. Cumq; legem rex poſuiſſet, vt nemo familiarium ad eum non vocatus accederet, cum ſuper ſolium ſederet. Sedebat itaque etiam ipſe rex virgam auream ferens. Quam cum aliquem liberare voluiſſet horum qui non vocati venirent, porrigebat ei: & cũ tetigiſſet, vitabat periculum mortis. De his quidem ſufficienter nobis dictum eſt. Interiecto vero tempore inſidiantibus regi Bagatheo & Theodeſto Vaſthianis eunuchis, ſeruus alterius eunuchorum genere Iudæus, cum intellexiſſet inſidias, reginæ auũculo indicauit. Mardochæus autem per Heſter manifeſtans, inũdiatores prodidit regi. Turbatus autem rex veritatem inueniens, eunuchos quidem crucifixit: Mardochæo autem tunc nihil pręſtitit, quamuis ſalutis eius nuncius extitiſſet, nomen tantum eius annalibus monumentis inſeri præcepit, & in palatio eum permanere: vt amicus regis neceſſarius exiſteret. Quo tempore Aman Amadathi filium, genere Amalechitam, ad regem introeuntem, peregrini & Perſæ adorabant. Nam hunc ei honorem Xerxes ab omnibus iuſſerat exhiberi. Mardochæum vero propter ſapientiam & patrias leges non adorantem, Aman cuſtodiri fecit: & interrogauit eum ex quo genere eſſet. Audiẽs autem Iudæum eſſe, indignatus dixit: Omnes liberi Perſæ adorant me: hic ſeruus exiſtens hoc facere dedignatur? Et punire volens Mardochęum, ipſum quidem à rege petere ad tormenta paruum putauit: gentem autem eius decreuit totam vnà perimere. Nam Iudæos in odio ſatis habebat: quoniam Amalechitarũ genus, è quibus ipſe fuerat, ab ipſis omne perierat. Audiẽs ergo regem, accuſabat Iudæos, dicens, gentem eſſe malignam, diſperſam per vniuerſum orbem, quæ eius non ſeruiret imperiis, nec mixtam, nec alii genti coadunatam, nec eandem cum cæteris religionem colentem: quæ nec legibus, inquit, ſimilibus vtitur, & inimica moribus & profeſſionibus tui populi, & hominibus cunctis exiſtit. Sed ſi vis aliquod ſubiectis beneficium commodare, iube radicitus eam perire, nec eius reliquias aliquas remanere, nec aliquis eorum ad ſeruitutem aut ad captiuitatem ſeruetur. Veruntamen vt nullum patiaris damnum, tributa eorum de propria ſubſtantia ipſe me præbere polliceor quadraginta milia pecuniarum talenta vbicunque pręceperis. Has autẽ pecunias libenter offero, ſi pacatum ab his malis tuum fuerit imperium. Poſtquam Aman hæc intimauit, rex ei & pecunias

Heſter. 3.

& homines

& homines donauit: quicquid de his vellet, efficeret. Desiderio autem adepto, Aman statim mandat, tanquam à rege per omnes gentes præcepta, hunc modum continentia: Rex maximus Artaxerxes ab India vsque Æthiopiam, cētum viginti septem prouinciarum principibus & iudicibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem dicit. Cum pluribus gentibus imperassem, & vniuersum orbē meæ ditioni subiugassem: volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo timore vitam quiete transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autem me à consiliarijs meis, quomodo hoc posset impleri, vnus qui sapientia ac fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui non nostris vteretur legibus: & contra omnium gentium faciens consuetudinem, regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cum didicissemus, videntes vnam gentem rebellem aduersus omne genus hominum, peruersis vti legibus, nostrisque iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam, iussimus, vt quoscunque Aman, qui omnibus prouincijs præpositus est, & secundus meus est pater, monstrauerit, cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum misereatur, quarta decima die duodecimi mensis Ader, anni præsentis: vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant pacem imperio nostro, quam turbauerunt. Hoc per ciuitates & prouincias veniente præcepto, omnes ad interitum Iudæorum constituta die parabantur: quod etiam in Susis præparabatur. Rex ergo & Aman epulationibus vacabant: ciuitas vero turbabatur. Quod Mardochæus cognoscens, vestem rupit: & sacco indutus, cinereque perfusus, ciuitatem circuibat, clamans interimi gentem quæ nihil peccauit. Et hoc dicens, ad aulam peruenit: & ante ipsam stetit. Nam minime ei licebat ingredi, tali circumamicto habitu. Idem & omnes fecerunt Iudæi, per ciuitates, quibus de hoc literę proponebantur, lugētes & plangentes nunciatas sibi calamitates. Cum vero quidem reginæ nunciasset Mardochæum in tam misero ante aulam habitu stantem, audito sermone turbata, misit qui eius vestitum mutarem. Quo nolente sacco exui, quia nondum erat malum finitum, pro quo saccum induerat, vocans assistentem eunuchum Acratheon, ad Mardochæum destinauit, interrogans, quid ei tristitiæ cōtigisset, quod hunc habitum nec ea petente deponeret. Tunc Mardochæus indicauit eunucho causam, & literas contra Iudæos per omnes prouincias sub rege constitutas, transmissas: & promissionem pecuniarum, per quam à rege perditionem gentis cōparauerat Aman. Harum etiam exemplum ad Hester tradidit reportandum, quæ propositæ in Susis fuerant: mandans ei, quatenus de his regi supplicaret: nec recusaret pro salute gentis habitum humiliorem accipere, per quem regi ostenderet, Iudæis periculum imminere. Aman, inquit, qui secundum honorem post regem obtinet, accusando Iudæos, regem aduersum eos incendit. Hæc cum regina cognouisset, rursus mittit ad Mardochæum, dicens, quod non esset à rege vocata: & si quis ad eum non vocatus intraret, moreretur: nisi volens quendam seruare, porrigeret ei virgam auream. Nam inuocato & ad eum intranti, si hoc rex fecerit, hic solus non interimitur, sed veniam accipiens liberatur. Mardocheus vero hæc verba deportanti sibi ab Hester eunucho, renunciare præcepit, non suę saluti prouidere, sed totius gētis periculum amouere. Nam si nunc ipsa, inquit, contempserit, aditorem quidem genti deum omnibus modis futurum: ipsam vero & paternam eius domum ab illis quos contempserat perituram. Hester autem denunciauit Mardochæo per eundem ministrum, vt pergens ad Susa, constitutos illic Iudæos ad concionem congregaret, & ieiunare cunctos triduo pro ipsa præciperet: quod & ipsa cum suis agens ancillis, promisit se præter legem adire regem, & si mori oporteret, non recusaret. Mardochæus autem secundum Hester mandata populum fecit ieiunare, deumque suum petere, vt nec eam, nec gentem eius perituram

Hester. 13

Hester. 4. Luctus Mardochei.

perituram contemneret, ſed vt ſępe ante prouidit, & peccanti veniam cõceſſit, & nunc à denunciato dudum interitu liberaret. Non enim propter aliquod peccatum ita cogebatur ſine gloria deperire, cum & ipſe dominus noſſet cauſam furoris Aman, quod eum non adorabat. Neque enim, inquit, honorem quem tibi domine offerebam, hunc illi quoque patiebar offerre: ideoq; iratus contra eos, qui tuas leges tranſgrediuntur, talia machinatus eſt. Eaſdem etiam voces vulgus emittebat, petens deum prouidere ſuæ ſaluti, cunctoſque Iſraelitas per omnem liberare terram à futura calamitate: nam iam præ oculis eam ſperabãt, & ſimul habebant. Rogabat etiam Heſter deum, patria ſe lege proſternens in terram, lugubrique veſte circumamicta. Cibum autem & potum, omniáque ſuauia renuebat per tres dies, deum petens, vt adiuuaret eam, quatenus regi videretur ſupplicans ſuauis eloquio, ſpecie vero pulcherrima, vt ex vtroque ſuſtentata, & ipſa periculum euitaret, & gentis ſuæ ſalutem acquireret: Aman quoq; regis odium concitaret. Sic deum per tres dies deprecans, lugubrem veſtem depoſuit, & habitu mutato ornata, ſicut oportebat reginam, ibat cum duabus ancillis: quarum vna leuiter eam incumbentem ſuſtentabat, altera ſequens longitudinem veſtis vtiq; ad terram profuſam ſummis eam digitis deportabat. Quæ ita facie rubore plena, verecundum ac modeſtum habens decorem, adibat regem etiam cum timore: Cum vero ad faciem eius ſedentis in ſolio deueniſſet, & vidiſſet eum circũdatum ornatu, qui ex varia veſte velauro, vel lapidibus pretioſis valde fulgebat, terribiliorémque magis eum propter hæc intuens, cumque & ille aſperius eam vultuq; iracundo aſpiceret, membrorum eam debilitas comprehẽdit: & ſuper ancillas quæ prope latera eius erant, repente collapſa eſt. Rex autem voluntate arbitror dei mentem mutauit, & timens ne quid mali vxor eius timore pateretur, ſurrexit à ſella, ſuoque eã gremio colligens fouebat, & oſculabatur, blandéque loquebatur: confidere petens eam, nec aliquid mali metuere, quod ad eum non vocata veniſſet: nam legem iſtam propter ſubiectos eſſe poſitam, ipſam autem ſimiliter cum eo regnantem omnem habere licentiam. Hæc dicens, ſceptrúmque in manu eius ponens, virgam ſuper ceruicem eius tetendit propter legem, liberans eam à mortis diſcrimine. Illa vero reſpirans: domine, inquit, non habeo facultatem explanandi, quæ mihi ſubito contigerunt. Nam vt te vidi maximum, & pulchrum atq; terribilem, ſtatim ſpiritus meus receſſit, & à mea anima ſum relicta. Vix illa cum debilitate hæc loquente, etiam regem anxietas habuit: deinde confidere: melioráq; ſperare Heſter inuitabat. Nam medium ei regnum ſe cõcedere, ſi hoc peteret, promittebat. Heſter vero ad conuiuium eum cum Aman amico ad ſe venire ſupplicabat, paraſſe ei Cœnam ſe dicens. Cumq; annuiſſet & adueniſſet inter poculorum letitiam iuſſit rex Heſter aperire quid vellet: nihil enim ſe negaturum eſſe promiſerat, etiam ſi partem regni poſcere voluiſſet. Tum illa in poſterum diem explanaturam ſe ſuum conſilium promiſit, ſi rurſus ad conuiuium cum Aman veniret. Cumq; rex promiſiſſet, Aman egreſſus eſt, gaudens quod ſolus apud Heſter cum rege meruit epulari, dum nullus alius talem honorem potuiſſet adipiſci. Videns vero in aula Mardochæum nimis indignatus eſt, quod non aliquam ab eo venerationem ſibimet exhiberi ſenſiſſet. Tunc ingreſſus ad ſemetipſum, vxorem Zaraſſan cum amicis vocauit. Quibus præſentibus honorem expoſuit, quo frueretur non apud regem tantum, ſed & apud reginam: & qualiter illo die ad eam cum rege ſolus accitus eſſet, & in poſterum diem rurſus inuitaretur. Dicebat autem, non ei placuiſſe quod Mardochæum videret in aula Iudæũ. Cui reſpondit vxor ſua Zaraſſan: Iube lignum ſecari quinquaginta cubitorum, & mane pete Mardochæum à rege crucifigendum. Cuius conſilium laudans, præcepit famulis lignum paratum in atrio ſtatuere, quod ad pœnã Mardochæi ſeruarent. Deus autem ſpem malignam Aman deridebat: & accidentia prænidens, de futuris delectabatur. Nam regi ſomnum per illam noctem abſtulit. Qui nolens in otio

Oratio Mardochæi.

Triduanum Heſter ieiunium

Heſter 5. & 15

Heſter ad regẽ ſupplicatura ingreditur.

Heſter. 6.

otio vigilias perdere,ſed ad gubernationem ſui principatus habere , ſcribam iuſ- Heſter.6.
ſit ferentem prædeceſſorem ſuorum & ſuorum factorum monumenta relegere. Cumq; detuliſſet,& recenſeret,inuentus eſt quidam, qui pro virtute ſua pretium agros acceperat, quorum & nomen ſignatum erat: alter vero pro fide donatione impetrauerat. Poſt hæc legendo venit ad Bagatheum & Theodeſtum eunuchos inſidiatores regis,quos Mardochæus indicauerat. Et cum hoc tantum ſcriba pro nunciaſſet,& ad alterius tranſiſſet actus, rex eum detinuit:conſulens, ſi quid ei pro remuneratione datum ſcriptum haberetur. Scriba reſpondit,nihil. Tunc rex iuſſit eum tacere,& interrogabat eos quibus hoc commiſſum fuerat,quę eſſet hora noctis. Audiens autem iam diluceſcere,præcepit, vt quem inuenirent amicorum ante aulam præſentem nunciarent. Euenit autē Aman inueniri. Nam præter ſolitam horam maturius proceſſerat , mortem Mardochæi petiturus . Cumq; ſerui renunciaſſent Aman ante ædem ſtare,præcepit eum vocari . Cum ergo intraſſet:amicum,inquit,te ſciens fidelem,peto vt conſilium mihi præbeas,quemadmodum debeam ſecundum meam munificentiam honorare quēdam mihi valde chariſſimum. Aman vero putans conſilium quod dediſſet,hoc pro ſe futurum nam amari ſe ſolum à rege credebat: quam exiſtimabat optimam eſſe ſentētiam regi declarauit,& dixit: Si vis quem dicis hominem dilectum gloriæ meritis honorari,fac eum ſuper equum procedere tuaveſte indutum,& torquem auream habere,& prȩcedere vnum ex tuis neceſſarijs amicis , clamantem per totam ciuitatem,quod tale beneficiū merebitur, quē rex honorificari voluerit. Igitur Aman huiuſmodi largitatem arbitratus ad ſe venturam,talia perſuaſit. Rex vero delectatus hac monitiōe: vade,ait, habes equum & ſtolam & torquem, require Mardochæum Iudæum,& his illum induens, antecede æquum eius . Nam tu,inquit, amicus es mihi præ cunctis . Ergo perfice conſilium cuius vtilis ſuaſor extitiſti: & hæc ei a nobis donentur,qui meam animam liberauit . Poſtquàm hæc præter ſpem omnem audiuit , mente confuſus , & mœſtitia perculſus , exijt, equum ducens cum purpura & auro : & Mardochæum reperiens , ante aulam ſacco indutum,iuſſit exutum purpura circundari . Tum ille neſciens veritatem , ſed deludi ſe putans:peſſime,inquit,omnium hominum,ita calamitatem noſtram derides? Vt vero certe cognouit,quod ei rex hunc honorem donauerit pro ſalute quam illi præbuerat,inſidiatores eunuchos redarguens,purpura induitur , qua rex ſæpe veſtitus degebat : & torque ceruicem circundatus,& ſuper æquum ſedens,totam circuibat vndique ciuitatem , precedente Aman & prædicante quod huiuſmodi fruator donis,quem rex amauerit,& dignum honore probauerit. Cumque totam circuiſſet ciuitatem,Mardochæus ad regem ingreditur . Aman autem ex confuſione ad ſe recedens , cum lachrymis vxori & amicis quæ contigerant , indicauit . Illi nequaquam puniri poſſe Mardochæum dicebant : deum enim eſſe cum Heſter.7.
ipſo credebant . Dumque hæc adinuicem loquerentur , venerunt Heſter eunuchi , Aman vrgentes ad cœnam . Sabuchadar vero vnus ex eunuchis , videns crucem fixam in domo Aman,quam Mardochæo parauerat, conſuluit aliquem ſeruorum, cuius cauſa eam paraſſet : & audiens , quod reginæ aurunculo , quem Aman à rege petiturus erat ad pœnam , tunc quidem tacuit . Cumque rex vnà cum Aman epulatus , interrogaret reginam,vt diceret quam vellet ab eo donationem impetrare,completurum enim ſe eius deſiderium promittebat: tunc regina pro populi deprecabatur periculo , eo quod tradita fuiſſet ad perditionē cum ſua gente,ideoque ſermones ad eum facere decreuiſſet. Neque enim moleſtum ſibi dicebat, ſi amaram eis ſeruitutem imponeret , paruum enim hoc eſſe malum, ſed ſuplicabat hæc amoueri . Itaque interrogante rege , à quo hæc ſancita fuiſſent,accuſabat iam manifeſte Aman : & maleuolum contra eos exiſtentem, has molitum inſidias arguebat. Tunc rex ad hoc turbatus, à conuiuio ad hortos egreditur. Heſter vero reginā Aman petere cœpit,& veniam pro peccatis expoſcere, nam intellexerat in quibus iam malis eſſet. Cumq; ſuper lectum procidēs reginā

Conſiliū Amā inſpiratum

Heſter accuſat Aman

peteret, ſuperuenit rex: & huiuſmodi viſu magis incitatus, dixit: Peſſime omnium, vxori meæ etiam violentiam irrogare conaris? Ad quod Aman obſtupuit, & nihil potuit reſpondere. Tunc Sabuchadar eunuchus cœpit accuſare Aman, quemadmodum inueniſſet in atrio eius paratam crucem ad mortem Mardochęi: nam hoc illi interroganti ſeruus indicauerat, cum ad ipſum inuitaturus eum ad cænam veniſſet: crucem autem dicebat eſſe altitudine cubitorum quinquaginta. Quod rex audiens, in illam eum pœnam tradere decreuit, quam contra Mardochæum ipſe tractauerat: ſtatimq; iuſſit cruci ſuſpenſum interimi. Vnde mihi contigit mirari nomen dei, & ſapientiam, & iuſtitiã eius agnoſcere, quod non ſolum maleuolentiam Aman puniuit, ſed quod excogitata contra alium tormenta in eum conuertit & cæteros hoc ſentire permiſit, quoniã qui cõtra alium quædã molitus fuerit, hęc in ſe primum parata cognoſcat. Itaq; Aman honore, quem à rege perceperat, ſupra modum abuſus, huiuſmodi cruci confixus eſt. Rex autem ſubſtantiam eius reginæ donauit: & Mardochæũ aduocans, dedit ei annulum quem Aman ipſe præſtiterat. Nam iam Heſter ad notitiam eius perduxerat cognationem quam ad illum habebat. Donauit ergo & regina Mardochæo Aman poſſeſſionem, & ſupplicauit regi liberari à mortis metu gentem Iudæorum: nota ei faciens, quæ per vniuerſas prouincias ſcripſiſſet Aman filius Amadathi. Nam patria gente ſua perempta, nullatenus ſe vitam poſſe tolerare dicebat. Cui rex promiſit, nihil eam fruſtra petere, nec ſtudio eius aliquid contrarium prouenire. Vnde præcepit, vt ſcriberet quæ vellet de Iudæis nomine regio, ſignarętque eius ſigillo, & tranſmitteret per omne eius imperium. Si quis enim legeret ſignatas epiſtolas ſigillo regio, minime ſanctionibus obuiaret. Scribas ergo regales conuocans, iuſſit ſcribere gentibus & primatibus & magiſtratibus pro Iudæis, ab India vſque Æthiopiam centum vigintiſeptem prouinciarum. Epiſtolæ autẽ hunc ordinem continebant: Rex magnus Artaxerxes, ab India vſque Æthiopiam centumuiginti ſeptem prouinciarum ducibus ac principibus, qui noſtrę obediunt ditioni, ſalutem dicit. Multi bonitate principum, & honore qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: & non ſolum ſubiectos regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias cogitare: nec contenti ſunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in ſe iura violare, ſed dei quoque cuncta cernentis arbitrantur ſe fugere poſſe ſententiam: & in tantum vetaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruant, & ita cuncta agunt, vt omnium laude ſint digni, mendaciorum funiculis conentur ſubuertere: dum aures principium ſimplices, & ex ſua natura alios exiſtimantes, callida fraude ſubuertunt. Quæ res & ex veteribus probatur hiſtorijs, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauantur. Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarum: nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate: ſed pro qualitate & neceſſitate temporum, vt Reipublicæ poſcit vtilitas ferre ſententiam. Et vt manifeſtius quod dicimus intelligatis: Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienuſque à Perſarum gẽte, & pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt: & tantam in ſe expertus humanitatem, vt pater noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus poſt regem ſecundus. Et in tantum arrogantiæ tumorem ſubleuatus eſt, vt regno nos priuare niteretur & ſpiritu. Nam Mardochæum, cuius fide & beneficijs viuimus, & conſortem noſtri regni Heſter, cum omni gente ſua nouis quibuſdam atque inauditis machinis expetiuit ad mortem: hoc cogitans, vt illis interfectis inuidiare tur noſtrę ſolitudini, & regnum Perſarum transferret in Macedonas. Nos autem à peſſimo mortaliũ Iudæos neci deſtinatos, in nulla penitus culpa inuenimus, ſed è contrario iuſtis vtentes legibus, & filios altiſſimi & maximi ſempérque viuentis dei: cuius beneficio & patribus noſtris, & nobis regnum eſt traditũ, & vſq; hodie cuſtoditur. Vnde & eas literas, quas ſub noíe noſtro ille direxerat, ſciatis

Heſter. 8.

Heſter. 16.

eſſe

esse irritas. Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est, Susis, & ipse qui est machinatus, & omnis cognatio eius pendet in patibulis: non nobis: sed deo ei reddente quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cūctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis. Quibus debetis esse adminiculum, vt eos qui se ad necem eorum parauerant, possint interficere decimotertio die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. Hunc enim diem omnipotens deus mœroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cæteros festos dies hāc habetote diem, & celebrate eam cum omni lætitia: vt & in posterum cognoscatur, omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas, quæ noluerit solennitatis huius esse particeps, gladio & igne depereat: & sic deleatur vt non solum hominibus, sed etiam bestijs inuia sit in sempiternum, pro exemplo contemptus & inobedientiæ. Igitur equites epistolas deportantes exierunt, & viam propositam peragebant. Mardochæus vero regia indutus stola, & corona aurea & torque processit ornatus. Quem videntes ita honorificatum à rege Iudæi Susis inhabitantes, communem æstimauerunt felicitatem. Propterea gaudium & salutare lumen, propositis regalibus sanctionibus per ciuitates & prouincias, Iudæos circundedit, ita vt etiam multæ gentes propter timorem Iudæorum perterrerentur, libertatem ex periculo eis comparatam inspicientes. Nam duodecimi mensis tertiadecima die: qui apud Iudęos Adar, apud Macedones Distros vocatur: portatores regalium literarum nunciabant, quemadmodū deberent die quo ipsis periculum imminebat, inimicos cōsummere. Tunc præsides & Sattapæ & tyranni & reges & scribę summum Iudæis reddebant honorē, quoniam timor Mardochæi eos ad temperātiam coercebat. Postquam edictum regis per omnes prouincias lectum est, in Susis Iudæi inimicorū quingentos interemerunt. Cumque rex peremptorum in ciuitate numerum Hester nunciasset, & in prouincia quid actum fuisset ambigeret, si quid amplius vellet interrogauit eam. Illa petiuit eum, vt præciperet Iudæis, & in posterum diem ita facere in reliquos inimicos suos, & vt decem Aman filij crucifigerentur. Quod quidem Iudæis rex concessit, nequaquam resistere volens Hester. Iudæi vero parati decimoquarto die Distri mensis, occiderunt rursus aduersariorum trecentos, nihil possessionis eorum tangentes. Interfecti sunt etiam per prouinciā aliasq; ciuitates à Iudæis septuagintasex milia inimicorum, quos strauerunt tertiodecimo die mensis, quem festū celebrauerunt. Similiter autem & Iudæi in Susis collecti, die decimaquarta & decimaquinta eiusdem mensis epulati sunt. Vnde hactenus omnes in orbe terrarum Iudæi hos celebrant dies, particulas de conuiuijs sibi inuicem mittētes. Scripsit etiam Mardochæus omnibus sub imperio Artaxerxis degentibus, Iudęis quatenus hos obseruarent dies, semper eos celebrantes, & nepotibus traderent per omnia tempora celebrandos, ne aliquando obliuioni traderentur, quod in his fuerant ab Aman perituri, iustumque esse, cum vitassent periculum, & inimicos puniissent, honorare eos, gratias offerentes deo. Vnde prædictos dies Iudæi celebrant, appellantes eos cōseruatores. Mardochæus autem magnus & clarissimus erat apud regem, principatumq; eius regebat, & potiebatur communi conuersatione cum regina. Tunc Iudæi super omnes liberatis licentia fruebantur. Hæc quidem sub imperio Artaxerxis sunt gesta.

Iudæi multos inimicorū trucidant.

Decreta Mardochei super dictus festis

Reliquas huius vndecimi historias non habent Biblia.

De vagose duce, & Manasse sacerdotium ambiente. Cap. VII.

DEfuncto autem Eliasibo principe sacerdotum, Iudas filius eius principatū sacerdotalem suscepit. Defuncto autem & hoc, Ioannes filius eius honorem suscepit. Porrò Vagoses dux alterius Artaxerxis templum violauit, & tributa Iudæis imposuit: nec prius dimisit quotidianas offerri hostias, quàm pro vnoquoque anno vectigal exigeret dragmas quinta. Hoc autem ex huiusmo

di cauſa contigit: Frater erat Iohannis Ieſus, cui Vagoſes amicus exiſtens, pro-
Frater fratrē ob ſacerdotium in templo occidit
miſit ſacerdotij principatum dare. Qua confidentia Ieſus altercatus in templo aduerſus Iohannem, incitauit fratrem, vt eum interficeret, & tantum in templo facinus Iohannes in fratrem committeret, quod nunquam nec apud Græcos nec apud Hebræos ita crudeliter vel ſcelerate factum eſt. Vnde nec deus hoc impune dimiſit, ſed populum propter hanc cauſam ad ſeruitutem redegit, & templum violari à Perſis permiſit, dicente Vagoſe: auſi eſtis homicidium in veſtro templo commitere: ego perēpto in templo mundior ſum. Et hęc verba faciens, in templū ingreſſus eſt. Hac igitur vſus occaſione Vagoſes, annos ſeptem eos pro nece Ieſu puniuit. Finiente vero Iohāne vitam, ſuccedit in principatu ſacerdotū filius eius Iaddus. Erat autem etiam huic frater Manaſſes nomine, cui Sanabalat miſſus à Dario ad Samariam ſatrapa, genere Cuthæus, ex quibus & Samaritæ deſcenderunt, audiens claram eſſe ciuitatem Hieroſolymam, & reges eius multa Aſſyrijs, & habitatoribus humilis Syriæ pericula feciſſe, libenter copulauit ſuam filiam nomine Iſacham: arbitratus per affinitatem obſidem ei futuram ad fidem gentis Iudæorum. Per idem tempus & Philippus rex Macedorum in Ægis à Pauſania filio Ceraſtæ, genus ab Oreſte trahente, inſidias paſſus perimitur. Succedens
De Alexandro Magno
vero filius eius Alexander imperio, tranſijt Helleſpontum, & duces Darij deuicit ſuper Granicum flumen contingens cum eis. Cumq; percurriſſet Lydiam, & Ioniam captiuaſſet. Syriámque prædaſſet, ad loca Pamphyliæ peruenit, vt alibi explanatum eſt. Hieroſolymorum vero ſeniores indignabantur, quod principis ſacerdotum Iaddi frater, alienigenæ cohabitans vxori, ſacerdotij particeps exiſtebat. Arbitrabantur enim hoc connubium initium fieri occaſionis præſtandæ, volentibus leges tranſgredi pro vxorum copulationibus, quas ab alienigenis ſibi coniungere feſtinabant. Nam extitiſſe etiam priorem ciuitatis captiuitatem per
manaſſes prohibetur a fratre accedere altare
hæc coniugia mala putabant, eo quod multi peccaſſent, dum non vxores prouinciales ducerent. Iubebant ergo Manaſſem diſiungi ab vxore, aut non introire ſacrarium. Principes quoque ſacerdotum cum populo hoc indigne ferebant. Manaſſes autem prohibitus à fratre ad altare accedere, ad ſocerum Sanabalath peruenit, amare ſe dicens filiam eius Iſacham: ſacerdotalem vero honorem maximum eſſe apud gentem & ciuitatem & genus Iudæorum, nec velle ſe propter huiuſmodi coniugium ſacerdotij iure priuari. Itaq; Sanabalath non ei ſolum ſacerdotium, ſed etiam principatum ſacerdotij & potentiam, ac honorem omnium locorum ſibi ſubiectorum dare promiſit, volens ſuam apud eum filiam permanere. Dicebat etiam templum ei ædificare ad inſtar Hieroſolymorum, ſuper montem Garizin, qui altior omnibus Samariæ montibus apparebat, ſed hoc facere cum regis Darij ſententia. His promiſſionibus eleuatus Manaſſes, permanſit apud Sanabalath, principatum ſacerdotij arbitratus ſe accepturum, Dario conferente. Nam iam Sanabalath vergebat in ſenium. Multis vero ſacerdotibus, & Iſraelitis huiuſmodi iunctis vxoribus, non parua ſeditio Hieroſolymitas habebat dum plures Manaſſen tranſirent. Quibus Sanabalath pecunias miniſtrabat, & terram collendam habitationémque deputabat, omnibus modis genero ſuo concordans.

De geſtis Alexandri apud Hieroſolymam, pro Iudæis, Cap. VIII.

EOdem tempore Darius audiens Alexandrum Helleſpontum tranſiſſe, ſatrapaſq; ſuos ſuper Granicum flumen pugna viciſſe, & vlterius acceſſiſſe: delectorum equitum & peditum colligens exercitum, occurrere ſtatuit Macedonibus prius quàm omnem percurrentes Aſiam deuaſtarent. Tranſiens ergo fluuium Euphratem, & montem Ciliciæ Taurum, hoſtes ipſe in Cilicia ſuſtinebat, illic eos ſperans expugnare. Tunc Sanabalath propter diſceſſum Darij gauiſus, ilico Manaſſæ dicebat promiſſa complere, Dario poſt captionem hoſtium reuertente. Nam credebat non ipſe tantum, ſed etiam omnes Aſiam habitantes, nec ad manum belli Macedonas cum Perſis propter multitudinē eſſe ventutos.

Aliter

Aliter vero quàm ſperabatur euenit. Nam cõgreſſus cum Macedonibus rex, eſt victus: multamq; partem exercitus perdens, & captis matre pariter & vxore, & filijs, ad Perſas fugiens remeauit, Alexander autem ad Syriam veniens, Damaſcum cepit: & ſubiugata Sidone, Tyrum obſidebat. Literas vero ad principẽ ſacerdotum Iudæorum miſit, inuitans eum auxilium ſibi mittere, & venalia exercitui præpararet: & quanta prius Dario conferebant, ei præberet: eumq; inuitauit amicitiam Macedonum eligere, ne in poſterũ pœniteret. Cumq; principes ſacerdotum literarum portatoribus reſpondiſſet, ſacramenta Dario ſe dediſſe, vt nequaquam contra eum arma portaret, nec poſſe viuente Dario conſtituta trãſcendere: Alexander incitatus, Tyrũ quidem relinquere non decreuit, paulò poſt capiendam: qua victa, minabatur contra principem ſacerdotum gentis Iudæorum exercitum ducere, vt omnes per eum diſcerent, quibus deberent conſtituta ſeruare. Quapropter intentius obſidione perſeuerans, vaſtauit Tyrum. Cumq; eam cepiſſet, ad ciuitatem Gazam peruenit, eamq; cum duce ſuo nomine Bibimaſin obſidebat. Arbitratus autem Sanabalath opportunum ſe inueniſſe tempus, Dario iam deſperato, eligens de ſuis ſubiectis octo milia, ad Alexandrum proficiſcebatur: quem reperit inchoantem Tyri obſidionem. Cui etiam promiſit dare loca ſub ſua poteſtate conſtituta, magiſq; ipſum dominum libenter habere quàm Darium. Cumq; intellexiſſet grate ſuſceptum, confiſus iam, & de præſentibus fretus verba Sanabalath offerebat, dicens ſe generum habere Manaſſen fratrem Iaddi principis ſacerdotum Iudææ gentis, multosq; alios cum eo præſentes ex ea gente, quos velle aiebat ſub eo templum locis conſtitutis ædificare: hoc autem & ipſi profuturum videretur, vt in duas partes eſſet Iudæorum potentia diuiſa, nec eadem concordia gens coniuncta bellaret, aut in aliquo regibus obuiaret, quemadmodum prius & Aſſyrijs contingebat. Concedente vero Alexandro, omni ſtudio adniſus Sanabalath, ædificauit templum, & ſacerdotem Manaſſen cõſtituit, maximum arbitratus præmium ex filia nepotibus profuturum. Septem autem menſibus in obſidione Tyri tranſactis, & duobus in Gazæ, Sanabalath mortuus eſt. Alexander autem capta Gaza, ad ciuitatem Hieroſolymitarum aſcendere feſtinauit. Quod princeps ſacerdotum Iaddus audiens, in pauore eſt conſtitutus, multisq; ſacerdotibus in timore conſtitutis, moliebatur Iaddus quemadmodum Macedonibus feſtinus occurreret, rege indignante propter priorem contumaciam. Præcipiens igitur populo ſupplicationem & immolationem deo offerre ipſe deprecabatur ſubuenire genti, venturiſq; eam liberare periculis. Obdormienti vero poſt ſacrificium, deus præcepit, vt confideret, ſertiſq; ciuitatem ornaret, protinuſque portas aperiret: & alios quidem cum veſte alba, ipſum autem & reliquos ſacerdotes cum legitimis ſtolis iuſſit occurrere, nihil ſæuum ſperantes pati deo prouidente. Cumq; à ſopore ſurrexiſſet, valde congaudens, nocturnũ oraculum omnibus indicauit: & quæ vidit in ſomno cunctis facere mandans regis præſentiam expectabat. Quem audiens non longe eſſe à ciuitate, proceſſit cum ſacerdotibus & ciuili multitudine, ſacram & maiorẽ alijs gentibus ei præparans occurſionem ad aliquem locum qui Saphin appellatur, quod nomen latine translatum ſcopulum ſignificat, ex quo loco Hieroſolyma templumque potuiſſet videri. Phœnices vero & Chaldæi regem ſecuti, putabant quia quicquid potuiſſet furor imperialis permittere in ciuitatem, ipſe committeret: & vt principem ſacerdotum ſummis afficeret contumelijs. Quod é diuerſo contingit euenire. Nam Alexãder præuidens multitudinem veſtibus albis indutam, antiſtes vero cum byſſinis ſtolis, & principem ſacerdotum hyacinthina & aurea ſtola, ſuper caput habentẽ cidarim, & ſuper laminam auream, in qua ſcriptum erat dei nomen: adijt eum ſolus, & nomen adorauit: & principem ſacerdotum primus veneratus eſt. Omnibus vero Iudæis vna voce Alexandrum ſalutantibus & circumaſtantibus, Syriæ reges & reliqui hoc facientem ſtupuerunt, correptamq; regis mentem putauerunt. Parmenio vero ſolus eum interrogauit, cur omnibus eum adorãtibus ipſe adoraſſet prin-

Obſidio Tyri

Obſidio Gazæ Sanabalath ab Alexandro poteſtatẽ obtinet cõdendi tẽpli

Principes ſacerdotum cum reliquis Alexandro occurrit

cipem ſacerdotũ gentis Iudęæ. Cui ille: non hũc, inquit, adoraui: ſed deum cuius
Somnium Alexandri principatu ſacerdotij functus eſt. Nam per ſomniũ in huiuſmodi eum habitu cõ
ſpexi, adhuc in Dio ciuitate Macedoniæ conſtitutus eſt. Dumq; mecum cogitaſſem, poſſe Asiam vincere, incitauit me vt nequaquam negligerem, ſed confidenter tranſirem. Nam ſe perducturum meum dicebat exercitum, & Perſarum traditurum potentiam: ideoq; neminem alium in tali ſtola videns, cum hunc aduertiſſem, habens viſionis & probationis nocturnæ memoriam, ſalutaui. Exinde arbitror diuino iuuamine me directum Dariumq; viciſſe, virtutémque ſoluiſſe Perſarum. Propterea & omnia quæ meo corde ſperantur, prouentura confido. Poſtquam Parmenioni locutus eſt principem ſacerdotum honorans, occurrentibus reliquis ſacerdotibus ad ciuitatem vſque peruenit: & ad templum aſcendens, ſacri-
Alexander deo ſacrificat ficauit deo, ſecundum ſacerdotis oſtenſionem. Ipſe autem ſacerdotum principi, & reliquis ſacerdotibus munificenter multa donauit. Allato vero ei volumine Danielis, in quo ſcriptum erat, quendam Græcorum deuicturum Perſarum potentiam, arbitratus ſeipſum eſſe quem ſcriptura ſignificabat, gauiſus eſt. Et tunc quidem multitudinẽ dimiſit. poſtera autem die conuocans eos, iuſſit petere, quas vellent donationes accipere. Principe vero ſacerdotum petente, vt liceret patrijs
Benignitas Alexãdri erga Iudæos vti legibus, & ſeptimum annum ſine tributis eſſe mandaret, omnia cõceſſit. Cumque ab eo poſtulaſſet vt Iudæos in Babylone & Mediæ gente pręciperet ſuis patri legibus, promiſit libenter facere quæ poſcebant. Dicente vero ipſo ad multitudinem, ſi quis eligeret ei militare, permanens in patrijs legibus, & ſecundum eas viuens, paratum ſe eos ducere, ſe pugnaturos cum eo dixerunt. Igitur Alexander ita diſponens Hieroſolymam, duxit ad reliquas exercitum ciuitates: & omnibus eum ad quos peruenit amabiliter ſuſcipientibus: Samaritæ metropolim tunc Sichimam nomine habentes, poſitam iuxta Gariſin montem in quo tranſgreſſores habitabant Iudæi, videntes ab Alexandro ita magnifice Iudæos honoratos, coacti ſunt Iudæos ſe fateri. Nam huiuſmodi Samaritæ naturæ ſunt, ſicut prius alibi demonſtrauimus, in calamitatibus merſis Iudæis negnant ſe eſſe cognatos, veritatem confitentes: & cum viderint clarum eis aliquid oblatum, tunc ſocios ſe Iudaico generi profitentur, originem ſuam à nepotibus Ioſeph, Ephraim, & Manaſſe recenſentes. Tunc ergo caritatẽ, & multum animi ſui affectum oſtendẽtes occurrerunt regi, paulò minus quàm Hieroſolymitæ. Cumq; laudaſſet eos Alexander, Sichimitæ adierunt regem Alexandrum cum militibus, quos ad eum Sanabalath tranſmiſerat, petentes vt ad ciuitatem perueniret, & templum apud eos poſitum honoraret: qui reuertens ad ipſos ſe venire promiſit. Petentes autem tributorum ſeptimi anni conceſſionem (nam neq; ipſi ſeminant) in eo conſuluit. qui eſſent qui talia poſtularẽt. Cumq; reſpõdiſſent Hebræos ſe quidam eſſe, Sichimitas autem à Sydonio nuncupari: iterum interogauit eos, vtrum Iudæi eſſent. Illis autẽ dicentibus non eſſe: & ego, inquit, hæc Iudæis conceſſi: ſed reuerſus quidem, à vobis certius edoctus, quæ viſa fuerint agam. Et Sichimitis quidem ita poſtulationem negauit. Similiter vero amicos Sanabalath ſequi pręcepit ad Ægyptum ibi daturũ ſe eis ingera terræ promittens: quod & poſtea fecit, Thebaidam cuſtodire prouinciá eis iniungens. Igitur defuncto Alexandro, principatum à ſucceſſoribus eius conſtat diuiſum: templumque ſuper Garizin montem permanſit. Et ſi quis culpam habuiſſet apud Hieroſolymitas, aut de cibo illcito, ſeu de tranſgreſſione ſabbatorum, aut de huiuſmodi peccato, ad Sichimitas recedebat, dicẽs ſe iniuſte culpari. Defunctus eſt autem illo tempore princeps ſacerdotum Iaddus, & Onias filius eius principatum ſacerdotalem ſuſcepit. Et in his conſtituti Hieroſolymitæ degebant.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DVODECIMVS

Hiſtoriæ huius duodecimi vſq; ad caput vi. non habentur in biblijs.

De ſtatu Iudęorum poſt mortem Alexandri Caput I

ALexander rex Macedonum vbi regnum Perſarum ſubegit & diſſoluit. Iudæamq; diſpoſuit, vt prædictum eſt, à vita diſceſsit. Cumq; multos principatus ſui ſucceſſores reliquiſſet, Antigonus quidem Aſiam apprehendit, Seleucus autem Babylonem, gentesq; vicinas obtinuit, Lyſimacho ceſſit Helleſpõtus, Macedoniã rexit Caſſander, Ptolemæus filius Lagi Ægyptum poſſedit. Qui dum aduerſum ſe ſeditiones haberent, ſuumq; dilatare contenderent principatũ, diuturnis bellis ciuitates concuſſæ, multis ſuis ciuibus inter certamina pereuntibus, ingemiſcebant. Tunc & omnis Syria ſub Ptolemæo filio Lagi, qui ſaluator nuncupabatur, contraria nominis eius eſt perpeſſa. Namque hic etiam Hieroſolymam depugnauit, fraudibus & dolis ciuitatem die ſabbatorum ingreſſus, ſub ſpecie ſacrificij, nequaquam Iudæis reſiſtentibus, quando hoſtile nihil exiſtimabant, & ideo otioſe vel in ſuſpecte ſegnes erant. Qui cum ſine labore ciuitatem apprehendiſſet, crudeliter eis dominabatur. Teſtis eſt orationi meæ Gnidius Agatharchides, qui ſucceſſorum Alexandri facta conſcribens, ſuperſtitionem noſtram pro qua libertatem amiſimus exprobrauit, cum hæc diceret: Eſt gens quę Iudęa dicitur, ciuitatem munitam & magnã Hieroſolymam habens, quę contempſit ſub Ptolemæo conſtituta, dum arma capere deuitaſſet, & propter ſuperfluam ſuperſtitionem ſæuiſſimum dominum pertulit habere. Agatharchides quidem hęc de gente noſtra conſcripſit. Ptolemæus vero multos captiuos à montanis Iudææ: vel à vicinis locis Hieroſolymitarum, id eſt, à Samaria, vel à Gargazo trahens, ad Ægyptum commigrauit. Sed cum cognouiſſet eos, quos ab Hieroſolymis abſtraxerat, firmor iuriiurandi veri dei cultores exiſtere, cum Alexandro legationem ad eos mittenti ſic reſpondiſſent: Dario viuente contra eum arma nequaquam ſumere: vnde poſt Darij expugnationem multos ad caſtella deputauit, & pares cum Macedonibus Alexandriæ ciues ſtatuit: fidemq; ab eis recepit, vt nepotibus ſuis ſocietatem cuſtodirẽt, cum & alij non pauci Iudæi ſponte ad Ægyptum peruenirent, opulentia locorum, Ptolemæique munificentia inuitati: quorum nepotes ſeditiones contra Samaritas, dum ſuæ gentis patriam oblationem ſeruare feſtinarent, excitabant. Nam Hieroſolymitę defendebant, dicentes ſuum templum ſanctum exiſtere, & immolationes illuc tranſmitti oportere, Samaritę vero ad Garizin montem deſtinari iubebant.

De Bibliorum translatione & ſeptuaginta interpretibus, donisq; viciſſim redditis à Ptolemæo rege Iudęis Caput II

POſt decimum vero & ſecundũ annũ imperij Alexandri, & poſt quadrageſimum Ptolemæi Soteris, regnum Ægyptiorum Philadelphus obtinuit, per annos triginta nouem, qui & legẽ Iudęorũ interpretatus eſt: & ſeruiẽtes in Ægypto Hieroſolymitas à ſeruitutis vinculo reſoluit, vſq; ad centũuigintimilia ex huiuſmodi cauſa: Demetrius Phalerçus ſuper bibliothecam regis conſtitutus,

Demetrius regiæ bibliothecæ præfectus

dum ſtuderet omnia per vniuerſam terram inuenta volumina congregare, & ac quirere ſi quid audiſſet dignum induſtria vel voluntate regis, quem erga collectionem codicum munificenter accendi cognouerat, interrogatus à Ptolemæo, quot milia codicum haberet, cum vigintimilia iam reſpondiſſet, ſed pauco poſt tempore vſq; ad quinquaginta milia poſſe peruenire: & nunciatum ſibi diceret, multa apud Iudæos legum eorum eſſe cõſcripta, ſtudio vel bibliotheca regali digna: quę figuris literarum vel ſermone eorum compoſita, laborem non paruum præberent, ſi in Gręcum mutarentur eloquium, cum viderentur Syrorum literis ſimiles eſſe eorum figuræ, æqua pronunciatione vocis: nihil ergo, inquit, prohibet tuarum pecuniarum ſumptu eas interpretari, dum in bibliotheca tuo illorũ quoq; leges contineantur. Igitur rex optima Demetrij ſententia delectatus, poſt quam ſtudium ſuum multos colligendi codices demonſtraſſet, ſcripſit principi ſacerdotum gentis Iudææ, hæc fieri demandans. Ariſtæus autem amicus regi ne ceſſarius, propter humilitatem morum ab eo dilectus, cum ſępius ante niſus eſſet Ptolemæum petere, quatenus dimitteret captiuos Iudæos, qui ſub imperio eius eſſent, tempus hoc petitionis proſperum arbitratus, ante loquitur primatibus cuſtodum regis corporis, Soſibio Tarentino & Andreæ, vt ſimul laborarent, de quibus petiturus regem accederet. Quorum ſententia cõfirmata, cum huiuſmodi ſermonibus regem adijt, dicens: Minime rex oportet vanamos ſpe negligenter decipi, ſed veritatem intimare. Nam ſi legem Iudæorum non tantum tranſcribere,

Ariſteus pro abſoluendis Iudeis regi ſupplicat

ſed etiam interpretari pro tua gratia ſtudemus: qua ratione poſſit hoc fieri, tot iudæis in regno tuo ſeruientibus? Quos benignitatem tuę munificentię decet à præſenti iugo ſeruitutis abſoluere, ac deo qui leges expoſuit, pro tui regni tutela remittere. Nam cum multa ſępius indagaſſem, cognoui eos factorem omnium deum colere, quem nos Zina, id eſt, Iouem nominamus, quod omnibus indulget Zein, id eſt, viuere. Quapropter ad honorem dei, quem eximia religione placant, liberos eos patrię moribusq; ſuis reſtitue. Cognoſce tamen princeps me nec affinẽ eis eſſe, nec ab eadem genitum natione, vt pro illis hęc ſuggeram: ſed dum omnium hominum factorem deum ſcirem ſuauiter ſuos benefactores amplecti, ad hanc petitionem perueni. Poſtquam hęc Ariſteus locutus eſt, & rex in eum hilari & ridenti vultu reſpexit: quanta, inquit, milia arbitraris poſſe dimitti? Tunc Andreas reſpondit dum interfuiſſet & dixit, paulo pluſquam centum milia poſſunt exiſtere. Non paruam, inquit, Ariſtęe donationem à nobis expoſcis. Soſibio vero cum pręſentibus dicente, dignum eſſe munificentia ſua, ſi deo qui regnũ ei donauit, has gratiarum vices offerret: propterea lętus iuſſit vt de eis militibus merces annonę pręſtaretur, pro ſingulo videlicet captiuo apud eos conſtituto dragmę centumuiginti darentur. De quibus etiam pręcepta ſe proponere promiſit, per quę munificentiam ſuam & Ariſtæi petitionem confirmaret. Propterea voluntas dei affulſit, per quam non tantũ illos, qui à patre eius vel exercitu trãslati fuiſſent, verum etiã illos, qui ſub regno eius extitiſſent, abſolutioni donaret, vel ſi qui poſtea ſuperueniſſent, pro quorum redemptione plus quam quadringẽta talenta ſunt à rege tributa. Vnde & exemplum ſanctionis, ad manifeſtandã poſteris regis munificentiã, cuſtodiri decreuerunt, quod erat huiuſmodi: Quicunque ſub noſtri patris imperio militantes, Syriam & Phœnicen cum eo Iudęamq; vaſtauerunt, & captiuos adductos ad noſtras ciuitates & prouincias vendiderũt, hos & qui olim ſub meo regno exiſtunt, & ſi quos nunc ſuperduxerunt, dimittant, pro ſingulo corpore accipientes dragmas centumuiginti: & milites quidem cum annonis ſuis, reliqui vero à regali mẽſa redemptionis precium accipiãt. Arbitror enim eos ſine volũtate mei patris cõtra iuſtitiam deprędatos, prouinciãq; eorũ fuiſſe deuaſtatã. Vnde & multos milites profeciſſe cognouimus, dum ad Ægyptũ eos trãducerent. Iuſtũ ergo conſpiciens, miſereor eis: & iubeo conſtitutos in ſeruitute Iudęos omnes dominis eorum antedictã accipiẽtibus ſummã, abſolui: nec quenquã in hac re fraudem agere, ſed his potius conſtitutionibus obedire.

Diſpoſitiones

Dispositiones autem meas prçcipio, ex quo missæ sunt, per tres dies proponi, quatenus ad iudices domini conueniant, corpora statim ostendentes, hoc enim meo credo profuturum imperio. Contumaces verò liceat cuiq; volenti nunciare, quatenus eorum substantiæ regis possessionibus socientur. Cum hæc sanctio lecta regi fuisset, & visa essent omnia iuste decreta esse, tantum vero deesse de absolutione priorum, & eorum qui postea ducti Iudæi fuissent, ipse de eis sua liberalitate præcepit. Præterea sciens subitaneam distributionem difficilem existere, iussit rerum ministris & regijs saccellarijs pecunias seponere. Quo facto, intra septem dies omnia regis præcepta completa sunt, & talenta quę supra diximus quadringenta data, & super hæc sexaginta pro redemptione partita cognoscũtur, dum & pro infantibus domini centumuiginti dragmas exigerent, sicut rex pro his demãdasset, scribendo pro singulo corpore prædictam summam exhiberi. Cum hæc secundum regiam munificentiam laudabiliter dispositа fuissent, iustum visum est Demetrio, de Iudaicis libris describẽdis eius allegare decretum. Nam nihil frustra à regibus dispensatur, sed omnia cum multa diligentia geruntur. Quapropter allegationes, vel epistolarum exemplum designauimus, & ornamentorum transmissorum multitudinem, & quicquid in vnoquoque constructum est: vnde potest optime opificum ars prospici, & vasorum omnium excellentia cognosci.

Allegationis autem exemplum huiusmodi probatur: Maximo regi Demetrius. Præcipiente te ò princeps, de his quę hactenus ad consummationem bibliothecæ desunt, quatenus colligantur, & de his quæ corruerunt, vt debitam diligentiã impetrarent, omni studio vsus in his ad noticiam vestram perduco, legislationis Iudaicæ volumina nobis cum alijs deesse. Nam figuris Hebraicis, & voce gentili conscripta, inexplanabilia nobis existunt. Contigit etiã minus diligenter eam quam habent transferri, dum regalem prouidentiam minime percepissent necessarium tamen est hęc apud te cautius exposita reponi. Nam sapientissima & integra legislatio, sicut à deo data est videtur existere. Quapropter inquit Agathius Abderita poetas seu conscriptores historiarum, nullatenus meminisse eius, nec virorum qui secundum eiusdem legislationis prçcepta vixerunt, quod casta nimis existeret, ac non oporteret eam profanis linguis exponi. Si videtur ergo tibi rex, scribe principi sacerdotum gentis iudææ, quatenus trãsmittat seniores ab vnaquaque tribu legum peritos, vt cum ab eis codicum explanationem & consonantiam cognouerimus, & interpretationis rerum cautam expositionem acceperimus, dignos codices tua voluntate reponamus. Igitur tali suggestione facta, præcepit rex, vt scriberet de his Eleazaro principi sacerdotum gentis Iudææ, simul etiam de absolutione seruientium apud eos Iudæorum, prçterea mandaret ei, quod transmisisset ad faciendos crateras & libatoria, pondo auri talenta quinquaginta, lapidũ verò precioſorum inęstimabilem multitudinẽ: denuncians etiã custodibus arcarum, in quibus lapides seruabantur, vt electionem illorũ darent opificibus, quatenus quos vellent ad speciem operis tollerent: necnon imperauit, vt pecuniæ pro immolationibus & reliquis causis centum talenta sacerdoti darentur. Narrabo igitur facturas & modum constructionis eorum, cum declarauero exemplum epistolæ principi sacerdotũ Eleazaro à rege conscriptę, qui principatus honorem pro tali causa suscepit. Defuncto principe sacerdotum Onia filius eius Simon successor extitit, qui iustus est appellatus, propter pietatem quã in deum, & fauorem quẽ erga regem habuisse videbatur. Quo mortuo & filium infantulum relinquẽte nomine Oniam, frater eius Eleazarus, de quo sermonẽ fecimus, principatũ sacerdotij suscepit, ad quem Ptolemæus huiusmodi literas destinauit. Rex Ptolemæ⁹ Eleazaro principi sacerdotũ salutem, Multis habitantib⁹ sub imperio meo Iudæis, quos Persæ eũ potentes fuissent in captiuitatẽ traxere: quorum aliquos pater meus ad militiam maioribus stipẽdijs deputans honestauit: alijs autem in Ægyptum cum eo ambulãtibus, castella & eorum custodiã demandauit,

Demetrii epistola ad regẽ pro transferendis libris Iudaicis

Epistola regis ad Eleazarum pontificem

mãdauit,vt sint Ægyptijs in terrorem:Cum vero ego principatum suscepissem, omnes clementer tractaui,prẽsertim ciues tuos,quorum plus centummilia capti uos & seruientes remisi,possidentibus eos pro redemptione pecunias persolues. ætatibus autem vigentes numeris militaribus designaui: multosq; qui mihi vel aulæ regiæ potuissent fidem seruare,in palatio constitui,arbitratus deo iucundũ pro mea prouidentia votum hoc ei maximum deuouere. Porro volens & istis & omnibus pervniuersam terram Iudæis prẽstare libertatẽ,leges vestras literisHe braicis cõscriptas,translatas literis Grẽcis,& deGrẽcis in nostras in mea biblio theca decreui reponere. Bene ergo facies,eligendo viros optimos,seniores,& ab vnaquaq; tribu dirigendo sex,qui per ætatem legum sint periti, valeantq; interpretationem earum caute nobis exponere. Nã opinor his perfectis,maximã nobis gloriam prẽparari. Trãsmisi vero qui debeãt de his vobiscum disputare,Andream primatem custodum mei corporis,& Aristeũ mihi dilectissimos,per quos etiam primitias votorũ ad templum,& pro immolationibus,&alijs rebus,trãsmi si talenta centum. Tu autem mãda nobis quæ volueris fieri,quod gratius ample ctemur. Cum regis epistola Eleazaro fuisset porrecta, nimium liberaliter ad eũ ita rescripsit:Princeps sacerdotum Eleazarus Ptolemæo regi salutem. Valentibus vobis cum Arsinoe regina,vel filijs,bene nobis omnia constant. Cum vero epistolam tuam suscepimus,satis de tua voluntate sumus gauisi. Congregantes aũt multitudinem legimus eam,quatenus omnibus ostẽderemus quam pietatem erga deum habes. Demonstrauimus etiam pateras , quas misisti aureas viginti, argenteas triginta,crateras quinque,mẽsam dedicandã,& quę directa sunt pro immolatione vel renouationę eorum quę templo desunt,talenta centum,deportata per Andream & Aristęum charissimos tibi amicos,viros optimos,& doctrina prẽcellentes,tuaq; virtute dignos. Cognosce vero nos pro tuis vtilitatibus, & præter naturam aliquid velle pati,dum reddamus tuis beneficijs,quę multiplicister in nostros ciues largiris. Statim ergo pro te tuaq; vxore vel filijs hostias obtulimus,& multitudo vota persoluit,vt vobis eueniãt quę desideratis,& tuus principatus in pace custodiatur. Ad interpretandam vero legem nostram,quam pro tuis cõmodis accipere postulas,elegiviros seniores sex ab vnaquaque tribu,quos direximus legem ferentes. Erit autem tuę pietatis vel iusticiæ,vt post legis transcriptionem ad nos eam caute cum portatoribus remittas. Vale. Hęc quidẽ princeps sacerdotum rescripsit. Mihi vero non est necessarium visum,septuaginta seniorum ab Eleazaro missorũ nomina declarare,licet intimata sub epistola fuissent. Vasorum tamen magnificentiam ad constructionem , quę deo rex direxit, non incongruũ exponere putaui,quatenus omnibus munificentia regis erga deũ dilucidetur. Siquidem ipse largos sumptus in hęc prẽstitit, & semper opificibus opera transmittebat,nihil cõstrui desidiose concedens:quorum de singulis qualis fuerit magnificentia narrabo,quamuis historia narrationem eorum minime deposcat,regis enim diligentiam vel munificentiam ita legentibus arbitror apperiri. Prius autem de mensa differemus. Igitur habebat rex in proposito suo valde magnam mensam cõficere. Præcepit autem dedicatæ in Hierosolymis mensæ quantitatem cognosci,si possit maior fieri. Cumq; percepisset qualis esset illa constituta. & quia nihil prohiberet maiorem construi,dixit quintuplam magnitudinem se velle facere,sed timere ne ad ministerium pro magnitudinis quantitate inutilis fieret. Nam nõ eam tantum ad spectaculum deuouere,sed etiam ministeriis habilem voluit dedicare. Qua propter arbitratus mediocrem priorem mensam auri inopia confectam,magnitudine quidem superare priorem noluit: varietate vero vel pulchritudine materiali clariorem cõficere iudicauit. Sagax ergo ad discernendam rerum variã naturã erat & inuenire nouas admirandasq; naturas,quę sine descriptione fuissent. Horum ipse prudenter inueniebat effectum,& ostendens artificibus,ita perfici enunciabat:quę vero descripta fuissẽt, vt eorum cautam similitudinemvidentes opifices imitarentur,hortabatur. Promissa

Epistola Eleazari põtificis ad Ptolemeum

missa ergo complentes, mensam describere festinamus. Huius duorum semis cubitorum longitudinem, latitudinem vero vnius, altitudinem vnius & semis construxerunt, totam de auro formantes eam. Coronam quidem in palmum conferunt, frontispicia vero versatilia sculpturam habentia ornatam, speciem restis ex tribus partibus mire simulantē. Triangulis enim existentibus frontispicijs, vnus quisq; angulus eandem formæ dispositionem habebat. Quæ dum verterentur, vnam & non diuersam speciem demonstrabant. Porro coronæ pars quę sub mēsa erat inclusa, pulchre cōstructa fulgebat: pars autem quæ deforis apparebat, artificij decore plus culta splendebat, quia visui vel spectaculo patebat. Vnde proceritatem partium ambarum acutam fieri contigerat, ne vllus angulus triū, vt prędiximus, existētium in transductione minor videretur. Dispositi vero erāt in modum funium torno factorum preciosissimi lapides, aureis sphærulis per foramina inclusi. Partes autem quæ per latera coronæ cernebātur, in speciem ouorum optimo lapide factorum figuratæ nitebant, sculpturę virgulas imitatæ: quę spissæ circa mensam voluebantur. Ob horum autem dispositionem circunduxerunt opifices tornatam omnium fructuū naturam, vuas pendentes, aristas surgētes, malogranata concluſa. Lapides autem secundum genus prædictorum fructuum, ad proprium vniuscuiusque colorem formatos, circa totam mensam ex auro ligabant. Sub corona quoq; ouorum similis ordo, seu virgarum constiterat, vt ex ambabus partibus eandem operis varietatem, causamq; species mensæ cōstructa proferret: ne frontispiciorum vel coronæ positio in altera parte mēsæ cōuersa, videretur esse diuersa: sed eas vsque ad pedes facies operis extenderet. Nā ductile aurum quatuor digitis latum, secundum totam mensæ latitudinem, super quod pedes eius imponerent, fecerunt: deinde sphærulis & clausuris eos cū corona mensæ construxerunt, vt eundem artificij, vel magnificentiæ visum prębeрēt, in quamcunque partem mensa conuerteretur. Super mensam autem Meandrum fluuium sculpserūt, lapides precioſissimos in medio eius tanquā stellas vario colore ponentes. Nam carbunculum vel smaragdum iucundo aspectu fulgētes miserunt, aliorumq; genera lapidum, quiuel industria vel ęmulatione digni, per excellentiam naturę cunctis existunt. Post Meandrum autem cōpletum, in speciem funis quiddā circunferebatur, in medio figuram sub longam & rotundā habēs: super quod cristallinus lapis erat vel electrius impositi, pari penè forma rum aspectu, qui delectationē mirā intuentibus prębebant. Capita vero pedum eius similia lilijs fabricauerant, curuationem brachiorum habentia sub mensa reflexam: intus vero rectum instar lilij germen videbatur: quod lapis carbunculus in palmū factus figuram crepidinis ostendens, & latitudinem octo digitorū habens, sustentabat. Nam super eum pedum omne pondus innitebatur. Sculpserūt etiā tenuissimo vel laborioſissimo torno vnumquemq; pedum: in quibus hederæ vel vitis palmites cum vuis existentibus eminebant, vt nihil à veris discrepare putarentur: Si quidem ad auræ flatum per tenuitatem & extensionem summi tatis suę cōmotæ, imaginationem naturalium arte prębebant. Verum etiam figuram totius mensæ tribus tabulis construxere: compagine partium inuicem ita colligata, vt inuisibilis existeret: nec intelligeretur earum insertio. Crassitudo vero mensæ non minus dimidio cubito fuisse cognoscitur. Talis ergo votiua mēsa, multa regis munificētia, vel precioſitate materiæ, ac varietate pulchritudinis & industria artificum studioſe perfecta est: & licet magnitudine prioris deo deuotæ mensę non distaret, artificio tamen & nouitate, vel claritate facturę, valde melius & splendidius elimata fulgebat. Crateres etiam aurei duo, sculpturam vi peream ab inferiore parte vsque ad cingulum habentes, lapidibus varijs in squama concluſis. De hinc super eos fecerunt Meandrum altum cubito, compoſitione lapidum diuersorum, specie magna fulgētem: in quo virgarum ordo instabat, de quibus complexionibus similis vsque ad labrum protrahebatur. Per me-

Descriptio mēsæ mirabilis à Ptolemæo regę deo oblatæ

dium

dium quoque quatuor digitorum ſcuta pulchris lapidibus inſerta, decorem crate rarum oſtendebant, quorũ labra liliorum folijs, & vuarum floribus in orbem pro ductis corona complectebatur. Et aureos quidem crateras duos, capientes vtroſ que amphoram, huiuſmodi conſtruxerunt. Argenteivero clariorem ſpeculis ſplẽ dorem emittebant, vt certius in his facies aſpicientium videretur. Inſuper fecit rex pateras triginta ex auro, necnon omni lapide precioſo, & circundatæ folijs hederæ, vel bracteolis: quaſi viris cælatura artificioſe obumbrabantur. Hæc au tem ideo ita fiebant, quod per ſcientiam opifices arte mira reliquos anteirent, & multo melius ſtudio vel munificentia regis formabantur. Non enim tantum in ceſſanter & large opificibus impendia prẽſtabat, quantum & publicorum nego ciorum relictis regiminibus, ipſe operantibus ſemper inſtabat, & frequenter arti fices viſitabat. Quapropter opera opificum, diligentia regis & induſtria feruen te propenſius imminebant. Cumq; ad Hieroſolymam tranſmiſſa voto Ptolemæi fuiſſent, & princeps ſacerdotum Eleazarus ea dedicaſſet, portatores eorum ho norans, donaq; regi deportanda præſtans ad eum remiſit. Ergo poſtquam Alexã driam peruentum eſt, & Ptolemæus prẽſentiam eorum cum ſeptuaginta ſeniori bus audiuit, ſtatim Andream & Ariſtæum legatos euocari præcepit. Quivenien tes, epiſtolas quas à principe ſacerdotum deportauerant, obtulerunt: & ea quæ verbis, eos diſſerere iuſſerat, edixerũt. Studens autem colloqui ſenioribus ab Hie roſolymis pro interpretatione legum directis, diuerſos quidem, qui pro ſuis cau ſis aderant, dinunciauit dimitti, mirabilem hanc & præter conſuetudinem faciẽs dimiſſionem: vt qui propter huiuſmodi cauſas adducebantur, poſt quintum diem eum adirent. Legatis vero poſt menſam à rege tunc dimiſſis, illos ab Eleazaro deſtinatos expectabat. Dumq; ſeniores cum donis, quę regi deportanda princeps ſacerdotum eis dederat, adueniſſent, cum voluminibus tranſierunt, in quibus li teris aureis cõſcriptę leges continebantur. Tunc rex eos de codicibus per cũcta tur. Cum vero reuelarent, & oſtenderent tenuitatem membranæ, vel incompre henſibilem eorum compaginem, rex miratus eſt, quod ita fuiſſent compacti. Dũ que hoc diu feciſſet, gratias, inquit, ago vobis quidem quod veniſtis, maiores ve ro illi qui vos deſtinauit, ſed ante omnes deo, cuius hæ leges venerandæ proban tur. Cumq; clamaſſent ſeniores, vel hi qui prẽſentes aderant, orantes proſpera re gi diuinitus euenire, nimium delectatus, prorupit in lachrymas. Nam ſæpi⁹ na tura hoc ſummo gaudio patitur, quod etiam dolentibus ſolet accidere. Tunc iuſ ſit codices primatibus officii deſignari, viros autem oſculatus, æquum dixit eſſe, primum ad eos facere ſermonem pro quibus eſſent vocati: imo & diem quo ad eũ deducti fuiſſent, clarum ſingulis annis per totum vitæ ſuæ tempus celebrate ſe promiſit. Nam euenit eundem eſſe primum præſentiæ illorum, & victoriæ diem, quo Antigonum nauali prælio vicerat. Epulari etiam ſecum eos prẽcepit, hoſpi tiaq; in arce denunciauit eis omnia deputari. Nicanor autem ſuper ſuſceptionẽ peregrinorum conſtitutus. Dorotheum vocans qui de his curam habebat. iuſsit ſingulis neceſſaria præbere. Nam ita diſpoſitum à rege fuerat, vt alimenta qui bus ſingulæ ciuitates vtuntur, exhiberentur indulgenda conſuetudini peregrino rum ad eos venientium, & eis omnia pararentur, quatenus cibis ſolitis magis de lectarentur, ne forſan corrupti extraneis grauarentur, quod & circa iſtos effectũ eſt. Dorotheo vero quem pro ſyncerita te vitæ ſuper rex conſtituerat, per quem & prẽparauerat omnia, quę ad huiuſmodi conuiuia conuenirent: hęc implente, in duas partes eos diſcumbere prẽcepit, partem quidem mediam eorum ad dexte ram ſuam, reliquos autem poſt eius accubitum, nihil prætermittens quod ad eo rum honorificentiam pertineret. Poſtquam autem ita diſcubuerunt, iuſſit Doro theo ſolita miniſtrare, quibus omnes Iudęi ad eum venientes vtebantur. Tunc itaque ſacrorum præcones & immolatores & alios qui vota faciunt recuſauit: & vnum ex ſenioribus nomine Heliſęum ſacerdotem exiſtentem, rex petiuit face re orationem. Qui in medio ſtans rei bona & ſubiectis eius optauit, & poſt plau

ſus cum

ſus cum gaudio & clamore omnium ſurrexerunt, & reſidentes ad epulationem & delicias paratas ſe contulerunt. Pręterea autem rex quantum ſatis ei viſum eſt, cœpit philoſophari, & vnumquemque eorum naturales percontari ſermones, & ad contemplationem quęſtionis accendere: cauteq; illis ad omnia reſpondentibus quę eis obiecta eſſent, & explanantibus, gauiſus, per duodecim dies hoc conuiuium inſtruxit. Et qui vult ſingula cognoſcere, quę in conuiuio illo pręparata ſunt legat volumina Ariſtæi, quæ propter hoc conſcripſerat, & intelliget. Mirãte vero eos non tantum rege, ſed etiam Menedemo philoſopho, dicente omnia per prouidentiam diſpenſari, ideoq; virtutem & pulchritudinem videri, deſtitit rex quidem de his facere ſermonem. Dicebat aut ẽ maxima ſibi bona per pręſentiam eorum fieri: nam profuiſſe ei quod didiciſſet ab illis quemadmodum deberet regnare: iuſſitque dari ſingulis talenta tria, & deputari illis qui eos perducere ad diuerſoria deberent. Poſtquam vero tres exceſſerunt dies, congregans eos Demetrius, tranſijt ad ſtudium maris, & tranſiens pontem, abijt ad partes Aquiloni coniunctas, conciliumq; fecit in domum prope littus ſtantem, & aptam ſecretis negociorum. Vbi eos perducens, petebat omnia quę opus habebant ad legis interpretationem ipſis præſentibus, vt inceſſanter opus impleret. Cumq; illi munificenter & laborioſe cautam interpretationem facerent, vſque ad horam nonam in hoc ſedentes, ad curam corporis vertebantur, ita inuitante eos Dorotheo, vel opulenter conuerſationis ſalubria prębente, multaq; etiam ex his quæ regi parabantur. Mane autem ad aulam venientes, Ptolemęum ſalutabant, & rurſus ad eundem locum redibant: & manus in mari lauantes, & ſeipſos purificãtes, ita legis interpretationi vacabant. Itaque tranſſcripta lege, & opere interpretationis ad effectum per ſeptuaginta duos dies tranſacto, congregans Demetrius Iudæos omnes ad locum in quo translatæ leges fuerant, præſentibus etiam interpretibus, legis eas. Quumq; multitudo amplexa legem, vel ſeniores eius interpretes, Demetrium, eo quod magnarum rerum inuentor eſſe videretur, laudaſſent, rogauit etiam, vt præſidibus ſuis daretur legenda: & petierunt omnes ſacerdotes interpretes legis ſeniores, & præpoſiti gẽtis, vt bene interpretata, permaneret immobilis. Quumq; omnes ſententiam laudaſſent, iuſſerunt, vt ſi quid aut ſuper fluum, aut minus aliquid ſcriptum viderent in lege, hoc reſpicerent, & manifeſtum facientes, emendarent, hoc caſtigantes, vt quod ſemel iudicatum fuerat bene ſe habere, ſempiterna memoria permaneret. Gauiſus ergo rex, & videns voluntatem ſuam ad vtilem rem eſſe perfectam, & delectatus, relictis legibus omnibus vniuerſarum nationum, & ſenſum diuinę legis, & ſapientiam, & legislatores obſtupeſcens, ad Demetrium ſermones facere cœpit, quod ita mira exiſtente legislatione, nemo neque hiſtoriographus, neque poeta meminiſſet eius. Cui Demetrius reſpondit: neminem fuiſſe auſum harum legum tangere conſcriptionẽ: quod diuina & venerabilis eſſet, & quia læſi ſunt quidam à deo hoc pręſumentes. Significauit quidem, qualiter Theopompus volens in hiſtoria aliquid de his conſcribere, ſit mente turbatus plus triginta diebus: & reuerſus ad ſe, cum humilitate à deo veniam ſupplicarit, quum inde ſibi dementiam factam ſuſpicatus eſſet, nec non & in ſomnis vidiſſet, quod ei hoc ideo accidiſſet, quia diuina ſcrutatus eſſet, & proferre ea ad homines impuros vellet: quũq; cõſcribere quieuiſſet, recepit ſenſum. Referebat aũt & de Theodecte tragœdiarum poeta dici, quia quum niſus fuiſſet in aliquo dramate eorũ meminiſſę, quę in diuino volumine continentur, oculis obſcuratis, cauſam ſuæ cæcitatis recongnouit, & ita liberatus eſt à paſſione, deo veniã indulgente. Hæc ergo rex pure ſuſcipiens, petiuit interpretes frequẽter ad ſe de Iudęa proficiſci: hoc enim eis ad honorẽ & ad donationẽ ab eo profuturũ dixit, nũc vero iuſtum eſſe eos dimitti dicebat, ſponte aũt ad eum venientes, omnia quę æquũ eſſet ſapiẽtiã eorum impetrare, pollicebatur & pro ſua maieſtate dignũ largiri promiſit. Et tunc quidem remiſit eos, donans vnicuiq; rex optimas ſtolas, & auri talenta duo, & calicẽ vnius talẽti, totũq; con-

Quid Theopompus paſſus ſit

De theodecte oculis multatis

uiatorium. Principi autem ſacerdotum Eleazaro deſtinauit per eos lectos cum argenteis pedibus decem, & conuenientem eis omnem ſupellectilem, & calicem talentorum triginta: inſuper ſtolas decem, & purpuram coronamq; decoram, & lineas de byſſo centum: præterea & pateras, & trullam, & libatoria, & crateras aureos duos deo vouendos. Petiuit autem eum & per epiſtolas, vt ſi quis ex his viris voluiſſet reuerti ad ſe, eum permitteret: dum nimium delectaretur cum eruditis ſemper habere ſermonem, & diuitias ſuas talibus libenter impartiri. Huiuſ modi quidem cauſa ad honorem & gloriam Iudæorum Ptolemæo nomine Philadelpho, fieri contigit.

Quomodo varijs honoribus Iudæi affecti ſunt à regibus Cap. III

IMpetrauerunt autem & à regibus Aſiæ honorem, quoniam cum eis caſtrametati ſunt. Nam Seleucus nomine Nicanor, in ciuitatibus quas per Aſiam ædificauerat, & in inferiore Syria, & in ipſa metropoli Antiochia, republica ſua dignos eos effecit, & æquum eis honorem cum habitatoribus Macedonibus & Græcis deputauit. Et hactenus in eadem conuerſatione aliquando eos manſiſſe, ſignum eſt, quod Iudæi nolentes alienigenarum vti oleo, accipiunt diffinitam quandam à principibus olympiaci certaminis pro pretio olei pecuniã: populoq; Antiocheno in præſenti bellovolenti ſoluere conſuetudinem, Mutianus præfect⁹ tunc Syriæ, conſtituta ſeruauit. Et poſt hæc imperatoribus Veſpaſiano & Tito orbis terrarum, ſupplicauerunt Alexandrini & Antiocheni, vt eis ius reipublicæ de reliquo cum Iudæis non deberet eſſe cõmune: nec impetrauerunt. Vnde poteſt conſiderari Romanorum modeſtia, & potius magnificentia Veſpaſiani & Titi: qui quum multa pericula bellando contra Iudæos ſuſtinuiſſent, acerbe ferentes, quod ſe tradere noluiſſent, ſed vſq; ad finem pugnantes permanſiſſent, nihil penitus eis de hoc quod dudum præſtitum fuerat, abſtulerũt, ſed ſimul & priorẽ irã, & petitionem magni populi Alexandrini & Antiocheni viuaciter expulerunt: dum nihil neque pro amicitijs ad gratiam iſtorum, neque pro inimicitijs deuictorum concederent: quatenus ſolueretur aliquid priſtinæ Iudæorum vtilitatis, dicentes eos in pugna dediſſe pœnas, qui arma ceperunt: inſontes autem non eſſe iuſtum ſua poſſeſsione priuari. Similiter vero & Marcũ Agripam erga Iudæos affectum cognouimus. Nam motis contra eum congreſsionibus, & petentibus M. Agrippã, vt conuerſationem quam eis Antiochus Seleuci nepos (qui apud Græcos deus nuncupatur) dederat, ſoli poſsiderent: & dicentibus, vt ſi cognati eſſent eorum Iudæi, colerent proprios eorũ deos: habito iudicio, Iudæi vicerunt, vt ſuis vterentur moribus, defendente eos Nicolao Damaſceno. Nam Agrippa interlocutus eſt, nihil innouare eis licere. Si quis autem vult hæc certius noſſe, legat Nicolai centeſimã & viceſimã tertiam & quartam hiſtoriam. Et Agrippæ quidem iudicium non eſt forſitan admirandum. Non enim pugnabat tunc gens noſtra aduerſus Romanos. Veſpaſiani autem & Titi magnanimitatem quilibet audiens obſtupeſcit, qui poſt tot bella & tanta certamina, quæ contra nos habuerunt, tam pie diſpoſiti ſunt. Repetam autem orationem, vnde videor ad hæc digreſſus. Iudæos igitur ſub imperio magni Antiochi regentis Aſiam conſtitutos, contigit multa toleraſſe, dum terra eorum diuerſis calamitatibus ſubiaceret, cũ illis qui humilem Syriam habitare videbantur. Nam quum Antiochus pugnaret contra Eupatorem Ptolemæum, & eius filium, cognomine Epiphanem, laborare eos cõtigit, illo vincente, & victos eadem pati, vt pares exiſterent naui turbatæ & tempeſtatibus fluctuanti, dum inter felicitatẽ & calamitatem Antiochi fuiſſent pariter conſtituti. Quumq; viciſſet Ptolemæum Antiochus, Iudæam recepit. Defuncto nanque Ptolemæo Philopatore, filius eius magnam virtutẽ militum miſit, & ducem Scopam nomine, contra humilem Syriam, multasq; eorũ ciuitates cepit. Ex quo noſtra gens expugnata, adiecta eſt ei. Et non poſt multum tempus Antiochus Scopam vicit, cõfligens contra eum iuxta fontem Iordanis, & multos de exercitu eius proſtrauit. Poſtea vero Antiocho capiẽte Syriæ

Munificentia Veſpaſiani & Titi erga Iudæos deuictos

M. Agrippa

ciuitates

ciuitates,quas Scopa tenuerat, & Samariam, ſponte gens Iudæorum ad eum tranſiens,in ciuitatem omnem eius exercitum ſuſcepit, & elephantis abundanter alimenta prębuerunt: & obſidenti eos qui ab Scopa in arce Hieroſolymorũ relicti ſunt cuſtodes,prono animo auxilium pręſtiterũt. Igitur Antiochus iuſtũ arbitratus,Iudæorum erga ſe ſtudium liberaliter remunerandum, ſcripſit magiſtratibus & amicis,teſtimonium perhibens quod ab eis benigne tractatus eſt:ſed & donationes quas eis pro gratia retribuere cogitauit, manifeſte illis innotuit. Referam vero epiſtolas quas magiſtratibus de ipſis deſcripſerat, proponens teſtimonium quod nobis prębet Polybius Megalopolitanus in vndecima hiſtoria ſua,ita dicens: Ptolemæi dux Scopa ad ſuperiora vadens loca,ſuperauit hyemis tempore gentem Iudęorum. Dicit nanq; in eodem volumine, qualiter Scopam Antiochus deuincẽs,Bithyniam,& Samariam,& Abela, & Gadera cepit. Paulo poſtvero tradiderunt ſe ei Iudęi,qui circa templum habitabant. Factę aut m apparitio is in templo ad aliud tempus narrationem differamus. Polybius quidem hæc in hiſtoria conſcripſit. Nos autem reducamus orationem ad narrationem priorem,intimantes epiſtolas regis Antiochi. Rex Antiochus Ptolemęo ſalutem: Iudæi mox vt prouinciam eorum ſumus ingreſſi,liberalitatem circa nos ſuam oſtenderunt,& venientes nos ad ciuitatem clare ſuſceperunt,cum ſenioribus & principibus occurrentes: & abunde miniſtrauerunt militibus,& elephantis victualia,& nobiſcum ad arcem pugnauerunt contra cuſtodes Ægyptiorum Et nos ergo dignum iudicamus eos remunerare,& reficere ciuitatem deſtructã, & rurſus in eam habitatores congregare diſperſos. Et primũ conſtituimus propter pietatem eis pręſtare ad immolationes victimarum, & vini & olei & libaminis precium,argenteorum viginti milia: & ad ſimilam ſecundum prouincialẽ legem, tritici modios mille quadringentos ſeptuagintaquinque,& ſalis modios trecentos ſeptuagintaquinque. Pręberi autem hæc,inquit,eis volo ſecũdum mea mandata,& opus templi conſtrui,& porticus,& quicquid aliud oportet refici. Materies autem lignorum deponatur ex ipſa Iudęa,& ab alijs gentibus,& à Libano,nullo pro his exigẽte vectigal. Similiter & in alijs,in quibus oportet,clariſsimam templi gerivolumus ædificationem. Conuerſetur etiam omne genus eorum ſecundum proprias leges:relaxentur ſacerdotes & ſcribæ templi, & cantores ſacri,à tributis,quę pro ſuo capite dabant,& à regio vectigali,vel ab alijs cũctis oneribus:vt pro opere eorum,ciuitates habitationibus hominum aptæ reddantur. His quoq; qui vel nunc habitant, vel habitaturi conuenient, donamus tributa vſque ad menſem Hyperuerętæum: & per tres annos liberamus eos à tertia parte fiſcalium,quatenus eorum læſio releuetur. Et quicunque ab ipſa ciuitate ad iuga ſeruitutis abſtracti ſunt,ex ipſis genitos libertati donamus,& ſubſtantias eis reddi pręcipimus. Epiſtola quidem hęc cõtinebat. Ornato autem templo edictum per omne ſuum miſit imperium,in quo cõtinebatur,neminem alienigenarum intra muros templi ingrediendi habere licentiam: nec Iudęos,niſi quibus mos eſt purificatos ſecũdum patriam legem: neque inferre in ciuitatem equinas carnes,neque mularum,neque ferarum manſuetarum, vulpium aut leporũ,aut pardorum: & generaliter omnium animalium,quę Iudęis interdicta ſunt:vt nec pelles eorum liceret afferri,neque aliquid eorum intra ciuitatem liceret paſci: ſed ſolitis parentum victimis,ex quibus & deo oportet ſacrificari,vti permiſſum eſt. Qui autem aliquid horum tranſgreſſus fuiſſet,iuſsitvt multatus ſacerdotibus perſolueret pecunię dragmas tria milia. Scripſit etiam,teſtimonia noſtræ pietatis & fidei prębens,cum rebelles Phryges & Lydos audidiſſet, eo tempore, quo ad ſuperiores Perſarum ierat prouincias: iubens Zeuſidi ſuo chariſsimo,vt mitteret quoſdã à Babylone noſtrorum ad Phrygiam, ita per epiſtolam ſuam mandans. Rex Antiochus Zeuſidi fratri ſalutem: Si ſani eſtis, bene eſt,ſanus autem & ego ſum. Audiens autem Phryges & Lydos rebellare,magna cogitatione per motus,conſilium animo percepi quid oporteret fieri. Placuit autem ad caſtella

Polybius Megalopolitanus

Epiſtola Antiochi ad ptolemæum

Epiſtola antiochi in qua laudat Iudæos

vel nẽceſſaria loca Meſopotamię & Babiloniæ, Iudeorum domos duo milia cũ apparatu ſuo deducere: credo enim fideles nobis eos cuſtodes futuros propter pietatem, quã circa deum habent. Nam teſtificantur parentes noſtri, fidem eos & pronum animum habere in his quę petiti fuerint. Volo igitur, licet difficile eſſe credam migrari, vt permittas eos legibus proprijs vti: & cum eos ad propria loca migraueris, ad ædificãdas ſibi domos locum vnicuique diſtribui, terramq; colendã dari, & vitium plantationes, & tributa fructuum terræ concedere per annos decem. Accipiãt vero, vſque quo fructus colligant, triticum ad cibum ſeruorũ, quod eis ſufficiat: vt noſtram impetrantes clemẽtiam, proniores ſeipſos erga nos prębeant. Pręterea prouidentiam facies eorum gentis ſecundũ poſsibilitatẽ, quatenus à nullo moleſtiam patiãtur. De amicitia quidẽ magni Antiochi & Iudęorum, hęc à nobis pro teſtimonio dicta ſint. Poſtea vero vt amicitiam & fœdus Ptolemęus cũ Antiocho cõpoſuit, dedit ei filiam Cleopatram nuptum: concedens ei humilem Syriam, & Samariã, & Iudęam, & Phœnicen dotis nomine. Diuiſis autem in vtrumq; regem tributis, vnuſquiſq; ſublimiſsimus patrię ſuę colligẽs vectigalia, ſummam ſtatutam regibus offerebat. Eodem vero tempore Samaritani feliciter agentes, multa contra Iudęos mala fecerunt: terramq; eorũ dẽpopulantes, multos exinde captiuos trahebãt, quę facta ſunt ſub principe ſacerdotũ Onia. Nam defuncto Eleazaro, principatũ ſacerdotij patruus eius Manaſſes ſuſcepit, cuius poſt vitę finem Onias ſine honore ſucceſsit, filius exiſtens Simonis cognomine iuſti, qui Simon frater Eleazari, ſicut prędiximus erat.

Nuptiæ Antiochi & Cleopatræ

De quodam Ioſepho, Oniæ ſacerdotis ex ſorore nepote, quomodo Ptolemæum auunculo ſuo quod tributa noluerit ſoluere, conciliauerit. De Hyrcano filio ioſeph, egregiæ indolis, & ob id inuidiam fratrum paſſo. Caput IIII

IS autem Onias paruulus mente, & pecunijs auarus exiſtens, pro populo regibus vectigal, quod patres eius ex proprijs dabant id eſt viginti talenta pecuniarum, non reddens, ad iram regem Ptolemæum cõmouit, qui & legatum mittens ad Hieroſolymam, culpauit Oniam non reddentẽ tributa: & interminatus eſt, vt ſi non acciperet tributa, terram eorum ad iugera metiretur, & mitteret ad habitandum illic milites. Audientes vero regis mandata militesq; aduenturos, Iudęi turbabantur. Hunc autem Oniam nihil horum flectebat, propter auaritiam ſuam. Ioſephus autem quidam, iuuenis ætate, ſed propter caſtitatem & prudentiam ſuam iuſtitię gloriam habens apud Hieroſolymitas, à patre Tobia, & ex ſorore Oniæ principis ſacerdotum progenitus, mandante matre legati pręſentiam, dum ille eſſet ad Ficulam vicum, vbi natus erat, veniens in ciuitatem, increpabat ſacerdotem, non prouidentem innocentiæ ciuium, ſed volentem ad pericula mittere gentem propter pecuniarum priuationem, dum per ipſum populũ dignitatem accepiſſet, & principatum ſacerdotalis honoris impetraſſet. Si autẽ propter cupiditatẽ pecuniarum periculum fieri patriæ, & ciues ſuos afflictos vidēre pateretur, ſuadebat ei ad regem ire, & petere, vt aut omnis aut pars ei pecuniæ concederetur. Tunc Onias nec velle principatum ſe gẽtis habere reſpondit: imo & ſacerdotalem honorẽ, ſi eſſet poſsibile, paratum ſe eſſe deponere, ne tantũ ad regem accederet. Et dum nihil ad ſe de his pertinere dixiſſet, Ioſephus interrogauit eum, ſi ſibi cõcederet legationem ad Ptolemęum gerere pro gente. Cumq; cõceſsiſſet Onias, aſcendit ad templum Ioſephus, & conuocata multitudine ad cõcionem, nihil turbari eos vel timere ſuadebat propter auunculi ſui Oniæ circa eos negligentiam, ſed rogabat, vt deponerent cordis mœſtitiam, qua pro regis mandatis affligebantur. Nam legatione ſe functurum ad regem promiſit, vt flecteret eum, quo nihil iniquitatis in eos efficeret. Multitudo quidem hęc audiens, Ioſepho gratias egit: ipſe à templo deſcendens, in hoſpitium ſuſcepit regis Ptolemęi legatũ, donauitq; ei munificẽtiſsima munera, & per multos dies munificentiſsime eum pauit, & ad regem remiſit, promittens ei, vt & ipſe ſequeretur. Nam

De quodam Ioſepho iuuene

tur. Nam pronior factus erat proficiſci ad regem legato inuitante eum, & conci tante ad Ægyptũ peruenire, & promittente omnia quę à Ptolemæo petierit, per ſe eum impetraturum, quia modeſtiam morum eius nimis amabat. Cumq; lega tus ad Ægyptum peruenisſet, & regi nunciaſſet indeuotionẽ Oniæ, & vtilitatẽ Ioſephi, quem venturum ad eum dicebat, & ſatisfacturũ pro exceſsione Oniæ, qui etiam patronum regem eſſe confideret, qui tanta laudum magnitudine pro aduleſcente vtebatur, vt & regem & vxorem eius Cleopatram prius familiarem habere faceret Ioſephum, quàm eum viderent præſentem: Ioſephus autem man dans amicis ad Samariam, & mutuam ab eis accipiens pecuniam, & parans con uenientia profectioni, veſtes & pocula & ſubiugalia, quę omnia adviginti miliá dragmas erant, Alexandriam vſque peruenit. Contigit autem per illud tempus omnes primates & magiſtratus aſcendere ciuitates Syriæ & Phœniciæ, vt vecti galium ſuſciperent exactionem. Nam ſingulis annis potentibus per ciuitates eã rex committere conſueuerat. Videntes autem hi per viam Ioſephũ, deridebant eius paupertatem & inopiam. Cumq; ad Alexandriam peruenisſet, in Memphi Ptolemæum eſſe cognouit, cui & occurrere feſtinauit. Sedente autem ſuper cur rum rege cum vxore & amico Athenione, qui cum legatione ad Hieroſolymam fuerat deſtinatus, & à Ioſepho hoſpitio clemẽter exceptus: videns Athenio mox regi innotuit, dicens hunc eſſe quem ab Hieroſolymis venturum eſſe nunciauit: quàm bonus inquit, rex iuuenis & liberalis? Ptolemæus vero rex primus eum ſa lutauit, & aſcendere ſuper currum ſuum fecit. Poſtquam vero ſedit, cœpit rex Oniam incuſare. Tunc Ioſephus ait: Veniam ei quęſo præſta propter ſenectutẽ. Non enim vos latet, ait, quod ſenes & infantes eandem mentem contingat ha bere. A nobis autem reddetur tibi ratio, vt ei penitus iraſci non debeas. Gauiſus autem rex de prudentia atque benignitate iuuenis, plus eum quippe iam expertũ diligere cœpit: iuſitq; in aulam regiam ſuſcipi, & quotidie ſuę menſæ eſſe conui uam. Cumq; veniſſet ad Alexandriam rex, videntes Syriæ priores conſedentem cum rege Ioſephum, ægre ferebant. Inſtante vero die quo ſuſcipi habebant vecti galium ſolenniter exactiones, diuerſarum ciuitatum nobiles data pecunia ſuæ patrię exigenda fiſcalia conducebant, quę vſque ad octo milia talenta humilis Syriæ & Phœnices & Iudææ & Samariæ vectigalia colligebantur. Audiens er go Ioſephus, culpabat eos qui conducebant, tanquam paruo munere exigenda regi vectigalia promiſiſſent. Ipſe autem duplum dare pollicitus eſt, & fiſci iuri bus peccantium ſubſtantias applicare. Nam & hoc cum vectigalibus tradeba tur. Rex itaque libenter audiuit, quod ad eius ærarium ſpectaret augmentum: & petente Ioſepho confirmari ſibi vectigalium conductionem, interrogauit rex ſi ſecundum promiſsionem ſuam vades idoneos habere potuiſſet. Ille vero facile reſpondit: Dabo, inquit, homines bonos & optimos, de quibus confidas. Cumq; diceret rex, qui ſunt iſti vades, quos te dare promittis? Te, Ioſephus inquit, ŏ rex & tuam vxorem, propter vtranq; partem ſponſores prębeo tibi. Cuius verba li benter ſuſcipiens Ptolemæus, ſine fideiuſſoribus vectigalium exactionem eum habere permiſit. Quod factum nimis cõtriſtauit eos, qui de ciuitatibus Syriæ ad Ægyptum venerant, quod ſimili non fuerant benignitate tractati: vnde cũ ma gna confuſione ad ſuas vnuſquiſque prouincias receſſere. Ioſephus vero accipiẽs à rege duo milia peditum: petiuerat enim à rege auxilium aliquod, vt ſi vires ha beret, contumaces ac rebelles exigeret: tunc mutuans propter expenſas ſuas ab amicis regis quingenta talenta, de Alexandria in Syriam eſt profectus: qui poſt quam venit in Aſcalonem, vectigalia exigens erat. Aſcalonitæ autem nihil da re voluerunt, ſed etiam contumelijs grauibus eum afficiebant. qui capiens prio res ipſorum viginti trucidauit, & ſubſtantias eorum vſque ad mille collectas ta lenta, regis vtilitatibus applicuit, intimans eíque contigerunt. Miratus autem Ptolemæus prudentiam eius, & laudans quę facta fuerant, permiſit ei agere quę vellet. Hæc audientes Syrij, obſtupuerunt aſcalonitarum contumaciam & exẽ-

Legatio Ioſephi ad Ptolemæum

pla,metuentes ciuitatib9 ſuis,& ideo foribus ciuitatum reſeratis deuotis animis aduentum Ioſephi ſuſtinebant. Nitentibus vero Scythopolitanis contumelijs eum afficere,& vectigalia denegare quę prius ſine dilatione reddebant, horum quoque priores interfecit,ſubſtantiasq; eorum fiſci iuribus applicuit. Colligens vero pecunias multas,& maximum faciens lucrum ab exactione vectigalium, abutebatur collecta pecunia,vt ei potentia permaneret:occaſionem ſibi,& cauſam felicitatis ſeruare putans ex his quæ congregauerat: & multa large regi & Cleopatrę vel amicis eorum dona dirigebat,patrocinia ſibi eorum fauoremque concilians. Potitus vero hac felicitate per annos vigintiduos,& pater factus ab vna quidem vxore ſeptem filiorum:habuit etiam de filia fratris ſui Solini vnum nomine Hyrcanum,quem accepit ex tali cauſa:Cum fratre quondam Alexandriam pergens,ducente etiam ſecum filiam nuptijs iam maturam, vt eam coniungeret alicui ſublimi Iudæo:dumq; apud regem cœnaret,& intraſſet pantomima ad conuiuium pulcherrima, concupiuit eam:fratrique nunciauit deſiderium ſuum,petens eum cælare peccatum. Nam lege apud Iudæos prohibetur alienigenæ conuenire mulieri,quapropter petebat vt fideliter cauſam eius cupiditatis expleret. Frater autem eius libenter miniſterium ſuſcepit,ornansque filiã ſuam, nocte adduxit ad eum,& collocauit. Ille ex ebrietate neſciens veritatem, cum fratris filia concubuit:quo ſæpius facto, valde dilexit eam: dixitq; ad fratrem, quod vita eius periclitaretur,ſi rex ei minime concederet pantomimam. Fratre vero petente nihil eum debere metuere,quoniam licebat eum frui muliere, vxoremque habere: & verum aperiens ei,ac dicens,quia libẽter & ſuam haberet magis filiam iniuriam ſuſtinere,quàm illum videre ad confuſionem deteſtabilẽ venire:laudans eum Ioſephus de concordia fraternitatis, filiam eius duxit vxorẽ, & filium ex ea genuit Hyrcanum,vt prædiximus. Qui tũc tertiumdecimum annum agens,demonſtrauit naturalem fortitudinem & prudentiam,vt etiam acerbá æmulationẽ fratrib9 ſuis excitaret. Ioſepho verovolẽte cognoſcere quis de filijs ſuis virtute melior exiſteret,vnumquenque eorum ad doctorum ſublimium ſtudia deſtinauit. Et cæteri quidem deſidia diſciplinarum indocti fatuiq; redierunt. Poſt illos autem aduleſcentulum Hyrcanum de ſe dimiſit,dans ei trecenta iuga boum,miſitq; viam duorum dierum ad ſolitudinem ſeminare, cælans lora quibus ligantur:quæ non habens Hyrcanus, aratorum quidem ſententiam reprobauit,ſuadentiũ vt ad patrem mitteret quoſdam qui lora deferrent. Tempus autem arbitratus non oportere ſe perdere,dum expectaret illos, qui tranſmitti deberẽt ad patrẽ,excogitauit virile quiddam & maius ætate ſua. Occidens enim decem iuga,carnes quidẽ operarijs diſtribuit,pelles vero eorum incidens,retinacula fecit,per quę iuga ligauit: & hoc modo ſeminans terram quam ei præceperat,reuerſus eſt ad patrem:quem pater ſuſcipiẽs,nimis dilexit propter prudẽtiam & argutiã mentis: & fiduciam eius laudans, tanquam ſolum magis proprium filium diligebat,propter quod fratres eius contriſtabantur. Vt vero nunciauit qui dã Ioſepho,per illud tempus filium regi Ptolemæo genitum,& quod omnes priores Syriæ,& ſubiectarum prouinciarum celebrarent natalem pueri diem,cum apparatu maximo ad Alexãdriam ire ipſe quidem ſenio prohibebatur: filios autem interrogauit,quis illorũ ad regem vellet ire:maioribus vero recuſantibus,& ad tales cõuentus indoctos ſe eſſe dicentibus,fratremq; Hyrcanum poſſe ad regem ire firmantibus,conſuluit eum. Qui cum ſe promiſiſſet iturum, dicens ſe in via non multas pecunias opus habere,dum ſoleret bibere modeſte, & ei decẽ milia dragmæ abũde ſufficerent:gauiſus eſt de ſobrietate filij. Differens autem parum puer,patri ſuadebat dona quidem exinde regi non mittere,dare vero epiſtolam ad diſpenſatorem in Alexandria,quatenus ei daret pecunias ad comparationem eorum,quę optima vel preciosa poterat inuenire. Qui opinatus eſt decem talenta ſufficere ad ſumptum regij muneris: Filiumque collaudans vt bene admonentem

Ioſephus genuit Hyrcanum

Aſtutia et prudentia Hyrcani aduleſcentuli

admonentem, ſcripſit diſpenſatori Arioni, qui omnes per Alexandriam eius diſpenſabat pecunias, non minus tria milia talenta exiſtentes. Nam Ioſephus à Syria pecuniam ad Alexandriam mittebat. Et conſtituto die veniente, in quo aſſignari eas regi oportuiſſet, Arioni ſcribebat, vt eas rederet. Igitur Hyrcanus ſurgens, patris accepit epiſtolas, & Alexandriam perrexit. Egreſſo autem eo fratres eius ſcribunt omnibus regis amicis, vt eum occiderent. Qui vt peruenit Alexandriam, porrexit Arioni epiſtolam. Quo interrogante eum, quanta vellet accipere talenta, nam ſperabat eum quærere decem tantum, aut his paulo plus: cumq; dixiſſet, mille opus habere, iratus increpabat eum, quaſi volentem luxurioſe viuere, & dicebat ei: quemadmodum pater eius ſubſtantiam collegiſſet labore & abſtinentia, & imitatorem fieri genitoris inuitabat. Dare autem non plus decem talenta ſe dicebat, & hæc ad regiam donationem. Tunc furore commotus aduleſcens, in vincula Arionem miſit: cuius vxor ad Cleopatram demandans petijt, quatenus puerum increpareț, nam valde Arion apud eam honoribus præcellebat: quod etiam ad regis noiam Cleopatra perduxit. Itaq; Ptolemæus ad Hyrcanum mittens, admirari ſe dicebat, quod à patre ad ſe trãſmiſſum non enim videret inſuper & diſpẽſatorem ligaſſet. Venire ergo eum, & cauſam ſibi pro qua veniret indicare præcepit. Quem ferunt nuncio regis ita reſpondiſſe: Legem eſſe penes Iudæos, quæ prohibet communes epulas prius attingere, quàm in templo deo immolare: & ideo diſtuliſſe ne ſine donis à patre tranſmiſſis ad regem peruenireț: propter hanc vero cauſam non ad eum veniſſe: ſeruum autem puniſſe, non obſequutum iuſſionibus ſuis, dum nihil diſtaret inter magnum & minorem dominum. Sed ſi talium contumacia non emendatur, & tu, inquit, ſpera ſimiliter à ſubiectis contemni. Quæ Ptolemæus audiens, ad riſum conuerſus, magnanimitatem aduleſcentis miratus eſt. Cumque audiſſet Arion, quod ita rex reſponſum accipiens nullum ei auxilium præberet, dedit aduleſcenti mille talenta, & à vinculis eſt abſolutus. Tres vero differens Hyrcanus dies, regem reginamque ſalutauit: quem illi libenter ſuſcipientes viderunt, & amicabiliter pauerunt propter honorem patris. Qui latenter ad negociatores accedens, comparauit ab eis pueros centum, literas ſcientes, vnumquenque talento vno: & centum virgines, ſingulas eodem precio. Cumque inuitatus ad regis conuiuium diſcubuiſſet cum prioribus prouinciarum, & vltimus omnium, & tanquam puer ab his qui loca ſecundum dignitatem habebant contemneretur: cumque omnes conuiuæ regis oſſa ciborum ante Hyrcanum in menſa proijcerent, ipſo tacente, Tryphon, qui ad conuicia & riſus conuiuarum erat aptus, rogantibus ſe conuiuis, iuxta menſam aſſiſtens, regi ait: Vides domine ante poſita oſſa Hyrcano? Ex hoc conijce, quod & pater eius ſic omnem Syriam denudauit, quemadmodum hæc oſſa iſte carnibus expoliauit. Rege vero ridente ad verba Tryphonis, & interrogante Hyrcanum, cur tanta ante eum oſſa iacerent: Apte, inquit, domine: nam canes ſemper oſſa cum carnibus deuorant, ſicut iſti fecerunt (id de accũbentibus dicens, quoniã iſta ante eos minime iacebant) homines vero carnes comedunt: oſſa autem iactant: quod & ego tanquam homo nunc feci. Rex autem miratus eius reſponſum tam ſapienter dictum, omnes plaudere iuſſit, verbum eius laudãtes. Poſtera vero die ad vnumquemq; regis amicum accedens, & ad potentes aulę, hos quidem ſalutauit, famulos autem interrogauit: quę dona daturi ſunt regi die natalis filij eius? Illis vero dicentibus, quoſdam daturos decem talenta, alios autẽ nobiles ſecundum magnitudinem ſubſtantiæ ſuę: contriſtari ſe ſimulauit, quaſi non valens talem donationem offerre: nam plus quinque talenta ſe non habere affirmabat. Quod ſerui audientes, dominis nunciauerunt: qui gauiſi ſunt, ſperantes Ioſephum regem offendere propter numerum paucitatem. Inſtante vero die, cæteri quidem offerebant talenta non plus viginti, qui magnam videbantur offerre munerum quantitatem: Hyrcanus, quos cõparauerat pueros centum, & virgines totidem, vnicuiq; dans talentum portare, obtulit pueros quidem

De centum pueris & totidem uirginibus ab hyrcano precio comparatis.

Acuta reſponſio de oſſibus, quæ cõuiuæ ante eum iacebãt

Pueros regi & nauit, puellas reginæ

regi,puellas vero Cleopatræ reginæ:omnibus muneri um magnificētiam admirati tibus,& ipsis regibus & amicis eorum,insuper & regi seruientibus,quod digna do na multis talentis obtulisset:vnde etiam& mortis pericula declinauit Hyrcanus quæ fratres eius zelo ducti parauerunt ei. Tunc Ptolemæus magnanimitatē adu lescentis admiratus,imperabat ei donationem quā vellet accipere:ille nihil plus petiuit ab eo in se fieri,quàm vt patri eius scripta dirigeret. Honoransergo eum li beraliter,& donationes copiosas præstans, patri & fratribus & omnib9 magistra tibus scripta transmisit. Audientes autem fratres eius Hyrcanum à rege talia me ruisse,magnoq; cum honore redeuntem,in occursum eius se egredi simulantes,in terficere illum etiam patre sciente omni modo decreuerunt. Irascebatur enim ei pater propter pecunias,quas regi obtulerat,& non curabat salutem eius: & iram quidem quam circa eum habebat, regem timens cælabat. Committentibus vero aduersus eum fratribus pugnam,multos eorum qui eos sequebantur, occidit cum duobus fratribus suis. Cæteri autem ad patrem Hierosolymam confugerunt: qui postquā ad ciuitatē venit,nullo se suscipiente discessit trans Iordanam fluuium, remoratus vectigalia ab Arabis exigebat. Per idem autem tempus regnabat in vbi Asia Seleucus,qui Soter nominabatur, filius magni Antiochi. Tunc mori tur & pater Hyrcani Iosephus,vir bonus & magnanimus,qui populū Iudęorum à paupertate & debilitate ad clarissimas rerū causas vsq; perduxit. Is etiā viginti & duobus annis Syrię & Phœnices & Samarię tributa dispēsauit. Defunctus est vero & auunculus eius Onias,principatum sacerdotij Simoni filio derelinquens.

De Lacedemoniorum epistola,& ædificiis Hircani. Cap. V.

MOrtuo quoq; & isto, filius eius Onias in honorem successit,ad quem rex La cedemoniorum Arius trans legationem & epistolas direxit, quarum huius modi cōtinebatur exemplar. Rex Lacedęmoniorum Arius Oniæ salutem. Legentes scripturam antiquam,inuenimus ex vno genere Iudæos & Lacedæmo nes extitisse,& familiaritatem cum Abraham socialiter habuisse. Iustum est ergo vt fratres existentes,transmittatis ad nos,& pietatis quæ vobis necessaria iu dicatis:facimus vero & nos idem,& vestra propria simul,& nostra communia re putamus. Portior literarum Dimoteles epistolas vobis defert,quadrangulo scri ptas,signaculum habentes aquilam draconem vnguibus deportantem. Epistola igitur à Lacedæmoniorum rege destinata,textum huiusmodi continebat. Defun cto autem Iosepho, populum contigit seditionem pati propter filios eius. Nam maioribus bellum gerentibus contra Hyrcanum vltimum filiorum Iosephi, dis sensit ab inuicem multitudo:plures quidem maioribus auxiliū ferebant cum prin cipe sacerdotum Simone, qui cognatus eorum & affinis esse videbatur. Hyrca nus autem redire quidem ad Hyerosolymā minime iudicauit. Sedens vero trans Iordanam, frequenter Arabas debellabat. Ædificauit vero turrim fortissimam ex lapide albo construens eam,& totam vsq; ad terram sculpsit eam diuersis ani malibus,& in circuitu fecit magnum & altum Euripum,id est, piscinam. Ex pe tra autem contrapositi montis, cuius incidens sinistram extensionem,speluncas multorum spatiorum in longitudinem ibi constituit. Deinde domos quasdam in ea ad conuiuia & somnum,& conuersationem fecit aptissimam multitudini, ca meratas etiam currentium aquarum delectatione gratissimas, ad ornamentum totius aulæ. Ostia vero speluncarum aperuit minora,vt vnus& non multi per ea possent intrare: & hoc custodiæ gratia cōdidit,vt obsessus à fratribus minime pe riculo subiaceret. Insuper ędificauit & atria magnitudine excellētia,& paradisis ornauit egregijs,& talem perficiēs locum, Tyrum eum nominauit: qui locus est inter Arabiam & Iudęam positus trans Iordanem,non longe à Sebonitide regio ne. Præfuit ergo partibus illis per annos septem omni tempore, quo Seleucus Sy riam tenuit. Hoc autem iam defuncto,post eum frater eius Atiochus, qui & Epi phanes vocabatur,regnum obtinuit. Moritur etiam Ptolemæus rex Ægyptiorū, qui similiter Epiphanes vocabatur, relinquens duos filios minores ætate: quorū

vnus

vnus qui & maior erat, Philometor dicebatur, minor autem Philoscon. Hyrcanus autem videns magnam Anthiocum habere virtutem, & timens ne tentus ab eo, tormentis afficeretur, pro his quæ cõtra Arabas egerat, vitam propriæ manus internitione conclusit, cuius substantiam Antiochus suis cõmodis applicuit.

De malis multis Hierosolymæ sub Antiocho perpessus. Cap. VI.

PEr idem tempus defuncto Onia principe sacerdotum, fratri eius Antiochus sacerdotij contulit principatum. Nam filius quem Onias reliquerat, adhuc infans erat. Demonstrabimus autem singula in loco proprio, quæ ad hunc puerum pertinere videbũtur. Iesu vero, nam hic frater erat Onię, principatum sacerdotij rex abstulit iratus, & dedit eum iuniori fratri eorum, nomine Oniæ: Simoni nanque tres filij hi fuerunt, ad quod principatus sacerdotij, sicut prædiximus, peruenit. Et Iesus quidem Iasonem se nominauit, Onias autem Menelaus est nuncupatus. Seditionem itaque prius princeps sacerdotum Iesus aduersus Menelaum concitauit: & diuisa in vtrunque populi multitudine, pro patre Menelai filij Thobiæ consistebant: populi vero pars plurima Iasonem adiuuabant. Vnde laborantes Menelaus & filij Thobiæ ad Antiochum discesserunt, ad notitiam eius perducentes, quod vellent patrias relinquere leges, & conuersationem & mores obseruare Græcorum. Rogauerunt ergo eum, vt permitteret eis ædificare gymnasium Hierosolymis. Cumq; concessisset, circuncisionem suam velauerunt, vt non apparerent in denudatione Græcis esse dissimiles: cæteráque omnia relinquentes, quæ illis mos patrius imponebat, aliarum facta gentium rituq; sequebãtur. Antiochus autem pro suo feliciter imperio exercitum ducere deliberauit ad Ægyptum, tractus desiderio eius, & contemnens filios Ptolemæi vt debiles, ac nequaquam tanta negotia regere prævalentes. Perueniens igitur cum magna virtute ad Pelusium, & dolo Philometorem Ptolemæum circũueniens Ægyptum occupauit. Et cum adisset loca Memphiticæ ciuitatis, eam capiens, contra Alexandriam, vt obsidendo Ptolemæum caperet, ambulauit. Expulsus vero est, non ab Alexandria tantum, sed etiam à tota Ægypto: Romanis sibi denunciantibus, vt discederet à prouincia: sicut prius & alibi demonstrauimus. Exponam vero per partes de hoc rege, quemadmodum Iudæam & templum pariter occupauit. Nam in mea prima conscriptione capitulatim eorum memoriam feci, nunc necessarium putaui ad certiorem eorum narrationem denuo remeare. Reuersus ergo propter Romanorum timorem ab Ægypto rex Anthiochus ad Hierosolymorum ciuitatem ducit exercitum, quò peruenies anno centesimo quadragesimo tertio post regnum primi Seleuci, centesima quinquagesima tertia olympiade, vicesimo & quinto die mẽsis kisleu, quem Macedones Apellæon appellant, cepit eam sine conflictione cuiuspiam, aperiantibus ei portas his qui voluntati eius consentiebant. Ingressusque ciuitatem Hierosolymitarum, multos interemit sibi contraria sapientes: necnon etiam eos qui portas aperientes, ciuitatem ei tradiderunt, propter templi diuitias interfecit: multasque ab eo auferens pecunias, ad Antiochiam reuersus est. Postquàm autem expoliauit templum, ita vt vasa dei auferret, lucernas aureas, & arcam auream, & mensam, & sacrarium, neque velis abstinuit, quæ ex bysso & coco erant. Exhauriens autem omnia, & de thesauris nihil penitus relinquens, ad maximũ Iudæos propter hæc luctum vsque perduxit. Nam & quotidianas immolationes, quas deo secundum leges offerebant, celebrare prohibuit. Deprædans vero totam ciuitatem, quosdam interfecit, alios captiuos cum vxoribus & filijs deduxit, ita vt numerus multitudinis captiuorum vsque ad decem milia existere videretur. Incendit etiam optima ciuitatis loca, & deponens muros, arcem ædificauit in interiori parte ciuitatis: nam alta & eminentior pars erat in tẽplo: & propter hoc muniens eam muris altis & turribus, custodiam Macedonũ ibi disposuit. Manebant etiam in arce nihilominus hoĩes impij, & morib⁹ maligni, à quib. ciues multa & acerba subinde patiebãtur. Ædificans vero & in sacrario aram, super eam porcos immolauit, hostias

1. Machab. 1.

Antiochus tendit in Aegyptũ

Exidium Hierosolymorum & direptio diuitiarum templi

hostias non legitimas, nec patriæ religioni Iudæorum congruas. Coegit etiã eos relinquentes religionem patriam, idolum venerari: ędificare etiam in vnaquaq; ciuitate & vico templa deorum, & arcas collocantes immolare super eas porcos omni die præcepit: & ne quis circuncideretur, aut ne filij eorum. Insuper intermi natus est tormenta grauissima, si quis præter hæc facere inueniretur.

De abnegatione legis & zelo Matathiæ, pro lege dei. Cap. VII.

1. Machab. 1. CONstituit itaque præpositos qui cogerent eos imperialia mandata perficere. Et multi quidem Iudæorum sponte, alij vero propter timorem imminentis regis, præcepta eius sequebantur. Probatissimi autem & generosi detestabi le facinus execrãtes patrijs legibus adhæserunt: propterea diebus singulis pœnis afflicti, & amara passi tormenta, trucidabãtur. Nam & verberati, & diuersis cru ciatibus fatigati, adhuc viuentes, crucis patibulo figebãtur. Vxores vero & filios quos circuncciderunt præter voluntatem regis, laqueis sũffocabant, parentum eos ceruicibus illigantes. Nam & si apud aliquem volumen inuentum fuisset sacrũ, aut lex, & is quoque crudeli sorte moriebatur. Videntes Samaritę Iudæos hęc pa ti, de reliquo se neque cognatos ipsorum, neque templum super Garizin maximi dei, vt prius, esse fatebantur, consuetudinem suæ faciẽtes naturæ, de qua superius constat expressum: sed dicebant se Medorum Persarumq; colonos. Mittentes er go ad Antiochum legatos & epistolam, quæ subter sunt scripta, significarunt. Re gi Antiocho Epiphani relatio à Sichimitis Sidoniorum: Nostri maiores propter crebras prouinciæ pesti lentias, sequuti priscam quandam superstitionem, consue tudinem fecerunt colendi, quæ dicitur apud Iudæos Sabbatorum dies: ædifican tes sine nomine in Garizin monte templum, offerebant in eo deuotas immo lationes. Vobis autem malignitatem Iudæorum digne vlciscentibus, venien tes iudices vestri, arbitrati ob cognationem illorum nos eadem facere, similibus nos pœnis afficiunt, dum ab initio Sidones esse noscamur, quod manifestum esse publicis constat annalibus. Petimus ergo te beneficum & saluatorem denunciare Apollonio, nostrarum partium iudici, & Nicanori regalia tractanti negotia, vt nihil nos debeant molestare, quasi Iudæis aliqua superstitione coniunctos, quũ genere & moribus ab eis probemur alieni. Templum vero ædificatum, quod ad huc sine cuiusquam dei nomine constat, Cretæi Iouis illud appellatione petimus dedicari. Quo facto, vitamus importunas molestias sustinere, operibusque sedulo vacantes, tibi soluimus reddituum quantitatem. Hæc petentibus Samaritis, rex ista rescripsit: Antiochus rex Nicanori. Sichimitæ Sidonij porrexerunt mihi pu plicam relationem. Sed quia cogitantibus nobis amicis, docuerunt ab eis missi, quod criminibus Iudæorum in nullo probantur esse participes, quando moribus Græcorum viuere potius elegerunt, absoluimus eos à Iudæorum pœna nocẽtium & templum eorum quemadmodum petierunt Cretæi Iouis appellatione dedice-

1. Machab. 2. tur. Eadem & Appollonio partium iudici scripsit, sexto & quadragesimo anno mẽse. Heccato, octaua decima die. Eodem tẽpore erat habitãs aliquis in Modin vico Iudææ: nomine Matathias, filius Iohannis filij Simeonis, filij Asomonei, sacerdos de vice Iobab Hierosolymitæ. Erant autem ei filij quinque, Iohannes, qui vocabatur Gaddis: & Simon, qui dictus est Matathias: & Iudas qui cogno minabatur Machabęus: & Eleazarus, qui nũcupabatur Aphus: & Ionathan qui appellabatur Abaron. Iste ergo Matathias plangebat apud filios statum rerum, & ciuitatis rapinam, & templi nuditatem, & calamitates plebis dicebatq; melius illis esse pro patrijs niori legibus, quàm ita sine gloria viuere Venientibus autem ad Modin villam à rege directis, vt cogerent Iudæos facere quæ præcepta vide bantur à rege, & iubentibus illic constitutis idolis immolare, secundum regis iussionem, & primum Matathiam, qui doctrina vel fama gloriæ reliquos anteibat, sacrificare compellentibus, Matathias recusabat hoc facinus dicens: Licet alij omnes iussionibus Antiochi pro timore obtemperent, mihi tamen & meis filijs

tale

tale ſcelus nullatenus imponitur. Quumq; tacuiſſet, accedens quidam ex Iudęis, immolauit in medio, ſicut præcepit Antiochus: iratuſque Matathias irruit ſuper eum cum filijs ſuis habentibus gladios, eiuſq; ſanguinem ſuper aram effudit, & iudicem regis Appollonium, qui eos ad talia cogebat, cum ſuis paucis militibus interemit, & aram deponens, clamauit: Si quis æmulatur patrias leges, & dei religionem, ſequatur me. Et hæc dicens, cum filijs ad ſolitudinē exijt, relinquens omnem ſuam poſſeſſionem. Idem multi facientes, cum filijs & vxoribus ad ſolitudinem confugerunt. Audientes verò iſta iudices regis, auxilia conuocantes quæ in arce Hieroſolymorum pro cuſtodia permanebant, prius quidem conabantur verbis eos flectere, vt ad pœnitentiam peruenirent, & eligerent potius illa quæ proſunt, ne aliqua neceſſitate cogente, eis tanquam hoſtibus vterentur. Quibus non accipientibus verba, ſed econtra ſapientibus, conflixerunt die Sabbatorum: & ſicut erant in ſpeluncis, ibi eos atroci incendio cremauerunt, cum repugnare propter diem ſabbatorum noluiſſent, ne in malis ſuis honorem ſabbati tranſgredi viderentur. Nam vacare in eo nobis legitimum eſt. Mortui ergo ſunt cum vxoribus & filijs in ſpeluncis, globis fumiferis ſuffocati, numero mille. Multi autem liberati adiuncti ſunt Matathiæ, & illum ſibi iudicem ordinarunt, qui & ſabbatis eos docebat pugnare, dicens: Quod ſi hoc non fecerint obſeruantes legem, ſibimetipſis erunt hoſtes, in illo die contra eos venientibus inimicis. Hoc dicens perſuaſit eis, & hactenus nobis permanet conſuetudo pugnandi, etiam ſi tali die bella conſurgant. Colligens ergo ſibi Matathias armatam multitudinem, aras depoſuit idolorum: & peccantes in eis quantos manu capere potuit, interemit. Nam multi eius timore diſperſi ſunt ad gentes propinquas. Et pueros non circunciſos iuſſit circuncidi, expellens eos, qui vt talia prohiberent erant conſtituti.

Exhortatio Matathiæ morituri ad filios. Cap. VIII.

IGitur eo magiſtrante vno anno, dū morbo grauiſſimo premeretur, conuocauit filios ſuos: & circunſtātibus, ego quidē, inquit, ō filij decretam proficiſcar viā. Commendo autem vobis patrias leges, obteſtans, ne earum trāſgreſſores, ſed potius cuſtodes eſſe debeatis. Paternæ vero voluntatis memores, ritus patrios cuſtodite, & periclitantem antiquam conſuetudinem reſtaurate: nec ſeducti ab his qui ſponte aut neceſſitate ea aut perdunt, aut produnt, ſed digni meo inſtituto, omnē violentiam & neceſſitatem tolerando ſuperate, ita vos præparantes, vt ſi oporteat, pro legibus grata mente moriamini: ſcientes hoc, quia deus tales non deſpicit: ſed veſtram virtutem inſpiciens, reddet vobis libertatem, & quandoque reſtituet vt cum ſecuritate veſtris moribus perfruamini. Nam corpora noſtra mortalia & temporalia ſunt, factorum vero monumenta immortalitatis ordinem conſequentur. Quod conſiderantes vos decet appetere gloriā, quæ nullo ſit fine claudenda. Concordiam vero vos habere commoneo, & in quo aliquis melior exiſtit altero, cedentes vobis inuicem proprijs miniſtrare virtutibus: & Simonē fratrem veſtrum ſapientia antecedentem, vobis patrem putate. Et quicquid ille perſuaſerit, cuſtodite. Machabæum vero propter virtutem & fortitudinem habebitis militiæ ducem. Nam gentem defendens, hoſtes viriliter expugnabit. Suſcipientes viros iuſtos & religioſos, veritatem eorum fouete. Iſta filijs loquutus eſt, deum orans adiutorem eis fieri. Et vt populo leges propriæ conſeruētur, fideli corde ſupplicans, viuendi finem communi ſorte ſuſcepit. Et ſepelitur in Modin, magnumque luctum omni populo ſuper eum agente, ſucceſſit gubernationi rerū filius eius Iudas, qui & Machabæus, centeſimo & quadrageſimo ſexto anno. Et adiuuantibus ſe prono animo fratribus, cæterisque religioſis finitimis, inimicos à prouincia expulit, & tranſgreſſores legum patriarum Iudæos occidit, & purificauit ab omni macula ſuam terram.

1. Machiz. Matathias moritur.

De Apollonio victo à Iuda, ſucceſſoréque Lyſia. C. IX.

HÆc cum audiſſet Apollonius dux Samariæ, colligens exercitum, egreſſus eſt cōtra Iudam. Ille autem occurrit ei, & committens cum eo pugnam vicit, &

1. Machab. 3.

cit, & multos eorum interfecit: inter quos & ducem Apollonium armis exuens, interemit, multamq; prædam ab exercitu hostium auferēs discessit. Seron autem dux inferioris Syrię, audiens quod multi transirent ad Iudam, & magna iam virtute circunseptus ad bellum accederet, statuit contra eum dimicare: & colligens milites sub se constitutos, vel transgressores Iudæos, contra Machabæum produxit exercitum. Perueniēs autem vsque ad Bettoram, vicum Iudeæ, ibi exercitum collocauit. Iudas autem occurrens ei, & confligere disponens, quia milites ad pugnā videbat propter paucitatē & ieiunium desides, hortabatur eos, dicens: Non propter multitudinē vincendos hos aut expugnandos esse credatis, sed pietate: & hoc euidentissimum habemus exemplum, maiores nostros, qui propter iustitiam propriasq; leges certantes, multa sæpius milia deuicerunt. Nam nullum læsisse maxima virtus extitit. Hæc dicens suasit eis contemnere multitudinem & confligens cum Syris, duce eorum interfecto vertit cunctos ad fugam. Sequutus autem eos vsque ad campum, occidit octo milia: reliqui autem fugati, ad maritima loca discesserunt. Quæ audiens rex Antiochus, maximo furore commotus, omnem propriam virtutem congregans, & multos ab insulis mercede conducens, parabat circa veris initium dimicare contra Iudam. Vt vero militibus stipendia distribuens, vidit thesauros deficere: non enim ei omnia vectigalia reddebātur propter seditiones gentium: nam cum magnificus esset, ei minime sufficiebant quæ dudum collegerat: deliberabat primum ad Persidam ire, tributaq; prouinciæ congregare. Relinquens autem pro rerum gubernatione quendam Lysiam, gloriam apud se maximam possidentem, vt regeret prouincias à fluuio Euphrate vsque ad fines Ægypti, & inferioris Asiæ, & partem exercitus, & elephantos ei tradens, præcepit ei filium suum Anthiochum diligenter nutrire, & vastare Iudæā, & habitantes in ea ducere captiuos, & euertere Hierosolymam, & genus Hebræorum omnino disperdere. Hæc quidem præcipiens Lysiæ rex Antiochus, abijt ad Persidam, centesimo & quadragesimoseptimo anno, & transiens Euphratem, ad superiores prouincias ascendit.

Vincitur Seron

Lysias ad uastā dam Iudæam relinquitur.

De victoris Iudæ, & occupatione Hierosolymæ, restitutionéque cultus diuini. Cap. X.

LYsias vero eligens Ptolemæum Dorimenis, & Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes, & amicos regis: & tradens ei peditum quadraginta milia, equitum vero septem milia, transiuit contra Iudæos. Qui vsque Emaus ciuitatem venientes, in campo exercitum locauerunt. Superuenerunt vero eis auxilia de Syria, vel à finitimis locis, & multi transfugæ Iudæi, nec non & negociatores quidam, sperantes se emere captiuos Iudæorum, argentum & aurum pro prætijs eorum secum deportātes. Exercitum autem & multitudinem aduersariorum Iudas intendens, suadebat suis militibus cōfidere, hortabaturq; spem victoriæ in deum habere, & vt saccis induti patria lege eum rogarēt, solitumq; petitionis habitum ostendentes supplicarent, quatenus præberet eis contra inimicos auxiliū. Quo facto disponens eos secundum antiquum & patrium modum per millenarios, & illos dimittens, qui paulo ante vxores duxerāt, & eos qui possessiones paulo ante acquisierant, ne pro earum desiderio minus audacter cōtra hostes pugnarent, residuos talibus hortabatur affatibus. Tempus quidem vobis non aliud necessarium est, ō socij, nisi vt fortiter pericula contemnatis. Nunc enim licet viriliter certādo accipere libertatem, quam & propter seipsam vobis charam, & propter diligentia colendi deum plus desiderabilem esse confido. Tanquam ergo in hoc solo vobis positis, vt accipientes eam, felicem & beatam renouetis vitam quasi secundum leges & consuetudines conuersemur, agite, ne forte per negligentiā vestram Iudaicæ gentis semen intereat. Ita ergo pugnate, mortem pro maximo lucro putātes, vt si viceretis, cum libertate & patrijs legibus æternam gloriam conquiratis. Parate ergo vos crastina die audacibus animis, vt bellum pro lege patria committatis. Iudas quidem incitans socios, ita loquutus est. Hostibus vero

1. Mach. 3.

Oratio Iudæ ad socios

transmittentibus

transmittentibus Gorgiam cum quingentis peditibus & mille equitibus, quatenus per noctem irrueret super Iudam, & ad hoc præuios eis dantibus eis aliquos de transfugis Iudæorum, sentiens filius Matathiæ, statuit & ipse castra hostium latenter inuadere. Cumq; cœnasset, focos plurimos derelinquens, tota nocte profiscens, in aduersariorum castra ad locum Emaum peruenit. Gorgias autē exploratus est castra Iudæorum, nec eos inueniens, arbitratus eos in montes ascendisse, vbi essent quærere decreuit. Lucescēte vero die, apparuit hostib⁹ in Emaus Iudas cum tribus milibus plus minus, armatis vtcunq; propter paupertatem. Qui respiciens aduersarios optime septos, & studio militari dispositos, inuitauit Iudæos, dicens: Etiam nudis corporibus pugnare debemus & deum inuocare, qui sæpius nos inermes contra plures & armatos fecit habere victoriam. Sermone vero finito iussit tubicines clangore significare militibus suis, quatenus inopinatos hostes inuaderent. Quorum multos resistētes occidit, reliquos vero persequutus est vsque ad Gazara, campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ. Prostrata sunt autem tria milia eorum. Iudas vero iubebat militibus suis hostium prædam contemnere, dum adhuc certamen & pugna contra Gorgiam eis supereſſet, quibus expugnatis, esset prędæ licentia. Adhuc eo dicente hęc ad milites, respexerunt illi qui cum Gorgia erant: & exercitum quem in castris reliquerant, viderunt esse deiectum, castraq; incensa. Nam fumus à longe eis quæ acciderant indicabat. Vt ergo hæc ita esse qui erant cum Gorgia cognouerunt, & eos qui cum Iuda erant paratos ad aciem attenderunt, mente ad fugam conuersi sunt. Iudas autem sine pugna deiectis Gorgiæ militibus, reuersus tulit hostium spolia: multumq; aurum & argentum, & purpuram & hyacinthum auferens, ad propria remeauit cum lætitia, laudans deum de his quę potuit obtinere. Nam hæc victoria desi deratam eis contulit libertatem. Tunc Lysias de perditione exercitus quem perdiderat confusus, statim alia electorum peditum sexaginta milia, & quinque milia equitum congregans, venit protinus ad Iudęam. Et ascendens super montana in Bethuris villa Iudęæ castrametatus est. Occurrit autem ei cum decem milibus Iudas. Et multitudinē hostium videns, adiutorem deum sibi fieri postulauit. Et confligens cum præcursoribus aduersariorum, sine aliqua dilatione superauit, prosternens quinque milia virorum, & factus est reliquis in timorem. Attendens autem Lysias audaciam Iudæorum, quia parati sunt mori, nisi eis viuere cum libertate licuisset: & timens eorum desperationem tanquam fortem, colligens residuū exercitum redijt Antiochiam: & remorabatur ibi, præsidia congregans peregrinorū, vt cum maiori expeditionis apparatu contra Iudæos venire posset. Toties igitur victis Antiochi regis ducibus Iudas concionem faciens, suadebat, vt post tantas sibi donatas victorias à diuina dispensatione, ascenderent Hierosolymam, templumq; ab idolis expiarent, legitimasq; hostias immolarent. Qui dum cum tota multitudine ad Hierosolymam peruenissent, templum desertum inueniens, & incensas portas, & syluas in templo per longam solitudinem pullulasse, lugere cœpit cum proprijs socijs pro templi visione. Eligens autem quasdam milites, iussit eis expugnare eos qui arcem custodiebant: dum ipse templū à ruine fœditate purgaret. Quod diligenter emundans, introduxit noua vasa, candelabrum, & mensam & aram ex auro factam. Recomposuit autem & vela in ingressu, & ianuas ipsas constituxit. Deponens quoque altare, de lapidibus nouis aliud ædificauit. Quinta vero & vigesima mensis kisleu quem Macedones Apellæon vocant, accenderunt lumina super candelabrum, & adoleuerunt, & holocausta in nouo altari obtulerunt. Hæc autem facta sunt post tres annos, eodem die quo mutata est eorum religio ad profanam idolorum consuetudinem. Nam templum destructū ab Antiocho, sic tribus annis permansit. Quinto enim anno & quadragesimo & cēteſimo, hæc in templo facta sunt, quinto & vicesimo die Apellæi mensis olympiade centesima & quinquagesima tertia: renouatum vero est in eodem die, quinta & vicesima Apellęi mensis, octauo & quadragesimo & cēteſimo anno: olym-

Victoria Iudæ

Alia victoria Iudæ

Iudas occupat Hierosolymam

renouatio templi

piade centesima & quinquagesimaquarta. Desolationē vero templi contigit fieri secundum Danielis prædicationem, quam ante quadringentos & octo annos prædixerat: per quam significauit, quod Macedones illud destruerent. Celebrauit autem Iudas cum ciuibus suis pro renouatione templi sacrificia per dies octo, nullum genus deliciarum relinquens, sed pretiosissimis dapibus eos pascens. Deum autem laudibus & psalmis glorificabat, sese; mutuo cantibus delectabāt. Pro renouatione vero solennium, post multum tempus insperata religione receptorum, legem posuerunt, vt posteri per octo dies hanc renouationem templi celebrarent. Vnde & ab illo tempore hactenus hanc festiuitatem celebramus, vocantes eam Lumina, eo quod præter spem hoc nobis splendidum lumen colendæ religionis apparuit. Murum autem in circuitu ciuitatis cōstruxit, & aduersus incursiones hostiū turres ædificauit altissimas, custodes in eis deputans: sed & Bethsuram nomine ciuitatem muniuit, quatenus pro castello ea aduersus necessitates hostium vteretur.

Festum Luminarium.

Debellis Iudæ contra Idumæos & Ammonitas. Cap. XI.

1. Machab. 5.

His ita factis, gentes finitimæ reparationem templi & fortitudinem Iudęorum grauiter ferebant. Quapropter insurgentes, multos Iudæorum per incursiones & insidias opprimebant. Aduersus quos frequenter bella Machabæus educens, ab incursionibus & à malis, quæ iudæis inferebant, eos arcere tentabat. Et super filios Esau idumæos aduenientes per summitates, in ea multos eorū incendit vicos muros; prostrauit. Deinde contra Ammonitas perrexit, exercitum magnum habentes, quorum dux erat Timotheus. Subijciens autem & istos, Azotorum cepit ciuitatem: & vxores & filios eorum ducens captiuos & ciuitatem incendens reuersus est ad iudæam.

De bello iudæorum contra Tyrios & Timotheum. Cap. XII.

1. Machab. 5.

Audientes autem eum vicinæ gentes reuerti: congregantur in Galaaditidem contra iudęos sibi finitimos. Qui fugientes ad Dathemam castellum, transmiserunt ad Iudam, mādantes ei quod festinaret Timotheus capere locum in quo confugerant. Cum; legerentur epistolę, à Galilæa quoq; alij nūcij superuenerunt, indicantes congregari eos qui in Ptolemaide, Tyro, & Sidone, & alijs erant ciuitatibus Galilææ. Ergo ex vtraq; parte hostibus nunciatis, cogitas Iudas quid deberet fieri, Simonem quidem fratrem præcepit tria milia electorum accipere, & in solatium Galilæorum exire: ipse vero cum Ionatha fratre suo, & octo milibus militū exiens in Galaaditidem, reliquit super cęterū exercitum Iosephū Zachariæ & Azariam: præcipiens eis seruare diligenter iudæam, & cum nullo hostiū bellum cōmittere, donec ipse reuerteretur. Igitur Simon perueniens ad Galilæam, & confligens cum inimicis in fugam eos conuertit, & vsq; ad portas Ptolemaidis persequens, occidit tria milia eorum, & spolia tollens perempto rum, & captiuos ab eis Iudæos, & sarcinulas eorum auferens, ad propria remeauit. Iudas vero Machabęus & frater eius Ionathas transeūtes Iordanem fluuium, & viam trium dierum ambulantes, Nabathęos cum pace occurrētes inueniunt. Quibus narrantes, quę in Galaaditide contigissent, & quod multi eorum tribularentur per castella & ciuitates Galaaditidis, suadentes ei properare contra alienigenas, vt possit à periculis Iudęos eruere, flexus reuertetur ad solitudinem: & irruens primum super habitantes Bethsuram, cepit eam, & omnem masculum ętate validum trucidauit, & ciuitatem incendit. Facta autem nocte, nec sic abstinuit. Sed profectus ad castellum in quo Timotheus Iudæos obsidebat, mane ad eum peruenit. Et inueniens iam ad muros accedētes aduersarios, & quosdam scalas vt ascenderent, alios machinamenta ferentes, iussit tubicinem signum dare. Adhortatusque milites pro fratribus & propinquis prono animo laborandum, & in partes diuidens exercitum, hostes à tergo inuadit. Sentientes autem hi qui cum Timotheo erant, quia Machabæus est, experti iam prius

Simon victor euadit

Iudæ victoria de Thimotheo

prius eum per bella virtutis & fœlicitatis, ad fugam conuerſi ſunt. Sequutus autem eos Iudas cum exercitu, interfecit octo milia eorum. Deuians autem ad Mellani ciuitatem alienigenarũ, cepit eam, & omnes maſculos interfecit, ciuitatem vero ipſam ſuccendit: exienſq; inde, Caſtomachi, & Boſor, ac multas ciuitates Galaaditidis euertit. Interiecto vero tempore, Timotheus maximum præparás exercitum, aliaq; præſidia colligens, & Arabas mercede conducens, venit trans Torrentem prope Rophon ciuitatem, exhortatuſq; eſt milites dicens: Si pugnam cum Iudæis commiſeritis, prono animo certate, neque torrente tranſeatis. Nam ſi trãſieritis, perditionem vobiſmet ipſis cognoſcite imminere. Iudas autem Machabæus Timotheum præparatum ad pugnam audiens, cum vniuerſis ſuis militibus feſtinabat ad bellum. Et tranſiens torrentem, irruit ſuper inimicos, & quoſdam eorum ocurrentes occidit: alijs autem timorem incutiens, arma ſua proijcere coegit. Quorum quidam ad locum, qui dicitur Grana, fugientes, ſperauerunt ſalutem. Iudas vero ciuitatẽ capiens, eos interfecit, & locum incendit, varia vſus ſpecie ad hoſtium necem. Cumque hæc peregiſſet, colligẽs Iudęos qui in Galaaditide erant, cum vxoribus & filijs, & omni eorum ſupellectile, decreuit ad Iudæam reuerti. Cumq; veniſſet ad aliquam ciuitatem, quæ dicitur Enfron, in via poſitam, dum nec aliud iter pergere potuiſſet, nec reuerti vellet, miſit ad ciues in Enfrõ, rogans eos quatenus licentiam darent ei per ſuam ciuitatẽ tranſire. Nam illi portas lapidibus obſtruxerant, & exitus itineris occupauerant: quibus minime acquieſcẽtibus, Iudas adhortatus ſuos circundedit obſidione ciuitatẽ. Quam vna die vel nocte expugnans cepit, & omne maſculinum in ea occidit, incendens totam. Quo facto, per eam ſibi viam aperuit. Tanta autem erat peremptorũ multitudo, vt etiam ſemper mortuos ambularent. Tranſeuntes vero Iordanem, venerunt ad magnum campum, cuius in proſpectu iacet ciuitas Bethſamis, quæ Græce dicitur Scythopolis. Inde ad Iudæam perrexerunt, cantantes & laudantes, & ſolitos pro victorijs ludos agentes: vbi immolauerunt ſacrificia, gratias agentes pro his quæ peregerunt, & pro ſalute exercitus. Nam nullus Iudæorum in his prælijs eſt defunctus. Ioſephus vero Zachariæ & Azarias, quos præſides reliquerat Iudas, tempore quo Simõ in Galilæa Ptolemaidem expugnabat, cum & ipſe Iudas cum fratre ſuo Ionatha in Galaaditide debellaret, audientes, vt & ipſi gloriam acquirerent ducum fortiſſimorum, omne ſub ſe conſtitutum auxiliũ colligentes ad Iamniam venerunt, Gorgiæ duci Iamniæ occurrentes: prælioque facto, duo milia ſuorum militum amittentes, ad Iudæam fugerunt. Euenit vero eis hæc calamitas, eo quod non obedierunt præceptis Iudæ, dicentis vt contra neminem pugnam ante ſuum aduentum committerent. Nam ſuper omnes alios bellicos tractatus in hoc mirandus extitit, quod Ioſephi & Azariæ cladem futuram prædixerat, ſi tranſgrederentur eius præcepta. Iudas autem & frater eius pugnare contra Idumæos non ceſſabant, ſed vndique eis imminebant. Et Chebron ciuitatem capientes, munimina eius depoſuerunt. Et turres incendentes, deprędabãt terram omnem alienigenarum. Ad Mariſan vero ciuitatem & Azotum venientes, tenuerunt eas: & multa ſpolia exinde ducentes, ad Iudæam reuerſi ſunt.

Aliá victoria

Bethſamis quæ & Scytopolis

Infelix pugna.

De cauſa mortis Antiochi. Cap. XIII.

EOdem tempore & rex Antiochus ſuperiorem prouinciam percurrens, audiuit ciuitatem Perſarum diuitijs excellentem Elimaidem nomine, præcioſiſſimumq; templũ in ea Dianæ, & omni ſpecie ornamentorum plenum: inſuper & arma, & loricas, quas reliquiſſe audierat filium Philippi, regem Macedonum Alexandrum. Cõmotus ergo egreditur contra Elimaidam, & obſidebat eã. His vero qui in ea erant, minime territis impetu eius, neque obſeſſione, ſed pertinaciter repugnantibus, ſpe deceptus diſceſſit. Nam exeuntes à ciuitate, fugauerunt & perſequebantur eũ vſq; ad Babyloniã. Vbi cum poſt multã ſuorum militum amiſſionẽ veniſſet, quidam ei nunciauit & ducum perditionem, quos pugna-

1. Machab. 6.

Antiochus frustra obſidet Elimaidem.

te contra Iudæos reliquerat, & creuisse fortitudinem Iudæorum. Super priorem itaque curam hoc crescente malo, incurrit in ægritudinem. Qua diu tenente, & crescentibus passionibus, intellexit quod moreretur, cõuocansq; amicos, morbum suum eis atrocem esse indicauit: confessus hæc ideo se pati, quod Iudæorum gentem affligens, templum expoliasset, deumq; contempsisset. Quo dicto, ilico expirauit. Vnde miror Polybium Megalopolitam, quod vir bonus existẽs, dicit ideo perisse Antiochum, quia voluit templum Dianæ in Persida deuastare. Nam qui nullatenus egit peccatum, sed tantum cogitauit, nullo reatu tenebatur. Si autem Polybio videtur ideò Antiochum vitá finisse, multo plus verisimile creditur propter templi Hierosolymitani excidium sacrilegum regem perisse. Sed ob hoc nõ resisto Megalopolitæ, cum nostra opinio vera videatur. Antiochus autem priusquam moreretur, cõuocans Philippum, vnum ex amicis suis, tutorem eum regni constituit, & dans ei diadema, & stolam & annulum, filio suo Antiocho iussit deportare, & censuit vt prouideret eius educationem, & custodiret eius imperium. Defunctus vero est Antiochus nono & quadragesimo & centesimo anno.

Moritur Antiochus

De pugna Eupatoris contra Iudam, Eleazari fortitudine, & incommodis Hierosolymæ. Cap. XIIII.

LYsias autem mortẽ eius nuncians multitudini, filium eius Antiochum, quẽ ipse nutriebat, regem constituit, vocãs Eupatorem. Eodem tempore hi, qui erant in arce Hierosolymorum custodes Macedonum, & transfugæ Iudæorum, multa in iudæos aduersa fecerunt. Eos enim qui ascendebãt in templum immolare, repente inuadentes, hostiliter opprimebant. Nam arcis culmen templi altitudinem superabat. His igitur accidentibus Iudas deuastare arcis custodiam deliberauit, & colligens omnem populum, arcem instãtius obsidebat, anno principatus Seleuci centesimo & quinquagesimo. Construens igitur machinamenta & aggeres accumulans, arcem capere laborabat. Multi vero ex transfugis ea nocte egressi ad prouinciam, & aliquos similes & impios congregantes, ad Antiochum regem vsque venerunt: petentes non debere se despici, dum à cõtribulibus suis atrocia peterentur, quæ ideo sustinerent, quoniam religione sua relicta, patris eius imperijs obedissent, & nunc pericula sustinerent per Iudam & viros eius necnon & custodes à rege deputati, nisi aliquod ab eo præsidium mitteretur. Hæc audiens adulescens Antiochus, valde iratus est: & conuocans duces & amicos, præcepit colligendum exercitum, siue peregrina solatia. Congregatusq; est exercitus peditum quidem centum milia, equitum vero viginti milia, & elephantos ducentos & triginta quinque. Producẽsque exercitum, egressus est ab Antiochia cum Lysia, habente totius exercitus gubernationem: & perueniens ad Idumeam, exinde ad Bethsuram ascendit, ciuitatem nimis fortiter munitam. Sustinentibus vero Bethsuræis, & præparationem machinamentorum eius incendentibus, multum temporis in obsidione consumptum est. Iudas vero audiens regis aduentum, distitit quidem ab obsidione arcis. Occurrens autem regi, castrametatus est in augusto quodam loco, qui dicitur Bedoscaria, decem stadijs ab hostibus distante. Rex autem egressus à Bethsura, per angusta duxit exercitum ad castra Machabæi: factoque diluculo, milites ordinauit in acie. & elephantos quidem sequi seipsos inuicem fecit, propter locorum angustiam non eos valens in latitudinem collocare. in circuitu vero vniuscuiusque elephanti properabant pedestres quidem mille, equites vero quingenti. Gestabant autem elephãti turres excelsas, & arcarios in eis: reliquamq; virtutem ex vtroque latere mõtis fecit ascendere, amicos exercitui præponens: & iubens clangorem fieri ad hostes accessit, aureos enudans clypeos simul & æreos, vt nimium fulgorem suæ claritatis emitterent: montésque eis frementibus resultabant. Hæc Iudas inspiciens, territus non est, sed fortiter excipiens inimicos, ex eorum præcursoribus vsq; ad sexcentos occidit. Eleazarus autem frater eius, quem Mauronem vocabant, vidẽs sublimiorem

Antiochus contra Iudam

rem elephantum ornatum loricis esse regalibus,& putans in eo sedere regem,accessit ad eum omni virtute:& multos circa elephantē perimens,alios disperdens fugere compulit:& sub ventrem ingressus elephantis,eum percussit. Qui mortali plaga percussus, moriens cecidit, & Eleazarum suis compressum ponderibus interemit. Sic enim magnanimiter multos inimicorum disperdens, vita priuatus est. Iudas autem fortitudinem hostium contemplatus,discessit ad Hierosolymā, & obsidioni necessaria præparabat. Antiochus autem partem expeditionis in Bethsuram misit,vt eam deuastaret:cum reliqua autem multitudinis virtute ipse ad Hierosolymam profectus est. Bethsuritæ ergo territi fortitudine aduersariorum,& sua videntes nessaria defeciſſe,seipsos accepta fide tradiderunt. Antiochus autem capiens ciuitatem,omnes ciues nudatos eiecit, & suos ibi custodes reliquit. Multo vero tempore templum obsidens, in Hierosolymis sedebat, pertinaciter intus repugnātibus ciuibus. Nam ad singula quæ contra eos statuerat rex machinamenta,illi è contrario ad suam defensionem instrumenta bellica requirebant. Quibus & alimenta defecerunt,fructibus prioribus omnibus consumptis Et terra illo anno non erat culta,quia septimus annus instabat: in quo secūdum legalia instituta,relinquebatur vacua terra. Multi vero obsessorum refugiebāt propter inopiæ necessitatem. Vnde relicti sunt in templo pauciſſimi. Et his quidem qui in templo obsidebantur, tales res accidebant. Lysias vero dux, & rex Antiochus,quum Philippus à Persida veniens nunciatus est eis, commendatum sibi præsumpsisse imperium,& rempublicam Antiochi sibi velle defendere: prætermittentes obsidionem, ire aduersus Philippum decreuerunt. Quod consilium nequaquam manifestum cæteris ducibus facere noluerunt, sed iussit rex Lysiam ducibus dicere diuturnam obsessionem nihil eis posse proficere:quando & locum aduersariorum constaret esse munitum,& sibi victualium necessitas irrogaretur & expediret pacem facere cum Iudæis, eosq; relinquere proprijs vti ceremonijs: vnde à nobis hactenus prohibiti, existere videntur aduersi. Hæc dicens, de Philippi tyrannide tacendum esse decreuit, ne exercitus sui dubia corda perciperet. Hæc Lysia dicente, exercitui & ducibus sententia placuit. Tunc mittens rex ad Iudam, pacem promisit obsessis, & patrijs legibus eos viuere pollicetur. Hi vero suscipientes verba, & confirmatis sacramentis & fide, exierunt à templo. Intrans vero Antiochus, & aspiciens munitum locum, impudenter sacramenta transgressus est,iussitque omnem exercitum in circuitu stantem deponere muros vsque ad solum. Postquam hæc fecit, reuersus est ad Antiochiam, ducens Oniam principem sacerdotum,qui & Menelaus dicebatur. Nam Lysias persuasit regi Menelaum occidere, si vellet Iudæos esse pacatos: dicens hunc fuisse initium malorum, qui flexit patrem suum cogere Iudæos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaum ad Berœam Syrię ciuitatem,interfecit eum, post decimum annum principatus sacerdotij eius: qui vt ipse principatum obtineret, impulit Iudæos transgredi leges. Princeps vero ordinatus est post Menelai interitum Alchimus,qui & Ioachim vocatus est. Rex autem Antiochus inueniens Philippum iam rebus imperantem,debellabat eum. Quem sub sua faciens potestate,occidit. Filius autem principis sacerdotum Oniæ, de quo prædiximus adhuc puerulus defuncto patre relictus, videns quod auunculum suum Menelaum rex interfeciſſet,& principatum sacerdotij Alchimo dediſſet non existenti de genere sacerdotum,sed à Lysia flexus,vt transponeret honorem ab ea familia ad aliam domum,fugit ad Ptolemęum regem Ægypti,& honorem meruit ab ipso & vxore eius Cleopatra: locumque petijt in regione Heliopolitana, vbi simile Hierosolymorum ædificaret templum. De his quidem tempore oportuno exponemus.

Obsidio templi

De gestis Demetrij contra Iudam. Cap. XV.

EOdem tempore fugiens Demetrius Seleuci filius à Roma, & perueniens ad Tyrum, imposuit sibi diadema, & colligens quosdam mercede conductos 1. Machab. 7.

ſatellites,ingreſſus eſt aulam,omnibus libenter eum ſuſcipientibus. Comprehendentes vero Antiochum regem cum Lyſia, viuentes perducunt ad eum. Qui ſtatim iubente Demetrio interempti ſunt, cum regnaſſet Antiochus annis duobus, ſicut iam & alibi demonſtratum eſt. Conuerſi autem ad eum multi Iudæorū maligni vel transfugæ, cum quibus & Alchimus princeps ſacerdotum, accuſabant vniuerſam gentem, & Iudam, & fratres eius,dicentes quod omnes amicos regis interfeciſſent,omneſq; eius fautores perdidiſſent, ſeipſos quoque à patria terra iactatos,extorres proprio ſolo factos: & rogabant etiam mitti aliquem ex Iudæis amicis eius,qui certius de facinoribus Iudæ renunciaret. Demetrius autem commotus,miſit Bacchidem,amicum regis Antiochi Epiphanis,cui omnis Meſopotamia credita erat,dans ei exercitum, & principem ſacerdotum Alchimum commendans, præcepitq; perimi Iudam, & eos qui cum illo erant. Egreſſus ergo de Antiochia Bacchides,peruenit ad Iudæam,direxitq; ad Iudam& fratres eius,de amicitia vel pace loquens, dolo volens illum capere. Ille vero minime credidit, videns cum tanta multitudine exercitus eum adeſſe,quanta ad bellum& non ad pacem veniſſet. Sed quidam ex populo anttēdentes quæ Bacchides concionabatur,& exiſtimantes nihil ſe ab Alchimo ſæuum pati conſanguineo exiſtente, ad eos tranſierunt,& ſacramentum abvtriſque acceperunt,nihil pati,neque ipſi neque hi qui eiuſdem fuerant voluntatis. Bacchides vero tranſgreſſus ſacramētum, ſexaginta ex eis interfecit,& alios qui ad eum tranſire cogitabant remorari fecit prioribus fidem non cuſtodiens. Deſcendens autem ab Hieroſolymis,cum advilam quę dicitur Birzito veniſſet,multos cepit trāsfugas,& aliquos populi. Quos omnes occidens,denunciauit prouincialibus cunctis vt Ioachim obedirent. Cui aliquā militum partem relinquēs ad prouinciam cuſtodiendam,ad regem Demetrium Antiochiam reuerſus eſt. Ioachim vero principatum ſuum confirmare volens,& credens,quod ſi fidem prępararet multitudini,tutiorem ſibi magiſtratum acquireret,omnes ſeducebat verbis: & ad libitum vnicuique loquens,nimis velociter manu valida transfugarum circumſeptus eſt. Cum quibus miniſtris circuibat prouinciam,& quotquot in ea Iudæos non conſentientes ſibi inueniſſet,interficiebat. Videns autem Iudas Ioachim magnum fieri, multosq; interfeciſſe viros bonos & venerabiles,ipſe quoque circumiēs prouinciam,occidebat partium eius fautores. Quod cum vidiſſet Ioachim, & intellexiſſet minime ſe contra Iudam valere,ad auxilia regis Demetrij conuertitur. Veniens igitur ad Antiochiam ciuitatem Iudam accuſabat,quaſi multa ab eo mala perpeſſus,& ampliora toleraturus,niſi citius vindicaretur.

Quomodo Nicanor aduerſus Iudam deſtinatus perijt C. VXI.

TVnc Demetrius hoc & ſuis rebus noxium putans eſſe ſi negligeret tanta Iudæ facinora,Nicanorem fideliſſimum amicum cum exercitu deſtinauit,qui cum eo à Romana ciuitate fugerat: præcipiens ei, nullatenus genti parcere Iudęorum. Nicanor vero perueniens ad Hieroſolymam,pugnare aduerſus Iudā minime decreuit. Dolo autem opprimere eum cupiēs,mittit ei verba pacifica,dicens nulla neceſſitate pugnādi ſe veniſſe,ſed ſacramentum præſtare,quod nihil ſæuiſſimum à rege pateretur. Hæc dicente Nicanore,Iudas & fratres eius flexi, nullamq; fraudem ſuſpicati, data fide ſuſcipiunt Nicanorem cum exercitu. Qui ſalutans Iudam,dum ſermocinarētur dedit ſignum proprijs militibus, quatenus Iudam comprehenderent. Qui cum inſidias intellexiſſet,exiliuit & ad ſuos confugit. Patefacta vero voluntate ſua, & apertis inſidijs, bellare Nicanor contra Iudam decreuit,& pugnam præparans conflixit cum eo in vico Capharſamala. Quem victum compulit ad arcem Hieroſolymorum confugere. Cui deſcendenti ab arce ad templum, occurrentes aliqui ſacerdotum & ſeniorum ſalutabant eum: & immolationes oſtendebant,quas pro rege deo ſe offerre dicebant. At ille interminatus eſt eis templum deponere, niſi redeunti ſibi traderent Iudam. Et hæc quidem interminatus,exijt ab Hieroſolymis. Sacerdotes autem propter dictorum

ctorum eius mœrorem,in lachrymas proruperunt, & deo ſupplicabant, eos ab interminatis periculis liberaret. Cumq; Nicanor ab Hieroſolymis egreſſus, in aliquo vico,qui Bethorō dicitur,peruenisſet,ibi caſtra conſtituit:vbi & alia prę ſidia de Syria deſtinata ſuſcepit. Iudas autem in Adaſis altero vico, ſtadijs diſtante triginta à Bethoro caſtrametatus eſt,mille tantum ſocios habens:hortatusq; ne pertimeſcerent multitudinem aduerſariorum, ſed qui ſint,& de quibus prę mijs pericula paterentur,cogitantes,vnanimiter hoſtes inuaderent,procedit in pugnā: & cōmittens fortiſſimum prælium cum Nicanore, aduerſarios valde contriuit. Deinde ipſe Nicanor dum atrociter decertaret occiſus eſt. Quo caden te,ducem perdens exercitus terga conuertit ad fugam. Quos perſequens Iudas interficiebat,& ſono turbarum in circuitu poſitis ſignificabat,quod hoſtes prę lio ſuperari diſcederent. Qui audientes,armati exibant, & fugientibus occurrentes occidebant eos. Ex quo prę lio nullus euaſit,dum nouem milium numerus extitiſſet. Quę victoria contigit quartadecima die menſis,qui dicitur apud Iudęos Adar,apud Macedones Diſtrus. Hanc celebrant per omnem annum,feſtum co lentes diem,Et ex illo quidem tempore breui ſpatio gens Iudęorum ab illis calamitatibus requieuit:ſed poſtea ad certamina rurſus & pericula redierunt. Prin cipem autem ſacerdotum Ioachim volentem deponere murum ſanctuarij vete rem,& conſtructum ab antiquis prophetis,plaga quędam dei repentina percuſſit,ex qua mutus in terram cecidit,& tortus per multos dies deteſtabiliter expirauit,principatum ſacerdotij tenens annis quatuor. Quo defuncto,ſacerdotium populus Iudæ contradidit.

Iudas auxilia Romanorum implorat. Cap. XVII

QVi audiens virtutē Romanorū,quod expugnaſſent Gallias, & Hiſpaniā, & Carthaginem Africæ,necnon & Gręciam ſubegiſſent,& regem Perſeū, & Philippum,& magnum Antiochum,deliberauit cum eis amicitias copu lare, mittens Roman amicos ſuos,Eupolemium filium Ioannis,& Iaſonē Elea zari:rogabatq; per eos,Romanos auxiliatores ſibi & amicos eſſe, & Demetrio ſcribere,quatenus non confligeret cum Iudęis. Cumq; veniſſent Roman legati Iudæ,ſenatus eos libenter excepit,& ea quę petierunt celeriter annuit. Faciens que ob hoc ſe natuſconſultum,exemplum quidem ad Iudæam tranſmiſit,ipſum aūt tabulis æreis ſcriptum in Capitolio collocauit. Erat autem huiuſmodi ſena tuſconſultum,de auxilijs & de fide circa gentem Iudæorum: Neminem ſubiecto rum Romanis,bellare contra gentem permittimus Iudęorum,nec alicui bellanti prębendum cenſemus triticum,aut naues,aut pecunias: & ſi quis contra iudęos putauerit eſſe bellandum,ſciat eis nos auxilia pręſtaturos: & rurſus ſi Romanorum quilibet inuaſerit terram,iudęos eis modis omnibus obſtaturos. Et ſi quid de hoc pacto gens Iudęorum voluerit vel addere vel auferre,communi ſententia populi Romani faciendum eſſe conuenit. Scriptum eſt autem hoc ſenatuſcōſultum per Eupolemium Ioannis filium,& iaſonem Eleazari,ſub principatu ſacerdotū iuda,duce Simone fratre ipſius. Hæc quidem prima inter Romanos & iudæos amicitia cognoſcitur contigiſſe. 1. Mach. 8

De pugna iudę cum Bacchide,in qua & occubuit Cap. XVIII

DEmetrius aūt nunciata ſibi morte Nicanoris, & perditione militię, rurſus ad iudęā Bacchidem cum exercitu deſtinauit. Qui ab Antiochia egreſſus, peruenit ad iudęam,& in Arbellis ciuitate Galilææ caſtra cōſtituit,& eos qui in ſpeluncis habitabant,cū multi ad eas confugiſſent,captos ſuis partib⁹ aggregauit:exideq; mouēs, ad hieroſolymā properabat. Qui audiēs iudā in aliqua villa,nomine Birziton,caſtra locantē,contra eum alacriter feſtinabat cū pedi tū vigintimilibus,& equitum duobus milibus. Iudæ vero fuerunt omnes duo milia. Qui multitudinem Bacchidis timentes,tētoria relinquentes, fugerūt omnes 1. Mach. 9

præter octingentos. Iudas vero proprijs militibus destitutus, & hostibus immi-
Audax Iu nentibus nec tempus habens congregandi exercitum, non dubitabat cum octin-
da facinus gentis pugnam contra Bacchidem cõmittere, hortatusq; suos vt hostes inuade-
rent, & pugnam viriliter sustinerent: cum illi dixissent, se non esse ad tantã ma-
gnitudinem exercitus idoneos, & suaderent nunc quidem discedere, & à pericu-
lis liberari, postea vero inimicis, collectis viribus, obuiare: non hoc, inquit, vi-
deat solis aspectus vt terga mea hostibus nudem: sed licet omnimodo immineat
perire pugnantem, fortiter stabo, omnia viriliter perferens futura pericula. Bac
chides vero producens de castris exercitum, ad prælium parabatur: & equites in
vtroque cornu disponens, leuiores autem & arcarios ante omnem aciem, ipse in
dextro cornu constitit. Qui cum sic aciem ordinasset, iussit tubicinem signum da
re. Hoc idem faciens & Iudas, committit cum hostibus pugnam, & constanter
ambobus certantibus, prelium vsque ad occasum solis extensum est. Videns au
tem Bacchidem Iudas cum electis suis in dextro cornu ordinatum, congregans
animosiores viros, inuadit illam partem exercitus, & confligens ibi ordinem eo
rum disrupit, & medios ad fugam conuertit, sequutus eos vsque Gazara. Viden-
tes ergo fugam dextrę partis, qui in siniſtro cornu erant, circunuenerunt, & Iu-
dam sequentes in medio eum obsederunt. Qui fugere minime valens, circumse-
Iudas interiit ptus ab hostibus, stans pugnabat cum suis: multosq; interficiens aduersariorum,
percussus interijt. Iuda vero interfecto, socij eius tali duce priuati tergaverterũt.
Cuius corpus ab hostibus sub pacto Simon & Ionathas fratres eius redimentes,
perduxerunt ad Modin oppidũ, vbi & pater eorum sepultus erat lugente eũ per
multos dies populo Hebręorum, & honorante secundum communem & legiti-
mam consuetudinẽ. Finis quidem talis Iudam inuenit, virum fortem & magnũ,
& bellicosum, & mandatorum patris sui memorem, & omnia pro libertate ciuiũ
& facere & pati paratum. Tali ergo virtute plenus, magnam sibi gloriam & mo
numenta seruauit, liberans gentem à Macedonum seruitute. Qui cum principa-
tum sacerdotij tribus annis habuisset, hoc ordine defunctus est.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQVITATIS IVDAICAE LIBER DE-CIMVSTERTIVS.

De bellis Ionathæ & Bacchidis post occisum Ioannem. Caput I

1. Mach. 9

VIBVS modis gens Iudæorum, Macedonibus in seruitute eam tenentibus, libertatem recepit, & per quot & quanta certamina dux eorũ Iudas transiens defunctus est, pro ipsis bellans, in volumine anteriore monstrauimus. Post interitum vero iudæ iterum quicunq; erãt impij, & transgressores patrię legis, venerunt contra iudęos, & vndiq; eos pessime vastabant. Adiuuabat etiam horum malitiam & fames, quę tunc prouinciam omnẽ occupauit, vt multi propter inopiam necessariorum nõ tolerantes ambas calamitates, famis & inimicorum, transfugerent ad Macedones. Bacchides autem iudæis, qui patria reliquerant solennia, & communem vitam elegerant, congregatis eis custodiam prouincię tradidit. Qui tenentes amicos Iudæ Bacchidi prodebãt, quos torquens crudeliter occidebat. Tantis ergo iu dęis calamitatibus oppressis reliqui ex amicis iudæ videntes gentem miserabiliter pereuntẽ, adeuntes fratrem eius Ionathan, rogabant eum, vt imitaretur fratrẽ suum

ſuum,& illius erga ſuam gentem prouidentiam adhiberet hortabantur,& ne deſpiceret populum ſine defenſore pereuntem. Ionatha vero promittente paratũ ſe eſſe mori pro cunctis,& credentes eum ſuo fratri parem exiſtere, ducem Iudęorum ordinauerunt. Quod Bacchides audiens,& timens ne regi vel Macedonibus pericula cõcitaret Ionathas,ſicut olim iudas,dolo eum interficere ſtatuit. Cuius voluntas non latuit ionathan,neq; fratrem eius Simonem. Qui colligentes ſocios omnes ad deſerta confugerunt:& veniẽtes ſuper aquam quę dicitur lacus Aſphar ibidem commorabatur. Bacchides autem ſentiens eos diſceſſiſſe, & in illo loco conuerſari,contra eos cum omni ſua virtute progreſſus eſt, & trans Iordanẽ caſtra ponens refouebat exercitum. Ionathas cognoſcens Bacchidem contra ſe veniſſe,mittit fratrem ſuum Ioannem qui Gaddis dicebatur,ad Nabatheos Arabas,vt apud ipſos deponerent ſuppellectilem,vſquequo pugnarẽt cõtra Bacchidem:erant enim amici. Ioannem ergo euntem ad Nabathæos, inſidijs collocatis in Medaba ciuitate,filij Amarei capiunt vnà cum ſuis:& rapientes omnia quę portabant,occidunt Ioãnem & omnes ſocios eius. Vindictam vero,quam per hoc receperunt à fratribus eius,poſtea demonſtrabo. Bacchides autem cognoſcens Ionathan in nemoribus Iordanis caſtra poſuiſſe,obſeruans ſabbatorum diem contra cum venit tanquam non in ea pugnaturum propter legẽ. Ille vero ſocios hortatus,& animę eos pati pericula dicens,in medio comprehẽſos fluuij & hoſtium, & viam qua fugerent non habentes, dum hoſtes ante faciem,fluuius à tergo prohiberent:orans autem ad deum vt victoriam ſibi pręſtaret,committit pugnam cum hoſtibus. Quorum multos occidens,cum videret temerariũ ſe Bacchidem appetentem,dextramque ad feriendum extendentẽ,prę uidens plagamq; deuitans,cum ſocijs in fluuium exiliuit,& pernatans trans iordanem,periculum mortis euaſit. Nam Bacchides fluuio relicto, ad Hieroſolymorum arcem diſceſſit,vſque ad duo milia ſuorum amittens. Qui etiam multas iudææ ciuitates capiens,muniuit Hiericho, & Amathuntem, & Bethoron, & Bethullam,& Thamnam,& Pharathonem, & Oconam, & Gazara: & turres in vnaquaque ciuitate conſtituens,& muros circundans eis validos, & magnitudine præcellentes,cuſtodiam in eis ſtatuit,vt exinde iudęos affligeret. Arcem vero Hieroſolymorum cautius muniuit,& tollens filios nobilium iudęorum,obſides in arce concluſit. Eodem tempore veniens quidam ad ionathan & fratrem eius Simonem,nunciauit filios Amarei celebrare nuptias, & nouam nuptam nobilem duci à Medaba ciuitate,& Arabas cum pompa munificentiſſima:ionathas tunc & Simon tempus putantes proſperum ſibi ad fratris ioannis apparuiſſe vindictam,cum multa potentia ſociorum egrediuntur ad Medaba,& inimicos inter montes inſidijs collocatis præſtolabantur. Vt aũt virginem viderunt & ſponſum,& multitudinem amicorum cum eis ſicut in nuptijs,exiliẽtes ab inſidiis omnes occiderũt,& ornatum cum omni pręda tollentes reuerſi ſunt, pœnã pro fratre ioanne à filiis Amarei talem exigentes. Nam ipſi cum ſequentib⁹ amicis & vxoribus vel filiis,numero quadringẽti perempti ſunt. Simon itaq; & ionathas ad orã iordanis reuerſi,ibidem permanebant. Bacchides autem omnem iudęam muniens,ad regem reuerſus eſt. Iudęi vero duobus annis à bellorũ tumultu requieuerunt. Tunc transfugæ vel impii,videntes ionathan cum ſuis multã licentiam habere libertatis,direxerunt ad regem Demetrium,petentes mitti Bacchidẽ vt ionathã debellaret:quod facilius euenire pollicebãtur,ſi vna nocte inopinabiliter eũ inuaderet. A rege ergo Bacchides deſtinatus,perueniens ad iudęam omnibus ſcripſit amicis & iudæis auxiliari ſibi,quatenus ionathan comprehenderẽt. Feſtinantibus autem eis,& nõ valentibus ionathan tenere,quia nimis ſe caute tractabat,Bacchides ira commotus,trãsfugarum primos quinquaginta qui ſibi & regi mẽtiti ſunt,occidit. Ionathas vero cũ fratre vel ſociis ad Bethalagam villam timens Bacchidem abſceſſit:ædificáſq; turres,& muro circũdãs,habebat eam valde munitam. Quod audiens Bacchides,milites ſuos cum iudęorũ

Ioannes occiditur

Ionathas uidet ſcitur fratrem in nuptiis

Bacchides Ionathã obſidet

auxiliaroribus

auxiliatoribus perducens contra Ionathan peruenit, & ad eius munimina accedēs, per dies multos obſidebat eum. Qui obſidioni fortiter reſiſtēs, Simonem quidem fratrem ſuum expugnaturum Bacchidem in ciuitate dimiſit: ipſe vero furtim egreditur in prouinciam, & congregans manum multam, nocte Bacchidis inuadit exercitum: & multos occidens, Simonem fratrem fecit aduentum ſuū cognoſcere. Qui ſentiens hoſtes interimi, egreditur: & Macedonum machinamenta obſidioni præparata, ſuppoſitis flammis incendit, & multos eorum viriliter interfecit. Videns autem Bacchides ab inimicis ſe circumſeptum, alios quidem ante ſe, alios autem retro conſpiciens, turbatus hęc inſperate ſibi eueniſſe, in trāsfugas tanquam in deceptores ſuum furorem conuertit: volebatq; ſi poſſet, obſidione ſoluta ſine dedecore ad propria remeare. Cuius voluntatem cognoſcens Ionathas, legatum ad eum pro amicitijs deſtinauit, quatenus redderent inuicem ſibi quos ceperant vtrique captiuos. Putans autem hāc honeſtiorem Bacchides diſceſſionem, paciſcitur cū Ionatha, & iurauerunt vtrique vt nūquam cōtra ſe arma preſumerent: & captiuos dantes & recipientes in Antiochiam Bacchides receſſit. Qui poſt hanc diſceſſionem, nequaquā ad Iudęam deinceps peruenit Ionathas vero hanc libertatem acquirens, in Machma ciuitate, populorū negotia diſponebat: & maleuolis vel impijs cruciatis, Iudęorum gentem purgabat.

De amicitia Ionathæ cum Demetrio & transfugis Iudęis. Cap. II

1. Mach. 11 ANno vero ſexageſimo & centeſimo, Epiphanem Antiochi filium contigit Syriam aſcendere, & Ptolemaidam capere ciuitatem per proditionem militum intus cōmorantium. Erant enim ingrati circa Demetrium propter ſuperbiam ſuam: quia dum ſe clauſiſſet in quadam turri regali, quam non lōge ab Antiochia conſtruxerat, à nemine videbatur, ſed & rempublicam vt deſidioſus negligebat. Vnde ei odium à ſubiectis exortum eſt, ſicut iam alibi demonſtrauimus. Igitur in Ptolemaidem Alexandrum Demetrius audiens peruenisſe, omnem cōtra eum produxit exercitum. Direxit autem & ad Ionatham legatos pro auxilijs, nam præuenire Alexandrum ſtatuit, veritus ne ille prius auxilium eius poſtularet, aut Ionathas memor malorum ſe cum inimicis coniungeret. Denunciauit ergo eum multitudinem congregare, obſidesque Iudæorum recipere, quos Bacchides in arce Hieroſolymorum concluſerat. Talibus inter hęc à Demetrio Ionathas ad ſe nuncijs venientibus, ad Hieroſolymam peruenit: & epiſtolas regis, audiente populo vel arcis cuſtodibus hilaris intimauit: Quibus relectis, trāsfugæ vel impij trepidauerunt, pręcipiente rege, quatenus Ionathas exercitū congregaret & obſides reciperet. Quos cum accepiſſet, vnumquenque ſuis parentibus reddidit. Et quidem Ionathas in Hieroſolymis manſionem faciebat, renouans ciuitatem ſuaque voluntate ſingula conſtruens, & ædificans muros ciuitatis lapidibus quadratis, vt forent aduerſus hoſtes munitiſſimi. Quę videntes cuſtodes muriminum in Iudęa, relinquētes ea omnes ad Antiochiā fugerunt, pręter illos qui in Bethſura ciuitate & in arce Hieroſolymorum erant, quorum plurima pars impiorum & transfugarum fuit Iudæorum. Quapropter caſtra non reliquerunt.

De ſacerdotio Ionathæ & occiſo Demetrio Cap. III

1. Mach. 10 COgnoſcēs aūt Alexander promiſſiones, quas Demetrius fecerat ionathæ, & fortitudinē eius, & quanta diſpoſuerat bellans contra Macedones, & iterum qualia ipſe pertulerat à Demetrio & Bacchide duce demetrij, & meli⁹ nihil inuenire quàm ionathæ pręſidium, ad amicos dicebat: in pręſenti tempore ionathas contra hoſtes fortis exiſtit, & odium habet propriū in Demetriū à quo multa mala perpeſſus eſt: igitur ſi videtur, amicū eū facere conſtra demetriū nūc debemus: non alias vtilius eſt rogare eum ad auxilium cōferendū. Cumq; ei & amicis placuiſſet, trāſmiſit ad ionathan, ſcribens talem epiſtolā: Rex Alexander ionathę fratri ſalutem. Fortitudinem quidem & fidem tuam iā dudum audiuimus. Et ideo tranſmiſimus ad te pro auxilijs, & ordinamus te hodie principē ſacerdotum

tum Iudęorum,&amicum noſtrum vocari prȩcepimus. Idciro etiam deſtinaui ti bi pro munere purpuream ſtolam,& auream coronam,& peto honoratũ te à no bis ſimilem erga nos fieri. Suſcipiens epiſtolam Ionathas,induitur quidem ſacer dotali ſtola,celebratione tabernaculorum inſtãte,poſt quartum annum mortis Iudæ fratris ſui. Nam neque per ipſum tempus princeps ſacerdotum aliquis con ſtitutus eſt. Collegit vero & multum exercitum,& armatorum copiam quam ip ſe conſtruxerat. Quod factuum vt peruenit ad Demetrium,nimis eum multumq; contriſtauit,ſuamq; cœpit accuſare tarditatem,quod non ante Alexandrum eſ- ſet ipſe demeritus Ionathan. Veruntamen nec ſic diſtulit ſcribere ad ionathan, *Epiſtola Demetrii* & ad populum eius. Cuius exemplar taliter exiſtebat: Rex Demetrius ionathæ gentiq; iudæorum ſalutem. Quoniam noſtram ſeruaſtis amicitiam, tentãtibusq; vos inimicis non conſenſiſtis: hanc quidem veſtram laudo fidem, & in his vos permanere quęſumus:recipientes à nobis vicemvel gratiam,per quam mereami ni vectigalium veſtrorum reuelationem. Et quicquid prædeceſſoribus meis regi bus vel mihi hactenus prębebatis,omnia noueritis noſtra vobis largitate cõceſ ſa. Super hec etiam precium ſalisvobis,&coronarum,quas nobis offerebatis,vel quod pro tertia parte frugum,&medietate fructus lignorum,quod parti meæ cõ petebat,vobis ab hodierno die remitto. Sed & cenſum ſingulorum habitantium in Iudæa,quod noſtro ærario proficiebat: Necnon & triũ finitimarum vobis pro uinciarum,Samariæ,& Galilææ,& trans iordanem,vniuerſa concedo, à nunc per omnia tempora. Ciuitatemq; Hieroſolymorum ſacram & inuiolabilem pri- uilegia ſua poſſidere,liberamq; cum ſuis confinibus à decima parte vectigalium eſſe prȩcipio. Arcem autem committo ſacerdotiveſtro Ionathæ,vt quos ipſe pro bauerit fideles amicos,cuſtodes in eam deputet nobis ſeruandam. Captiuosq; Iu dęorum & ſeruientes apud nos,liberos eos eſſe concedo. Nec poſt hanc ſanctio nem Iudęorum iumenta violentijs angariarum ſubiaceant. Sabbatũ autem vel omnes dies feſtos & tres ante eos dies ſine vectigalibus eſſe denũcio. Eodem mo do iudęos noſtram terram habitantes,liberos ac ſine læſione dimitto. Licentiã que mihi militare volentibus vſque ad triginta milia prȩſtamus, eadem quibus & me9 vtitur exercitus, vbicunq; ierint accepturi. Ordinabo vero quoſdam eo- rum in caſtris,quoſdam mei cuſtodes corporis & duces in aula mea conſtituam. Prȩcipio vero meis,veſtris vti legibus,easq; cuſtodire, & tribubus propoſitis in iudæa legibus obedire. Principemq; ſacerdotũ diligentiã habere volo,ne quis iu dæorũ aliud templum prȩter Hieroſolymitanũ ſolum veneretur. Prȩbeo etiã ad ſumptus immolationũ per ſingulos annos,centumquinquaginta milia dragmas quęq; ſuperfuerint pecunię,veſtras eſſe volo. Decem milia aũt dragmas,quas re ges à templo accipiunt,vobis cedo: quia ſacerdotibus templo miniſtrantibus cõ petunt. Quicũq; aũt ad templũ Hieroſolymorum vel intra fines eius cõfugerint, debitores regaliũ pecuniarũ,ſiue qualibet cauſa faciente,licentiam eis indemni tatis concedo,ſaluasq; corũ eſſe poſſeſſiones. Renouari vero templum impendijs ex meo factis,murosq; ciuitatis ſpondeo fabricari, turresq; altas cõſtruere. Et quicquid ad munimen veſtrũ neceſſe fuerit,meis ſtipendijs reſtaurare polliceor. Tãtũ vt quas cœpiſtis amicitiasnobiſcũ &fœdus,ſine ſimulatione ſeruetis. Hęc quidẽ promittens & blandiens Demetrius iudæis,ſcripſit. Rex vero Alexander magnũ colligens conductũ exercitum,& milites qui de Syria tranſierũt ad eũ, cõtra Demetriũ duxit: pugnaq; cõmiſſa,cornu ſiniſtro Demetrij aduerſarij ſunt fugati,& perſecutione diutina multi eorum occiſi ſunt,caſtraq; direpta: dextrum aũt cornu,in quo Demetrius prȩliabatur,deuictũ eſt. &alij quidem omnes receſ- *Demetrius occiditur* ſerunt. Demetrius aũt fortiter pugnans,non paucos hoſtiũ proſtrauit. Cumq; fu gans alios equus eiuscœni barathro inhęſiſſet,minime fugerevalens,occiditur. Nam videntes hoſtes quid ei contigiſſet,reuerſi circundederunt eum: & omnib9 in eũ iacula deſtinãtibus,cum ille pedeſtris fortiter reſiſteret,poſtea multis per-

foſſus

fossus vulneribus, necvalens sustentare, collapsus est. Demetrij quidem talis extitit finis, qui regnum per vndecim annos rexit, sicut & alibi demõstrauimus.

De templo dei ab Onia in Ægypto ædificato Caput IIII

ONiæ vero principis sacerdotum filius, eodem nomine quo pater nuncupatus, quem Alexãdriam fugisse ad Ptolemęum regem cognomine Philometorem diximus, videns Iudæam à regibus Macedonum mala pati; volẽsq; memoriam & gloriam æternam sui relinquere, ad Ptolemæũ regem & reginam Cleopatriam transmisit, petẽs licentiam, quatenus templum ædificaret in Ægypto simile Hierosolymorum, leuitasq; vel sacerdotes de genere suo constitueret, quod desiderabat, confidens in prophetia Esaiæ, qui ante sexcentos annos prędixerat, quod oporteret in Ægypto templum ædificari maximo deo per virum Iudęum. Idcirco elatus Onias, Ptolemæo vel Cleopatræ huiusmodi destinauit epistolam: Multa vel maxima vobis bellorum conficiens opera, & cum dei auxilio perueniens ad humilem Syriam, & Phœnicem, & in Leonum ciuitatem Heliopolim, perq; alia loca multa veniens, præter constitutiones Iudęos templa construxisse reperi, quapropter & perfidos extitisse, quod etiam Ægyptijs accidit, propter templorum multitudinem variamq; religionem. Opportunum autem inueni locum, qui dicitur agrestis Bibaste castrum plenum varia materia, vel sacris animalibus: & peto concedendum mihi eum dominio segregatum, quatenus purgare templum ibi dirutum, & ædificare maximo deo possim, mensura eadem & simili qua Hierosolymorum, pro te tuaq; coniuge vel filijs: quatenus habeant Ægyptum habitantes Iudæi, quò cõuenientes secundum concordiam quam ad inuicem habent, possint tuis vtilitatibus ministrare. Nam & Esaias propheta prædixerat esse in Ægypto domino deo sacrarium: multaq; talia de ipso prædicauit. Hęc quidem Onias regi Ptolemæo scripta transmisit. Considerent tamen aliqui pietatem eius, & Cleopatræ suæ sororis & cõiugis, ex epistola quam scripserunt. Nam peccatum & legis transgressionem super caput Oniæ posuerunt, rescribentes hæc: Rex Ptolemęus & regina Cleopatra Onię salutẽ. Legimus tuã petitionem, in qua suggerebas, permitti tibi in Leonum ciuitate templum Heliopolitanum dirutum purgare, quod appellatur agrestis Bibaste. Quapropter miramur si deo gratum sit tẽplum, quod ædificaturus sis in tam luxurioso loco, plenoq; sacris animalibus. Sed quoniam dixisti prophetam Esaiam iam dudum hoc prędixisse, cõcedimus tibi, si contra legem vestram non est, vt nihil nos in deum peccasse videamur. Accipiens igitur locum Onias, ædificauit templum, aramq; deo similem Hierosolymorum, minus tamen & pauperrimum. Mensuram vero eius & vasa minime visum est mihi nũc describere. Nam in septimo libro Iudaicæ antiquitatis inserta sunt. Inuenit enim & Onias quosdam sui similes Iudęos sacerdotes & Leuitas, ibi religionem colentes. Sed de hoc templo late narrauimus. In Alexandria vero Iudæos & Samaritas, qui templum temporibus Alexandri Macedonis super Garizim montem construxerunt, contigit contra se seditionem excitare, & propter templa coram ipso Ptolemæo certare: Iudæis: quidem dicentibus, secundum legem Mosi templum se in Hierosolymis construxisse: Samaritanis autẽ in Garizim: & supplicauerunt vt cum amicis rex consideraret, audiens de his altercationem, victosq; morte mulctaret. cũq; pro Samaritis Sabbęus & Theodosius intimassent, pro Iudæis vero & Hierosolymitis Andronicus Messalanus, iurauerunt per deum coram rege secũdum leges dicta sua probare: petiueruntq; Ptolemeum, quatenus iurisiurandi transgressorem perimerẽt. Rex vero multos secum amicos in conciliũ congregans, sedit partes audire. Tũc Iudęi Alexandriæ cõstituti, nimis timebãt de viris qui pro templi Hierosolymitani parte differebant: nam atrociter ferebãt, si hoc tam antiquum & nobile per vniuersum mũdum templum solueretur. Cumq; Sabbæus & Theodosius concessissent, vt primus Andronicus verba faceret, idem Andronicus approbationem facere suam cœpit ex lege, vel prędecessoribus principum sacerdotum, quis ex

Iudæorum & Samaritarum disceptatio

quo

quo genere honorem ſacerdotij de patre ſuſcepiſſet, & quomodo omnes Aſiæ reges templum varijs oblationibus & clariſſimis donis honorauerũt: de Garizim vero templo neminem ſermonem feciſſe. Quę dicens Andronicus, & his multa ſimilia, regem flexit ſententiam pronunciare decernentem, templum Hieroſolymitarum ſecundum leges Moſi fabricatum fuiſſe: Sabbæum autem & Theodoſium interficiendos. Hæc ſunt quę contigerunt Iudæis in Alexandria temporibus Ptolemæi Philometoris.

De amicitia Alexandri cum Ionatha inita, & nuptijs Cleopatrę. C. V

ITaque Demetrio in pugna perempto, ſicut ſuperius indicauimus, Alexander accipiens regnum Syriæ, ſcripſit Ptolemæo, vt acciperet matrimonio ſuo filiam eius Cleopatrã: iuſtumq; hoc dicebat eſſe, cum paternum obtinuiſſet principatum, & per dei prouidentiam in eo perductus fuiſſet poſt perditionem Demetrij. Sed etiam per alia multa dignum ſe eius familiaritate, vel cognatione dicebat, Ptolemæus vero libenter ſponſalia accipiens, reſcripſit dicens, gauiſum ſe eſſe quod paternum ſuſcepiſſet principatum, daturumq; ei ſuam filiam promiſit, & occurrere iuſſit eum ad Ptolemaidem, quatenus ei filiam ſuam iure traderet nuptiali. Tunc ipſe, puellam ad Ptolemaidem ab Ægypto producendam, ibiq; coniungendam eſſe conſtituit. Ptolemæus quidem hæc ſcribens, propere ad Ptolemaidem peruenit, filiam Cleopatram ſecum adducens: vbi ſecũdum conſtitutũ, Alexandrum reperit, filiamq; ſuam ei coniunxit, dotem argento vel auro ſecundum regiam qualitatem complens. Cumq; nuptiæ celebrarentur, ſcribens Alexander Ionathæ principi ſacerdotum, iuſſit eum ad Ptolemaidem feſtinare. Qui perueniẽs ad reges, munificenter eis offerens dona, dato apud eos honore potiebatur. Tunc Alexãder cõpulit eum propria veſte exutum purpura indui, ſimulq; ſuper tribunal ſecum ſedere: iuſſitq; duces cum eo procedere, perq; mediam ciuitatem clamare, nemini contra eum quicquam dicere, vel cauſas licere contexere, Quod cum duces feciſſent, regis erga Ionathan videntes honorem hi qui parati fuerant eum accuſare, ſimul cum inimicis eius profugerũt, veriti ne quid peſſimum paterentur. Tanto vero ſtudio rex Alexander ionathan dilexit, vt primum eum ſuorum deſcriberet amicorum.

1. Mach. 10

Ionathas induitur purpura

De bello Ionathæ cum Ioppenſibus & victoria reliquarum vrbiũ C. VI

CEnteſimo vero & ſexageſimoquinto anno Demetrij Demetrij filius, cũ multis conductis quos ei Laſthenes Cretenſis præſtiterat, à Creta ad Ciliciam nauigauit. Quod Alexãder audiens, in panore turbaq; conſtitutus, continuo de Phœnicia ad Antiochiam feſtinauit: vt prius quàm huc peruenirent Demetrius, eam tute diſponeret. Reliquit vero humilis Syriæ ducem Apollonium, cognomine Titum, qui cum multo exercitu profectus ad Iamniam, ionathæ principi ſacerdotum mandauit, dicens: iniuſtum eſſe eum ſolum cum licentia vel poteſtate viuere, non obedientem regi: Sibiq; dicebat hoc magnum obprobriũ ab omnibus inferri, quod eum non regi ſubigeret, Non ergo te, inquit, in montibus obſcõdas, arbitratus fortitudinem te habere, ſed ſi confidis tuæ virtuti deſcende, quatenus per camptum noſtri milites confligant, & fortiſſimi belli euentus demõſtret victoriam. Scito tamen optimos abvnaquaq; ciuitate mihi commilitones iũctos qui ſemper tuos proauos euicerunt. Contra nos autem in tali terra certãdum eſt, vbi non lapidibus ſed armis decet fortiſſime pręliari, ne ſit tibi locus quò valeas deuictus effugere. His incitatus ionathas, decem milia militum eligens, ab Hieroſolymis egreditur cum fratre Simone: perueniensq; ad Ioppen, caſtra foras ciuitatem diſpoſuit, Nã Ioppenſes portas concluſerant, intus habentes cuſtodias ab Appollonio conſtitutas. Cumq; ionathas obſidere eos paraſſet, timentes ne ſuam ciuitatem deuaſtaret, portas aperiunt. Appollonius vero captam audiens Ioppen à ionatha, tria milia equitũ ſumens, & octo milia peditum, ad Azotum peruenit, & exinde tacite paulatimq; viam ſibi perfecit. Cũ ergo veniſſet in Ioppen, tanquã recedens ionathan trahit ad cãpũ, confidẽs in equitibus, & ſpem in

1. Mach.

Ionathas cepit Ioppen

eis habens ſuæ victoriæ. Cumq; proceſſiſſet Ionathas, perſequebatur vſquē ad Azotum Appollonium: qui cum ad campū vidiſſet hoſtem veniſſe, conuerſus pugnā cum eo cōmiſit. Mille nanque equites Appolonius ad inſidias in aliquo torrente diſpoſuerat, qui à retro inimicis inſiſterent. Quod ſentiēs Ionathas, non eſt turbatus: ſed ordinans in quadro exercitum, vt per ambas partes inimicos exciperent, hortatus eſt, vt fortiter ante vel retro pugnantibus vbique reſiſterēt. Prælio vero vſque ad veſperā procedente, dans fratri Simoni partem exercitus, iuſſit eum aduerſariorum aciem inuadere, ſuisq; præcepit, teſtudine facta ſagittas equitū excipere. Qui cum præcepta feciſſent, nihil lædebantur, quāuis hoſtes ſuper eos frequentia tela vibrarent, vſquequo ſuas euacuaſſent pharetras. Nam ſagittæ corpora clypeis ſepta, minime contingebant, cū cōſtipatione teſtudinis tela venientia refugarētur. Cum vero à primo mane vſque ad veſperum iaculantes aduerſarij defeciſſent, intelligens Simon laſſos eos, inuadit aciē: fortiterq; cum ſuis militibus dimicans, fugat inimicos. Videntes aūt pedites equites ad fugā cōuerſos, & ſpe eorum decepti, ſine decore & turpiter abſceſſerunt, & per omnē cāpum diſperſi fugerunt. Quos ſecutus Ionatas vſq; ad Azotum multos occidit eorū. Qui de ſua ſalute deſperantes, ad templum Dagonis cōfugerunt, quod erat in Azoto. Capiens autem incurſione ſua ciuitatem Ionathas incendit eam, & omnes circa eam vicos, neque pepercit templo Dagonis, ſed etiā id flāmis conſumpſit, & eos qui eò confugerant interfecit. Multitudo vero quę in illo cōcidit prælio vnà cum illis qui in templū confugerant, octo milia fuerunt. Vincēs ergo tā tum Ionathas exercitum, ab Azoto diſceſſit, & Aſcalonem venit: & foras ciuitatē caſtra conſtituēti, territi Aſcalonitæ, in occurſum ei exierunt dona portātes. Qui laudans eorum voluntatem, reuerſus eſt ad Hieroſolymam multam prędā ferens, quam videbatur à victis hoſtibus abſtuliſſe. Alexander autem deuictum audiens ducem ſuum Apollonium, ſimulauit gaudium, quod præter eius ſententiam cum Ionatha cōflixiſſet, qui eius amicus erat: mittitq; teſtimonium Ionathæ præbens & præmium & honorem, & torquem auream, ſicut ſolet affinibus regis dari: eiq; commiſit Accaronis prouinciæ magiſtratum.

Victoria Ionathæ

De geſtis Ptolemæi cum Alexādro, Demetrio & ionatha Cap. VII

EOdem tempore rex Ptolemæus Philometor dictus, nauale ducens exercitū & pedites, ad Syriā veniebat, Alexādro ſuo genero ſolatia præbitur⁹. Quē omnes ciuitates ſtudioſe Alexandro præcipiente ſuſcipiebant, & deducebant vſque ad Azotum: vbi omnes proclamabant, accuſantes Ionathā, quod tēplum incendiſſet & deſtruxiſſet, prouinciamq; deuaſtaſſet, multosq; eorū interemiſſet. Quę Ptolemæus audiens tacuit. Ionathas aūt in Ioppen occurrit Ptolemęo, dona clariſſima vel honorē ab eo percipiens: & perducēs eū vſque ad fluuiū qui Eleutheros appellatur, ad Hieroſolymā remeauit. Peruenies aūt Ptolemaidē, præter omnē ſpē paulominus habuit interfici Ptolemęus inſidijs Alexandri, quas ei per Ammoniū amicum parauerat. Manifeſtis aūt factis inſidijs, ptolemęus Alexandro ſcribit, ad pœnam Ammonium petens, & dicens inſidias ſe ab eo paſſum, & vindictam ſumere iuſtum eſſe. Alexandro vero non concedente, Ptolemæus intellexit illum cauſam inſidiarum extitiſſe: quapropter ei fact⁹ eſt odioſus, antiochenis autem etiam prius erat odibilis alexander propter Ammonium: multa nanq; per eum paſſi fuerant. & pœnam quidē ab Ammonio pro delictis eius exegerunt, occidentes eū, qui tanquam mulier ſe properabat abſcondere, habitu circundatus fœmineo, ſicut alibi dictum eſt. Ptolemæus itaque accuſans eum vt proditorē nuptiarum filiæ ſuæ, tranſgreſſorēq; auxilij, quod ei cōtra Demetriū deduxiſſet, ſoluit affinitatē. Nam & auferens filiam ſuam, ad Demetriū legationē direxit, amicitiā cū eo componēs, filiamq; daturum ſe illi vxorem, & reſtituere paterno eum principatui compromittens. Demetrius vero gaudēs ſuſcepit legationē & nuptias. Tum nimis iam Ptolemæo labor reſtabat, flectere antiochenos, vt Demetrium ſuſciperent: nam inimici eius fuerunt, eo quod

à patre eius Demetrio multa mala perpessi fuissent: & Alexandro tamen Antiocheni propter Ammonium irascebantur, vt prędiximus. Qui pulsus ab Antiochia, in Ciliciam vsque peruenit. Ptolemæus ergo ad Antiochenos veniens, rex ab illis & à militibus ordinatur, coactusq; duo sibi diademata superposuit, vnũ Asiæ, alterum Ægypti. Benignus aũt, & iustus existens, nec concupiscens aliena, sed & futura pręuidens, recusare regnum decreuit, ne Romanos offenderet: ideoq; Antiochenos in concionem congregans, flectit eos vt Demetrium susciperent, dicens eum nequaquam pro patre dolorem seruaturum si bene mereretur ab eis: doctorem autem in bonis & ducem illis se esse, nec se fallacibus negotijs immiscere: sibi autem dicebat Ægypti regnum sufficere. quę differens, flectit Antiochenos Demetrium susciperе. Alexandro vero cum magna militia vel apparatu ad Syriam à Cilicia profecto, terramq; Antiochenorum prædante, Ptolemæus cum genero cõtra eum duxit exercitum (nã iam filiam suam matrimonia li iure Demetrio contradiderat) & vincens Alexandrum, ad Arabiam fugauit eum. Contigit autẽ in pręlio, vt equus Ptolemæi, vocem elephantis audiens, Ptolemæũ iactaret. Quod cũ vidissent hostes, impetum super eum fecerunt: multisq; vulneribus caput eius perforantes, ad periculum mortis eum adduxerunt. Sed custodes corporis eius rapientes eum liberauerunt, & ita per quatuor dies defectus iacuit, vt nec loqui nec intelligere potuisset. Alexandri vero caput Arabum potentissimus Zabilus abscidens, Ptolemæo transmisit. Qui die quinto releuatus à vulnerum dolore, suauem sibi rem summumq; spectaculũ Alexandri mortẽ simul & caput vidit, qui tamen paulopost vitam finiuit, pro Alexandri morte gaudio summo completus. Regnauit vero Asiæ Alexãder, qui dictus est Balais, annis quinque, sicut in alijs demonstratũ est. Suscipiens vero principatum Demetrius, qui Nicanor appellabatur, fraudibus corrũpere cœpit Ptolemæi militiam, oblitus & quod socer eius & auxiliator fuisset, & affinis per cõnubiũ Cleopatrę. Qua propter milites Ptolemæi ad Alexandriã confugerunt: elephantes autem Demetrius comprehendit. Ionathas autem princeps sacerdotum, ex omni Iudęa milites sibi congregans, arcem Hierosolymorum obsidebat: vbi custodia Macedonum, & transgressorum multitudo locata videbatur. Et hi quidem contemnebãt Ionathan facientem machinamenta, confidentes loci munitionibus. Noctu vero quidam maleuoli iudæi exeuntes, venerunt ad Demetrium, ei arcis obsidionem nunciantes. Qui nuncio incitatus, exercitum contra ionathan ab Antiochia eduxit. Cumq; ad Ptolemaidẽ peruenisset, scripsit ionathæ, præcipiens ad Ptolemaidam eum citius occurrere. Ionathas autem obsidionem quidem minime soluere decreuit: seniores vero populi & sacerdotes congregans, & aurum & argentum & vestem, cum multitudine dona portans, ad Demetrium vsque peruenit. Quę cum obtulisset, iram eius molliuit: & honoratus firmum ab eo principatũ sacerdotij suscepit, quem à regibus ante ipsum donatum possidebat: accusantibusq; eum Iudæis transfugis, Demetrius eis non credidit: sed & petenti quaten⁹ pro omni Iudæa, vel tribus prouincijs, Samaria, vel Ioppe, vel Galilea, trecenta tantum daret talenta, pro omnibus his epistolam ei pręstitit, quę verba huiuscemodi continebat. Rex Demetrius Ionathæ fratri, gentiq; Iudęorum salutẽ. Exemplum epistolæ, quam Lastheni cognato nostro scripsimus, transmisimus vobis, vt eã noueritis. Rex Demetri⁹ Lastheni fratri salutem. Iudæorũ genti nobis amicæ, nostraq; iura seruanti, pro fide decreui dona prębere, & tres possessiones, Afferema, Belscelida, vel Ramathe: quę additæ sunt iudæis de Samaria, & his attinentia, nunc quantacunq; ab immolantibus Hierosolymorum reges accipiebant ante me, vel quęcunq; de fructu terræ, vel plantis, omniaq; alia quæ nostro competunt iuri, vel paludes salis, vel coronas, quę nobis offerebantur, eis cõcedo: vt nihil extorqueatur ab his à modo in posterũ. Cura igitur vt huius epistolæ fiat exẽplar, & detur Ionathæ, quatenus in nobili loco templi reponatur. Hęc quidẽ scripta fuerant. Videns vero Demetrius pacem, nullumq; superesse periculum, nec

Ptolemeus benignus

lum,nec belli timorem,ſoluit exercitum ſtipendiaq; eorum imminuit:& ſolis illis ſumptus prębebat,qui cum eo à Creta vel ab alijs inſulis venerãt.Vnde odiũ vel inimicitiæ militum contra eum conflatæ ſunt,quibus ipſe quidem nihil præbebat:reges vero ante ipſum eis annonas etiam in pace ſubminiſtrabant, vt eos in certaminibus,ſi oporteret,pro ſe fideles & pronos haberent.

De bello Tryphonis circa Antiochiam, deq; victorijs Ionathę & de tribus hæreſibus Iudæorum Caput VIII

1. Mach.11

INtelligens itaque militum odium circa demetrium Alexandri quidam dux, Apamenus genere,diodotus nomine,qui & Tryphon dicebatur,venit ad Malachũ Arabum,qui filium Alexandri Antiochum nutrierat:manifeſtansq; ei inimicitias exercitus,quas contra Demetrium habebant, dari ſibi petebat Antiochum,nã regem eum facere,vel paternum principatum ei reſtituere ſe dicebat. Qui primũ quidem reſiſtebat,minime credens: poſt multo vero tempore Tryphone petente,vincitur Malachus,flexusq; voluntate ſua eſt ad ea quę Tryphõ petebat.Princeps autem ſacerdotum Ionathas capere volens arcem Hieroſolymorũ,& Iudęos tranſfugas vel impios,omnesq; qui per totam prouinciam cuſtodes erant,tranſmittens ad Demetrium legatos cum donis,rogabat vt de caſtellis Iudęæ cuſtodes eijceret.Cui rex,non hęc tantum ſe prębere,ſed etiam his maiora promitrebat,poſt finem belli quod præ manibus habebat:petebatvero eum & auxilia tranſmittere,mandans quod exercitus ſuus ab eo receſſiſſet. Tunc Ionathas tria milia militum eligẽs deſtinauit.Antiocheni vero Demetrium propter hæc quæ paſſi fuerant abhorrentes,& propter patrem eius,qui multa contra eos mala commiſerat,tempus ſeruabant quo potuiſſent eum inuadere:videnteſque auxilia veniſſe Demetrio ab Ionatha, & arbitrati quod multa congregaret auxilia niſi prævenirent eum,arma ceperunt: & circunſtantes aulam obſidionis modo,cũctos exitus partiti,regem conabãtur opprimere.Ille ergo videns populum hoſtiliter ſe cum armis inuadere, colligens conductos & ab Ionatha tranſmiſſos Iudæos,cum Antiochenis confligit,quorum vim non ferens vincitur.Videntes autem ſic Iudæi Antiochenos atrociter expugnantes, ſuper palatij culmen aſcenderunt:vnde illos vulnerantes,ipſi quidem propter altitudinem minime lædebantur,illos vero telis proſternebãt,quę de ſuperioribus ad inferiora iactabant,& ſic eos de proximis domibus repulerunt.Deinde igne ſuppoſito,flamma totã ciuitatem ex lignis conſtructam,rectorum ſpiſſitudine deuorauit.Antiocheni vero nequaquam valentes ignem extinguere, ad fugam conuerſi ſunt: & cum iudæi de tecto ad tectum diſſilirent,& ita eos perſequerentur, ammirabilem contigit fieri l Antiochenſium depulſionem.Rex autem, vt vidit Antiochenos filios ſuos & vxores ſuas velle ſaluare,quapropter & pugnã reliquiſſe,per anguſtas vias inuadit eos,& confligens cum eis multos interfecit, ita vt cogerentur armis proiectis tradere ſe Demetrio:qui veniam eis pro facinoribus cõceſſit, ſeditionemq; compeſcuit.Donauit etiam Iudæis partẽ prædæ. Cauſamq; victoriæ ſuæ factos eos profeſſus,gratias agens Ionathæ ad Hieroſolymã tranſmiſit, laudans eum pro auxilijs deſtinatis.Poſt autem maleuolus cõtra eũ extitit, pro miſſionesq; fraudauit:bellumq; minatus eſt,niſi cuncta redderet tributa,quę gẽs Iudæorum prioribus regibus Syriæ perſoluebat.Et hęc feciſſet,niſi Tryphõ impetum eius prohibuiſſet,& apparatum eius cõtra Ionathan,erga ſuas vertiſſet curas.Reuerſus enim ad Syriam ex Arabia cum puero Antiocho, imponit ei quãuis adoleſcenti diadema.Cumq; omnes milites tranſiſſent ad eum Demetrium deſerentes,bellum contra Demetrium producit,& confligens cũ eo, victoriam obtinuit,& elephantos cum Antiochenſium ciuitate ſubiecit.Demetrius ergo victus ad Ciliciã receſſit.Antiochus autem legatos ad Ionathan deſtinans & literas,amicum eum ſibi parauit,& principatum ſacerdotij confirmauit:& quatuor prouincias,quę terræ Iudęorum additæ fuerãt,inſuper & aurea vaſa vel pocula,

& purpuream

& purpuream veſtem ei tranſmiſit,hiſq; omnibus ei vti permiſit,& fibulã aureã ei donauit,primumq; amicum ſuum vocauit. Simonem aũt fratrem eius ducem ſuper omnem militiam à regione Tyri vſque ad Ægyptũ cõſtituit. Ionathas autem de donationibus Antiochi gauiſus,mittens ad eum & ad Tryphonem legatos,amicum ſe eis profeſſus eſt,& pugnare cum eo contra Demetrium, inſinuãs pro prẽmijs laborum non parua mala à Demetrio ſe eſſe perpeſſum. Concedente igitur Antiocho à Syria vel Phœnice vt congregaret exercitum,quatenus cũ ducibus Demetrij confligeret,ſtatim ad ciuitates exijt. Quæ cum eum ſplendidiſſime ſuſcepiſſent,exercitum dare diſtulerunt. Veniens aũt ad Aſcalonam ciuitatem,& munificenter Aſcalonitis cum donis ſibi occurrentibus, hoſpſos petebat,& vnãm quanq; humilis Syriæ ciuitatem à Demetrio deſiſtentem,ad partes Antiochi tranſire:ac ſecum bellum producere pro vltione Demetrij, & his quæ quondam in eis peccaſſet:eſſe autem dignas occaſiones,per quas hẽc cogitare deberent. Cumque flexiſſet ciuitates auxilium Antiocho mittere,peruenit ad Gazam,ſperans ſe & horum fidem ad Antiochum conuertere. Multum vero prẽter quod ſperauerat aliter Gazæos inuenit,qui duriſſima obiectione non eum ſuſcipere,nec Demetrium relinquere decreuerunt. Quo dum Ionathas concitatus eſſet,ad obſeſſionem eorum & afflictionem prouinciæ parabatur. Nam partem militiæ circa Gazam diſponẽs,cum reliqua ipſe percurrens,cuncta prẽdabatur vel incendebat. Quẽ cum vidiſſent Gazæi. nullumq; auxilium à Demetrio ſibi veniſſe conſpicerent,& periculum præſens,adiutorium vero longe, & incertum eſſe vtrum veniret:optimum eſſe decreuerunt,hunc dimittentes illi obedire. Facientes igitur cum Ionatha amicitias,auxilia promiſerunt. Homines enim ante malorum peritiã vtilitates non intelligunt ſuas:ſed cum in malis fuerint conſtituti,tunc mente percipiunt,& agunt quẽ nihil læſi facere debuerunt: Ionathas vero conſentiens eis de amicitijs,tollensq; obſides ad Hieroſolymam tranſmiſit:ipſe vero totam prouinciam percurrit vſque ad Damaſcum,dum Demetrij duces audiſſet ad Cedeſſam cum multa manu veniſſe. Cedeſſa inter Tyrum & Galilæam conſiſtit. Nam hoc deſiderabant duces Demetrij, vt de Syria eum Galilæam traherent,putantes minime eum pati Galilæos ſibi ſubiectos affligi. Cũque Ionathas eis occurriſſet, Simonem fratrem in Iudæa ducem reliquit. Qui multum exercitum de prouincia congregans,Bethſuram obſidebat,locũ Iudææ munitiſſimum:nam tenebat eam Demetrij cuſtodia, ſicut & prius à nobis demõſtratum eſt. Vt vero aggerem compoſuiſſe Simonem viderunt, & machinamenta conſtituiſſe,multaq; vſum induſtria contra Bethſuræ obſidionem, timuerunt cuſtodes,ne capto loco interirent,& mittentes ad Simonem,petebant fidem accipere,ne quid ab eo peſſimum paterentur. Qui cum dediſſet, illos quidem de ciuitate tulit,ſuamq; cuſtodiam ibi conſtituit. Ionathas aũt exiens à Galilæa, ab aquis quẽ Genniſaron dicuntur,nam ibi ſua caſtra poſuerat,ad campũ qui dicitur Aſor peruenit,neſciens illic hoſtes exiſtere. Demetrij vero duces cum ante vnum diem cognouiſſent contra ſe Ionathan venire,inſidias ei per montem collocauerũt,ipſiq; cũ electis militibus in campo ei occurrerunt. Quos cum vidiſſet Ionathas ad pugnam paratos,hortabatur ſuos. Illi vero qui à Demetrij ducibus per inſidias erant locati,à retro Iudæos inuadunt. Qui cum timerent ne in medio capti perirent,ad fugã ſe dederunt. Et ibi quidem omnes reliquerunt Ionathan,pauci vero cum eo numero quinquaginta remanſerint,& Matathias filius Abſalomi,& Iudas Capſei,qui duces erant totius exercitus. Hi audacter & deſperate ſuper inimicos irruentes,atrociter eos fugauerunt. Tunc vero milites Ionathæ,qui diſceſſerant,vt viderunt hoſtes ad fugã verſos, congregati perſequebãtur eos:& hoc fecerũt vſq; ad Cedeſſam,vbi caſtra hoſtium erãt. Victor igitur Ionathas in illa pugna prẽfulſit,duo milia proſternẽs inimicorũ, & ad Hieroſolymam reuerſus eſt. Qui cum vidiſſet omnia ſibi dei prouidẽtia ſecundũ ſuam acceidere volũtatem,legatos Romã deſtinauit,renouare cupiens olim cum gẽte Iu-

dæorum amicitias celebratas. Suis etiã legatis præcepit. vt redeuntes ab Italiã, per Spartiatas transirent, quos deberent ad memoriam amicitiæ vel cognationis reducere. Qui cum Romam veniſſent, & ingreſſi ad ſenatũ, mãdata principis ſacerdotũ Ionathæ dixiſſent, quod eos mitteret amicitias renouare, quę prius per ſenatum de Iudęorum amicitiis fuiſſent ſtatutæ: ſenatus dedit eis reportãdas epiſtolas ad omnes Aſiæ reges, & magiſtratus ciuitatum, quatenus per eos illæſi ad propria remearent. Reuertentes aũt ad Spartiatas venerunt, & epiſtolã iona thæ eis porrexerunt, cuius exemplar huiuſmodi fuerat: Ionathas princeps ſacerdotũ gentis Iudæorum, vel curia & collegiũ ſacerdotũ, præſidibus & ſenatui & populo Lacedæmoniorum ſalutem. Si ſaluis vobis publica vel priuata bene procedunt, ſic ſunt vt volumus: ſalui autem ſumus & nos. In prioribus autem temporibus, epiſtola noſtro principi ſacerdotum Oniæ à veſtro rege Ario, & ab omni populo miſſa eſt de veſtra ſimul & noſtra cognatione, cuius exemplum ſubiacet epiſtolæ, quam quidem libenter ſuſcepimus, & populo & Ario fautores facti ſumus, non egentes huius rei approbatione, quia per ſacras noſtras literas hoc eſſe credidimus. Initia ergo recognitionis non credidimus nos primi facere, ne præripere videremur veſtram gloriam. Multo vero tranſacto tempore, ex quo familiaritas cõmunis extitit, in ſacris & conſtitutis diebus deum pro veſtra ſalute velvictoria ſacrificiis deprecamur, & cum multa nos circunſtitiſſent bella per auaritiam vicinorum, nec vobis nec aliis propinquis moleſtos nos eſſe decreuim9. Poſt quam aũt hoſtes expugnauimus, legatos ad Romanos tranſmiſimus, Numeniũ Antiochi, & Antipatrũ Iaſonis, ſenatorio apud nos ſeptos honore: quibus dedimus etiam ad vos epiſtolam, quatenus renouent vobiſcum cognationem. Bene igitur facietis, ſi & vos nobis reſcripſeritis, & mandaueritis ſi quid forſitan indigetis, minime dubitantes, nos erga veſtrum affectum impigros exiſtere. Lacedæmonii vero libenter legatos ſuſcipiunt: & componentes pacta cum eis de amicitiis, dimiſerunt. Eodem tempore tres hæreſes Iudæorum fuerunt, quę de rebus humanis diuerſa credebant: quarum vna Phariſæa dicebatur, altera Sadducæa, tertia vero Eſſenorum. Igitur Phariſæi dicebant, fata nõ omnia, ſed aliqua gubernare, altera, vero quę accidunt per ſe conſiſtere. Genus autem Eſſenorum, omnia ſub fato eſſe confirmat: & nihil eſſe quod hominibus non illius decreto proueniat. Sadducæi fatum quidem nihil eſſe exiſtimant, neque per id humana concludi, ſed omnia noſtræ ſupponunt poteſtati, bonorumq; noſipſos autores fatentur, & peiora per noſtram eligi dementiam. Sed de his quidem certius in ſecundo libro hiſtoriæ Iudaicæ demonſtrauimus. Demetrij autem duces cum vellent pugnam in qua victi ſunt reſtaurare, ampliores priori exercitu vires congregantes, contra Ionathan venerunt. Qui cum audiuiſſet hoc, citius eis ad Amathetidem occurrit: neq; enim tardare decreuit, vſquequo ingrederentur Iudæam: caſtraq; diſponens non longius ab hoſtibus quinquaginta ſtadiis, mittit ſpeculatores qui caſtra deberent hoſtium perſcrutari. Cumq; omnia ei nunciaſſent, & aliquos nocte cepiſſent, qui aduerſarios ſuperuenturos indicabant, cuſtodias extra caſtra diſpoſuit, & exercitum per totam noctẽ armatum habebat, præcepitq; vt forti animo eſſent: & ſi oporteret etiã nocte pugnare, ne repentino impetu turbarentur. Demetrii vero duces cum audiſſent Ionathan cognouiſſe ſuum conſiliũ, perturbati quod inimici manifeſtati fuiſſent, nullo modo valebant per inſidias eos inuadere. Nam ex eo quod ſe credebant non eſſe pares Ionathæ militibus, fugam meditati ſunt, multaq; facientes incendia diſceſſerunt: ita vt hæc videntes Iudæi, putarent eos eſſe manſuros. Ionathas autem cum ad caſtra eorũ maneviſſet, inuenit ea deſerta. Cumq; intellexiſſet eos fugiſſe, perſequebatur quos nullatenus valuit comprehendere. Nam iam Eleutheron fluuium tranſierant. Vnde reuerſus ad Arabiam Nabathæos expugnabat: multamq; eorum prędam abigens, captiuosq; ducens, peruenit ad Damaſcum, vbi omnia illa repoſuit. Per idem tempus frater eius Simon, omnem peragans Iudęam, & Paleſtinam, vſque ad Aſcalonam

Epiſtola Ionathæ ad Spartiatas

Tres hæreſes in populo Iudæorum

Ionathas Nabatheos expugnat

ad Aſcalonã muniuit caſtella. Quæ cũ ædificijs & cuſtodijs tuta feciſſet, ad Iop pen peruenit: & occupãs eam, magnã introduxit ibi cuſtodiã. Nam audierat Iop penſes velle ducibus Demetrij tradere ciuitatem. Hæc ergo poſtquã Ionathas & Simon tractauerũt ad Hieroſolymam ſunt reuerſi. Cumq; omnem populum ad templum congregaſſent, ſuadebant muros Hieroſolymorũ refabricandos, & dirutam partẽ muri templi reconſtruendam, altiſq; turribus muniendam necnon, & in media ciuitate aliũ ædificare murum, vt cuſtodibus arcis alimentorũ copia negaretur. Inſuper etiam caſtella quæ ſunt in prouincia, facerẽt tutiora vel fortiora. Cui dum & populus de bene propoſitis cõſenſiſſet, ipſe quidẽ mœnia ciuitatis ædificabat, Simonẽ vero miſit prouinciam cõmunire. Demetrius autem trãſiens ad Meſopotamiã peruenit. Quam cum vellet cum Babylone & ſuperioribus prouincijs obtinere, vt exinde occaſiones de toto acciperet imperio, tũc illic Græci vel Macedones habitantes, vt eis propemodum conueniret, legationẽ ad eum miſerunt, promittẽtes ei ſubuenire ſi ad illos trãſiret, & traderet ſe, vel expugnare cum eo regem Parthorum Arſacen. Qua ſpe ſublatus ſubito egreditur ad eos, vt ſi Parthos deuinceret, viréſque reſumeret, regem Tryphonem poſtea debellaret, longeq; eum à Syria pelleret. Quem cum prono ſuſcepiſſent animo prouinciales, & multos congregaſſet viros, bellumq; & omnem militiam aduerſus Arſacen produxiſſet: ipſe quidem viuus capitur, ſicut alibi iam retulimus. *Demetrius cãpitur.*

De obitu Ionathæ, & ſucceſſore fratre Simone. C. IX.

TRyphon vero cum mortem Demetrij cognouiſſet, perfidus Antiocho cœpit exiſtere. Inſidiabatur enim, qualiter eum interficiens, ipſe regnum teneret. Impediebant vero impetum eius & voluntatem amicitiæ Ionathæ, quas cũ Antiocho habebat. Vnde primũ Ionathan ſtatuit occidere, & tunc aduerſus Antiochum accedere. Fraudibus ergo vel dolo cogitans Ionathan conſumere, ad Bethſuram ab Antiochia venit, quam Græci Scythopolim appellant, vbi cum electis quadraginta milibus ei Ionathas occurrit, putans ad bellum eum veniſſe. Tryphon vero cum Ionathan vidiſſet ad pugnã paratũ, donis eum placauit, ſuiſque ducibus vt Ionathæ obedirent præcepit: per hæc fidem ſuam volens cofirmare, cunctamq; ſuſpicionem depellere, quatenus confidẽtem & incautum, nihilq; prouidentem caperet: & perſuaſit ei vt exercitum dimitteret, quẽ fruſtra dicebat eſſe fatigatũ ab eo, nequaquã bello exiſtente, & vndiq; pacem rebus habentibus ſed tenere paucos, & Ptolemaidem ſimul cum eo venire ſupplicabat: nam tradere ei ciuitatem, & omnem prouinciæ moderationem, ſe veniſſe profitebatur. Ionathas vero nihil ſuſpicans, ſed vera fide vel voluntate Tryphonem hæc ſuadere credens, exercitum dimiſit, tria milia ſecum ſola tenens. Ex quibus in Galilæa duo milia relinquens, cum mille tantum militibus ad Ptolemaida Tryphonem comitatus ſuperuenit. Vt vero intrauit Ptolemaida, portas ſtatim ciues ſeruauerunt, ſecũdum quod eis à Tryphone erat præceptum, & Ionathan viuum capientes, omnes qui cũ eo erant interemerunt. Miſit etiam Tryphon ilico ad Galilæã qui relicta duo milia interficerent. Sed hi cum fama præueniente captionem Ionathæ comperiſſent, antequam venirent à Tryphone miſſi circundati à prouincia, proceſſerunt. Tunc ſatellites Tryphonis cum vidiſſent eos pro anima decertare, nullam eis moleſtiam inferentes, ad Tryphonẽ reuertuntur. Hieroſolymitæ tamen cum audiſſent Ionathan captum, & cum eo milites periſſe, flebant illius interitum: & ſummus de ipſo queſtus apud omnes fiebat: magnus autẽ timor eos inuadens contriſtabat, ne eis virtute vel prouidẽtia Ionathæ priuatis, vicinæ gẽtes inimicæ, & propter Ionathæ mortem inquietatæ, contra ſe bellũ conſtruerent, & ad mortis pericula peruenirent: quæ ſicut ſuſpicabantur euenerũt. Nam gentes mortem Ionathæ cum audiſſent, contra Iudæos bellare cœperunt, tanquã indigentes duce. Tryphon vero exercitum multum congregans, ad Iudæam aſcendere ſtatuit, vt Hieroſolymam debellaret. Simon autem videns Hieroſolymitas metuentes, cœpit eos alloquio confortare, quatenus forti animo eſſent, *1. Machab. 12.*

nec pertimescerent Tryphone superueniente. Et conuocans in templo populum alacriorem eum suis verbis effecit: hinc allocutionis initium sumens: Pro vestra,
oratio Simonis ad populum Iudaicum inquit, libertate ò viri Iudæi, me dudum cum patre vel fratribus mori paratum, quis ignoret? Siquidem exempla mihi plurima non desunt. Mori enim pro legib? patria religione, nostram familiam nullus timor inuadit, qui hanc voluntatem ab anima nostra possit eijcere, sed introducat magis desiderium vitæ, vel gloriæ. Quapropter non vt indigentes duce, qui laborare vel pati pro vobis recuset, sequimini, prono animo vbicunq; perduxero: nec enim melior meis fratribus existo, vt meæ parcam animæ: neq; peior, vt quod illis visum est optimũ, pro patrijs interfeci legibus, vel pro dei religione, deuitem: sed in quibus oportet me germanum illis fratrem ostendere, in his me demonstrabo consimilem. Confido enim in deo, vltionem ab inimicis expetere: vosq; omnes cum vxoribus vel filijs ab eorũ violentia liberare: templumq; incolume cum dei auxilio reseruare. Nam uideo gen
1. Machab. 13. tes contempsisse vos, tanquam ducem non habẽtes, bellaq; pręparasse. Cum hæc Simon verba ad plebã fecisset, confestim depulso populus ab animis metu audaciam sumpsit, desperãsq; ad spem bonã repente mutatus est, & vnanimiter exclamauit, nutu dei esse Simonẽ ducem, & Iudę vel Ionathę fratrum principatum tenere dignum se quoq; omnibus iussionibus eius obsecuturum promittens, ducis ei contulit dignitatem. Tunc Simon cõgregans omnes sui exercitus bellatores, festinauit ciuitatis muros reconstruere, turribusq; altis & fortibus eam munire. Destinauit etiam Ionathan quendam amicum, filium Absalomi cũ militibus ad Ioppen, imperans habitatores eius eijcere: nam timebat ne ciuitatem traderent Tryphoni: ipse vero Hierosolymam tuebatur. Tryphon autem exiens ab Ptolemaide cum multo exercitu, ad Iudæam venit, Ionathan ligatum ducens. Cui Simon cum suis occurrit ad Iadam ciuitatem, quæ super montes iacet, vnde etiam Iudææ campi patescunt. Cum vero Tryphon à Iudæis audisset ducem Simonem constitutum, direxit ad eum, fraudibus vel dolo cupiens hunc quoque circunuenire: iubetque ei, si vellet fratrem Ionathan redimere, mitteret argenti talenta centum duosq; filios Ionathæ, quatenus fides illi haberetur post demissionem, ne Iudæã in suam ditionem redigeret: quia & nunc non pro alia re, nisi pro debito vectigalium eum se ligasse confinxerat. Tum Simon intelligens artem Tryphonis, quia & si argentũ mitteret, ille tamen fratrem eius minime relaxaret, sed & filios eius hosti tradi frustra cognoscens, tamen territus ne à populo accusaretur, se causam fraternæ necis extitisse, quod non pecunias nec filios pro ipso contraderet: colligens exercitum, mandata Tryphonis indicauit, dicens quod hæc dolo vel insidijs plena sunt: tamen optabilius esse pecunias, & filios eis transmittere, quàm propositis à Tryphone non obediens, putaretur non velle fratrem absolui: initoq; cum suis Simon tractatu, filios Ionathæ pecuniasq; transmisit. Quas cum Tryphon accepisset, nec fidem seruare, nec Ionathan absoluere voluit: sed mox exercitum colligens, ad propria remeauit: ordinatoq; itinere per Idumæam, ad Hierosolymam ascendere cupiens, venit ad Doram ciuitatẽ Idumææ. Præcedebat vero cum exercitu Simon, castra contra eum semper disponens. Quod cognoscentes hi qui in arce Hierosolymitana erant, ad Tryphonem dirigunt, rogãtes eum ad se ocius properare, quatenus alimenta eis præberet. Ille vero per noctem illã equitatum parauit, quasi Hierosolymam ascensurus: sed niue vehementi ea nocte cadente, iter inuium reperit equis vel peditibus suis. Qua causa obstante, ne-
Ionathan perimitur. quiuit ad Hierosolymam Tryphon ascendere: sed reuertens ad Syriam, & propè Galaaditidẽ ingressus, Ionathan ibi perimi vel sepeliri iussit, & ita ad Antiochiam peruenit, Simon autem à Bascama ciuitate transferens ossa fratris, sepeliuit in patria sua, luctum maximum omni super eum populo faciẽte. Tunc Simõ
Mausoleum ingens Mausoleum fabricãs, patri suo fratribusq; sepulturam ex albo & polito lapide construxit, opus mirabile conspicuumq; faciens: cuius & porticus vndiq; columnis sustentãtibus ex vno lapide visu mirabiles statuit, insuper & pyramydes

septem

ſeptem parentibus, vel vnicuique germanorum ſingulas ſuperpoſuit, magnitudine vel decore lucentes, quæ hactenus ſeruantur. De ſepultura quidem Ionathæ, & ædificationes monumentorum, hoc ſtudium Simonis cognouimus. Defunctus vero eſt Ionathas principatum poſſidēs ſacerdotij, per quem annos quatuor gentem continuit Iudæorum. Et de labore quidem mortis eius in mutuis documentis, publiciſq; monumentis primi anni Simonis benefactoris, & Iudæorum principis ſcriptum eſt. Itaque Iudæi feliciter aduerſarios vicinos ſuperauerunt, cum Simon Gazara ciuitatem, vel Ioppen, vel iamniam deuaſtaret, arcémque Hieroſolymorum deponeret, ne forte inimicis refugium fieret, vnde percurrentes eos lædere poſſent. Quod cum feciſſet, optimum & vtile putauit, etiam montem ſuper quem arx conſtituta erat, deſtruere. Quo multitudo cunctique ingreſſi, montem deſtruebant, & nec die nec nocte ceſſantes per tres annos, depoſuerunt eum ad ſolum, campumq; planiſſimum fecerunt, ita vt eminentius templum excelleret, arce vel monte depoſitis.

Simon arcē hieroſolymitanā diruit.

De Tryphonis malicia & dolis. Cap. X.

POſt captiuitatem Demetrij, non multo poſt, Alexandri filium Antiochum, qui Theos nominabatur, Tryphon interemit tutor eius, quarto imperij eius anno: amicos autem & familiares ſuos ad milites tranſmiſit, & multas dare pecunias pollicitus, ſi eum rgem ordinarent. Nam Demetrium à Parthis captū nunciabat teneri, fratrem vero eius Antiochum, ſi principatum obtineret, multa peſſima eis facturū eſſe dicebat, dum proditionem eorum ulciſceretur. Qui cum ſperaſſent affluentia pecuniarum ſub regno Tryphonis frui principem eum conſtituunt. Tryphon autem vt regni inſignia ſuſcepit, cōtinuo nequitiam ſuam patefecit, & innotuit omnibus, quia quod priuatus humiliter multitudini obſequebatur, non hoc voluntate bona, ſed impoſſibilitate faciebat. Poſtquam vero regnum adeptus eſt, exuēs ſe ſimulatione verus Tryphon apparuit, cœpitq; potius extraneos quàm clientes diligere. Pro qua re exercitus eius recedens ab eo, ad Cleopatram Demertij vxorē ſe contulit, quæ tunc in Seleucia cum filijs erat concluſa. Errantem vero fratrem Demetrij Antiochum, qui Soter dicebatur, nullaque eum ciuitate admittente Tryphonis timore, accerſit Cleopatra, ad ſuas eum nuptias & ad imperium inuitans. Quem ad hoc vocauit ſuadentibus amicis, & timore nolentibus Trypphoni ciuitatem Seleuciam aperire.

Triphon prīceps conſtituitur a militibus.

De morte Tryphonis. Cap. XI.

CVmq; intraſſet Seleuciam Antiochus, & fortitudo eius per ſingulos dies creſceret, exijt pugnaturus contra Tryphonem. Quem vincens à ſuperiore Syria repulit ad Phœnicen, & in Dora caſtello munito concluſum obſidebat, mittitq; ad Simonem principem ſacerdotum Iudæorum legatos pro amicitijs vel auxilijs. Qui cum libenter petitionem ſuſcepiſſet, pecunias multas cum alimentis militaribus Doram obſidentibus large præbuit, vt Antiochum inter neceſſarios pauco tēpore pateretur. Nam Tryphon dum à caſtello Dora ad Apameam fugeret, captus in ea concluſione, peremptus eſt, tertio ſui regni anno.

De victoria Simonis contra Cendebeum. Cap. XII.

SEd Antiochus auaritia vel prauitate ſua, Simonis obliuionem vnà cum ministratis pecunijs & alimentis concepit: viréſque militares cuidam Cendebeo amico tradens, ad deprædationem Iudææ captiuitatémque Simonis miſit. Sed cum Simon audiſſet Antiochi præuaricationē, licet ſenex eſſet, tamen quod nihil ab Antiocho iuſtū fieri videbat, concitatus ad audaciam ſuper ætatem ſuā, iuuenilem fortitudinem accepit: & diſpoſuit quidem filios cum bellicoſiſſima parte militum, ipſe vero per aliam partem cum reliquis viribus perrexit ad bellum multoſq; in vallibus montium ad inſidias locabat, nulluſq; conatus eius euaſit, ſed omnem hoſtium vincens exercitum, in pace reliquam vitam agebat. Nam & ipſe cum Romanis de auxilijs compoſuerat.

De interfectione Simonis. Cap. XIII.

Igitur

IGitur annis octo principatum ſacerdotij Iudæorum regens, moritur in conuiuio per inſidias Ptolemæi generi: qui vxorẽ eius cũ duobus filijs capiens: & vinctos habens miſit tertium Iohannem, qui & Hyrcanus vocabatur, occidi. Quod cum ſenſiſſet iuuenis, euaſit periculũ, & ad ciuitatẽ feſtinauit: confidẽs de populo propter patris ſui beneficia, Ptolemæiq; odium. Properantem vero per aliam portam Ptolemæum intrare, populus expulit: nam iam Hyrcanum receperat. Hinc Ptolemæus ad quoddam caſtellum, nomine Dago in Hierico diſceſſit.

De bello Hyrcani contra Ptolemæum deq; matris Hyrcani morte & paſſionibus. Cap. XIIII.

1. Machab. 6. ACcipiens autem paternum principatum Hyrcanus, deum hoſtijs placauit, & ita contra Ptolemæi militiam produxit exercitum. Et cum ad locum perueniſſet, in alijs omnibus hoſtem circunueniens pręualebat: vincebatur tamen matris & fratrum amore, quos ſuper murum Ptolęmeus trahẽs, in proſpectu eius torquebat, & præcipitare minabatur, ſi non ab obſidione diſcederet. Hyrcanus autem quantum remitteret de obſidionis induſtria, tantum chariſſimis putabat offerre ſubſidia, ne dum male paterentur, eius crudelitati reputaretur. Mater autem protendens manus petebat, ne propter eos differret, ſed multo magis impetu caſtellum inuaderet: inimicoq; ſuæ poteſtati ſubacto, pro chariſſimorum tormentis redderet retributionem: ſibi quoque æſtimans hoc eſſe vtiliſſimum, ſi per ſuam mortem hoſtes atrocius deperirent. Hyrcanum vero petitionibus matris incenſum, caſtellum capiendi furor tenebat. Rurſus vero cum vidiſſet matrem cędi vel diſſipari, ſoluebatur: & pro ingeſtis matri tormentis, impetum deponebat obſidionis: taliq; neceſſitate obſidendi protractus, annum expleuit in quo ſemper Iudæi vacant. Nam per ſeptem hunc obſeruant, ſicut in ſeptimis diebus. Quapropter Ptolemæus à bello ſolutus, occidit matrem & fratres Hyrcani, & fugit ad Zenonem, qui Cotylas appellabatur, in Philadelphia tyrannidem exercentem.

De amicitijs initis inter Antiochum & Hyrcanum déque ſepulchro Dauid. Cap. XV.

Hic finis eſt hiſtoriarũ bibliæ

ANtiochus autem infeſtus Simoni de interitu ſui exercitus, contra Iudæam acceſſit, quarto anno ſui imperij, primo vero principatus Hyrcani, olympiade centeſima ſexageſima ſecunda. Cumq; deuaſtaſſet prouinciam, Hyrcanũ in ciuitate concluſit, quã ſeptẽ aciebus circundedit: nihil tamen penitus proficiebat propter murorũ munimina, & propter obſeſſorũ virtutẽ, necnon & aquarum inopiã, qua propter ſiccitatẽ domabatur. In parte vero planiſſima turres ſtatuit celſiores, numero centũ, tria tecta vnaquaque habente, ſuper quas militares ordines diſpoſuit: multoſq; quotidie labores cõgreſſus inferebat, foſſamq; altã & latiſſimã conſtruens, muros ciuitatis depoſuit. Iudęi vero multas incurſiones contra moliebantur, & ſi quidẽ incautos aduerſarios inueniſſent, peſſime eos cõtere bant: ſi vero pręſenſiſſe cognoſcerẽt, innocui redibant. Vt vero noxiam multitudinem intra ciuitatem Hyrcanus attendit cõſumendis citius neceſſarijs, nihilq; populo prodeſſe proſpexit, inutilẽ eius partẽ ſecernẽs foras ciuitatem emiſit: quę vero bellicoſa & fortis erat, hanc tantum tenuit. Antiochus aũt proiectos egredi vetabat Qui dum inter muros errarent ſęuiſſimis tormentis miſerabiliter animam exhalabant. Cum vero feſti dies tabernaculorũ veniſſent, miſerati eos intra ciuitatẽ denuo receperunt. Hyrcanus autem ad Antiochũ legatos direxit, petens inducias ſeptem dierum, propter feſtiuitatem deiq; ſupplicatione. Qui cum audiſſet, reſpondit legatis: immolate. Nec nõ etiam ſacrificium magnificentiſſimum deſtinauit, taurum cornibus inauratis, & pocula plena omnib⁹ aromatib⁹, aurea vel argentea: quod ſacrificiũ adductũ ſuſceperunt qui ante portas ſtabant & ad templum deduxerũt. Antiochus autẽ iſte in exercitu melius Antiocho Epiphane claruit: nam ille capiẽs ciuitatem, porcos ſuper aram immolauerat, & ius carnium per totũ templum ſparſerat: etiam leges Iudęorũ, paternamq; religionẽ confuderat

Quantũ iſte anteriore melior fuerit Antiochus

confuderat,propter quæ gens illa rebellauit,& minime recõciliari passa est: hũc vero Antiochum propter pietatem religionis,omnes pium vocauerunt,laudantq̃ modestiam eius. Hyrcanus etiam animaduertens studium ipsius erga deum, petiuit eum,vt patriam eis conuersationem restitueret.Qui cum refutasset pessimum consilium suadentium gentem capi legibus dissonantem,ad omnem pietatem flexus, legatis respondit:quod si traderent arma, partemq̃ tributorum Ioppes,aliarumq̃ ciuitatum circa Iudæam existentium soluerent,& custodiam in ciuitate susciperent,confirmans pactum, finiret bellum. Iudæi vero omnia perferre præter custodiam cõsentiebant, quam non propter aliud nisi pro dissimili conuersatione recusabant:pro custodia tamen obsides dare profitebantur,& talenta argenti quingenta:ex quibus statim trecenta cũ obsidibus obtulerunt,inter quos erat & frater Hyrcani. Quæ cum suscepisset rex Antiochus, & coronam ciuitatis deposuisset, obsidionem soluens discessit. Hyrcanus vero sepulchrum Dauid aperiens,qui multo ditior quondam regibus fuit, tria milia talenta pecuniarum exinde protulit:ex quibus primus Iudæorum cœpit peregrinos alere. Composuit etiam cum Antiocho amicitias,susciperéque eum intra ciuitatem, munificenter abundéque militibus omnia necessaria ministrabat.Cumq̃ exercitum Antiochus cõtra Parthos duceret cum eo Hyrcanus egressus est. De his testis est Nicolaus Damascenus,sic in historia dicens: Trophæum sistens Antiochus iuxta fluuium Lycum,vbi vicerat Indathim Parthorum ducem, ibi duobus diebus remoratus est,petente Hyrcano Iudæo propter Iudæorum celebrationem,in qua non erat legitimum eos proficisci. Et hæc quidem non est mentitus. Nam quinquagesima festiuitas post sabbatum instabat,in qua minime licet nobisvel in sabbatis vel in festo die viam conficere. Tunc etenim Antiochus cum Arsace Parthorum rege confligens,& multum perdens exercitum,interijt. In regno autem Syriæ frater eius Demetrius succedit.Arsace eum à captiuitate soluente, eo tempore,quo Anthiochus Parthorum terram ingressus est,sicut prius demonstratum est.

De sepulchro Dauid aperto.

Nicolaus Damascenus

De Hyrcani victorijs & amicitia cum Romanis. C. XVI

HYrcanus vero Antiochi morte cognita,statim ad Syrię ciuitates expeditionem parauit:arbitratus eas imparatas & desertas pugnatoribus defensoribusq̃ inuenire,quod etiam euenit.NamMedabam,cum multum exercitus eius laborasset,sexto mense capit:post etiam Samogam,vel illas quæ vicinæ fuerunt,nec non & Sichymam,ac Garizim,gentémque Cuthæorum,quę templum ædificatum ad similitudinem Hierosolymitani polliebat,quod Alexãdri mandato Sanabalath dux condidit,propter Manassen generum suum, fratrem Iaddi principis sacerdotum,sicut superius intimauimus.Contigit vero templum hoc dirui post annos ducentos. Hyrcanus vero ciuitates Idumææ Aboram, Marisam,cunctosq̃ cum domuisset Idumæos,permisit eis prouinciam habitare, si circuciderentur, legibusque Iudaicis vterentur. Qui desiderio patriæ terræ circunciſionem, & aliam conuersationem Iudæorum prætulerunt, ideoque ex illo tempore cœperunt esse Iudæi. Quo facto, Hyrcanus princeps sacerdotum, societatem Romanorum renouare cupiens,legationem ad ipsos direxit. Cũmque senatus scripta eius suscepisset, composuit amicitias hoc modo. Fannius M.filius, consul senatum omnem octauo idus Februarias, in campo iussit conuenire, præsente L. Manlio, L. Menimij filio, & C. Sempronio, Falernæ filio: propter hoc,quod legati Iudæorum petiuerant,Simon filius Dosithei,& Apollonius Alexandri, & Diodorus Iasonis, viri optimi à populo Iudæorum destinati, de societate vel auxilijs exhibendis, quam cum Romanis de publicis rebus habuerunt,vt Ioppe, & portus,& Zora,vel fontes, & ciuitates, insuper & villæ, quas Antiochus pugnans contra senatusconsultum tenuit, restituantur: quatenus nec regij milites per terrã eorum cum subiecti sint,transeant:vt etiam illa quę per antiochũ gesta sunt contra senatusconsultũ,cassentur: vt & legatos mit

tant;

tant, quatenus recipiantur, quæ ab Antiocho ablata ſunt: vt & prouinciam æſtiment vaſtatam: vtq; eis ad reges & populos liberos literæ darentur, quatenus ad propriam domum illęſi reuerterentur. Placuit igitur amicitias & auxilia cum hominibus bonis, & à bono populo vel amico tranſmiſſis, eſſe renouandas. De rebus autem ablatis reſponderunt conſulares, cum à ſuis negocijs ſenatus vacuum habuerit, feſtinabitur in poſterum nullam in eos iniquitatem ab aliquo fieri: decernentes vero dare conſulem Fannium publicas iuſſerunt pecunias expendendas, dum ad patriam remearent. Et Fannius quidem legatos Iudæorum remittit, pecunias publicas eis præſtans, & ſenatuſconſultum per quod debuiſſent cum tutela ad ſuam redire patriam. In his quidem principes ſacerdotum Hyrcanus erat. Interea rex Demetrius cum exercitum aduerſus Hyrcanum colligeret, nec tempus ei, nec occaſio data eſt: cum milites & Syri malitiam eius abhorrerent, & per legationem peterent Ptolemæum Fiſconem cognominatum, quatenus de genere Seleuci tranſmitteret eis, qui deberet accipere principatum. Ptolemæus autem cum Alexandro Zebenna exercitum mittens, pugna comniſſa, Demetrium ſuperat. Qui dum fugeret ad Cleopatram ſuam vxorem in Ptolemaida ab ea non ſuſceptus, Tyrum recedens, multaq; paſſus ab inimicis, interijt.

De felicitate Iudæorum ſub Hyrcano & eius bello contra Samariam. Cap. XVII.

Bellum fratrũ inter ſe

ALexander autem regnum accipiens, & amicitiam cum Hyrcano principe ſacerdotum componens, interiecto tandem tempore, expugnatus ab Antiocho filio Demetrij Grypi nomine, occiditur. Cumque Antiochus imperium Syriæ tenuiſſet, contra Iudæam exercitum deſtinare timuit. Audiens vero germanum ſuum, & ipſum nomine Antiochum, ex eadem matre progenitum, multas vires cõtra ſe à Cyrico congregaſſe, eum intra prouinciam ſtatuit expectare, quatenus obuius incurſionibus fratris Antiochi reſiſteret: qui Cyzicenus dicebatur, quod in illa ciuitate nutritus eſſet: filius autẽ fuerat Antiochi, qui Soter nuncupatur, & vitam bello Parthico terminarat. Hic etiam frater fuerat Demetrij Grypi patris. Contigit vero ambos fratres vnam vxorem Cleopatram duxiſſe, quemadmodum & alibi retulimus. Cyzicenus autem Antiochus ad Syriam perueniens, diu cum fratre bella commiſit. Iterim Hyrcanus omni tempore illo, pace fruebatur. Nam & ipſe poſt mortem Antiochi à Macedonib⁹ deſtitit, dum neque vt amicus, vel ſubiectus aliquid eis præbuiſſet. Cuius res abunde creuerunt, temporibus Alexandri Zebennei, & magis tunc, quando hi fratres contra ſe pugnabant. Nam dum bello occupati fuiſſent, Hyrcanus Iudęam cum licentia poſſidebat, multamq; pecuniarum ſummam collegit, amboſq; inter ſe dimicantes cõtemnens, expeditionem contra Samariam ciuitatem valde munitam produxit: de qua ſuo loco referam, qualiter ab Herode ſit condita, & Sebaſtia nominata. Accedens igitur ad eam ſtudioſe obſidebat, memor malorum quæ Samaritæ contra Mariſenos colonos, & auxiliatores Iudæorum commiſerunt obedientes regibus Syrorum: Cum ergo mœnia vndiq; circũdediſſet, duplici muro cincta ſtadijs octoginta filios ſuos obſidioni prępoſuit, Antigonum & Ariſtobolum. Quibus imminentibus, in tantam neceſſitatem famis Samaritę inciderunt, vt etiam illicita tangerent, & vocarent adiutorem Antiochum Cyzicenum. Qui ſtatim veniens ad defenſionem, vincitur ab Ariſtabulo: fugatuſq; à fratribus vſque ad Scythopolim currens, euaſit periculum. Hi rurſus ad Samaritas reuerſi, concludunt eos intra muſum, vt ſecundo neceſſitatis Samaritæ adiutorem vocarent Antiochũ: qui cũ à Ptolemæo Lathyro ſex milia viros petiſſet, quos Ptolemæus inuita matre direxit (nam necdum à principatu eum expulerat) primum prædatorio modo inuadit Hyrcani prouinciam cum Ægyptijs, non audens aperte pugnam committere (Nam vires ſuas ſciebat impares) ſed ſperans populatione terræ cogere Hyrcanum à Samariæ obſidione recedere. Cumq; multos milites perderet inſi-

Hyrcanus obſidet Samariam.

dijs

diis circũuentus,discessit ad Tripolim. Callimandro & Epicrati bellũ Iudaicũ committẽs. Callimander ergo aduersarijs fugã similantibus,& post reuersis,statim consumitur. Epicrates autẽ manifeste pecunijs seductus, Scythopolim cum vicinis locis prodidit Iudæis: Samariæ vero obsidionẽ soluere non potuit. Igitur Hyrcanus sub anni cõclusione capiens ciuitatẽ, non hoc solo contentus est, sed totam deleuit Samariã. Nam sic eam euertit,vt vallũ magis quàm ciuitatẽ fuisse illic quisquã iudicaret. Mirabile tamen aliquid de principe sacerdotũ Hyrcano dicitur,quemadmodũ ei deus locutus est. Nam referunt illo die, quo filij eius cum Cyziceno conflixerant,dum ipse in tẽplo solus sacerdos adoleret thura,audisse vocem quod filij eius vincerent Antiochũ. Qui cum à templo processisset, hoc omni populo manifestũ fecit,quod ita constat euenisse. Hyrcanusquidem in his degebat. Per idem vero tẽpus, non solum Hierosolymorũ Iudæi, sed & prouinciales,& Alexandriã habitantes,& Ægyptũ,& Cyprum, feliciter agebant. Nam Cleopatra regina contra filiũ Ptolemæum Lathyrũ seditionem mouẽs,ordinauit duces Chelchiã,& Ananiam filios Oniæ, quem superius templũ ædificasse constat in terra Heliopolitana,ad similitudinẽ sacrarij Hierosolymorũ Cleopatra tamen cum tradidisset istis exercitũ,sine sententia eorũ nihil tractabat: sicut testatur & Strabo Cappadox,ita dicens: Nam plures & qui cum eo ascenderunt,& quos postea Cleopatra mittebat,in Cypro statim ad Ptolemæum transibant: soli vero Iudæi qui Oniæ dicebantur, apud Cleopatrã permansere reginã, propter Chelchiam & Ananiã,hæc Strabo disseruit. Hyrcano autem inuidiam mouit apud Iudæos felicitas,magis autem Pharisæi. Nam male eum pati volebant,qui tantũ apud populũ valebant,vt si quid contra regẽ vel principem sacerdotum dixissent,facile crederetur. Discipulus tamen eorum& Hyrcanus fuerat, & nimis ab eis diligebatur. Sed cum eos ad conuiuiũ vocaret, & amicabiliter pasceret,nimisq; delectari vidisset,dicere cœpit: Scitis me velle iuste viuere,omnia que agere,per quæ deo & vobis placeam. Rogo autẽ si quid me peccantem videritis,& à recta via deuiantem,reuocate atq; corrigite. Qui dum ei testimoniũ præberent,omni virtute ornatũ,lætatus est. Tum vnus ex accumbẽtibus,Eleazarus nomine,maleuolus& seditionibus gaudens: quoniam iustum,inquit, dixisti te viuere velle,& veritatẽ cognoscere iustum est,depone principatũ sacerdotij,& tantum sufficiat tibi populi regere magistratum. Hyrcano vero causam rogãte,qua propter deponeret principatum: quoniã,inquit,audiuimus à senioribus captiuam fuisse matrẽ tuam sub Antiocho Epiphane: quod falsum fuerat. Contra quem irritatus est Hyrcanus,omnesq; Phariseι valde indignabãtur. Tunc Ionathas quidam de Sadducæorum hæresi, quæ contraria Pharisæis existit, valde Hyrcano amicus, dicebat: scientibus omnibus Pharisæis Eleazarum blasphemiam fecisse,& hoc manifestum illi fieri posse, si requireret illos, qua dignus esset pœna pro verborum qualitate multari. Cumq; Hyrcanus Pharisæos interrogasset,quã iudicarent eum pœnam meritũ,non enim credo,inquit, cum vestra sententia factam iniuriam. Tunc illi cũ eum honorari vellent, dicebant, ad mensuram pœnæ plagas & vincula sufficere: nam non videbatur digna cõtumelia quæ potuisset morte multari: & quia modesti sunt naturaliter ad tormenta Pharisæi, valde cõtristabatur. vnde putabat illorũ sentẽtia maledictiones Eleazarũ sibi fecisse. Incitator vero irę eius Ionathas,flexit eũ relictis Pharisæis ad Sadducęorũ partem transire: vt & leges ab eis populo dispositas solueret,custodesq; earum puniret. Vnde summũ ei & filijs odium à multitudine concitatum est. Sed de his quidem iterum differemus. Nunc autem volo demonstrare,quas leges populo patrũ successione tradidissent Pharisæi,quæ non sunt inter Mosaicas leges conscriptę: ideoq; Sadducæorũ gens has expulit,dicens illas debere teneri leges,quę conscriptę sunt: illas vero quę à patrib9 traditæ fuissent minime custodiri. Et de his multaquæstio vel altercationes maximæ fiebãt: & Sadducæos copiosi vel diuites sequebantur, populares vero non eis obsequebantur, sed Pharisæos vnanimiter

samariadeletur

Hyrcano deus locutus est

Strabo

Contra Hyrcanum Iudæorũ inuidia

Cõtumelia hyrcano irrogata

Phariseorũ & sadducæorum controuersia

adiuuabant. De his tamen duabus hæresibus, atq; Essenorum, in secundo volu-
Hyrcani mors & laus mine Iudaicę historiæ disseruimus. Hyrcanus autem post seditionem sedatã feliciter vixit, & principatum optime rexit annis triginta vno: defunctusq; reliquit filios quinq;, qui maxime his tribus rebus dignus à deo iudicatus est, magistratu populi, principatu sacerdotij, & prędicatione prophetię. Nam deus cum eo erat, & futurorum præscientiam ei donauit. Ita enim cognoscebat & prædicabat, vt etiam de duobus filijs prędiceret, quod rerum domini non diutius permanerent. Quorum interitum operæpretium est narrare, quatenus sentiamus, quantum indigni felicitate patris fuissent.

De Aristobuli impietate & morte. Cap. XVIII.

DEfuncto enim patre, maior Aristobulus magistratum ad regiam dignitatem transferre decreuit: primusq; sibi diadema imposuit, post quadringentos octoginta & vnum annos, & menses tres, ex quo de captiuitate Babylonyca populus liberatus, ad propria remeauit. Amans autem fratrem suum secundum Antigonum, simili dignitate eum ornauit: alios vero vinculis tenebat astrictos. Inclusit etiam matrem de magistratu altercantem: nam illam Hyr-
Aristobulus matrẽ suam & fratres in carcere conijcit canus dominam esse relinquerat: qui ad tantam crudelitatem perductus est, vt vinculis eam penuriaque consumeret. Insuper addidit matri etiam Antigonum, quem amare videbatur, & communis regni habere consortem: accusationibus alienatus ab eo, quibus primum quidem non credebat aliqua amore non admittens, aliqua vero per inuidiam arbitratus dicta. Sed Antigonus, cum clarus ab expeditione rediisset, tempore quo festiuitatem tabernaculorum deo celebrant, contigit Aristobulum quidem morbo teneri. Tum Antigonus agens dies festos, ad templum ascendt, valde splendidissime ornatus cum suis armatis, & multum pro salute fratris orauit. Maleuoli vero cupientes eorum separare concordiam, occasionem se cepisse, pompam Antigoni putauerunt & victoriam eius coram rege, pompamque maleuole dilatabant, quomodo in celebratione tabernaculorum sublimis apparuit, vt non hæc à priuato fieri viderentur, sed regiæ munificentiæ ostentatio crederetur: eumque cum multitudine militum venturum ad fratris interitum nunciabant. Aristobulus autem, cum his accusationibus inuitus credidisset, timens ne in fratris suspicionem incideret, simúlque suam custodiam curans, disposuit custodes sui corporis in subterraneo vel tenebroso loco. Iacebat autẽ ipse in turri, quæ Antoniana dicebatur: & præcepit, vt inermem occiderẽt nullum: fratrem autem Antigonum, si armatus intraret, interficerent: mandauitque Antigono, vt sine armis veniret. Regina vero cum insidiatoribus Antigoni, persuasit mandata portanti cõtraria dicere: quia frater tuus, inquit, audiens construxisse te arma, ornatumq; bellicum, petit, vt ingrediaris cum armis: quatenus videat eorum facturam. Quo nuncio Antigonus nihil arbitratus dolosum, sed confidens de fratris affectu, sicut erat armatus, ad Aristobulum ingredi tur, vt ei armorum demonstraret ornatum. Dumq; ad turrim, quæ Stratonis dici tur, peruenisset, ab eis qui in tenebroso loco fuerant collocati, prosternitur. Cuius
Aristobulus fratrem per insidias necat mors ostendit, nihil inuidia, nihil calumnia validius: neq; magis aliud secernit fidem, seu naturalem familiaritatem quàm istæ passiones. Ammirari potest quilibet & Iudam Essæum genere, qui nunquam in his quæ prædixit, mentitus est. Nam hic cum vidisset Antigonum per templum transire, clamauit socijs suis &
Iudas Essæus propheta notis qui gratiam prædicendi futura doctrinæ eius obseruabant: Melius est mihi mori, quàm si mortem fuero mentitus Antigoni, quem hodie video periturum in turri Stratonis. Locus vero stadijs sexcentis distabat, vbi eum prædixit interfici. Diei quàm plurima pars transierat, vt etiam dubitare de vaticinatione videretur. Cumque hæc dixisset, tristisque esset, nunciatur ei Antigonum esse defunctũ insubterraneo. Nam & ipsa turris, Stratonis dicebatur, eodem nomine quo maritima Cæsarea nuncupatur. Igitur vatem hoc perturbauit. Aristobulum autem fraternæ cædis pœnitentia, fletusque possedit, nec non etiam ægritudo

mentem

mentem eius celeri dolore persuasit: & intollerabilem passionem corruptis viscerib9 sustinebat,copiamq; sanguinis euomebat. Quem dum puer aulicus portaret, lapsus est in loco quo maculæ sanguinis adhuc Antigoni permanebant,vt arbitror,dei prouidentia disponente. Quo facto,clamor videntium fusum sanguinem eleuatus est,dum existimarent hoc puerum spōte fecisse. Clamorē vero cum Aristobolus audisset,causamq; requisisset,tacentibus amplius minabatur,discere volens clamoris causam: homines enim suspicantur mala in his, quæ tacentur, & semper esse peiora putant. Vt vero cogenti & interminanti veritatem aperuerūt confunditur eius mens. percussa conscientia sua, gemensq; cū lachrymis ex alto pectore,dixit: Nunquid latere deum potui in tam impijs & crudelibus factis, vt non pro scelere fraternę necis veloci pœna consumerer? Vsquequo improbū cor pus prohibes animā ad vmbras fratris & matris accedere? Cur non eam celeriter reddis,sed paulatim meū libo sanguinē interemptis. Quæ cum dixisset,moritur, regni sui anno primo: qui etiā dictus est Philellin,id est amator Græcorū. Multum vero patriæ profuit. Nam subegit Ituræos, plurimamq; eorū prouinciam Iudæis adiecit: & compulit habitantes in ea, vt si vellent in prouincia permanere, circunciderentur secundū leges Iudaicas. Erat autem naturæ valde modestæ, & pudoris ingenui, Sicut testimonium præstat Strabo,nomine Timagenes, ita dicens: Modestus fuerat hic vir,& nimium Iudæis vtilis. Nam prouinciam eis acquisiuit,& partem gentis Ituræorum sibi circuncisionis vinculo coniunxit. *Aristobulus moritur.*

De gestis Alexandri,Ptolemæi,Cleopatrę,Theodori & varijs prælijs. Cap. XIX.

DEfuncto tamen Aristobulo, Salome vxor eius, quę apud Græcos Alexandra nominatur,soluēs fratres eius,quos ligatos Aristobulus tenebat vt prędictum est,Iamneum qui & Alexander dicebatur,regem ordinauit,ætate maiorem qui nunquam ad faciem patris venit. Causa vero huius odij,talis fuisse dicitur. Cum diligeret priores filios suos Hyrcanus,Antigonum & Aristobulum, & apparuisset ei deus in somnis,& interrogasset eum, quis filiorū successor eius existeret,deo demonstrante vultum istius,contristatus quod omniū bonorum suorū hic hęres existeret,genitum in Galęa nutriri dimisit. Deus vero nequaquā mentitus est Hyrcano. Nanque regnum post Aristobuli finem,iste suscepit. Qui vnum è fratribus suis nitentem regnum pręsumere, interfecit: alterum vero volentem innocenter viuere,honorabiliter tractabat. Is enim dum principatum suum, sicut ei videbatur vtile,disposuisset, expeditionem contra Ptolemaidem egit: pugnaque commissa, victor in ciuitate hostes concludens, obsidebat eos. Nam ex ciuitatibus maritimis,Ptolemais & Gaza solę vt subijcerentur,restabant: necnō etiam Zoili tyranni turris Stratonis,& dora. Sed Philometore Antiocho,fratréque eius Antiocho Cyziceno, inuicem decertantibus, suasq; vires perdentibus, nequaquam Ptolemaitæ sperabant ab illis auxilium. Quibus obsidione exhaustis,Zoilus qui turrim Stratonis,Doramq; tenebat,agmen militare nutriens, tyrannidem meditatus est,dum reges contra se bellarent: & paululum Ptolemaitis subueniebat,quia nec reges talem familiaritatem circa eos habebant, vt confiderent ab eis mereri solatia. Vterq; enim durabat,quod sæpe Athletis cōtingit: qui cum viribus diffidunt,erubescentes cedere, otio vel quiete certamina differunt. Reliqua Ptolemaitis spes erat in rege Ægyptiorum Ptolemæo Lathyro, qui cū à matre depulsus è regno fuisset,Cyprum habitabat. Igitur mittētes ad eum Ptolemaitę,petebant auxilio venire,quatenus eos à manibus Alexandri periclitantes eriperet. Spem etiam non minimam ei legati excitauerunt,dicentes,si transiret ad Syriam,haberet Gazæos & Zoilum, insuper & Sidonios ac multos alios: & Ptolemaitæ secum pugnarēt. Quibus incitatus,nauigare festinauit. Per idem tempus Demęnetus orator eloquentissimus,persuasit eis sententiam permutare, melius esse dicens, incertum Iudęorum sustinere periculum, quàm manifestam suscipere seruitutem,dum se traderent domino: quo facto,non solum pręsens haberent

berent bellum,ſed multo magis ab Ægypto ſperarent. Nam & Cleopatram nequaquam pati vicinum exercitum aggregare dicebat, ſed venturam cum maximo contra eum exercitu, quæ properabat & à Cypro filium eijcere: & cum Ptolemeus nihil proficeret,rurſus Cyprum fugeret, ipſos vero nouiſſimum habere periculum. Ptolemæus vero,quamuis per viam cognouiſſet Ptolemaitarum voluntatem mutatam,non minus tamen nauigauit, & applicuit in Sycamina: ibique vires ſuas depoſuit. Omnis vero exercitus eius erat cum equitibus & peditib⁹ triginta milia. Quos cum iuxta Ptolemaidem produxiſſet,& applicuiſſet,valde cogitabat,quomodo neque legatos eius ſuſciperent,neque verba audirent. Sedcum veniſſent ad eum Zoilus,& Gazæi,ac peterent auxilium ſibi præberi, quod terra eorum à Iudæis & Alexandro depopularetur, ſoluit obſidionem Alexander Ptolemęi timore:reuerſuſq; ad propriam terram,deinceps bella diſpoſuit, latenter quidemCleopatram contra Ptolemæũ inuitans,aperte vero amicitias & auxilia cum eo componere ſimulans: & quatuor milia talentorum argenti ſe dare promiſit,ſi Zoilum tyrannum depelleret,terramq; eius Iudæis traderet. Tunc ergo Ptolemæus Alexandri amicitias ſuſcepit,& Zoilum ſubegit. Deinceps cum audiſſet latenter ad Cleopatram matrem eius mandaſſe,ſoluit pacta, quæ cum eo fecerat,atque fidem: & ad Ptolemaidem quidem accedens,obſidebat,quod eum non ſuſcepiſſet:ibique relinquens duces, & partem ſui exercitus, vt obſeſſos cuſtodirent,cum reliqua parte Iudæam populaturus inuadit. Alexander vero cum Ptolemæi præuaricationem audiſſet, congregauit prouincialium quinquaginta milia,vt autem alij hiſtoriarum ſcriptores dixerunt,octoginta milia. Cum vero colegiſſet exercitum,occurrit Ptolemæo. Ptolemæus itaque ſubito inuadens Aſochiton ciuitatem Galilęæ,die ſabbatorum viriliter cepit eam: indęque decem milia corporum,& aliam multam prædam abſtulit. Cumq; tentaſſet Sephoram ciuitatem, pauco diſtante ſpacio à ciuitate capta, multos amiſit. Poſt autem cum Alexandro bellaturus,perrexit. Cui cum Alexander iuxta Iordanem fluuium occurriſſet, in loco qui Aſaphon dicitur, non longe à Iordane fluuio caſtra ſua diſpoſuit, habens octo milia pugnatorum, quos Hecatontamachos vocabat, id eſt, contra centum pugnantes, quoniam æreis ſcutis vtebantur. Verum etiam fuerunt & Ptolemæo propugnatores cum æreis clypeis, ſed minus Iudęis ornati: ideoque milites Ptolemęi timide ad prælium acceſſere. Sed non paruam audaciam eis immitebat Philoſtephanus, qui ſtratagematorum peritus, eos fluuium tranſire prohibebat, ſupra quem caſtra ſua poſuerant. Alexandro vero minime viſum eſt,tranſitum eorum vetare,dum putaret, quia ſi poſt dorſum fluuium haberent, nequaquam poſſent à pugna recedere. At in principio prælij ex vtraque parte fortiter pugnatum eſt, pari animoſitate vel ſtudio, vt ab vtroque exercitu multi proſternerentur. Sed cum Alexandri exercitum ſuperiorem Philoſtephanus vidiſſet, milites diuiſit: & defectus ſuos fortiter adiuuans, nulloque ſubueniente Iudæis, partem illam cum eis qui propè ſtabant, ad fugam conuertit, Quod cum vidiſſent milites Ptolemæi, ſecuti Iudæos interficiebant. Poſt autem reuerſi, reliquos in fugam vertunt: & tamdiu proſtrauerunt eos,vſquequo & ferrum & manus eorum defeciſſent. Triginta vero milia virorum occiſa fuiſſe dicuntur. Timagenes vero quinquaginta milia retulit, reliquos autem captos,paucos vero ad ſuam fugiſſe prouinciam. Tunc Ptolemæus poſt victoriam, prouinciam peragrans, veſpere facto, in quaſdam Iudææ villas ingreſſus eſt: quas plenas mulieribus & infantibus inuenient, iuſſit militibus ſuis, vt occiderent, & laniarent,membráque eorum in cacabos mitterent ad coquendum. Hoc autem ſimilauit, vt hi qui fugerant à pugna,putarent hoſtes ſuos carnibus humanis veſci, & exinde eos valde, metuerent. Cepit vero & Ptolemaidem,ſicut alibi retulimus. Sed Cleopatra cum reſpiceret filium ſuum creſcere,& Iudæam licęter deuaſtare,ciuitatemq; Gazęorũ ſubiectam habere, negligere recuſauit,dum iam in portis ſuis eum præſentem ſperaret eſſe futurum,& amari ab

Ptolemeus infãtes coqui iubet

Ægyptijs

Ægyptijs propter virtutem eius putaret eum ſtatim cum nauali & pedeſtri exercitu contra eum egreditur duces totius militiæ Celchiam & Ananiã Iudæos prę-ponẽs:pecunias vero multas,nepotéſque ſuos, & teſtamenta apud Cŏn inſulam commendans. Cumq; iuſſiſſet filium ſuum Alexandrum, cum maxima claſſe nauium ad Phœnicen nauigare,propter refugia omnem ſuam expeditionem Cleopatra in Ptolemaide depoſuit. Cumq; eam non ſuſcepiſſent Ptolemaitæ, ciuitatem obſedit. Ptolemæus tamen à Syria contra Ægyptum feſtinauit,putans ſubito eam ſine militibus exiſtentem occupare,ſed ſpe ſua deceptus eſt. Per idem tempus Celchias vnus ex ducibus Cleopatræ, circa inferiorem Syriam Ptolemæum perſequens,moritur. Cleopatra vero,cum audiſſet filij conatum, & quod nullatenus Ægyptij eum ſicut ſperabat,ſuſcepiſſet,tranſmiſit militiæ patrem, quæ de prouincia Ptolemęum depelleret. Qui reuerſus ab Ægypto,iterum in Gaza hyemabat. Interiecto vero tempore, Cleopatra cuſtodiam Ptolemaidis cum ciuitatis obſidione cepit:ad quam cum Alexander ſumma dona deportans veniſſet,dixiſſétque mala à Ptolemæo ſe paſſum,refugiumq; non alibi niſi apud eam habiturum quidem amicorum perſuadebant ei, vt prouinciam Iudæorum percurreret,& obtineret:neque contemnerent tam optimam multitudinem Iudęorum ſibi ſubijcere. Cumq; Ananias contradicens,ſuaderet iniuſtum eſſe,ſi hominem auxiliatorem priuaret propria poteſtate,verumetiam & cognatos ſuos eſſe: nam te minime volo,inquit,ignorare regina,quoniam propter hanc iniquitatem inimicos omnes Iudæos habebis:Hęc ergo Anania perſuadente,Cleopatra flectitur, nihil penitus Alexandrum læderet, ſed de ſocietate cum eo compoſuit in Scytho poli Syriæ. Qui cum à Ptolemæi timore liberatus eſſet, exercitum ſtatim contra humilem Syriam produxit,& expugnauit Gadara decem menſibus obſeſſam, & Amathunta, magnum propugnaculum habitantium ſuper Iordanem, vbi optimus vel induſtria dignus Theodorus Zenonis poſſidebat: qui inſperate Iudæos inuaſit,& decem milia interfecit, ſarcinaſq; Alexandri diripuit. Quo facto nequaquam perturbatur Alexander,ſed mox iuxta maritima loca ducit exercitum & Raphiam,& Antedonem expugnauit,quã poſtea Herodes Agrippiadã nominauit. Cumq; videret Ptolemæum à Gaza ad Cyprũ rediſſe,matrẽq; eius Cleopatram ad Ægyptum, Gazæis iratus, quoniam Ptolemæum auxiliatorem conuocaſſent, ciuitatem obſedit: prouinciãq; ipſorum deprædauit. Sed Apollodotus dux Gazæorum,cum duobus milib⁹ peregrinis,& decem milibus ciuium,in exercitum irruit Iudæorum: & quandiu nox erat,Gazæi vincebant,arbitrantibus Iudæis rurſum Ptolemæum ſuperueniſſe. Poſtero autem die facto,cognoſcentes Iudæi veritatem,reuerſi Gazęos inuadunt,& proſternũt mille. Quibus adhuc reſiſtentibus,neque multitudine perterritis,gerere prælium,& quicquid aduerſi acciderat tolerare paſſi ſunt,ne hoſti ſubijcerentur. Exhortabatur autem eos rex Arabum Aretas, magnanimus vir, qui ſperabatur in auxilium eorum venturus. Sed contigit antequam veniret, Apollodoto perempto, ciuitatem capi. Nam Lyſimachus frater eius inuidens,quod ei tam magna gloria à ciuibus præbebatur,interfecit eum: militarémque congregans phalangem,ciuitatem Alexandro prodidit, qui ſtatim cum ingreſſus fuiſſet,quieuit. Poſt autem milites Gazæis immiſit,vt eos cruciarent,& per diuerſa loca proſternerẽt: nec tamen Gazæi animas debiles,ſed pronas habentes,venientibus Iudæis reſiſtebant,nec paucos dilaniabant:alij vero deſolati domus ſuas incendebant, ne aliqua ſpolia aduerſarij poſſent inuenire: alij quippe & liberos cum vxoribus ſuis manibus interficiebant, quatenus ſeruitutem inimicorum vel taliter euitarent. Cumque quingenti ex primatibus eorum in templum Apollinis confugiſſent, quorum conſenſu proditio facta erat,hos abſtrahens Alexãder occidit:ciuitatémque poſt anni obſidionem deponens,ad Hieroſolymam remeauit. Eodem tempore & Antiochus, qui Grypus dicebatur,moritur inſidijs Herodiani, anno vitæ ſuæ quadrageſimoquinto,

Cleopatra contra filium ex Aegypto progreditur

Theodorus multos Iudæos occidit

Gaza capitur

Antiochus Grypus

imperij vero vicesimonono. Cuius principatū cum filius eius Seleucus suscepisset bellauit etiam contra fratrem patris Antiochum, qui Cyzicenus nominabatur: quem cum vicisset & cepisset, occidit. Non multo vero post, Cyziceni filius Antiochus, & Antonius pius, cum peruenissent in Aradum, coronamq; sibi imposuissent, confligunt cum Seleuco, quem post victoriam ex omni Syria depulerunt. Qui cum fugeret in Ciliciam, & peruenisset Mopsuestiam, iterum ab eis pecunias exigebat. Tum populus Mopsuestenus indignatus, palatium eius incendit, eumque cum amicis extinxit. Antiocho vero Cyziceno adhuc Syriæ regnante, Seleuci frater Antiochus bellum contra eum produxit, victumque cum suo prostrauit exercitu. Post ipsum vero & frater eius Philippus, cum imposuisset sibi diadema, in parte aliqua Syriæ regnabat. Ptolemæus vero Lathyrus quartum fratrem eorum Demetrium, qui Eucerus dicebatur, à Gnido deducens, in Damasco regem constituit. His autem duobus fratribus pertinaciter Antiochus resistens, citius occiditur. Nam Laudociæ Gaminorum reginæ contra Parthos bellanti, cum socius adueniisset, viriliter pugnans occubuit. Syriam vero duos fratres tenuerunt. Demetrius & Philippus, sicut alibi demonstratum est. Alexāder autem dum contra eum sui seditionem mouissent, in die qua festiuitas tabernaculorum agebatur, & super aram staret immolaturus, virgis cedrinis iaculabantur eum. Nam legitimum est apud Iudæos in scenopegijs, vnumquenque portare virgas ex palmis & cedris. Demonstrauimus autem hæc etiam in alijs. Verumetiam contumelioſe eum aggressi sunt, cum ingressi fuissent, dicentes de captiua genitum, & honore sacrificij indignum. Iratus ergo sex milia eorum occidit: parietem vero ligneum circa aram & sacrarium construens vsque ad altare, in quod solis sacerdotibus licet ingredi, multitudinis introitum prohibebat: simul & peregrinos Parsas & Cilicas conduxit: nam Syrijs inimicus existens, non eis vtebatur. Cumque Arabes, Moabitas & Galaaditas vicisset, tributorum incrementum eis imposuit: & Amathunta expugnauit, non audente Theodoro cum eo cōfligere. Cumque conseruisset pugnam cōtra Obodam regem Arabum, & incidisset in insidias altissimæ vallis iuxta Galaaditidem, indeque cum fugeret ad Hierosolymam, super infelicitatem suam habuit etiam gentem Iudæorum inimicā: contra quam annis sex pugnans, interfecit quinquaginta milia. Rogante vero eos, vt odium quod in eo haberent soluerent, magis horrebant eum propter hæc quæ acciderūt Cumq; interrogaret eos, quid vellent fieri: omnes clamauerunt, mori eum.

De Alexandri victoria, & Iudæorum calamitate.

Cap. XX.

TVnc ad Demetrium Eucerū destinauerunt, vt eum auxiliatorem rogarent: qui maximo cum exercitu dum peruenisset ad eos, qui eum inuitauerant, circa Sichimam castrametatus est. Alexander autem cum conductis militibus sex milibus ducentis, & Iudæis viginti milibus qui ei fauebāt, contra Demetrium perrexit: cui equites fuerunt tria milia, pedites vero quadraginta milia. Multa ex vtraque parte gerebantur, Demetrio quidem volente seducere conductos milites Alexandri tanquam Græcos: Alexandro autem tentante Iudæos Demetrio sociatos auellere. Cumq; neuter valuisset persuadere, vicit Demetrius, & omnes Alexandri conducti milites occiduntur, fidei simul & virtutis probationem ostendentes. Multi etiam à parte Demetrij milites conciderunt. Cum vero per montana fugisset Alexander, misericordia ruinę eius flexi, colliguntur ad eū sex milia Iudæorum: & tunc quidem recedit timore Demetrius. Post autem iterū Iudæi contra Alexandrum bella mouentes, superantur ab eo, multiq; eorum in pugna extincti sunt. Quorum etiam potentissimos in Bethomis ciuitate conclusos obsedit. Cumq; cepisset ciuitatem, & tenuisset eos, duxit ad Hierosolymam, & crudelissimam in eos pœnam exercuit. Nam dum cœnaret cum concubinis suis in excellenti loco, crucifigi ex ipsis octingentos præcepit: liberos vero & vxores eorum coram ipsis adhuc viuentibus occidi. Et hæc quidem ad vltionem

fecerat

fecerat pro his quę male passus erat: sed tamen humanam vindictam excessit, quamuis multum sudasset & laborasset in bello contra eos, & in nouissimum periculum animæ regnique veniisset. Non enim eis suffecerat contra se inuicē certare, nisi etiam aduersus eum alienigenas prouocassent: & ad talem necessitatem perduxissent, vt terram Moabitidis & Galaaditidis, & vicos regi Arabū traderet, quatenus non auxiliaretur contra se Iudæis: sed & alia multa conferret: qua propter videtur hæc iuste fecisse: ideoque propter hanc crudelitatis exaggerationē vocatus est à Iudęis crucida. Aduersarij tamen eius octo milia noctu fugerunt, *Crucida*
& quamdiu vixit Alexander exulabant. Et iste quidē liberatus à seditione eorū, cum omni quiete in posterum regnauit. Demetrius autem cum à Iudęa in Berœā *Bellū inter fratres Demetrium & philippum*
discessisset, obsidebat fratrem suum Philippum, cui decem milia peditum erant, & mille equites. Straton autem Berœæ tyrannus. Philippo auxiliū præbebat, & zizum principē Arabum conuocabat, necnon etiam Mithridatem Synacem prę fectum Parthorū. Qui cum venissent cum multa expeditione, & obsediissent Demetrium intra castra, sagittisque & siti eum angustassent, cōpulerunt milites eius vt eum traderent. Cumque depopulassent prouinciam, & Demetriū cepissent, hūc quidem Mithridati Parthorum regi transmiserunt, captiuos vero gratis Antiochenis reddiderunt. Mithridates itaque Parthorū rex, Demetrium maxime honorabat, vsquequo termin⁹ ei vitæ veniisset, Philippus vero à pugna statim ad Antiochiam perrexit: eamque tenens, Syriæ regno potitus est.

De gestis circa Damascenos, & Iudæorum potentia, & obitu Alexandri. Cap: XXI

POst vero Antiochus, frater eius, qui nuncupabatur Liber pater, vendicans sibi principatum, ad Damascum peruenit, ibique regnauit. Cumque contra Arabas exercitum duceret, Philippus frater eius ad Damascum perrexit. Tunc Milesius, qui custos arcis relictus erant, simul cum Damascenis ciuitatem Philippo tradidit. Ingratus Milesio Philippus extitit, cum nihil omnino pro traditione ciuitatis ei donaret: nam timore putabat Milēsiū prodidisse. Quapropter in suspitione eum habebat, qui rursus à Damasco repellitur. Nam cum Philippus ad circū exisset, Milesius clausit Damascū, & Antiocho seruauit. Quod factū cum audisset de Philippo Antiochus, reuersus ad Arabiam, expeditionē statim contra Iudęam parauit, pedites quidem octo milia, equites autem octingentos. Cuius Alexander congressionē timens, fossam altissimā fodit, circa Capharsaba, quę nunc Antipatris vocatur, initium eius faciens, & vsque ad Ioppē. Cumque murum ædificasset & turres ligneas erexisset per stadia centumquinquaginta, Antiochum expectabat. Ille autem hæc incendio eremans, exercitum suum ad Arabiam exinde transduxit. Cui rex Arabum cedens primū, deinde ex improuiso cum decem militibus equitum aduenies, occursione Antiochi fortiter debellatur. Cumque vinceret, Antiochus occiditur auxilium parti laboranti ferēdo. Postquam vero cecidit Antiochus, milites eius ad Chanam villam confugiunt, vbi plurima pars eorū fame consumitur. Post hunc imperat inferiori Syriæ Aretas, receptus in principatum à Damascenis, propter Ptolemæi iuuenis odiū. Qui cum militiam congregasset contra Iudæam, & circa Adidam vicum prælio vicisset Alexandrū, cum pactis à Iudęa discessit. Alexander autem iterum cum in uasisset Dion ciuitatem, contra Essemon produxit exercitum, vbi plurimæ vel mirandæ res Zenonis fuerāt: quam tribus aggeribus circundans, pugnando inuasit. Exinde contra Galilæam & Seleuciam pergit, & has cum cepisset, subegit etiam vallem quę Antiochi dicitur, castellum quoque Gamala. Sed cum multi Demetrium ducem illorum locorum accusarent, nimis indignatus eum damnis affecit: & tertium annum complens, soluta expeditione ad sua reuersus est: quem *Oppida sub ditione Iudæorum*
Iudæi & Græci omnino propter felicitatem eius accipiunt. Per idem tempus iam Syrorum, & Idumęorum, & Phœnicum ciuitates Iudæi possidebant: iuxta mare quidem Stratonis turrem, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotum, Ga-

zam,Anthedonem,Raphiam,Rhinocoluram,in mediterraneis vero per Idumæam,Aboram,Mariſam,omnemq; Idumæam,Samariam,Carmelum montẽ, & Thaburium mõtem,Scythopolim,Gadaram,Gaulanitidem,Seleuciam,Gabalam,Moabitidem,Sebõ,Medabam,Lembaoronem,Mega,& Onzoram,Cilicum,Aulonem,Pellentem. Poſt hæc rex Alexander crapulæ multum indulgens,in valetudinem incidit,& tribus annis quartana febre laborans,nec ſic tamen ab expeditione quieuit,donec in laboribus expiraret. Mortuꝰ eſt aũt in mõte Geraſenorum,Ragaba caſtellum trans Iordanem obſidens. Quem cum vidiſſet regina propinquantem letho,nullamq; ſalutis ſpem habentẽ, deplorans futuram deſolationem ſuam & filiorum,ait: Cui me ita relinquis cum filijs,alteriꝰ auxilijs egentem,dum ſic ſcias aduerſariam tibi gentem exiſtere? Tunc ille perſuaſit ei mandata ſua cuſtodire,quatenus certum cum filiis regnum tutaretur,& vt mortem eius militibus cælaret,vſquequo caſtellum caperet: deinceps vt ad Hieroſolymam victrix & ſplendidiſsima rediret, & Phariſæis poteſtatem daret quę vellent agere,eosq; honore præferret:quatenus illi laudantes eam propter honorem ſibi illatum,fidam ei gentem conſtituerent. Nam poſſe hos multum apud Iudęos,dicebat,& lædere ſi quem abominarentur,& prodeſſe cui fideles exiſterent:cum nimium eis à populo crederetur, quicquid vellent de aliquo ſæuiſsimũ referre:ſeq; ideo offendiſſe multitudinem aiebat,quod Phariſæos aliquando contriſtaſſet. Tu igitur,inquit,cum ad Hieroſolymam perueneris,conuocatis militibus,eis meum corpus oſtende, & permitte eis qualiter velint, vti meo cadauere: ſiue cõtumelioſe velint & inſepultum relinquere, quod à me iniqua perpeſsi ſunt:ſeu aliquid in corpus meum deſæuire,concede:neque ſine illorum cõſilio velis aliquid in tuo regno decernere. Quod ſi hæc ad eos dixeris,ego quidẽ clariore dignior ab eis funere,quàm à te habebor:cum ira poſt mortem in aliquo non ſeruetur:tu vero firmum tibi conficies principatum. Hæc cum ſuę perſuaſiſſet vxori,deſceſsit imperij ſui viceſimoſeptimo anno, ætatis vero quadrageſimonono. Alexandra autem cum caſtellum cepiſſet,ſecundum mariti mandata Phariſæos alloquitur,& illorum poteſtati mariti corpus & regni gubernationem commendat: & ita quidem iram eorum,quam in Alexandrum habebãt, extinxit:fideles vero eos amicos ſibi parauit. Qui ſecundo populum ad concionẽ conuocantes,res geſtas Alexandri explanauerunt:regem ſe dicentes iuſtum & magnum perdidiſſe,& tantũ populo luctum & mœſtitiam laudibus regijs intulerunt,vt exequias ei meliores quàm cæteris regibus exhiberent.

Conſilium Alexandri morientis

De regno Iudęorum ſub Alexandra regente & Phariſæis. Cap. XXII

ALexander autem liberos relinquẽs,Hyrcanum & Ariſtobulum, vxori Alexandræ regnum tradidit. Ex filijs tamen eius alter,Hyrcanus rerum gubernationes ignorans,vitam ocioſam elegerat:nouiſsimus vero Ariſtobulus, efficax & audax erat. Igitur à populo mulier diligebatur,eo quod videbatur cõtriſtari,de quibus maritus eius peccaſſet. Quæ principem quidem ſacerdotum Hyrcanum propter ætatem,magis autem propter innocentiam ordinauit: Phariſęis tamen omnia facere permittens,quibus obedire multitudinem pręcepit: & ſi quid legum Hyrcanus ſocer eius ſoluiſſet,quas Phariſæi ſecũdum patriam traditionem introduxerant,hoc iterum reſtituit. Nomen ergo regium tantum ipſa ferebat,omnem vero poteſtatem Phariſæi poſsidebant,Nam & transfugas reducebant,& ligatos ſoluebant,& nihil à dominis penitus differebant. Verumetiam regina prouidentiam ſui faciebat,dum multos cõductos milites contineret,ſuas que vires duplas oſtenderet,vt iam in circuitu reges terreret,& caperet ab eis obſides tranſmiſſos. Pacem vero omnis habebat prouincia,præter Phariſæos. Nã hi rempublicam perturbabant,reginã flectere molientes,quatenus occideret cõſiliarios Alexandri,qui eum hortati eſſent octingentos interficere: ex quibus ipſi vnum occiderunt Diogenem,& poſt ipſum alios multos, vſquequo potentiſsimi eorum in aulam intraſſent cum Ariſtobulo, cui videbantur moleſta facta Phariſęorum.

Alexandra rerum potitur Iudææ

Phariſæorum. Apparebat autem, quod vellet occaſione accepta, matrem à regno deponere. Qui cum ingreſsi fuiſſent, admonebant eam quanta feciſſent, per quæ firmam fidem ſuo domino conſeruaſſent, pro quibus etiam multa ab eo merita cepiſſent: & petebant, ne omnino ſpem eorum euerteret. Nam cur fugerint aduerſariorum pericula, ſi domi ab inimicis vltionem tanquam pecora tolerarent. Dicebant etiam, ſi contenti eſſent aduerſarij mortuorum interitu, propter dominorum fidem ſe patienter ea quę contigerunt perferre: ſi vero in eiſdē Phariſæi permanſerint, petebant dari ſibi licentiam recedendi. Nam pręter iuſsionē eius nullatenus aiunt pati ſaluti ſuæ prouidere, ſed libenter in aula eius morari, ne perfidos eos poſt diſceſſum putaret: obprobrium vero reginæ eſſe, ſi neglecti ſocij mariti eius aduerſarijs traderentur. Nam gaudium Aretę Arabo erit, tot & tales viros à te alienari, quorum prius terribile fuerat nomen auditum. Si vero Phariſæos pręponere iudicas, vnumquenque noſtrorum in caſtellis diſpone, & ſi ita aduerſarios vis erigere, nos ſine in humilitate conſiſtere. Multa talia cum ei dicerent, & ad miſericordiam mortuorum & periclitantium manes Alexandri inuocarēt: omnes qui aſsiſtebāt lachrymis completi ſunt, ſed amplius Ariſtobulus, qui dum ſuam oſtēderet voluntatem, multa contra matrem locutus eſt. Sed illi quidē ſuæ calamitatis cauſa fuerunt, dum ambitioſe furenti mulieri, præter conſtituta regni committerent moderamina. Quę dum nihil ſciret quod ageret, ad poſtulationem eorum cuſtodiam caſtellorum illis tradidit, pręter Hyrcaniā, & Alexandriam, & Macheruntem, quo plurimæ & pretioſiſsime res eius repoſitæ videbantur. Non multo poſt tamen filium ſuum Ariſtobulum cum exercitu deſtinauit ad Damaſcum contra Ptolemæum qui Minæus dicebatur: qui nihil ſtudio dignum agentes, ad Hieroſolymam reuertuntur. Eodem tempore nuncia tur Tigranes cum trecentis milibus armatorum contra Iudæam venturus, quod nimis reginam & gentem perterruit, vt dona multa nobiliſsima per legatos ei deſtinaret, quem obſidentem Ptolemaidem inueniunt. Nam regina Selene quæ & Cleopatra, Syriæ regnans, ſuaſit habitatoribus Ptolemaidis, vt Tigranem excluderent. Qui cum peterent eum pro ſua regina, proq; ſua gente, laudat eam Tigranes, quod ex longinquo legationem ei cum donis tranſmiſiſſet, ſpem etiam eis bonam promiſit. Capta vero Ptolemaide nunciatur Tigrani, quod Mithridatem dum ſequeretur Lucullus illum quidē fugientem ad Iberos, minime potuiſſet comprehendere: Armeniam vero depopulans obſediſſet. Quę cum cognouiſſet Tigranes, domū reuertitur. Interiecto vero tempore, Alexandra regina cum valetudinem ſæuiſsimā incidiſſet, placuit Ariſtobulo rempublicam inuadere: & per noctem cum vno famulo egreſſus ad caſtella perrexit, vbi paterni ſui amici degebant. Nam olim de actibus matris ſuæ conquerebatur. Tunc vero magisve ritus eſt, ne matre defuncta, & Phariſæis rem tenentibus, omne genus ſuum deperiret. Præuidebat enim futura, quod non poſſet principatui ſuccedere, dū frater ei maior extaret. Cōſcia vero facti vxor eius tantum fuerat, quam illic cum ſua generatione dimiſit. Cumq; primū peruenisſet in Gabatha, vbi potentiſsimus Galeſtis eius amicus erat, à quo etiam ſuſcipitur, poſt diem regina cum Ariſtobuli fugam ſenſiſſet, diuq; putaſſet diſceſsionem eius non pro rebellione fieri, venerunt, qui nunciarent iam tenuiſſe illum primū caſtellum & ſecundum, & reliqua omnia. Nam vno cōprehenſo, ſimul ad illius voluntatem omnia feſtinabant. Tunc cuncta gens Iudęorum cū regina in maximis cœpit eſſe terroribus. Nam ſciebat non longe abeſſe Ariſtobulū, quatenus ſibi principatum defenderet; timebat etiā, ne vltionem exigeret de illatis ſibimet contumelijs. Placuit igitur vxorē eius cum genere in ſuperiori cuſtodia templi conſtitui. Ariſtobulum autem cū multi frequenter nunciaſſent regio circundatum ornatu, & intra quinde cim penè dies loca vigintiduo occupaſſe, vnde etiam militiam congregaret à Libano, vel Trachonitide, vel monarchis: tunc ſeniores Iudæorum & Hyrcanus

Tigranes obſidet Ptolemaidem

ad

ad reginam intrantes,petebant vt ſententiam de rebus ferret inſtantibus. Nam Ariſtobulus iam penè cuncta poſſederat,tantis locis occupatis. Inhoneſtũ enim putabant,quamuis ægritudine laboraret,ſine ea aliquod conſilium capere: imminere vero ſibi non longe periculum clamitabant. Cumq; illa præcepiſſet eis agere quę exiſtimarent prodeſſe,multas quoque cauſas eis vtiles adeſſe demonſtrabat,id eſt gentem validam,exercitum potentiſsimum,pecuniarum copiam: ſibiq; deficiente iam corpore,vanum eſſe pro talibus laborem impendere. Hæc cum dixiſſet,non multo poſt deceſsit,anno ſui regni nono,ætatis vero LXXIII mulier quę debilitati ſui ſexus nunquam ſuccubuit,callida circa regni detentionem,quod ex ipſis operibus euidenter oſtenſum eſt: &quę præponeret futuris prę ſentia,& omnia poſt poneret potentiæ principali: & cum nec bonum aut iuſtum attenderet,ad ſummam calamitatem negotia domus ſuæ ita perduxit, vt poſt multa pericula & labores,poteſtatem quam poſſedit non multo tempore,tracta cupiditate perderet. Inimicis enim generis ſui quam habuit tradidit poteſtatẽ, & principatum potentium amicorum gubernatione priuauit,& miſerijs regnum poſt ſuã mortẽ compleuit propter malã diſpoſitionem. Sed quamuis ita regnaſſet,gentem tamen in pace cuſtodiuit. Alexandra ergo finem inuenit huiuſmodi.

Alexandra decedit

FLAVII IOSEPHI

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVSQVARTVS.

De regno Ariſtobuli,& Hyrcano priuatim de gente. CAPVT PRIMVM

ALEXANDRAE regine morte in ſuperiori volumine demonſtrata,ſequentia referamus: nihil aliud feſtinantes,niſi minime quicquam de geſtis rebus memoriæ prodendum præterire. Nam qui conſcribunt hiſtorias,& res veteres indicant,oportet eos propter antiquitatem narrationi decus imponere,vel explanationi rerum ſtudere propter legentes,quatenus cũ aliqua gratia vel delectatione experientiã poſsint rerum concipere. Super omnia vero certius conſcriptores debẽt & veritatem dicere,vt rerũ ignari poſsint credere lectioni. Centeſima octogeſimatertia olympiade: Q. Hortẽſio,& Quinto Metello Cretico Coss. bellum contra Hyrcanum Ariſtobulus præparauit: pugnaq; facta prope Hierichuntem,multi milites Hyrcani ad fratrem eius transfugerunt. Quo facto,Hyrcanus ad arcem,vbi Ariſtobuli vxor & filia à matre eius erant cõcluſę,cõfugit. Cui Ariſtobulus de recõciliatione verba faciẽs,inimicitias depoſuit: vt ipſe quidem regnũ teneret,frater autem priuatus viueret, ſuã poſſeſsione cõtentus. Cumq; hæc diſpoſuiſſent in templo,& iuſiurandum & dextras dediſſent,omni populo vidente,diſceſſerunt: ille quidem in aulam regiam, Hyrcanus vero vt priuatus in Ariſtobuli domum.

De Antipatro qui iuuabat partem Hyrcani aduerſus Ariſtobulum. Cap. II

AMicus igitur quidã Hyrcani,genere Idumęus,Antipater dictus,multas poſſidens pecunias,& vir efficax,Ariſtobulo ſuſpectus habebatur propter Hyrcanum. Nicolaus tamen Damaſcenus ait hunc genere nobiliſsimum Iudęũ fuiſſe,ex illis qui ad Iudæam à Babylone reuerſi ſunt. Hæc autem refert ad gratiam Herodis filij eius,quem regem Iudæorum contigit poſtea fieri,de quo apto tempore dicemus. Hic ergo Antipater,qui prius Antipas appellabatur, & eodẽ quo pater nomine vocabatur,cũ eum Alexãder rex,& vxor eius ducẽ totius Idumęæ ordinaſſent,amicitias iniſſe cum finitimis Arabis,& Gazæis,& aſcalonitis perhibetur,

perhibetur,multis & maximis donis illos sibi coniungens.at cũ Aristobuli potẽ tiam iunior Antipater formidaret, timens ne quid ab eo pateretur propter inimi citias latentes,excitat contra eum Iudęorum validissimos viros, iniustum esse dicens negligere,dum viderent Aristobulum inique principatum habere:fratrẽque eius priorem eiectum,cui magis propter ætatem imperium debebatur.Et cũ hæc ad Hyrcanum verba frequenter iaceret, & diceret periclitari vitam suam, nisi prouideret,fecit eum discedere. Nam indicabat Aristobuli amicos nullum tempus prætermittere,in quo non suaderent eum interfici, quatenus firmum sibi gereret principatum.His hyrcanus verbis minime credebat,dum natura bonus esset,& accusationem facile non admitteret : faciebat autem eius innocentia & mentis remissio,vt debilis & inualidus putaretur,cum contrariæ naturæ Aristobulus esset:Nam facinorosus & arrogãs erat.Sed cum Antipater vidisset Hyrcanum non attendere verba sua,nullatenus parcebat singulis diebus accusationes fictas de Aristobulo illi inferere,tanquã eum interficere festinaret : quẽ vix impulit ad Aretam Arabum regem cõfugere:nam promittebat ei auxiliatorem illum quoque futurum,Igitur cum hæc audisset Hyrcanus, arbitratus prodesse sibi,ad finitimam Iudææ Arabiam discedere,præmittit Antipatrum ad Arabũ regem,fidem ab eo accepturum,quod non refugientem ad se traderet inimicis. Cumq; accepisset fidem Antipater,ad Hyrcanũ in Hierosolymã remeauit. cum paucis ergo de ciuitate egreditur.cumq; multam feciſſent viam,ad Petram ciuitatem perueniunt,vbi palatium Aretæ erat.

De pugna contra Aristobulum,& iusto Onia interfecto. Cap. III

ANtipater autem dum multum amicus regi esset, & rogaret eum vt Hyrcanum ad Iudæam deduceret,& hoc singulis diebus sine vlla intermissione faceret,sed etiam dona promitteret, flectit Aretam. Necnon etiã Hyrcanus pollicitus est,si restitueretur patriæ regnumq; reciperet,omnẽ terram. & decem ciuitates,quas suus pater Alexander ab Arabis ceperat, reddere : Fuerunt autem Medaba, Libyas,Nabalota,Arabata,Galata,Zoara, Monslingon,Adissa,Ribdalusa,Oriblo.Cum has promissiones audisset, contra Aristobulum exercitum quinquaginta milium equitum & peditum produxit. Sed cum in prę lio vicisset,& multi post victoriam ad Hyrcanum refugissent,desolatus Aristobulus ad Hierosolymã recesit Arabum autem rex omnem agens exercitum, & applicans ad templum,Aristobulum obsidebat:adiectoq; populo Iudæorũ Hyrcano,& pariter obsidente,soli sacerdotes cum Aristobulo permansere.Igitur aretas cum exercitu Arabum vel Iudęorum circundans eos,fortiter obsidioni imminebat.Quę cum fierent,tempore celebrationis azymorum,quæ pascha dicitur, probatissimi Iudæorum prouinciam relinquentes, in Ægyptum recesserunt. Onias vero quidam vir iustus deoq; amabilis,qui dum non plueret, orauit deum quatenus solueret siccitatem,&audiens deus pluit,dum tunc cælatum eum haberent,propter seditionẽ abstraxerunt,& in exercitum Iudæorum produxerunt: petẽtes,vt similiter oraret contra Aristobuli milites,vt soluerentur,sicut soluta est pluuia.Cumq; diu resisteret recusans,à multitudine compulsus, in medio stetit, ita orando,dicens : Deus omniũ rex,quoniam & hi qui mecum consistunt tuus existit populus,& qui obsidentur tui sacerdotes sunt, peto, vt neque istos exaudias contra illos petentes,neque illos contra hos orantes.Cumq; hæc orasset,ma Ienoli Iudæi adorti interfecerunt eum.Deus autem statim ab eis vltionem crudelitatis & pœnam exegit post mortem Oniæ,hoc modo ·Obsessis sacerdotibus & Aristobulo,celebratio paschæ prouenit, in qua solemus multas immolationes offerre.Cumq; indigerent victimis Aristobuli socij, & petissent Iudæos vt pro victimis acciperent quantas vellent pecunias,tunc illi mille dragmas dari pro singulo capite dixerunt.Cumq; libenter Aristobulus & sacerdotes promisissent,per muros pecunias deposuerunt:quas illi cum accepissent,nequaquã victimas reddiderunt: sed malenolentia tracti fidei transgressores & impij coram deo

Onias interfectus

deo pro de fraudatione hostiarum extiterunt. Sacerdotes autem orauerunt deū, quatenus hoc illis impune non cederet. Qui nō remoratus pœnam, procellamve hementem accerrimamq; in fructus totius prouinciæ mittēs, consumpsit eos ita, vt modius tritici dragmis vndecim emeretur.

De fortunis Aristobuli & aurea vite. Cap. IIII

INterea Scaurum Pompeius, dum in Armenia adhuc Tigranem ipse debellaret, ad Syriam destinauit. Qui cum ad Damascum veniisset, & Lolliū & Metellum nuper cepisse ciuitatē inuenisset Teostam, in Iudæam perrexit. Vbi dum veniissent ad eum legati Aristobuli vel Hyrcani, ingrediuntur, petentes auxilia Sed dum Aristobulus promitreret quadraginta se dare talenta, & nihilominus hæc etiam eadem Hyrcanus offerret, Scaurus magis Aristobuli promissa suscepit. Nam & dines & magnanimus Aristobulus erat, & omnino paruū erat quod dari postulabat, Alter vero & pauper & tenax, & de maioribus perfidā promissionem prętendebat. Nam & simile non erat, quod petebat idem virtute ciuitatem munitissimā capere, & trāsfugas cum multitudine Nabathæorum bello de pellere. Prædictis ergo causis flexus Scaurus, cum pecunias accepisset, soluit obsidionem, pręcipiens Aretā recedere, ne Romanis hostis appareret. Igitur Scaurus iterum discessit. Aristobulus autē cum multis viribus contra Aretam & Hyrcanum parauit exercitum. Quibus confligens circa locum qui Capiron dicitur, vicit eos sex milia hostium prosternens: inter quos Cephalon etiam frater Antipatri cecidit. Sed non multo post cum Pompeius in Damascum peruenisset, & inferiorem Syriam percurrisset, venerunt legati ab Ægypto, & ab omni Syria vel Iudæa: per quos miserat ei donum maximū Aristobulus, vitem auream quingentorum talentorū, cuius mentionem fecit etiam Strabo Cappadox ita referēs: Veneruntvero ex Ægypto legati cum corona aurea quatuor milium solidorum: & à Iudæa vitis vel hortus aureus: quem nominabant Terpnon, id est, delectabile. Hoc vero donum nos quoque vidimus in templo Romæ Capitolini Iouis sacratum fuisse, titulum habens Aristobuli, filij Alexandri regis Iudæorū: quod æstimatum est quingentis talentis. Igitur Aristobulus Iudęorum potentissimus, hoc donum dicitur misisse. Interiecto vero tempore, rursus legati ad eum veniūt, idem Antipater pro Hyrcano, Nicomedes pro Aristobulo, qui etiam accusabant Gabinium & Scaurum, quod pecunias accepissent: ille trecenta talenta, alter quadringenta.

Aristobulus dines: Hyrcanus pauper & tenax

De uite aurea

Altercatio Aristobuli & Hyrcani apud Pompeium. Cap. V

CVmq; iussisset Pompeius certantes ad Damascū venire instanti tēpore veris, cōgregans Apamenū exercitū, de locis hyemalibus ad Damascum perauit, qui in transitu suo mox Apamenā arcem euertit, quam Antiochus munierat Cyzicenus: & Ptolemæi Minæi prouinciam considerauit, viri maleuoli, & penè Dionysio Tripolitano deterioris, qui securi fuerat percussus. Et dū eum morte dignum inuenisset, acceptis ab eo mille talentis, ex quibus stipendium militibus suis donauit, absoluit eum: necnon & Lysiadem oppidum cepit, vbi tyrānus Silas Iudęus erat. Cumq; ciuitates Heliopolim & Chalcidem transisset, in medio positum montem ascendit, & ad inferiorem Syriam Damascumq; peruenit. Vbi & comperit, quod Iudęi cum suis principibus Hyrcano & Aristobulo haberent discordiā: totamque audiuit gentem contra vtrosque dicentem, non debere sub regali ditione esse: sed patrio ritu sacerdotibus obedire, quos deus venerari pręcepit. Hi nanq; dum nepotes existerent sacerdotibus, non contenti eo honore, ad aliū magistratū cupiebant gentē transducere, & seruitutis vinculis obligare. Hyrcanus autem accusabat quod maior frater esset, & ab Aristobulo partē paruā prouinciæ datam teneret, aliam vero Aristobulum violentia cepisse cō firmans, necnon etiam incursiones contra finitimos & latrocinia illum perpetrare criminabatur, neque gentē Iudæorū à se, nisi per illius violentiam ad sedi tionem descendisse. Cui etiam hæc alleganti, testimoniū plus mille optimates

Iudæi

Iudæi præbebant, Antipatre ſuadente. Ariſtobulus autem à principatu dicebat eum decidiſſe propter ſuam naturalem & inefficacem ſegniciem, pro qua & contemptibilis videbatur: ſe quoq; aiebat non tãtum pro regni ambitione ſuſcepiſſe principatum, quantum metu, ne forte ad alios migraret. Appellari autem ſe regem patris ſui nuncupatione, & teſtes conuocabat iuuenes promptiſſimos: quorũ cultus purpuræ, vel comæ, necnon & phaleræ, aliuſq; ornatus ſic ſtupebatur, vt non ad iudicium intrare, ſed ad pompam procedere putarẽtur. Pompeius tamen cum hęc audiſſet. Ariſtobulum de violentia culpans, dimiſit eos, leniter allocutus. Nam dixerat ad prouinciam eorum ſe ſe vẽturum, quo certius ſingula poſſet cognoſcere, cum Nabathæorum primum prouinciam prouideret: & interim pacem eos habere præcepit. Ariſtobulo autem blandiebatur, ne prouinciam faceret rebellare, adituſq; viæ concluderet, quod euenit.

De geſtis Pompeij cum Ariſtobulo. Cap. VI.

ARiſtobulus autem à Pompeio egreſſus, nec aliquid eorum quæ ille monuerat curans, in Delon ciuitatem peruenit, & exinde Iudæam perrexit. Quapropter iratus Pompeius, expeditionem quam contra Nabathæos parauerat in Damaſco & à Syria, legioneſq; Romanorum contra Ariſtobulũ produxit. Cumq; pellam & Scythopolim tranſiſſet, in Corias peruenit, quæ initum eſt Iudææ mediterraneæ: vnde munitiſſimum oppidum ſuper mõtem poſitum videtur, Alexandrium nomine, quò Ariſtobulus confugerat. Tunc Pompeius deſtinans ad eum, iuſſit deſcendere: multiſq; ſuadentibus, Romanis non rebellare, deſcendit. Cumq; diſputaſſet contra fratrem ſuum de principatu, rurſus in oppidũ Pompeio concedente diſceſſit: & hoc bis aut tertio fecit, ſperans regnum obtinere, ad omnia quæ Pompeius præceperat, obedire ſe ſimulans, donec rediret ad munimina ſua, timens ne regno ſpoliaretur, & Hyrcano principatus traderetur. Pompeius autẽ cum iuſſiſſet ei vt caſtella traderet: & cuſtodibus propria manu ſcriberet, quatenus eum ſuſciperent, obediuit hæc ſcribere.

De dolo & perfidia Ariſtobuli. Cap. VII.

DIſcedens autem ad Hieroſolymam, bellum parauit. Interiecto vero tempore Pompeio contra eum exercitum ducente, quidam ex Ponto veniens, nunciauit Mithridatem hauſto veneno defunctũ, quod illi filius ſuus Pharnaces confecerat. Cumq; in Hiericho caſtra poſuiſſet, vbi maxime naſcitur opobalſamum, vnguẽtum optimum, cuius cũ flos acuto lapide inciſus fuerit diſtillat: mane Hieroſolymam aſcendit. Tunc Ariſtobulus pœnitens ad Pompeium deſcendit, pecunias offerens, & in Hieroſolymis eum ſuſcipiens: rogabatq; bello deſineret, & quæ vellet cum pace diſponeret. Pompeius autem veniam ei petenti præſtitit: & mittit Gabiniũ cum militibus ad ciuitatem vt pecunias obtineret. Sed cum nihil horum penitus egiſſet, Gabinius redijt, negatiſque pecunijs, de ciuitate excluſus eſt. Nam Ariſtobuli milites pactis minime conſenſerunt.

Quomodo iritatus Pompeius, Hieroſolymam cepit, Ariſtobulum victum Romam duxit. Cap. VIII.

QVapropter Pompeius iratus, Ariſtobulum recluſit in carcerem: & ad ciuitatem peruenit vndiq; munitiſſimam, præter ſeptentrionalem partem. Circuit enim eam vallis latiſſima, intus templum concludens, lapideo muro fortiſſime conſtructum. Seditio tamẽ hominum intus de præſentibus rebus erat, quibuſdam iubentibus, Põpeio tradi ciuitatẽ: Ariſtobuli vero ſocij, excludere eũ & repugnare perſuadebant, & illum haberi vinctũ. Qui cum in tẽplo confugerent, pontẽ ab eo in ciuitatem tranſpoſitum, ad obſidionem parabant: alij autem exercitũ Pompeij ſuſceperunt, & aulã ei tradiderunt. Pompeius autem Piſonẽ legatũ cum exercitu deſtinauit palatium cuſtodire, & domos vel templum obſeruare. Qui prius quidẽ verba pacifica in templo concluſis offerebat, ſed hi dum non obediſſent, loca iuxta templũ poſita muris circundedit, ad omnia Hyrcano miniſtrante. Pompeius autẽ mane circa templum à parte aquilonis, vnde expu-

gnare eos potuiſſet, collocauit milites. Fuerunt nanq; & per illam partem turres altiſſimæ, & foſſæ altiſſimæ, quæ vallo circundabantur. Ponte nanq; deciſo munitior extiterat. In qua valle Pompeius cum aggerem in circuitu ſyluam incidẽtibus Romanis imponeret, & videret ſatis foſſam coæquatã, machinamenta vel inſtrumenta bellica à Tyro deportata ſuperimpoſuit: per quæ etiam tẽplum depoſuit. Sed ſi nobis patrium non fuiſſet, ſeptimo die vacare, nullatenus aggerem conſtruere Iudæis repugnantibus potuiſſent. Nam bellantibus & occidentibus reſiſtere lex concedit, ſi quid vero aliud aduerſarij velint facere, nulla nobis datur licentia ſabbatis eos prohibere. Quapropter non certantibus Iudæis, nec manus armantibus, turres erigere, vel machinamẽta Romanis licuit fabricare, quib9 poſtero die vtebantur. vnde poteſt noſtra erga deũ pietas legiſq; cuſtodia cognoſci, quòd nihil ob timorem obſidionis ad immolandum impediti fuiſſent, ſed ſecundo die mane & circa horam nonam ſuper aram immolabant, & neque conflictione belli ſacrificium remittebant. Nam cum capta ciuitas fuiſſet tertio menſe Ieiuniorum, centeſima ſeptuageſima nona olympiade, Gaio Antonio, & Marco Tullio Cicerone Coss, hoſtes templum ingreſſi cunctos peremerunt: qui ſacrificijs occupati, nullatenus ſacra ruperunt, aut timore animæ conturbati, aut dolore morientium ſunt expulſi: ſed omnia voluerunt circa ipſas aras pati, dum putarent melius eſſe mori, quàm ſacrificia imperfecta relinqui. Et hanc non eſſe laudem mendacem per quam pietas noſtra apparet, ſed veram extitiſſe cuncti teſtantur qui Pompeij geſta conſcripſerunt, inter quos & Strabo, & Nicolaus, nec non & T. Liuius Romanæ conſcriptor hiſtoriæ. At cum machinamentum primum illatum fuiſſet, turris maxima commota cecidit, & aperuit partem templi, per quã hoſtes irruperunt. Quorum primus Cornelius Fauſtus Syllæ filius, cum ſuis militibus ſuper murum aſcendit: poſt eum etiam per alteram partem Furius centurio cum ſuis, in medio vero Fabius, & ipſe centurio cum turba fortiſſima. Tunc omnia cæde Iudæorum complebantur. Quidam enim à Romanis, alij vero ſemetipſos occidebant. Erant etiam qui præcipites ſeſe flammis inter domos inijcerent, minime valentes violentiam ſuſtinere. Cumq; proſtrata viginti duo milia Iudæorum, Romanorum vero pauci defuncti fuiſſent, capitur etiam Abſalom, patruus ſimul & ſocer Ariſtobuli. Non parua vero in templo commiſſa ſunt, dum ea quę priori tempore inuiſibilia vel inacceſſibilia erant, adiſſet Pompeius, & cum eo non pauci vidiſſent, quæ non liceret niſi ſacerdotibus intueri. Inuenerunt autem menſam auream, & circa eam candelabra vel libatoria non pauca: necnon & aromatum multitudinem, & in theſauris ſacras pecunias duo milia talenta quas Pompeius penitus contingere noluit, propter pietatem: etiámque hoc dignum ſua virtute perfecit. Cumque in poſterum miniſtris templi præcepiſſet illud purgare, & legitima offerre deo, Hyrcano principatum ſacerdotij donauit: quod ei vtilis apparuiſſet, & prouinciales prohibuiſſet Ariſtobulo auxilium præſtare: autores quoque belli ſecuri percuſſit. Fautum vero cum alijs qui propenſius murum aſcenderant, præmijs dignis honorauit, & Hieroſolymam ſub conditione fiſcalium Romanis expoſuit. Ciuitates etiam quas prius Iudæi de inferiori Syria ablatas ſubegerant, ſub ſuo principatu eſſe conſtituit: & omnem gentem prius nimis extenſam, ſuos intra fines aſtrinxit: nec non & Gadaram pauloante dirutam ædificauit, Demetrio donans Gadarenos, ſuo liberto: reliquas autem, Hippon & Scythopolim, & Pellam, vel Dion, & Samariam, inſuper & Mariſam, & Azotum, & Iamniam, & Arethuſam habitoribus reddidit, quæ mediterraneæ fuerant, præter alias dirutas. Gazam vero dirutam maritimam, & Ioppen, & Doran, & Stratonis turrim, quam poſtea Herodes magnifice cõdidit, & cum porticibus vel templis eam ornaſſet, Cęſaream cognominauit Pompeius liberas reliquit: & à prouincia diſceſſit. Horum malorum Hieroſolymis authores Hyrcanus & Ariſtobulus extiterũt, cũ inuicem inter ſe bella geſſiſſent. Nam tũc & libertatẽ depoſuimus, & ſubiecti Romanis ſumus: & prouinciã

Modeſtia Pompeii.

Hic libertatem perdunt Iudæi

quam

quàm armis poſſedimus à Syrijs ablatam, Syrijs compulſi ſumus denuo reſtitue re. Inſuper decem milia talenta pauco tempore Romanis nos exegerũt: & regnũ quod antiquitus ſecundum generationem principibus ſacerdotum dabatur, popu lare factum eſt. De his quidem competenti loco dicemus. Pompeius autem cum inferiorem Syriá vſque ad Euphratem fluuium & Ægyptum Scauro tradidiſſet & duas legiones Romanas, per Ciliciam Romam perrexit. Ducebat etiam cum ſua generatione Ariſtobulum vinctum, cui duæ filiæ vel tõtidem filij fuerunt, quorum Alexander euaſit: nouiſſimus autem Antigonus cum patre vel ſororibus Romam deportatus eſt.

Ariſtobulus ro mam uictus per ducitur.

De bello Scauri contra Petram. Cap. IX.

SCaurus autẽ contra Petrã Arabiæ cum exercitũ produxiſſet, propter difficul tatem ciuitatis, in circuitu terram vaſtauit. Sed exercitu Romano fame fati gato, Antipater obediens præceptis Hyrcani, à Iudęa triticũ vel quæcunque erãt neceſſaria, deſtinabat. Cumq; miſſus ab Scauro legatus Antipater ad Aretã perrexiſſet, per amicitias quas cum eo habuerat, flexit eum pecunijs, ne prouin cia prædaretur. Qui etiá fideiuſſor pro trecentis talentis extitit: & in his bellum Scaurus ſedauit. Siquidem nõ minus & ipſe, quàm Areta, concupiuit idem fieri.

De Gabinij geſtis contra Alexandrum. C. X.

INteriecto vero tẽpore cum Alexãder Ariſtobuli filius Iudęam inuaſiſſet, dux exercitus Gabinius de Roma ad Syriá vſq; peruenit: qui inter alia quæ miran da fecit, contra Alexandrũ produxit exercitum, nullatenus valente Hyrcano viribus illius reſiſtere: cum etiam erigere Hieroſolymorũ muros feſtinaret, quos Põpeius depoſuerat, hoc ne faceret, prohibuerunt eum Romani inibi conſtituti. Circumiens aũt prouinciá, multos Iudęorum armauit: & maturius quàm ſperaba tur, collegit decẽ milia pedites, & mille quingentos equites: Alexandrium etiam caſtellũ valde munitũ, & Macherunta iuxta montes Arabię cepit. Igitur Gabi nius cõtra eum veniebat, cum iam M. Antonium, alioſq; duces præmiſiſſet. Qui cum Romanis militibus, & ſubiectis Iudæis, quos Pitholaus & Malachus duce bant, adunantes ſibi & Antipatri ſocietatem, Alexandro obuiam venerũt, quos ſequebatur etiam Gabinius cum legione. Alexander autem prope Hieroſolymã acceſſit, vbi cum hoſtibus prælio facto, peremerunt Romani tria milia Iudæo rum: capiunt etiam non minus tria milia. Interim Gabinius cum ad Alexandriũ peruenisſet caſtrum, inuitabat concluſos ad pacem, veniamq; de prioribus ſuis de lictis pollicebatur eis. Vbi cum plures hoſtium foras vallum ſtarent, M. Anto nius fortiter decertans, in congreſſione multos proſtrauit. Gabinius ergo exerci tus partem cum ibi reliquiſſet, vt caſtellum vaſtaret, & ipſe reliquam Iudæam circuibat, quantaſq; inueniſſet dirutas ciuitates, renouari præcepit: & reconſtru ctæ ſunt, Samaria vel Azotus, Scythopolis, & Anthedon, Raphia, vel Dora, Mariſa, & Gaba, & aliæ non paucæ. Cumq; omnes Gabinij præceptis obediſſent ciuitates multo tempore deſertæ ſuos habitatores acquiſierunt.

Gabinus quàm manſuete prudenterq; ſe geſſerit. C. XI.

HÆc cum per prouinciam egiſſet, redijt in Alexandriũ caſtellum. Vbi dum obſidionem ſtatueret, & legationem ad eum Alexander deſtinauit, veniã ſibi de prioribus commiſſis poſtulans, & tradere caſtella, Hyrcaniam vel Macherunta, poſt etiam Alexandrium pollicetur: quę Gabinius accepta euertit, Mater vero Alexandri cum ad eum peruenisſet (nam fauebat Romanis) marito eius & alijs filijs Romam abductis, conceſſit ei Gabinius quæ poſtulauit. Cũm que diſpoſuiſſet pacem cum ea, Hyrcanum ad Hieroſolymam reduxit, habiturũ templi diligentia. Quinque tamen curias conſtituens, æqualibus turmis gentem diuiſit, quarum vna in Hieroſolymis degebat, alia in Gadaris, tertia in Ama thunte, quarta vero in Hiericunte, quinta in Sephoris Galileæ: qui regia poteſta te liberati, ſub optimatum gubernatione uiuebant.

De pugna Gabinij contra Ariſtobulum & alios. C. XII.

SEd cum Aristobulus à Roma ad Iudæã confugisset, & Alexãdrium quod nuper dirutum fuerat, renouare desideraret, Gabinus milites cum ducibus Sisinnio & Antonio & Seruilio mittit, vt oppidum reconstrui prohiberent, simul & caperent. Multi tamen Iudæi ad Aristobulum transiebant, propter veterem eius gloriam nouis rebus studentes, necnon & Pitholaus dux Hierosolymorum cum mille ad eum refugit: sed multi qui ad eum conuenerũt, inermes erant, quos decreuit in Macherunte ponere. Aristobulus ergo eos qui armis inopes erant dimisit, armatos aũt octo milia existentes cum collegisset, perrexit ad bellũ. Quos Romani fortiter inuadentes, prælio facto vicerunt. Et licet Iudæi propensius decertarent, tamen atrocitate hostium ad fugã conuertuntur, quorum quinq; milia prosternũtur, reliqui vero dispersi vt vnusquisq; valuit, per fugã sibi salutem quæsiuit: tamen plus mille Aristobulus habens, in Macheruntẽ munitissimum opidũ recessit. Cumq; male perdidisset, nihilominus spem sibi bonam promittebat. Per duos tamen dies obsidioni resistens multis perfossus vulneribus, captiuus cũ Antigono filio, qui de Roma cum eo fugerat, ad Gabiniũ trahitur. Aristobulus quidem his casibus vsus, rursus ad Romanã ciuitatem transmittitur, quo ligatus tenebatur, cum regnum & principatum sacerdotij. tribus annis & sex mensib⁹ gessisset, vir clarus & magnanimus. filios autem eius senatus matri remisit, Gabinio scribẽte hoc ei promissum fuisse pro castellorum proditione. sed hi quidem in Iudæam remearũt. Gabinius autem cum contra Parthos exercitum duxisset, & Euphratem fluuium transisset, placuit ei ad Ægyptum reuerti, quatenus Ptolemæũ ibi restitueret. Hæc vero & per alios historiarum scriptores monstrata sunt. Gabinij deinde militibus Antipater ministrauit triticum, & arma, & pecunias, & Iudæos prope Pelusium auxiliatores effecit, qui custodes Ægyptiorũ adituum fuerant. Cumq; ex Ægypto remeasset, & ad Syriam peruenisset, seditionibus & turbis eam inualescentem inuenit. Siquidem Alexander Aristobuli filius, recipiens rursus per violẽtiam principatum, multos Iudæorum subtraxerat, magnoq; cum exercitu prouinciam inuadens, omnes Romanos, quantos inuenire poterat, occidebat, refugientes ad mõtem Garizin. Gabinius autem hæc videns, Antipatrum vt prudentem præmittit ad illos qui rebellabant, vt eorum sedaret amentiã, quatenus ad meliorem sensum redirent. Qui cum perrexisset, multos quidem castigauit, & ad competentia restituit. Veruntamẽ Alexandrum comprehẽdere non potuit, dum exercitum haberet triginta milia Iudæorum, qui cum Gabinio confligens vincitur decem milibus suis prope Taburium montem prostratis. Gabinius autem cum disposuisset Hierosolymorum ciuitatem, Antipatri voluntati obediens, contra Nabathæos expeditionem produxit: quos cum in pugna vicisset, Parthorum trãsfugas Mithridatem & Orsanem dimisit: qui fide non seruata, ad proprios remearũt. Sed Gabinius cum operam maximam vel clarissimam expeditionem fecisset, Romam redijt, Crasso tradens ducatum. De Pompeij & Gabinij contra Iudæos expeditione conscribit Nicolaus Damascenus, & Strabo Cappadox, nihil vnus altero amplius exponens.

Contumelia Alexandri in Romanos

De Crassi gestis apud Parthos, & Iudæos, & de Iudæorum dispersione. Cap. XIII.

CRassus aũt cum contra Parthos militiam produceret, ad Iudæã peruenit: & pecunias tẽpli, quas Põpeius non tetigerat, duo milia talentorum abstulit, necnon & totum reliquum aurum vsq; ad octo milia talentorum. Tulit etiã trabẽ auream versatilem, trecentas minas pensantem. Mina vero apud nos duæ & semis libræ existimantur. Tradidit vero ei hanc trabẽ custos pecuniarũ, Eleazarus nomine sacerdos, non maleuolo animo, nam iustus & bonus fuerat: sed dũ cõmissa fuisset ei custodia velorum tẽpli, quę mira pulchritudine vel cõstructione pretiosissima resplendebant, in hac trabe pendentia, & Crassum vidisset templi cunctum aurum velle colligere, veritus ne tẽpli cunctum ornatum auferret, aureã ei trabem pro redemptione omniũ præstitit: dum & iusiurandũ ab eo acce-

Mina

pisset

piſſet,nihil aliud à tẽplo tollendum,ſed ſolo contentum eſſe auro ab eo tradito, quo multa milia pondo poſſet inuenire. Hanc vero trabem alia lignea circundabat,ideoq; latebat. Craſſus vero licet iuraſſet, nihil aliud in templo tangere,poſt acceptam tamen trabem tranſgreſſus,omne templi aurum depoſuit. Nemo tamẽ miretur, ſi tantæ diuitiæ in noſtro templo fuiſſent, dum has omnes per diuerſam terram Iudęi deum colentes,ibi ex antiquis temporibus obtuliſſent. Nec magnitudo prædictarum pecuniarum teſtimonio caret, nec arrogantia noſtra per tantam magnitudinẽ diuitias extollit, ſed multi alij conſcriptores nobis teſtimoniũ ferunt:nec non & Strabo Cappadox ita dicens. Tranſmittens autem Mithridates in Coon tulit pecunias,quas ibi Cleopatra regina depoſuerat: verumetiam & Iudæorum octingenta talenta. Nobis itaque pecuniæ publicæ non ſunt,niſi dei tantum. Vnde manifeſtum eſt,Iudæos per Aſiam conſtitutos,veritos Mithridatem has pecunias in Coum tranſmiſiſſe. Non enim ex Iudæa fuerunt in Coo pecuniæ,dum ciuitatem & templum munitiſſimum haberent:ſed neq; Alexandriæ habitantes Iudæos,veriſimile eſt hoc feciſſe, dum nihil omnino Mithridatem timerent. Teſtis nobis eſt idem Strabo & in alio loco,quia tẽpore quo tranſijt Sylla in Græciam pugnaturus Mithridati , Lucullum traſmiſiſſe fertur in Cyrenem ciuitatem,propter noſtræ gentis ſeditionẽ,quæ totum orbem cõpleuit, ita dicẽs: Quatuor in ciuitate Cyrenæorum partes exiſtunt, ciuium & agricolarum, tertia vero colonorũ,& quarta Iudæorum. Hæc per omnes ciuitates iam diſperſa eſt,& nullus mũdi locus facile inuenitur,in quo non hanc gentẽ videamus. Nam Ægyptus,& Cyrenæa dum ſub vno regno fuiſſent,omnem conuerſationem horũ ęmulatæ ſunt,ita vt ſcripturis eorum vterentur: & præſertim pecunias ſecundum patrias leges Iudæorum congregarent . In Ægypto ergo ſummam partem Iudæorum habitaſſe demonſtratur,& Alexandriæ ciuitatis maxima pars huic genti deputata eſt. Ordinatus vero etiam princeps, qui cauſas eorum & inſtrumenta publica debeat curare,& præcepta dare,tanquam princeps perfectæ Reip. In Ægypto tamen hæc generatio cõualuit,eo quod initio Iudæi Ægyptij fuiſſent,& quia iuxta prouinciam Iudęam Ægyptus iacet:necnon & propter illos,qui exinde ad Ægyptum peruenerunt. Ad Cyrenæam autem ideo tranſijt, quod & ipſa finitima Ægypto exiſteret, quemadmodum & Iudæa, quod ſub vno regno prius fuiſſent. Strabo quidem hęc retulit. Craſſus autem cum omnia diſpoſuiſſet,quemadmodum vellet contra Parthos egreditur, vbi cum toto ſuo defecit exercitu : ſicut & alibi demonſtratum eſt. Sed Caſſius,dum ad Syriã fugiſſet,& vindicaſſet eam ab incurſionibus Parthorum,qui nimis per Craſſi perditionẽ audaciores fuerant, rurſus ad Tyrum peruenit:& exinde ad Iudæam aſcendit. Tarichenam vero ciuitatem inuadens,ſtatim prædauit, & triginta milia virorum captiuauit: Pitholaum etiam ſeditionis Ariſtobuli ſucceſſorẽ cepit,Antipatro inuitante. Qui etiã cum apud eum multum vlauiſſet,Idumæis amicus erat, de quibus & vxorem nobiliſſimam nomine Cyprin ſibi coniũxit:ex qua quatuor liberos procreauit:Phaſelum,& Herodẽ,qui poſtea rex fuit,& Ioſippum,& Pheroram,filiam quoque Salomen. Hic autem Antipater,dum cum alijs potentiſſimis amicitias, & hoſpitium copulaſſet,Arabo potius ſe ſociauit:cui etiam filios ſuos dum bellaret,commendauit. Igitur Caſſius,cum expeditionem ſuper Eufratem duxiſſet, prohibuit illam deuaſtari prouinciam,ſicut & alibi relatum eſt.

De Ariſtobulo interfecto. Cap. XIIII.

INteriecto vero tempore, cum Cæſar Romam teneret, poſt Põpeij vel ſenatus fugam,ſoluẽs à vinculis Ariſtobulum,ad Syriã tranſmiſit:duas ei tradens legiones,quatenus paratam illi vt potens faceret Iudæam. Ariſtobulus autẽ potentia à Cæſare donata,minime potitus eſt. Nam Põpeiani præoccupantes veneno eum corruperũt,& ſepelierũt cũ Cæſaris ſocijs:quo multo tẽpore iacuit, vſq; quo Antonius eum ad Iudæam remitteret , & in regijs monumentis poni præciperet.

De morte Alexandri Ariſtobuli filij. C. XV.

SCipio aũt mandat Pompeio, Alexandrũ Aristobuli filiũ occidẽdum, dum cui paret eum de his quæ prius cõtra Romanos egisset: & securi eum percussit. Quo in Antiochia defuncto fratres eius Ptolemæus Minæi, tyrannus Chalcidis prope Libanum montem constitutæ, detinuit. Qui cum filium suum Philippionẽ in Ascalona ad Aristobuli vxorem destinasset, iussit eam mittere filium Atigonum cum eius sororibus: è quibus alteram Philippion cum dilexisset, vxorẽ eam habuit. Quem postea Ptolemæus pater eius occidens, matrimoniali iure eam duxit vxorem, & prouidentiam fratribus eius impendebat.

De profectu Cæsaris in Syria & Ægypto. Cap. XVI.

POst mortem vero Pompeij, dum Cæsar contra Ægyptum pugnaret, Antipater Iudæorum potentissimus, mandatis Hyrcani obediens, multum illi vtilis apparuit. Nam Mithridates Pergamenus, dum per Corycum transiret, & minime potuisset per Pelusium viam cõficere, sed in Ascalone moraretur, Antipater ei tria milia armatos Iudæos adduxit, necnon & Arabum nobilissimos auxiliatores illi parauit: & propter eum omnes Syri propensius Cæsaris partes adiuuabant. Verum & Iambilicus potentissimus & Ptolemæus filius eius, Libanum montem habitantes, cum omnibus ciuitatibus eadem pro Cæsare mentem habebant. Mithridates autem surgens è Syria, cum ad Pelusium peruenisset, & eum non suscepissent, ciuitatem obsidebat: cuius maxima virtute Antipater primus patrem muri deiecit, & reliquis viam ingredi ciuitatem parauit. Et Pelusiũ quidem ita deuastatur. Antipatrum autem & Mithridatem euntes ad Cęsarem, cum Ægyptij Iudæi transire prouinciam vetarent, quæ Oniæ dicitur, Antipater eos flexit ad Cæsaris amicitiam principis sacerdotum literas eis ostẽdens. Quod cum audissent Memphitidem habitantes, simili modo Mithridatem ad se inuitarunt. Ad quod cum profectus fuisset, & ad locum qui dicitur Delta, peruenisset, confligisset, cum hostibus, circa locum qui dicitur Iudæorum castra. Habebat autem dextrum cornu Mithridates, læuum vero Antipater. Sed commisso prælio, inclinatur cornu, quo Mithridates pugnabat: qui periclitatus esset: nisi per ripam fluuij cum suis militibus Antipater currens, deuictis iam aduersarijs, mortis eum periculo liberasset. Nam victores Ægyptios ad fugam conuertens, & persecutus, castra eorum deuastauit, Mithridatemque fugientem retinuit. Cuius ceciderunt milites octingenti, Antipatri vero quadraginta. Sed cum Mithridates Cæsari demandasset victoriam, simul & salutem, quam per Antipatrum obtinuit, Cæsar Antipatrum quidem tantum dilexit, vt etiam vteretur eo per omnia bellorum pericula. Quapropter & vulnerari Antipatrum sæuissime contigit. Ergo bello finito, Cæsar cum in Syriam nauigasset, Hyrcano quidem principatum sacerdotij firmum indulsit. Antipatrum vero ciuitate Romana & immunitate donauit. Dicitur tamen Hyrcanum huic quoque militię in Ægypto socium extitisse, sicut testatur Strabo Cappadox, ex autoritate Asinij ita referens. Post Mithridatis & Hyrcani principis sacerdotum in Ægypto profectionem. Idem Strabo alibi ex autoritate Hypsicratis rursus ita retulit: Mitrhridátem solum exisse, vocatum autem secundo: cui Antipater Iudææ tutor in Ascalone tria milia militum præparauit, & alios potentissimos inuitauit: sociatum etiam Hyrcanum huic militiæ dicens. Hæc quidem Strabo exposuit. Sed cum venisset Antigonus Aristobuli filius tunc ad Cæsarem, & patris sui calamitatem defleuisset, qualiter propter ipsum veneno fuerit interemptus, fratérque suus securi à Scipione percussus, petebat miserari se à regno depulsum: præterea Hyrcanum & Antipatrum accusabat, quod male gentem regerent, & in se crudeliter egissent. Antipater autem cum affuisset, satisfaciebat de obeiectis sibi criminibus, rebellem Antigonum cum suis sociijs differens: & narrabat, quantum ipse laborasset in expeditione coram ipso Cæsare: & dicebat iuste Aristobulum Romam tractatum, quod semper Romanis hostis extitisset: fratrem vero eius latrocinij causá pœnam à Scipione meritam sumpsisse. Cum hæc Antipater verba

virtus Antipatri.

Victoria de Aegyptiis

Cæsar Hyrcano confert sacerdotium

feciſſet

feciſſet, Cæſar Hyrcanum quidē principem ſacerdotum ordinauit, Antipatro vero poteſtatem donauit, quam ipſe elegerat, tutorē eū totius Iudęæ conſtituens. Hyrcano quoq; cōceſsit patriæ muros reſtituere, cū hanc ille gratiā ab eo petiſſet: nam adhuc diruti iacebāt, ex quo Pompeius eos depoſuerat: vnde à conſulibus in Capitolio ſenatuſcōſultū hoc modo prolatū eſt: L. Valerius, Lucij filius, Cos. Conueniente ſenatu Idibus Decemb. in tēplo Cōcordię, pręſente L. Copinio, L. Collinę filio, & Cepario filio Quirini, de his quę Alexāder Dorothei, & Numenius Antiochi, & Alexāder Iaſonis, Iudæorū legati, optimi viri & auxiliatores locuti ſunt, renouantes cum Romanis gratias, & amicitias præexiſtentes, clypeum aureū pro indicio auxiliorū deuouerūt, quinquaginta milium ſiclorū: & petiuerūt literas ſibi dari ad omnes liberas ciuitates, quatenus prouincię vel portus eorū nullam violentiam paterentur. Placuit igitur ſenatui amicitias & ſocietatē cum eis componere, & omnia quę ſupplicauerunt, concedere, clypeumq; ſuſcipere. Hæc acta ſunt ſub Hyrcano principe ſacerdotū, & rectore gentis, nono anno, menſe Panemo. Hyrcanus autem etiam ab Athenienſium populo laudatus eſt, cum multū ei apparuiſſet benignus: nam miſerunt ei ſcriptū huiuſmodi decretum: Sub iudice vel ſacerdote Dionyſio, filio Aſclepiadis, menſe Panemo, viceſimoquinto die, datum eſt magiſtratibus decretum Atheniēſium ſub prę ſide Agatho, de quo Deucles Menandri Alimuſius ſcriba expoſuit: Munychionis vndecimo die, cōcilio iudicum facto in theatro, ſuffragium tulit Dorotheus princeps ſacerdotū: cum quo aſſidens Dionyſius filius Dionyſij, dixit: Quoniam Hyrcanus Alexandri princeps ſacerdotum, & rector Iudęorum, permanet cum populo noſtro, vel ſingulis ciuibus fidelis exiſtens, & omni circa eos vtitur induſtria: ibiq; venientes Athenienſes ſeu legationis cauſa, ſeu priuatim, munificēter ad ſe ſuſcepit, & prouidit quatenus illæſi redirent, decretum quidē de his & prius factum eſt: nunc vero Dionyſio Dorothei Sunienſi ſuggerente, & de virivirtute populū ammonente, quomodo volūtatem habet bene nobis quod potuit ſemper facere: placet honorare virū aurea coronā optima ſecundum legem, & dedicare ei imaginem æream in templo populi, vel Gratiarum: decernere vero coronam in theatro, cum Libero patri tragœdiæ ſolennia celebrantur, & in Panathenęis & Eleuſinijs, & in gymnicis certaminibus: diligētiam vero magiſtratus habeāt, vt ſi permanſerit, & ſeruauerit fauorem noſtrum, omne quod excogitamus pro gratia vel honore viri, munificenter compleatur: quatenus cum hęc ita facta fuerint, appareat noſter populus optimus eum amplecti, vicesq; reddere gratiarum, vt ille noſtrum ſtudium iam honoribus affectus imitetur: immò etiā debemus eligere ab omnibus Athenienſibus, qui decretum ei deportent, vt cum honorem ſuſceperit, feſtinet benefacere ſemper noſtræ ciuitati. Romanorum ergo vel populi Athenienſium erga Hyrcanum merita demonſtrauimus.

De Herode inſtituto rege, & geſtis prioribus. Cap. XVIII

CÆſar autē cum Iudęam diſpoſuiſſet, in Syriam nauigauit. Antipater autē vt Cæſarem à Syria deduxit, in Iudæam reuertitur: & ſtatim muros à Pompeio dirutos reconſtruxit, ſeditionemq; prouincialium ſedauit: interminationibꝰ ſimul & perſuaſionibus requieſcere eos inuitans, cum diceret: Si quis Hyrcano conſenſerit, feliciter vitam ſuam poteſt peragere. Qui vero ad ſpem rebellandi peruenerit, & lucro priuabitur, & me ipſum pro patrono dominum, Hyrcanum autem pro rege tyrannū ſentiet, Romanos vero ad Cæſarem pro rectoribus amaros hoſtes: nam minime patientur amoueri, quem ipſi principem conſtituerunt. Sed cum tardum & ſegnem Hyrcanum vidiſſet, priorem filium ſuum ducem in Hieroſolymis ordinauit, ſecundum vero Herodem Galilææ tutorem demonſtrauit, adhuc omnino iuuenē, nam quindecim annorum tunc erat: cui nihil obfuit iuuentus, dum prudentiam ſuper ætatem haberet. Qui cum occaſionem inueniſſet, ſtatim ad virtutis oſtentationem prorupit. Siquidem Ezechiam principem latronum comprehenſum, qui Syriam cum magna turba vexabat, fecit interimi

prudentia Herodis

interimi cum multis ſuis prędonibus. Quo facto nimium à Syris amplectitur, vnde & in amorem eius exarſerunt, quod à latrocinijs prouincia eorum eſſet erepta. Laudabant ergo eum per ciuitates & per vicos, quòd pacem eis pręſtitiſſet, & tuitionem prædiorum ſuorum inueniſſet. Quapropter & Sexto Cæſari, cognato magni Cęſaris, tunc totam regenti Syriam, amicus factus eſt. Cum vero ęmulatio pro factis Herodis Phaſelum fratrem eius intraſſet, non minor ſtuduit tali gloria reperiri: & in Hieroſolymitis fautores ſibi parabat, dū & ciuitatem haberet, & populi negotia non ignare tractaret. Quę Antipatrum faciebant ab omni gente, tanquam eſſet omnium dominus, honorari: tamē ex tali claritate, qualia ſæpius contingunt, Hyrcani fidem tranſgreſſus eſt. potentiſſimi vero Iudæorum, Antipatrū videntes cum filijs extolli per fauorem gentis, & reditus Iudææ, vel pecunias Hyrcani, nimis inuidebant ei. Nam Antipater amicitias cum imperatoribus Romanorum compoſuerat: & cum flexiſſet Hyrcanū pecunias trāſmittere, tanquam ſuas, & non Hyrcano pręſtante eas, Romanis principibus deſtinabat. Vnde manifeſte Antipatrum accuſabant, dicentes Hyrcano: Vſquequo iſta pateris? an non vides Antipatrum cum filijs principatu præire cunctos, teq; nomen tantum regium poſſidere? Sed ne te lateant, ne putes ſine periculo tuo negligere negotia, dum Antipater & filij eius totam nunc autoritatem contineant, & hanc ſine tuis iuſſionibus diſponant. Nam Herodes filius eius Ezechiam & omnes qui cum eo erant, peremit: noſtram legem tranſgreſſus, quę hominem prohibet occidi, licet malignus ſit: niſi primum in concilio condemnatus ſit. Ille vero, dum nullam à te ſuſcepiſſet poteſtatem, hæc auſus eſt committere.

Hyrcanus Herodem ad concilium uocat

Quę cum Hyrcanus audiſſet, flectitur: plus autem iram eius incenderūt matres eorum, quos Herodes interfecerat, dum per ſingulos dies in templo eum peterēt, vt Herodes ante concilium de actis ſuis redderet rationem. Commotus igitur Hyrcanus, Herodem vocauit, ſatisfacturum de crjminib⁹ ſibi illatis. Qui perſuaſionibus patris impulſus, venit. Nam ſic ei pręceperat, vt nō priuatus, ſed cū tutela & cuſtodia corporis aduenire. Qui cū & Galilæam, vt putauit prodeſſe ſibi, diſpoſuiſſet, militum parua manu circundatus viam ſecabat, vt nec terribilis videretur Hyrcano, cum maxima veniēs multitudine, nec nudus vel incantus coram iudicibus eſſet: imò & Sextus Cæſar, Syriæ rector ſcripſit Hyrcano, ſupplicans, vt liberaret à Iudicio Herodem: ſimul & interminabatur ei, ſi nō obediret. Sed Sexti literæ occaſio fuerant, ne quid pateretur à ſententia cōcilij Herodes, ſed magis abſolueretur. Nam diligebat eum Hyrcanus, tanquam filium. Herodes autē, cum in medio vnà cum ſuis militibus aſtitiſſet, omnes perterruit: nec auſus eſt aliquis ex his eum accuſare, qui primum contra eū exclamabāt, ſed omnes ſub quiete & ſilentio, rei exitum ſuſtinebant. Qui cum ita ſediſſent, vnus quidam nomine Sameus, vir iuſtus, & propter hoc minime deuitans periculum, ſurgens ita locutus eſt, Viri iudices & rex, neminem ſcio ad iudicium à vobis vocatum ita conſtitiſſe, neque vos noſſe quicquàm opinor ſimile: ſed omnis quicū que in hoc iudiciū peruenit exquirendus, humiliter aſtitit, miſericordiam à vobis expetens, capillis prolixis, & veſte nigra indutus: hic autē Herodes optimus iuueni⁹, reus pro homicidio ſatisfacturus, de tali crimine vocatus intereſt purpura circundatus, & caput ornatum habēs compoſitione crinium, ſtipatusq; armis, vt ſi condemnatus ſecundum legem fuerit, nos quidem interficiat, ipſe vero vim faciens veritati, liberetur. Sed Herodem de his non culpabo, ſiquidem ſuū cōmodum pluris quàm legem fecit: ſed vos vel regem accuſo, qui tantam ei licentiam dediſtis. Scitote tamen maximū eſſe deum, quia hic, quem nunc propter Hyrcanū vultis abſoluere, quādoq; vos & ipſum regem torquebit. Nihil autem hæc dicendo mētitus eſt. Nam Herodes, cum regnum cepiſſet omnes occidit in cōcilio tunc inuentos, cū ipſo hyrcano, pręter Sameum, quem nimis dilexerat propter iuſtitiā eius: & quod ciuitate poſthac obſeſſa ab Herode & Soſio, perſuaſiſſet populo, vt Herodem acciperent, dicens, propter peccata eum nō poſſe deuitari. De

his

his quidem ſuo loco dicemus. Hyrcanus autem cum vidiſſet propenſiores iudices ad necem Herodis, iudiciũ in poſterum diẽ diſtulit: & mittens ad Herodem furtim, perſuaſit ei ciuitatem relinquere, vt ita poſſet periculũ declinare. At ille cum diſceſſiſſet in Damaſcum, fugiens regem, & ad Sex. Cæſarem peruenisſet; ita apud ſe decreuit, vt ſi vocandus ad iudicium eſſet, non obediret. Indignabantur autem iudices Hyrcano dicentes quomodo hæc omnia contra eum eſſent. Illum vero cũ nihil lateret, nihil agebat amentia vel imbecillitate ſua. Sed cum Sextus Herodem ducem inferioris Syriæ ordinaſſet (nam hoc ei pecunijs vendidit) Hyrcanus timebat eum, ne quando contra ſe exercitum produceret. Non multis autem tranſactis diebus, hoc euenit. Herodes enim aduerſus eum expeditionem ducens, iraſcebatur, eo quod ad iudiciũ vocatus ſit ſatisfacturꝰ. Prohibuerunt tamen eum obuiam venientes pater Antipater, & frater, impetumq; eiꝰ retinuerunt: rogantes, ne accederet prope Hieroſolymam: nec aliquod opus nite retur facere contra eos, qui conceſſerunt ei ad talem peruenire dignitatem. Deprecabantur etiam, vt indignationem deponeret, quod vocatus ad iudicium eſſet, ſed abſolutionis gratiam potius recordaretur: nec ita dolorem cõſideraret, vt ſaluti ingratus exiſteret: & animaduertendum vero, quod & bellorum caſus deꝰ diſpenſat, quapropter victoriam non omnino ſperaret, expugnando regem & amicum, qui multum ei profuiſſet, nihil vero ſponte in eum commiſiſſet aduerſi: ſed per maleuolos ſuaſores actum, quod difficultatis vmbram præſtiterit. Flexus his Herodes, & arbitratus ſatis ſibi factum, quod ſuam fortitudinem genti demonſtraſſet, reuerſus eſt. Per Iudęam ergo taliter ſe res habebant.

Decreta Romanorum aliorumq; populorum & vrbium de amicitia Iudæorum. Cap. XIX

CÆſar autem cum Romam veniſſet, parabat ad Aphricam nauigare, quatenus Scipionem vel Catonem expugnaret. Ad quem Hyrcanus dirigens legatos, petijt confirmare cum eo amicitias. Videtur mihi neceſſarium & hoc exponere, qualiter Romanorum principes cum noſtra gente ſunt pacti: ne lateat aliquos quod & Aſiæ & Europæ reges ſtudium habuerũt, ſociare ſibi noſtram fortitudinem, dum eorum fidem dilexiſſent. ſed quoniam multi propter odium noſtrum minime credunt Perſicis vel Macedonicis ſcriptionibus de nobis, eo quod non eadem vbique in publicis locis depoſita demonſtrantur, ſed apud nos tantum & alios quoſdam Barbarorum, de Romanis tamen decretis non eſt ambigẽdum: nam & publicis locis repoſita hactenus, & in Capitolio tabulis æreis conſcripta, continentur. Nam & C. Iulius Cæſar, Alexandriæ Iudęos per æream tabulam demonſtrauit Alexandrinos ciues exiſtere. Vnde initium approbationis faciam dum pando ſenatuſconſulta, & C. Iulij Cæſaris de Hyrcano, vel gente noſtra, decreta. C. Iulius Cæſar, imperator & pontifex, & dictator ſecundo, magiſtratibus Sidoniorum, & curiæ, & populo ſalutem, Si ſani eſtis, bene eſt: & ego ſanus ſum, cum meo exercitu. Exemplum facti decreti ad Hyrcanum filium Alexandri, principem ſacerdotum, & rectorem gentis Iudæorum, vobis deſtinaui, quatenus in publicis veſtris annalibus reponatur. Volo ergo vos Græce vel Latine in ærea tabula ſcriptum hoc ponere, quod huiuſmodi eſt: C. Iulius Cæſar, imperator & pontifex, ſecundo dictator, Cum deliberata ſententia decreui, quoniam Hyrcanus Alexandri, Iudęus, & nunc & in prioribus annis, in pace & bello, fidem & ſtudium demonſtrauit, cui multi etiam conſules teſtimonium præbent: inſuper & in propinquo Alexandriæ loco, cum mille quingentis militibus auxiliatoribus nobis occurri, & ad Mithridatem à me deſtinatus cum omni deuotione fidelis apparuit: propter has ergo cauſas Hyrcanum Alexandri, filiosq; eius, rectores Iudęorum eſſe, & principatum ſacerdotij gentis Iudaicæ ſemper habere ſecundum patrios mores, præcipio: ipſum quoque filiosq; eiꝰ, & auxiliatores vobis & inter viros amiciſſimos eſſe cenſendos: quantacumque vero ſacerdotalia iura ſunt, cum vel filios eius poſſidere decerno. Si qua vero interfuerit quæ

Decreta Cæſaris pro Hyrcano

ſtio de

ſtio de Iudaicis rebus, placet nobis iudicium de his adhibere: exhyemationes vero militum, aut pecunias exigendas ab eis, minime probaui. C. Cæſaris dictatoris, conſulis data conceſſaq; decreta ſic habent: vt filij eius principatum gentis Iudæorum, & donata ſibi loca poſſiderent: vt princeps ſacerdotũ idem & rector gentis Iudęorum legatis vim paſſis adeſſet: & quia tranſmiſiſſet ad Hyrcanũ Alexandri filium, principem ſacerdotum, Iudęorum legatos, qui de amicitijs vel auxilio cum eo loquerentur, & dedicarent ei tabulam æream in Capitolio, & in Sidone, & in Tyro, & Aſcalone, & in templis, ſcriptam apicibus Gręcis vel Latinis, quę infra expoſita cõtinentur. Vt vero hoc decretum omnibus per ciuitates curatoribus, & iudicibus, & amicis innoteſceret, & hoſpitia legatis pręſtarentur & ſanctiones vt vbique deſtinarentur, præcepit. C. Cæſar, imperator, conſul, honoris & virtutis & clementiæ cauſa, cõceſſit pro commodis ſenatus & populi Romani, Hyrcanum Alexãdri filium, liberosq; eius, principes eſſe ſacerdotum, vel antiſtites Hieroſolymorũ & gentis Iudææ, iure quo & proaui eorum ſacerdotium ſuum geſſerunt. C. Cæſar, quinquies conſul, decreuit habere hos vel munire Hieroſolymorum ciuitatem, & gubernare eam, Hyrcanum Alexandri, principem ſacerdotum Iudęorum, rectorem gentis ſecundum ſuam voluntatem, vt Iudæis in ſecundo anno locationis ex reditibus cori, id eſt, triginta modij ſubducantur: neque vt aliqui eis calumnientur, neque tributa ab eis exigant. C. Cæſar, dictator ſecundo ſanxit, vt per ſingulos annos Ioppenſes tributa Hieroſolymorum ciuitati pręſtent, excepto ſeptimo anno, quem Sabbaticum annum appellant, quoniam in eo neque fruges agrorum colligunt neque ſeminant: necnon etiam Hyrcano, & filijs eius decimas prębeant, & vt nullus vel pręſes, vel dux, vel legatus in finibus Iudęorum auxilia colligat, vel militibus liceat pecunias exigere ad exhyemandum, aut pro nomine alicuius: ſed eſſe vndique liberos. Quecunque poſtea habuerunt, vel emerunt, vel poſſederũt, omnibus his eos potiri: & Ioppen ciuitatem, quam ab initio Iudæi habuerunt, & cum amicitias cum Romanis feciſſent, eorum eſſe ſicut & nobis prius placuit, imperamus. Ex qua ciuitate Hyrcanum Alexandri filium, liberosq; eius à poſſeſſoribus terræ, & à portu, tributa conſequi iubemus: de Sidone modios viginti milia, ſexcentos ſeptuagintaquinque, per ſingulos annos, excepto ſeptimo anno, quem Sabbaticum vocant, in quo neque arant, neque fructum arborum colligunt. Prędia etiam in maximo campo, quę Hyrcanus & proaui eius prius poſſidebant, placet ſenatui, hęc Hyrcanum & Iudæos habere, eodem iure quo & prius poſſederunt. Manere etiam iura, quæ ab initio inter Iudęos vel principes ſacerdotum fuerunt, & inſtitutiones quas populo vel ſenatu decernente habuerunt, pręterea eodem iure liceat illis vti. Et in Lydia loca etiam vel terras, quas pro hoſpitalitate reges Syri vel Phœnices per donationem Romanorum poſſederunt, eas ſenatus probauit Hyrcanum rectorem gentis Iudęorum habere. Dari etiam licentiam Hyrcano, omnibusq; ab eo miſſis, vt cum ſenatoribus in ludo monomachorum, vel beſtiarum ſedentes ſpectent: & ſi petierint dictatorem vel magiſtrum equitum, vt in ſenatu eos introducant, & reſponſa eis tradant intra decimum diem: hoc fiat poſt ſenatuſcõſultum. C. Cæſar, quater imperator, quinquies conſul, in perpetuum dictator, huiuſmodi verba fecit de iure Hyrcani Alexandri, principis ſacerdotum, & rectoris gentis Iudęorũ: Prędeceſſores mei imperatores in prouincijs, cum teſtimoniũ Hyrcano principi ſacerdotum Iudęorum, & Iudæis coram ſenatu vel populo Romano prębuiſſent, cũq; gratias ei populus & ſenatus egiſſet, bene nobis viſum eſt memoriam habere & prouidentiam, quatenus Hyrcano ac Iudæorum genti filijsque Hyrcani, à ſenatu & populo Romano, pro ſuo erga nos fauore, gratiæ retributionis redderentur. Iulius Caius dictator & conſul Romanorum, magiſtratibus Parianorum curiæ ac populo ſalutem. Interpellauerunt me Iudæi in Delo, & quidam de Colonijs Iudęorum pręſentibus veſtris legatis, & demonſtrauerunt decretum, per quod vos eos prohibetis patrijs moribꝰ & ſacrificijs vti. Ergo mihi

non

non placet in noſtros amicos & auxiliatores talia fieri decreta, vel prohiberi eos ſecundum ſuam viuere conſuetudinẽ, ſeu pecunias ad conuiuia & ad victimas inferre: quãdo hoc facere nec Romæ quidem prohiberentur. Nam Caius Cęſar noſter conſul, dum in ſanctioribus ſuis vetaret collegia per ciuitates congregari, hos ſolos non prohibuit, nec pecunias conferre, nec conuiuia parare: & ego quoque alios prohibens, iſtis ſolis prȩcipio ſecundum patrios mores & leges conuenire. Bene ergo facitis, ſi prolatam ſententiam contra noſtros amicos vel auxiliatores, propter noſtrum erga eos ſtudium & fauorem auferetis. Poſt Caij mortem, Marcus Antonius, & Publius Dolobella conſules, cum ſenatum congregaſſent, & Hyrcani legatos introduxiſſent, locuti ſunt de quibus petierunt, & amicitias cum eis fecerunt, & omnia eis concedi ſenatus decreuit quęcumque poſtularent: ſubiuncto etiam ſenatuſconſulto, quatenus probationem dictorum habeant qui hanc hiſtoriam relegunt: quod tale fuit ſenatuſconſultum ab ærario tranſcriptum de tabulis publicis, ſub Quinto Rutilio ærarii cuſtode: dum tertio idus Aprilis, in templo Concordiæ conſcriberẽtur, præſente Lucio Calphurnio, & reliquo ſenatu. Publius Dolobella & Marcus Antonius conſules, dixerunt: De his quæ per ſenatuſconſultum Caius Cæſar pro Iudæis decernens in ærario deponere non occurrit, ſic placet nobis, ſicut & ſenatui viſum eſt, vt hæc in tabulis æreis deponantur, & per ſingulas ciuitates tranſmittantur, quatenus curent & illi in tabulis reponere quod decretum eſt: Quinto Idus Februarias, in tẽplo Cõcordiæ. Legati autem principis ſacerdotum fuerunt Lyſimachus Pauſaniæ, Alexander Theodori, Patroclus Chæreæ, Ionathas Oniæ. Miſit aũt & ex his legatis vnum Hyrcanus ad Dolobellam, tunc Aſiæ proconſulẽ, petens eum ſoluere Iudęos à militia, vt patriam cuſtodirent cõſuetudinem, quod facilius impetrauit. Siquidem Dolobella cũ accepiſſet literas Hyrcani, nihil remoratus ſcribit per totam Aſiam pro Iudęis, & ad Epheſinam ciuitatem, primã totius Aſiæ, quę huiuſmodi legebantur, ſub iudice Artemione, mẽſis Lenæonis die prima: Dolobella imperator Epheſiorum curiæ, & magiſtratibus vel populo ſalutẽ. Alexander Theodori, legatus Hyrcani, filii Alexandri principis ſacerdotum, & rectoris Iudęorum, intimauit mihi, quod non poſſent ciues ſui militare, dum nec arma portare poſſint, nec iter facere diebus ſabbatorum, nec alimentorum ſecundum patrias leges copiam habere: idcirco ego ſicut prędeceſſores mei imperatores, prębeo eis militię remiſſionem, & concedo patriis vti legibus ſecundum ſolẽnes & ſacras immolationes, & congregare ſicuti ſolent pro ſacrificiis pecunias, & volo vos hęc per ſingulas conſcribere ciuitates. Hanc quidem Dolobella Hyrcano legationem mittente, noſtris donauit licentiam. Lucius autem Lentulus conſul dixit: Ciues Romanos Iudęos, templa habentes, Ephęſi ante tribunal, religionis cauſa à militia dimiſi duodecimo kalendarũ Octobris. Lucio Lentulo, & Caio Marcello conſulibus, præſente ſenatu. Balbus legatus & vicarius, Epheſiorũ magiſtratibus, curię & populo ſalutem. Iudęos per Aſiã conſtitutos, Lucius Lentulus conſul me pro ipſis petente, à militia dimiſit. Poſtulans vero poſt hæc & Fanniũ tribunum plebis, & Luciũ Antonium ęrarium, impetraui. Vos autem cupio curare, ne quis eis moleſtiam inferat. Decretum Deliorum ſub prȩſide Bito: menſe Thargelione, viceſima die ad titulationem iudicũ. Marcus Piſo legatus aduenies in ciuitatem noſtrã, pro delectu militũ conuocans nos, & multos ciuiũ, prȩcepit, vt ſi qui ſunt Iudęi ciues Romani, nequaquã militare cogantur, eo quod Cornelio Lentulo cõſuli religionis cauſa Iudęos dimittere placuit. Qua propter obedire conſuli nos oportet. His ſimilia Sardiani quoq; de nobis decreuerũt. Caius Fannius Caii filius, dux, cõſul, magiſtratibus Coorum ſalutem. Volo vos ſcire, quomodo legati Iudęorũ adierũt me, petendo accipere ſenatuſcõſulta pro ipſis cõſtituta, quę etiam ſubiuncta ſunt. Igitur volo vos curare vel prouidere his hominibus ſecundũ ſenatuſconſultũ, quatenus per veſtram prouinciam incolumes ad propria reuertantur. Lucius aũt Lentulus cõſul dixit: Ciues Romanos

Hucuſque decreta C. Cæſaris

Decreta P. Dolobellæ & M. Antonii

Decretum L. Lentuli cõſulis

Decretum Deliorum

Decretum C. Fannii conſulis

nos

nos Iudæos qui templa Iudaica habere Epheſi videntur, religionis cauſa dimiſi. Hoc factum eſt duodecimo kalendarum Iuliarum. Lucius Antonius, Marci filius, vicarius ærarij vel proconſul, Sardianorũ magiſtratibus curiæ & populo ſalutem. Iudæi ciues noſtri adeuntes probauerunt nobis conſilium habuiſſe proprium ſecundum patrias leges ab initio, & locum proprium, in quo negotia vel iudicia inuicem mouent: & hoc petierunt, quatenus liceat illis hoc facere, quod cuſtodiri vel permitti decreui. Marcus Publius, filius Publij, & Marcus Lucius Marci filius dicunt: Lentulum proconſulem adeuntes intimauimus ei, de quib⁹ Doſitheus Cleopatridæ filius Alexandrinus verba fecit, vt ciues Romanos Iudeos tẽpla iudaica facere ſolitos, ſi illi viſum fuerit, religionis cauſa eos feciſſe, dimittat: & dimiſit duodecimo kalendas Iulias. Lucio Lentulo & Caio Marcello cõſulibus, Lentulus decretũ protulit. Ciues Romanos Iudeos, ſacraria Iudaica facere ſolitos, Epheſi ante tribunal religionis cauſa dimiſi. Laodicenſium princeps C. Rabilio Caij filio cõſuli ſalutẽ: Soſipater Hyrcani principis ſacerdotum legatus, porrexit nobis epiſtolam tuam, per quam deſignauit nobis, ab Hyrcano principe & ſacerdote Iudæorũ deſtinatos quoſdam cum literis pro ſua gente conſcriptis, quatenus ſabbata Iudæis liceat ſecundum patrias leges celebrare, vt ne quis eos quicquam impediat, quoniam amici & auxiliatores noſtri probantur: aut ne quis eis violentiam inferat in noſtra prouincia: & licet Tralliani palàm dicant, non ſibi placuiſſe quę pro his decreta ſunt, tamen præcepiſti hæc ita fieri. Poſtulamus autem ita, vt & nobis eadem de his ſcribas obſequentibus tuis præceptis. Epiſtolam aũt correctam ſuſcepimus, quam repoſuimus inter publica noſtra monumenta: & de reliquis quæ præcepiſti prouidemus, quatenus in nullo culpemur. Publius Seruilius, Publij Galbæ filius, proconſul, Mileſiorũ magiſtratibus, curię & populo ſalutem. Pritanis Mercurij filius ciuis veſter, dũ in Trallibus negocia tractarem, inſinuauit mihi, præter noſtram ſententiam Iudæis vos inquietudinem inferre, & prohibere eos ſabbata celebrare, vel templa patria perficere, fructuſq; ſua conſuetudine colligere. Volo igitur vos ſcire, quo modo audiens verba eius vel eorum qui contra eum differebant, decreui ne prohiberentur. Decretum Pergamenorum ſub iudice Cratippo menſe Deſio ſententia principum. Quoniam Romani ſequẽtes ſuos maiores, pro communi omnium hominum tutela pericula ſuſcipiunt, & ſtudent auxiliatores & amicos ſuos in felicitate vel firma pace conſiſtere, cum tranſmiſiſſet ad eos Hyrcanus princeps ſacerdotum gentis Iudææ legatos, Stratonem Theodori, Appollonium Alexandri, Æneam Antipatri, Ariſtobulum Amintæ, Soſipatrum Philippi, viros optimos, & hi ſingula demonſtraſſent, decreuit ſenatus de his quę poſtulauerũt, quatenus nequaquam rex Antiochus Antiochi filius lædat Iudæos auxiliatores Romanorum, imò vt & caſtella & portus, vel prouinciam, & ſi quid aliud ab eis abſtulit, redderet: & liceat eis à portubus deportare quę volunt, & vt nullus rex vel populus à portubus Iudæorũ ſeu vectigalibus aliquid auferat, excepto Ptolemęo rege Alexandrino, quia & ipſe auxiliator his & amicus noſter exiſtit: imo etiam cuſtodiam à Ioppe depelli, ſicut petierunt. Noſtræ vero curiæ Lucius Peticus vir optimus. iuſſit vt hæc fieri ita curemus, quemadmodum ſenatus decreuit, & prouideamus, quatenus incolumes legati ad propria poſſint redire, nec non etiam Theodorum in curia, vel in conuentu ſuſcepimus: Qui cũ nobis epiſtolam, & ſenatuſconſultum porrexiſſet, verba faciens, demonſtrauit Hyrcani virtutem & liberalitatem, quia publicè vel priuatim cunctis prodeſt qui ad eum conuenerint. Literas vero inter publica conſcripta repoſuimus, & nos quoque omnia pro Iudæis agere tanquam auxiliatores Romanorum, ſecundum ſenatuſconſultum decreuimus, Quippe etiam poſtulauit Theodorus dum epiſtolam nobis porrigeret, quatenus à magiſtratibus noſtris mittatur ad Hyrcanum exemplar decreti, intimantis noſtri populi ſententiam, & petentis cuſtodiri vel ampliari noſtras cum eis amicitias, & vt meminerit temporibus Abraham, qui omnium Iudæorum pa-

Decretum L. Antonii

Decretum. M Publii

Decretum Laodicenſium

Decretum Pr Seruilii

Decretum Pergamenorum

ter

ter extitit nostros maiores amicos ei fuisse, sicut & in publicis conscriptis inuenimus. Decretū Alicarnassēorum sub sacerdote Memnone Aristidis filio. Placuit populo, Marco Alexandro insinuante, quoniam Iudæi pietatis studiū omni tempore habent, populusq; Ro. omnium hominum benefactores, pro Iudæorum amicitijs vel auxilijs ad nostram ciuitatū præcepta miserunt, quatenus per mittantur immolationes deo solennes efficere. Placuit igitur & nobis concedere Iudęis viris vel mulieribus sabbatum celebrare, vel sacrificia producere secundum leges Iudaicas. Si quis vero hos prohibuerit, militiæ reus & debitor ciuitatis existat. *Decretum Alicarnassēorum*

Decretum Sardianorum. Placuit curiæ vel populo, ducibus intimātibus, quomodo nostram ciuitatem habitantes Iudæi, multa vel maxima beneficia à popolo sæpe meruerunt, nunc quoq; cum ingressi fuissent in curiā populum petere, quatenus suis legibus & libertate data à senatu populoq; Romano secundum consuetudinem congregentur, & iudicia sua disponant, datus est illis locus, in quo cum vxoribus vel filijs possint celebrare deo patrias arationes. Igitur visum est curiæ vel populo, concedere eis conuenientibus certis diebus agere secundum suas leges: deputari etiam eis locum quem aptum ædificationib⁹ vel habitaculis putauerint: Habeant etiam curatores annonæ ciuitatis diligentiam, vt si qua opus habuerint alimenta, faciant eis introduci. *Decretum Sardianorum*

Decretum Ephesiorum sub indice Menophilo, mense Artemisio, paima die Nicanor Euphemi dixit. Placuit populo intimantibus ducibus quomodo interpellauerūt in ciuitate Iudæi, Marco Iunio Bruto proconsule, quatenus agerent sabbata, & omnia facerent secundum patrias leges, nemine penitus impediente, proconsul concessit, Placuitque populo propter Romanos, nullum prohiberi obseruare sabbatorum diem: imò concedere eis omnia facere, secundum Iudaicas suas leges. Multa quoque & alia decreta senatum vel imperatores Romanos ad Hyrcanum pro gente nostra destinasse cognouimus, necnō & aliarum ciuitatum iudicata vel literas à magistratibus reciprocas nostris epistolis, ex quibus hæc quę demonstrauimus flectere sine inuidia legentes putauimus. Nam euidētissima signa de amicitijs Romanorum & nostris, demonstrantur æreis tabulis, hactenus in Capitolio permanentibus, & in posterum permansuris. Omnium vero expositionem tanquam superfluam & fastidiosam recusaui, nullum credens tam difficillimum inueniri, qui vel opinetur Romanorum humanitatem minime circa nos extitisse, quam sępius ostenderunt: nos quoque de quibus retulimus nequaquam mentitos esse cognoscat. De amicitijs quidem Romanorum, & nostris illis temporibus factis retulimus. Eodem vero tempore seditionem per Syriam hac occasione contigit fieri. Bassus Cæcilius, Pompeianarum partium fautor, insidias Sexto Cæsari faciens, interfecit eum: ipse vero cum suis militibus regni gubernacula tenuit. Tunc etiam maximum bellum circa Apamiam commissum est à ducibus Cæsarianis, quibus & Antipater auxilia cum filijs destinauit, memoriam habens beneficiorum Cæsaris. Qua propter & punire peremptores eius iustum patauit. Bellum autem cum traherentur, Marcus quidem venit à Roma ad Sexti successionem, Cæsar autem interficitur à Cassio & Bruto in Senatu, cum principatum tenuisset tribus annis, & mensibus sex, quod & per alios conscriptores dictum est. *Decretū Ephesiorum.* *Sexti Cæsar insidijs interficitur.* *C. Iulii Cæsaris cædes*

De Cassij gestis & Malachi, Antonijque edictis pro Iudæis. C. XX.

POst Cęsaris autem internitionem, cum bellum conflatum fuisset principibus Romanorum, omnibus pro exercitu congregando dispersis, Cassius ad Syriam peruenit. Qui cum Apamenū exercitū accepisset, obsidionem soluens, ambos sibi coniungit, Bassum & Marcum: & ciuitates circūeundo milites cum armis conglomerabat, & fiscalia grauia eis imponebat: à Iudæa vero plus quàm septuaginta talenta pecuniarum exegit. Antipater autem cum vidisset in maximo timore vel turba negocia constituta diuisit pecuniarum exactiones, vtroque filio eas tradens. Herodi quas difficilius exigi putabat, reliquas vero alijs præcepit colligere. Cumq; primus Herodes à Galilæa exegisset quanta fuissent ei sta-

tuta, neceſſarius inter amicos à Caſſio recipitur. Nam ſtatuerat Romanis obſequi, & fauorem eorum ſibi laboribus alienis parare. Alij autem procuratores ipſas ciuitates cum habitatoribus vendebant, quarum Caſſius quatuor maximas captiuauit, id eſt, Gofnam & Amathuntem, necnon & Liddam, & Thamnam, qui etiam Malachum penè perdiderat, niſi Hyrcanus per Antipatrum centum talenta de ſuo ei miſiſſet, & ita impetũ eius refregiſſet. Sed cum Caſſius cum multis pecunijs à Iudæa diſceſſiſſet, Malachus inſidias Antipatro parabat, dũm interitum eius principatus Hyrcani tutelam fore putaret. Quod Antipater intelligens, diſceſſit trans Iordanem vbi exercitum Arabicum ſimul & prouincialem congregauit. Malachus autem callidus exiſtens, iureiurando negabat ſe inſidias ipſi, vel filijs eius feciſſe, ſatisfaciens ei. Nam Phaſello Hieroſolymam regente, Herode vero tenente armorum cuſtodiam, nequaquam ſe tale facinus vel in animo habuiſſe dicebat. Vnde reconciliabatur cum antipatro. Sed cum Marcus Syriam procuraret, audiuit nouis rebus per Iudæã Malachum ſtudere, & venit quatenus eum interficeret. Quod paulominus contigiſſet, niſi Antipater eum petendo liberaſſet, neſcius quod ſuum interfectorem Malachum liberaret. Igitur Caſſius & Marcus exercitu congregato, ducem Herodem totius Syriæ fecerunt, naues cum toto exercitu commendantes: promiſerunt etiam regem eum Iudææ poſt bellum ordinare, quod iam tunc contra Antonium & iuuenem Cæſarem immineret. Tunc magis veritus Malachus, Antipatrem depellere cogitabat. Cũmque Hyrcani pincernam pecunijs redemiſſet, (nam vterque apud eum epulabatur) veneno hunc virum interfecit: & milites armatos habens, ciuitatem obtinuit. Et cum inſidias Malachi cõtra patrem ſuum Herodes & Phaſellus intellexiſſent, & vindictam inferre cogitaſſent, Malachus eis iureiurado Antipatri negabat interitum. Cuius vita ſummis laboribus patriam protegens, ita finem inuenit. Filius vero eius Herodes, vltionem quidem patris exigere cogitauit, & cum exercitu contra Malachum venit: Phaſelo vero placuit dolo magis hominem ſuperare, ne belli ciuilis initium facere putaretur, & ſatisfactionem Malachi ſuſcepit, & credere ſimulauit, nihil eum ad patris interitum commiſiſſe. Sepulchrum etiam patri ornatiſſimum conſtruxit. Sed cum Herodes ad Samariã peruenisſet, & inueniſſet eam afflictam, refouebat, & ita inter eos certamen diſſolutum. Interiecto deinde breui tempore celebratione Hieroſolymorum inſtante, cum militibus ſuis Herodes in ciuitatem aduenit: quod cum Malachus cognouiſſet, veritus Ayrcanum flexit vt nequaquam permitteret eum ingredi ciuitatem. Hyrcanus quidem paruit, cauſamvero talem interdictionis propoſuit, quod non deberet multitudinem alienigenarum ieiunanti populo ſuperinducere. Sed Herodes præcepta negligens, noctu ciuitatem ingreditur. Tunc Malachus licet metueret, diſſimulationem tamen non refutauit, ſed Antipatrum vt amicum manifeſte plangebat, cuſtodiam vero corporis ſui latenter habebat. Placuit vero etiam Herodi, non redarguere diſſimulationem eius: ſed è contrario muneribus ei blandiebatur. Caſſius tamen de patris interitu Herodi mandauit, quatenus Malachi crudelitatem cognoſceret. Qui ſcripſit præcipiens ei patris obitum vindicare, tribunis quoque in Tyro mandauit Herodis ſequi voluntatem.

De Caſſio Tempore vero quo Caſſius Laodiciam cepit, acceſſerunt ad eum pariter coronas vel pecunias ei deportantes. Herodes quidem ſperans Malacho ibi veniente ſe vlciſci cum ad Tyrum Phœnices peruenisſent, cauſamq; opinatus eſſet, Malachus maius quidam conatus eſt agere, itavt filium in Tyro obſidem exiſtentem, in ciuitatem ingreſſus furto voluiſſet aufferre, & ad Iudæam reuerti: credens ſe gentem Iudæorum contra Romanos excitaturum, & deiecto Hyrcano regnaturum, dum bello Caſſiusab Antonio occupatur. Conſilijs tamen eius deus reſtitit. Herodes quoque intelligens eius voluntatem, tranſmiſit famulum, quaſi hoſpitalia paraturum, quia cunctos ad conuiuium inuitauerat. Et licet hoc ſimularet ad tribunos tamen vere direxit, quatenus ammoneret eos cõtra Malachũ cum gladijs

gladijs exire. Qui cum exiſſent, & iuxta ciuitatem eum conueniſſent, ſuper littus hominem vulneribus confoderunt. Hyrcanus ergo cum factum intellexiſſet, ob ſtupuit: redienſque ad ſeſe conſuluit Herodem, quid eſſet factum, vel qui Malachum interfeciſſent. Cumq; Herodes reſponderet, Caſſium hoc iuſſiſſe, laudauit factum: nam maleuolũ & nimis patrię perſuaſorem eum eſſe criminabatur. Hãc ergo pro iniquitate in Antipatrum cõmiſſa Malachus pœnam ſoluit. Caſſio vero diſcendente de Syria, maxima per Iudæam turba cõcinatur in Hieroſolymis, cum felix contra Phaſelum vnà cum militibus armaretur. Herodes autem ad Fabium rectorem Damaſci proficiſcens, cum hoc audiſſet, & in fratris ſolatium cuperet feſtinare, ægritudine prohibetur. Phaſellus tamẽ Felicem ſuperans, in aliqua eum turre concludit, quem poſtea ſub pactionis fœdere dimiſit Hyrcanum penè accuſans, quod multa ſui beneficia pretermittens, inimicis ſuis fauorem impenderet. Itaq; frater Malachi multa tunc occupans loca, obtinuerat & Maſſadam omniũ munitiſſimá: contra quem Herodes valetudine liberatus exercitũ duxit, auferens omnia loca quæ cõprehenderat ſub pactionis lege eum dimiſit. Antigonus aũt Ariſtobuli filius, vt militiã congregauit, & Fabiũ pecunijs redemit, Ptolemæus eum Minæi propter cognationẽ ad Iudæá ducebat: auxiliũ etiam ei prębebat Marion, quẽ Tyriorũ tyrannũ Caſſius reliquerat. Nam hic Syriã oẽm potentia capiens cuſtodiuit. Marion aũt Galilęã finitimã inuadens, tria caſtella eius occupauit. Contra quẽ Herodes cũ veniſſet omnia quę ille tenuerat abſtulit Tyriorum vero cuſtodes cũ humanitate dimiſit, quibuſdã etiam & dona præſtitit, propter ciuitatis fauorẽ. Cum hæc ergo egiſſet, obuiauit Antigono, & prælio cõmiſſo vicit, & penè iam altiora Iudęæ tenentem fortiter expulit, victoriaq; potitus ad Hieroſolymã venit, vbi coronas ei tam Hyrcanus quàm populus ob virtutis pręmiũ offerebãt. Nam cognatus Hyrcani per affinitatẽ credebatur, ideoque magis eum defendebat, veluti dicturũ neptem ſuam fratris Ariſtobuli filiam ex qua triũ mariũ extitit, & duarum fœminarũ pater. Habuit ſiquidem priorem vxorem nomine Dorin, populare ex gente noſtra, ex qua prior filius eius concipitur Antipater. Caſſium nanq; cum Antonius & Cæſar in Philippẽſi campo viciſſent, ſicut & ab alijs demonſtratum eſt, poſt victoriam Cæſar ad Italiam redijt, Antonius autem ad Aſiam regreſſus eſt. Cumq; veniſſet in Bithyniam, legationes vndiq; obuiauerunt ei. Tunc & Iudęorum nobiliſſimi accuſabant Phaſelum & Herodem, dicentes habitu tantum Hyrcanum regem extare, hos vero omnem poteſtatem poſſediſſe. Herodem tamen Antonius maxime honorauit, cum ad eũ veniſſet ſatisfacere pro accuſationibus, propter quod accidit aduerſarios eius nec ſermone aliquid impetraſſe. hoc namque acquiſiuit pecunijs Herodes ab Antonio. Sed cum Epheſum peruenisſet Antonius, deſtinauit Hyrcanus princeps ſacerdotum, noſtraq; gens legationem ad eum, auream deportantem coronam, & ſupplicantem, quatenus Iudæos à Caſſio abductos, non extante bello, ſcriberet ad prouincias liberos relaxari, terramq; temporibus Caſſij ſubreptã reſtitui. Antonius vero iuſtas Iudæorum poſtulationes conſiderans, reſcribit Iudæis & Hyrcano, mandans etiam ſimul & Tyrijs decreta huiuſmodi continentia:

Epiſtola Antonii ad Hyrcanũ

M. Antonius imperator, Hyrcano principi ſacerdotum, & rectori gentis Iudeæorum ſalutem. Si valetis lætamur, valeo & ego cum exercitu meo. Lyſimachus Pauſaniæ, & Ioſippus Minęi, & Alexander Theodori, legati Epheſum aduenientes, priorem Romæ confectam legationem renouarunt, & hanc quoq; pro te tuaq; gente ſedulo diſpoſuerunt, dum demonſtrarent tuum erga nos fauorem. Quod cum intellexiſſem ex decretis & ſermonib⁹ te familiaritatem erga nos ſeruare, moréſque optimos veſtros & religionem conſideraſſem, proprium te nobiſcum eſſe iudicauimus. Sed cum totam Aſiam noſtri populiq; Romani aduerſarij percurriſſent, qui nec ciuitatibus, nec templis pepercerunt, nec iuſiurandum quod ſtatuerant quicquam ſeruauerunt, nos non pro eius tantum certamine, ſed velut pro communi omnium ſalute in autores ſcelerum, quæ in Iudæos vel in omnes

commissa sunt, vindicauimus. Quorum facinora solem aduersatum existimauimus, quod talia in Cæsarem commiserint. Impias vero eorum insidias Macedonia, tanquam in suo nefandissimo receptaculo, suscepit, cũ sceleratissimas eorum malignitates partes Philippensis campi cõtinerent: quæ loca maxima vsque ad mare, montésque munitos occupauerant, vt penè cunctos transitus sicut vnum introitum custodirent, quos ad eorum damnationem pro conatibus iniustis grauatos deuicimus. Sed & Brutus cum Philippos confugisset, circumseptus à nobis eiusdem perditionis merito cuius Cassius particeps inuentus est. Quibus oppressis, in posterum pace frui licebit, & Asiam respirare à bellorum afflictione libera tam. Igitur communem pacem facimus cum auxiliatoribus à deo nobis donatã: & tanquam de maxima peste corpus Asiæ releuatum, per nostram refouemus victoriam. Memores ergo vestri, & gentem Iudaicam curauimus reddere lætiorẽ. Literas quoque per ciuitates proposui, quatenus si qui liberi seu serui venundati sint, sub Caio Cassio, seu per duces eius, absoluantur. Super hæc & donationibus à me vel Dolobella clementer oblatis, vos vti cupio: necnon & Tyrios violẽtos vobis esse prohibeo vel quantacunq; possident Iudæi competentia, restitui præcipio. Coronam vero quam destinatis accepi. Marcus Antonius imperator, Tyriorum magistratibus, curiæ populoq; S. Cum mihi occurrissent Ephesi Hyrcani principis sacerdotum, & rectoris Iudæorum legati, dixerunt prouinciam vos eorum tenere, quam inuasistis sub aduersariorum nostrorum tyrannide. Quod nos pro imperio bellum suscipientes, iusta & pia prouidentia vindicauimus, obliuiosos gratiæ vel transgressores iurisiuraudi punientes. Volo ergo & vestram pacem cum auxiliatoribus nostris constare, & quæ de nostris hostibus accepistis, hæc nõ concedimus nisi restituantur. Nam neque prouincias, neq; exercitum quisquam illorum senatu præstante suscepit, sed violenter subripuit, dum auxilium eis præberent, qui iniqua concupiscunt. Quapropter cum illi pœnam dedissent, nostros auxiliatores præcipimus sine mora recipere, quæ prius possediſſe noscuntur. Vos quoque si qua prædia Hyrcani rectoris Iudęorum pauloãte, Caio Cassio bellum illicitum producente contra nostram prouinciam, ablata possidetis, reddite: nec aliquam violentiam eis ingeratis, vnde lædi possint. Si quid vero iustum contra eos habetis, dum ad locum veniremus, liceat allegationibus vti: nos autem auxiliatoribus singula iusta consideratione seruauimus. Marcus Antonius imperator, Tyriorum magistratibus, curiæ populoq; S. Edictum meum vobis destinaui, de quo curam vos habere pręcipio, quatenus in tabulis publicis describatur literis Latinis vel Gręcis, & in loco eminentissimo descriptum ponatur, vnde ab omnibus relegi possit. Marcus Antonius imperator ac triumuir dixit: Quoniam Caius Cassius alienam prouinciam sub exercitu constitutam & auxiliatores deprædauit, & deuastauit Iudæorum gentem, amicissimam populo Romano arrogantiam illius armis conculcantes, edictis & decretis ab illo deprædata renouamus, vt restituantur hæc nostris auxiliatoribus: & quanta Iudæorum corpora venundata sunt, sicut prius libera remittantur, & possessiones prioribus dominis resignentur. Si quis autem his nostris edictis non obedierit, vlciſci in eo satisfaciẽtes causæ promittimus. Hæc eadem & Sidonijs, & Antiochenis, & Aradijs conscripsit, quæ tempore opportuno referemus, vt signa prouidentiæ Romanorum circa nostram gentem extitisse clareant.

Edictum Antonii ad Tyrios

De Herodis tetrarchia ab Antonio instituta. Cap. XXI.

POst hæc autem dum Antonius ad Syriam pergeret, Cleopatra ei per Ciliciam obuiauit, & amore suo detinuit: vbi iterum centum potentissimi Iudęorum ad eum peruenerunt, accusantes Herodem cum Phasello. Contradicebat autẽ eis Messala defendendo iuuenes, Hyrcano præsente, qui socer iam Herodis erat. Cumq; ambas partes Antonius audisset, cõsuluit Hyrcanum, qui magis gentem continerent. Illo autem respondente, Herodem & fratrem eius: Antonius familiaritatem cum eis habens propter paternam hospitalitatem, quam

Herodes cũ fratre constituitur tetrarcha Iud.

cum

cum Gabinio pater eorum præsens fecerat: hos quidem ambos tetrarchas ordinauit, & commisit eis Iudæorum negocia: quindecim autem ex resistentibus ligauit vt eos occideret, nisi recusasset Herodes. Sed neque ita de legatione reuersi quiescebant. At cum Antonio rursus in Tyro occurrissent, multis iam corruptus pecunijs ab Herode vel fratre eius, Antonius præsidibus locorum præcepit legatos Iudæorum nouis rebus studentes torquere, & Herodi præbere principatum totius. Mox autem Herodes sedentibus ante ciuitatem cum Hyrcano nunciauit, & petijt eos recedere, nec ad certamen venire, ne magnũ malum eis eueniret: cui dũ quidã non consentirent recedere, & quasi cõtrarij restitissent, mox Romani milites decurrentes cum armis eos inuadũt, & quibusdã ex ipsis peremptis multos vulneribus laniabant: residui vero fugientes cum nimio metu ad propria redierunt. Clamante vero populo contra Herodem, incitatus Antonius vinctos interfecit. Secundo tamen anno Syriam continuit Pacorus regis filius, & Barzafarnes satrapa Parthus. Quo tempore & Ptolemæo Minæi defuncto, filius eius Lysanias in regno succedens, componit amicitias cum Antigono Aristobuli filio, satrapámque prædictum sibi coniunxit, cuius & amicitijs nimis confidebat.

dæa à M. Antonio

Antigoni & ptololemæi amicitia

De fuga Herodis, profectionéque ad Romam, & Parthorum tyrannide. Cap. XXII.

ANtigonus autem promittit mille talenta & quingentas mulieres Parthis offerre, si Hyrcanum principatu priuarent, & ipsi traderent, Herodemq; cum suis interficerent: quod non compleuit, licet Parthi contra Iudæam expeditionem parassent, deducente eos Antigono. Nam Pacorus per maritima, satrapa vero Barzafarnes per mediterranea ingreditur. Tunc Tyrij excludunt Pacorum, Sidonij autem & Ptolemaidenses suscipiunt turmam equitum: quam idem Pacorus in Iudæam destinauerat vexaturam prouinciam, & Antigonum adiuturam, ducem pincernarum regis vnum eis præponens. At cum à Carmelo monte quidam Iudæorum ad Antigonum venissent parati ad auxilia, per quos sperabat partem aliquam prouinciæ Antigonus capere, id est, ad locum qui Drimi nuncupatur, dumq; ei quidam occurrissent, ad Hierosolymam cum suis ascẽdit: vbi congregatis etiam multis, contra regiam aulam peruenire statuit, vt hanc expugnaret, nisi Phasellus & Herodes prælio per forum commisso eos vicissent. Et cũ eum in templo conclusissent, dirigunt armatos vt propinquantes domos tenerẽt, quos populus cum ipsis domibus igne consumpsit: pro qua iniquitate paulo post Herodes à resistentibus vltionem exegit. Cumq; singulis diebus inter se iacularentur, expectabat populus multitudinem de prouincia in Pentecostes celebratione venturam. Instãte ergo die festiuo, circa templum in ciuitate multa milia hominum armata & inermia congregantur: compleuerunt nanque templum cum ciuitate qui conuenerant, præter aulam quam Herodes cum paucis militibus custodiebat Cumq; phaselus murum seruaret, Herodes cum suis excurrebat super hostes. Quo cum fortiter pugnaret, & multa milia fugaret, multi ad templum, quidam etiam ad exterius vallum confugerunt. Nam & Phasellus fratrem adiuuabat. Pacorus autem dux Parthorum cum paucis equitibus, Antigono petẽte, ad ciuitatem peruenit. prætextu quidem componendæ seditionis, re vera autẽ Antigono principatum traditurus. Cui dum Phasellus occurrisset, & hospitio suscepisset, Pacorus dolum aliquem meditatus, flectit eum legationem ad Barzafarnem deducere. Phasellus quidem nihil suspicatus acquieuit, licet Herodes hoc minime approbaret, propter Barbarorum perfidiam. Sed tamen Pacoro alijsque properare hortantibus, Perrexerũt legationem ferentes Hyrcanus & Phasellus. Pacorus vero cum ducentes equites & decem horũ qui liberi dicuntur, eis reliquisset, præcessit. Cumque Galilæam intrassent, cum armis eis occurrũt prouinciæ custodes & Barza-

Antigonus obsidetur in templo

Fraus Pacori ducis parthorũ

farnes: & primum quidem eos ſtudioſe ſuſcepit, ac munera præſtitit, poſt vero eis contexebat inſidias. Phaſellus tamen cum ſuis prope mare reuertebatur. Vbi cum audiſſet Antigonum promiſiſſe Parthis mille talenta, & mulieres quingentas. in ſuſpicione iam Barbaros habebat. Necnō & noctu inſidias ſenſerat, dum quidam nunciaret ei ſubito cuſtodiam circundatam. Et tunc capti quidem fuiſſent, niſi expectaſſent Parthi vſquequo in Hieroſolymis Herodes comprehenderetur, ne his prius interfectis, ille ſentiens diffugeret. Phaſello ergo cum perſuaderent quidam fugiendo periculum euitare, propenſius autem Otellius, qui hoc à Saramala ditiſſimo tunc Syrorum audierat, naues quoq; ad fugam ei promitteret (nam iuxta mare fuerant) ille minime Hyrcano relicto fratrem adiuuare paſſus eſt. Cumq; ad Barzafarnē acceſſiſſet: non æqua, inquit, te facere video, dum talia de nobis cogitas. Nam ſi pecunijs eges, plures tibi ab Hyrcano poferē tur quàm Antigonus promiſit: imò etiam nimis acerbum eſt, ſi legatos, qui ad te cum fide venerunt, interfeceris. Tunc Barbarus eo dicente hęc, iurabat nihil verum eſſe, ſed falſa eum ſuſpitione turbari. Et hæc dicens, ad Pacorum perrexit. Quo eunte Parthi quidem Hyrcanum & Phaſellum ligauerunt, multa de periurio Parthos increpantem. At ille pincerna, qui contra Herodem deſtinatus fuerat, mandata habens, vt eum foras murum procedentem comprehenderet, antequam hoc faceret, nuntij miſſi à Phaſello, indicauerunt Parthorum perfidiam. Cumq; audiſſet Herodes ab hoſtibus eos ligatos, cum querelis accedit ad Pacorum Parthorumq; nobiliſſimos: qui omnem cauſam ſcientes diſſimulabant, & dicebant eum oportere exire foras murum ad occurſum litteras deportantium, ne ab aduerſarijs tenerentur: nam conueniſſe dicebant, vt demonſtrarent quantum Phaſellus profeciſſet. Quibus Herodes minime credidit, audiens ab alijs fratris comprehenſionem: necnon & ſuaſione filij Hyrcani quam ſibi deſponderat, de Parthis ſuſpicabatur. Quam cum alij non attenderent, ipſe obodiebat mulieri ſapientiſſimæ. Dumq; Parthi cogitarent quid fieri oporteret (nam nō eis viſum eſt palàm tam maximum virum comprehendere) & in poſterum diſtuliſſent, Herodes credens magis quæ de fratre vel de Parthorū inſidijs audierat, quàm aduerſarijs conſentire, veſpere veniente deliberauit euitare aduerſariorum pericula. Igitur egreſſus eſt cum armatis. Cumque mulieres ſuper iumenta impoſuiſſet, matrem ſuam, & ſororem & quam matrimonio ducturus erat Alexandri filiam, qui fuit Ariſtobuli filius, & huius matrem Hyrcani filiam, & nouiſſimum fratrem, omniaque in via neceſſaria, & reſiduam multitudinem, ad Idumæam feſtinauit hoſtibus ignorantibus. Quorū nullus tam duriſſimus natura reperiri potuit, qui non, cum præſentia cerneret, miſeraretur eoſdem, videndo mulieres cum infantibus duci lachrymantes, & gementes, quod à patria diſcederent, & nihil iam de ſe bonum expectarent. Sed Herodes fortius atrocitatem rei ſuſtinens, & magnanimus contra omne periculum, per viam vnumquemq; confidere hortabatur, ne traderet ſe mœſtitiæ quæ poſſet eius fugæ nocere, in qua ſola ſpes ſalutis eorum depoſita eſſet. Et illi quidem Herodis perſuaſionibus calamitatem ſuffer re tentabant: ipſe vero penè ſe interemit, dum carpento euerſo, mater eius mortis periculum ſuſtineret. Cuius propter paſſionem & timorem, ne hoſtes eos perſecuti remorantes circa paſſionis curam comprehenderent, ſuum gladium euaginauit: ſéque perimere conantem retinuerunt preſentes viri, dum dicerent, non oportere inimicis ſatisfieri. Nam non hoc eſſe fortis, ſiquidem ſe de periculis liberās, amatos traderet inimicis. Quibus verbis compulſus, facinus quod in ſe cogitauerat prætermiſit, matrémque curans pergebat viam propoſitam, & celerius ad Maſſadam caſtellum peruenit. Cumque multas pugnas contra Parthos excurrentes egiſſet, totas obtinuit. In fuga vero nec Iudæis pepercit, qui eum à ciuitate. L X. ſtadijs ſunt hoſtiliter perſecuti. In illo vero loco vbi Iudæos fudit, poſtea regnū adeptus, aulam oportunā conſtruxit, ciuitatémque ædificauit, quam Herodion appellauit. Cumq; ad Idumæā in Riſa vico peruenisſet, frater eius Ioſippus

ſippus obuiauit ei, cum quo conſilium de omnibus quid fieri debuiſſet aſſumpſit: nam magna multitudo eum ſequebatur, præter peregrinos conductos milites. Oppidum vero Maſſada in quo propoſitum eis erat confugere, paruum erat, vt tantum ſuſciperet populum: è quibus plus quàm IX. milia dimiſit, præcipiens per Idumæam ſeſe liberare, præſtans eis viæ ſtipendia: neceſſarios vero in oppidum adducens peruenit. Cumq; ibi depoſuiſſet mulieres quę octingentæ fuerunt, triti co, vel aqua vel alijs opportunis in oppido ſufficienter conſtitutis, ipſe ad Petrã Arabiæ receſſit. Parthi vero mox die facto, cum vniuerſam Hieroſolymam & palatium deprædaſſent, Hyrcani tantum pecunias non tangebant, quę vſq; ad trecenta talenta fuerunt. Sed & multæ res Herodis euaſerunt. Ille enim aliquas deportauerat per prouidentiam ſuam ad Idumęam. Dumq; Parthis ciuitatis pecuniæ non ſuffeciſſent, prouinciam exeuntes vaſtabant, & Mariſa potentiſſimã ciuitatem expugnauerunt. Antigonus quidem cum ſic ad Iudæam à Parthorum rege introduceretur, Phaſelum & Hyrcanum vinctos ſuſcepit: nimis autem cruciabatur, quod mulieres fugiſſent, quas hoſtibus dare promiſerat. Nam has pro mercede cum pecunijs pactus eſt. Veritus autem ne multitudo Hyrcano aliquã do regnum reſtitueret, dum adhuc à Parthis cuſtodiretur, aures eius amputauit, molitus ne poſſet rurſus ad eũ principatus ſacerdotij peruenire propter hanc mutilationem, dum lex hunc honorem iuſſiſſet integros tantum obtinere. Sed Phaſelli miretur quiſquam fortitudinem. Qui cum ſciret ſe occidẽdum, non mortem putauit atrocem eſſe, ſed ſub inimico perire amariſſimum iudicauit. Cumq; non haberet manus à vinculis ſolutas, & aptas ad interficiendum ſe ipſum, ſaxo caput ſuum allidens vitam finiuit. Dicunt autem quia vulnere confectum, præcipiens Antigonus medicis tanquam curandum interemit, mortiferis medicaminibus ſuperpoſitis in vulnere. Cum tamẽ ad integrum vitam non amitteret Phaſellus, à quadã muliere audiens fratrem Herodem aduerſarios vitaſſe, ſatis internitionem viriliter & prone ſuſtinuit, dum relinqueret ſuperſtitem, mortẽ ſuã vindicaturum & ſuper inimicis vlciſci valentem. Herodem tamen magnitudo circumuenientium malorum non perterruit: ſed faciebat eum ſagaciorem. Nam ad Malachum Arabum regem multa prius ſibi beneficia debentem, remunerationem accepturus perrexit: & quod magis opus habuiſſet tum pecunias ſumere, ſeu ſibi debitas, ſeu per donationem dãdas, quia multa impetrauerat Malachus abeo. Qui dum fratris interitum non audiſſet, feſtinabat eum ab hoſtibus redimere. Tyrijs argenti trecenta talenta promittendo. Adducebat etiam Phaſelli filium, ſeptimum annum ætatis agentem, quatenus pignus eum Arabis deponeret. Sed cum nuntij obuiaſſent & dixiſſent ei Malachum iuſſiſſe, vt à prouincia ſua diſcederet, quod Parthi prȩcepiſſent nequaquã Herodẽ ſuſcipi: qua occaſione vſus eſt, ne debitum perſolueret: nam & nobiliores Arabes ab hoc eum irritabant, quatenus pecunias lucraretur depoſitas vel acceptas prius ab Antipatro: reſpondit Herodes, nihil eos grauare ſe veniſſe, ſed locuturum ſe tantum de neceſſarijs ſuis negocijs. Poſtquam autem viſum eſt ei diſcedere, caute pergebat cum paucis ad Ægyptum: veniensq; in quoddam templum, remoratus eſt. Poſtero vero die, cum ad Rhinocolura perueniſſet, interitum fratris ſui audiuit. Malachus vero pœnitens perſequebatur Herodem, cui minime propinquauit ad Peluſium feſtinanti. Vbi cum inueniſſet claſſem applicitam, prohibebatur Alexandriam nauigare. Ille vero præſides interpellauit, à quibus cum multa veneratione perductus in ciuitatem, à Cleopatra ſuſcipitur, quem nullatenus potuit ibidem detinere Romam feſtinãtem, licet tempeſtas eſſet, & Italia ſeditionibus plena nunciaretur. Vnde cum nauigaſſet ad Pamphyliam, hyeme atrociſſima vix ad Rhodum deducitur. Quò duos amiciſſimos ſibi cum occurrere vidiſſet. Sapphinium & Ptolemæum, & inueniſſet ciuitatem bello Caſſij deuaſtatam, quamuis inops, tamen benefacere eum non piguit, ſed & ſuper vires ſuas largitus eſt, & ad eam renouandam donauit pecunias. Cumque tritemes conſtruxiſſet, &

Hyrcano aures præciſæ.

Malachus rex

nauigaſſet cum amicis ad Italiam, in Brunduſium deducitur, & exinde Romam perrexit. Vbi prius Antonio retulit quę contigiſſent per Iudæam, & qualiter frater eius Phaſellus à Parthis interẽptus, & Hyrcanus captiuꝰ tenerentur: & quod Antigonum regem ordinaſſent, mille talenta promittentem, & mulieres quingentas, quę ex primoribus & de genere ſuo fuiſſent: & quod ſuas noctu perduxiſſet, & vitaſſet inimicorum manus, multas paſſus calamitates. Poſt vero deflebat periclitari ſuos familiares, dum obſiderentur: & quemadmodum hyeme nauigaſſet. & contemnens pericula, dum feſtinaret ad eum, in quo ſolo ſpes ſuas & auxilium firmum poſſideret.

De Herode à ſenatu rege ordinato. Cap. XXIII

ANtonius autem miſericordia mouetur pro Herodis calamitatibus, deflens quod & in tali dignitate conſtitutis hominibus fortuna dominetur, nec nõ & memor amicitiæ patris eius Antipatri, & promiſſionis pecuniarum quas Herodes dare promiſerat, ſi rex eſſet, quemadmodum & prius tetrarcha ordinatus: multo magis tamen propter odium Antigoni, dũ ſeditioſum & Romanis eũ inimiciſſimum arbitraretur, propenſior erat Herodes apud eum. Cæſar quoque propter Antipatri expeditiones, quas per Ægyptum patri ſuo perduxit & hoſpitiũ vel in omnibus fauorem exhibuit: præſtansq; Antonio nimis pro Herode ſtudenti, ad petitiones & ad auxilium, de quibus Herodes petebat, paratior erat. Cumq; ſenatum congregaſſet, Meſſala & Atratinus Herodem præſentantes, de patris eius beneficijs intimabant, & quem circa Romanos ipſe habuiſſet fauorem: ſimul etiam Antigonum accuſabant, hoſtem eum manifeſtum pronuncian tes, non ſolum ex his quę prius commiſerat, ſed quoniam & nunc à Parthis principatum Romanis neglectis acceperat. Cumq; ſenatus pro his commotus fuiſſet, Antonius inſinuabat quemadmodum & contra Parthorum pugnam Herodem regnare prodeſſet. Cumq; hoc omnibus placuiſſet, decreuerũt eum creare regem. Summum tamen fuerat Antonio erga Herodem ſtudium, quod ei tantum principatum inſperate acquiſiuit, quod minime petiturus aſcenderat, nunquam enim putabat Romanos ſibi regnum daturos, quod ſoliti erant generi ſacerdotali donare: & ideo fratri ſuæ coniugis id præbere volebat, qui nepos per patrem quidem Ariſtobuli, per matrem vero Hyrcani fuerat, quem poſtea interfecit, quod apto tempore referemus: & quod intra ſeptimum diem contuliſſet ei ſenatus, quod nullatenus ſperauit, & ab Italia diſcedere feciſſet. Senatu vero dimiſſo Herodem medium habentes Antonius & Cæſar exierunt, pręcedentibus aliis conſularibus, immolaturi & depoſituri ſenatus conſultum in Capitolio. Herodem autem primo die regni pauit Antonius, cuius initium fuit centeſima & octogeſimaquarta olympiade, conſulibus C. Domitio Caluino II. & C. Aſino. Quo tempore Antiganus Maſſadam circunſidebat, plenam omnibus proſperis, tantum vero deficientem aquis. Quapropter & frater herodis Ioſippus, cum ducentis familiaribus fugere cogitarat ad Arabas, dum audiret Malachum pœnitere de his quę in Herodem commiſerat, prohibuit autem deus, qui per noctem tantam pluuiam miſit, vt receptacula ciſternarum cuncta complerentur, Qua copia recreati, exeuntes contra Antigonum confligebant, cum quibuſdam palàm, cum alijs vero furtim: quorum etiam multos in congreſſionibus proſtrauere. Vẽ

De Ventidio duce

tidius autem eodem tempore à Romanis dux tranſmiſſus, quatenus Parthos à Syria prohiberet, in Iudæam peruenit, manifeſte quidem tanquam Ioſippum adiuturus: omnis vero eius machinatio erat vt ab Antigono pecunias acciperet. Igitur cum propę Hieroſolymam caſtra poſuiſſet, & ſatis pecuniarum ab Antigono ſumpſiſſet, ipſe quidem cum ampliori militia diſceſſit: vt nõ manifeſtaretur pecuniarum acceptio: Silonem autem cum quadam parte militum ibi reliquit, quem ſimiliter Antigonus remunerabat, vt nihil ſe moleſtaret, ſperans rurſus ſibi Parthos adiutores.

Quomodo

Quomodo Herodes Antigonum, Iudæã & Galilæam deuicerit. Caput XXIIII

HErodes autem ab Italia cum ad Ptolemaidam nauigio veniſſet, & congregaſſet non paruam expeditionem ex peregrinis ſimul & Iudæis per Galilæam, cucurrit ſuper Antigonum. Conueniebant etiam cum eo Silo & Vẽtidius per Delium compulſi: qui tranſmiſſus ab Antonio fuerat, vt Herodem deduceret. Vẽtidius ergo dum componeret turbas, quas per ciuitates Syriæ Parthi cõmouerant, in Iudæa pecunijs ab Antigono corruptus degebat: Herodi vero quotidie vires creſcebant, cui ſe penè omnis Galilæa tradiderat. Cumq; impetũ feciſſet Herodes in Maſſadam, neceſſarium putãs circunſeptos in oppido cognatos liberare, fit illi impedimento Ioppe. Nam aduerſariã eam exiſtentem oportebat prius capere, ne haberet poſt ſe relictum oppidum inimicorum ad Hieroſolymam pergens. Cumq; Silonis voluntate rebellarent Iudæi, Herodes cum paucis militibus eos inuadit, & ad fugam conuertit: Silonem vero incaute confligẽtem, à periculo liberauit: Ioppen quoque expugnãs, de Maſſada familiares ſuos eripere feſtinabat. Tunc quidam prouincialium propter paternam amicitiã ſubueniebant ei: multi vero propter eius gloriam, imò etiam & alij propter remunerationem beneficiorum quę ex ambobus acceperant, plures vero propter ſpem quam in eum tanquam in regem habebant. Antigonus autem opportunos eius tranſitus inſidiis & fraudibus præoccupãs, nihil aut perparũ hoſtes lædebat. Herodes ergo de Maſſada familiares ſuos eripiens, & Riſam caſtellum capiens, ad Hieroſolymam properauit vnà cum exercitu Silonis. Et cum multi fortitudinẽ eius, caſtraq; ad occidentalem partem poſita ciuitatis cernentes metuerent, partis illius cuſtodes ſagittis eius impetũ amouebãt, quidam vero etiam excurſione facta cum hoſtibus decertabant. Herodes primum quidem iuſſit prẽconari iuxta murum, quod bono populi prẽſto eſſet, & pro ſalute ciuitatis, nec manifeſtorum aduerſariorũ malitiã recordaretur: ſed etiam inimiciſſimis abolitionem delictorum quę in ſe cõmiſerant, prẽſtaturũ ſe promiſit. Antigono vero cõtra prædicta Herodis clamante Siloni vel exercitui Romanorum, quia præter ſuam iuſtitiã egiſſent, dum Herodi priuato & Idumæo, id eſt, non integro Iudæo regnum daret, cũ ſoliti fuiſſent hoc generi prẽbere digno: nam & ſi nunc de ſe vel de regno ſuo grauiter ferrent, tamen ſacerdotes qui nihil in Romanos peccauerant, non iuſta paterentur, ſi de honore deciderent. Cum hæc adinuicem dixiſſent, & ad blaſphemias perueniſſent, Antigonus repellere prope murum venientes ſuis prẽcepit, qui iaculando vel propenſius pugnando facile procul à turribus depulerũt eos. Tunc & Silo pecuniarũ acceptionem reuelauit. Nam multos ex proprijs militibus remiſit, dum indigentiam ſumptuum reclamarent, & pecunias ad alimẽta poſtularẽt, quoſdã vero ad hyemalia loca deſtinauit. Nam circa ciuitatem loca deſerta erant, eo quod à militibus Antigoni omnia diruta fuiſſent, mouitq; exercitũ, & diſcedere tentabat. Herodes autem petebat Silonis duces vel milites, vt nõ ſe relinquerent à Cæſare vel Antonio vel à ſenatu honoratũ, nã prouidere eorum inopiæ, & facile prẽbere quęcunq; quęrerent ſe promiſit. Poſt petitionem autem ſtatim ad prouinciã egreditur, nullã occaſionem diſceſſionis Siloni relinquens. Si quidem multitudinẽ, quantam nemo ſperabat, neceſſariorum deportauit à Samaria: familiaribus ſuis adminiſtrantibus triticum, vinum & oleum, & pecora ſimul & alia diuerſa in Hiericũta deducentibus: prẽuidens ne per ſex dies aliquid militibus deeſſet. Quę cum non latuiſſent Antigonum, ſtatim miſit per prouinciã, qui deberẽt inſidiis prohibere deportatores alimentorũ. Cumq; præceptis Antigoni paruiſſent, grandem multitudinẽ armatorum circa Hierichũtem congregantes, ſuper mõtes locati, cuſtodiebant alimoniam deducentes ſed dum hęc aguntur, Herodes non otioſe degebat, ſed decem turmas ſuſcipiens, quarum quinque Iudęorum erant, aliæ vero mercede conductæ, necnõ & equites paucos ad Hierichunta peruenit. Cumque ciuitatem deſertam inueniſſet, quingentos vero

Herodes obſidẽs Antigonum & Hieroſolymam

vero excelſa prȩoccupaſſe cum vxoribus & cognationibus, hos quidem dimiſit: Romani tamen irruentes ciuitatem deprædauere, dum plenas domos pecunijs reperiſſent. Igitur cuſtodiam rex in Hierichũte relinquens, reuertitur, & Romanorum militiam ad hyemalia dimiſit in Idumȩa, & Galilæa, & Samaria. Impetrauit autem & Antigonus à Silone pro pecuniarum munere, vt partem exercitus Romani in Liddis ſuſciperet, pro Antonij ſatisfactione. Romani quidem in delicijs erant, & ab armis quieti: Herodi vero minime viſum eſt otium habere, ſed ad Iudæam fratrem ſuum Ioſippum cum duob⁹ milibus peditum, & quadringentis equitibus deſtinauit, Ipſe vero cum ad Samariã peruenisſet, & ibi depoſuiſſet matrem & alios cognatos ab Maſſada deductos, ad Galilæam vſque peruenit, capturus quȩdam loca, quȩ cuſtodes Antigoni prȩoccupaſſent. Peruenies autem in Sephoram, cuſtodibus Antigoni fugatis, in abundantia proſpera erat. Poſtinde contra quoſdam latrones in ſpeluncis habitantes, equitum alam & peditum tria agmina tranſmittit, quatenus prohiberẽt eos, ne latrocinium exercerent. Hæc autem iuxta villam vocabulo Arbilon fiebant, vbi ipſe quadrageſimo die cum omni expeditione profectus eſt. Hoſtes vero cum conflixiſſent, verterũt læuum cornu agminis eius, quos ipſe inuadens fugauit, ſuos autem fugientes eo loco conſtituit, per manſit vero contrarios perſequens vſque ad Iordanem fluuium, cum per alias & alias vias diffugerent. Itaque cum totam Galilæam cepiſſet, prȩter eos qui in ſpeluncis habitabant, & diuiſiſſet pecunias, vnicuiquevi ro centum & quinquaginta dragmas prȩbens, ducibus autem multo plus, ad hyemalia eos loca remiſit. Sub idem tempus & Silo ſimul cum ſuis ducibus ad eum venit, eo quod noluiſſet Antigonus alimenta per hyemalia conſtitutis prȩbere. Nam plus menſe non eos pauit: ſed miſit in circuitu per prouinciam, prȩcipiens vt omnia diſſipantes per montes confugerent, quatenus de neceſſarijs nihil habentes Romani, fame conſumerentur. Herodes vero prouidentiam eorum fratrẽ ſuum nouiſſimum habere præcepit, ſimul & Alexandrium oppidum muro circundare. Qui celerius abundantiam neceſſariorum militibus prȩparauit: & Alexandrium olim dirutum reconſtruxit. Eodem tempore Antonius quidem Athenis morabatur. Per Syriam auiem Ventidius Silonem accerſens contra Parthos, primum quidem ei demandauit Herodem adiuuare, deinde vero ad ſe auxiliatores conuocare.

Bellum contra latrones

Herodes tota Galilæa potitus

De geſtis Herodis circa latrones deletos, & alijs quibuſdam prælijs ac periculis. Caput XXV

CVm Herodes contra latrones in ſpeluncis feſtinaret, Silonem quidem ad Ventidium tranſmiſit, ipſe vero contra illos expeditionem produxit. Erant enim latronum cubilia in montibus abruptis conſtituta, & per medium altiſſimos habentia tranſitus, ſaxis acutiſſimis circundatos, vbi cum omnibus ſuis familiaribus latebant. Rex autem arcas conſtruens, ferreis catenis ligatas, per machinam de vertice montis ſuper eos deponebat, dum nec ab inferioribus aſcendere propter acutum montem potuiſſent, neque de ſuperioribus contra eos deſcendere. Arcæ vero militibus armatis plenæ erant, falces longiſſimas habentibus, quibus reſiſtentes latrones abſtractos occidere prævalebant. Sed depoſitionem arcarum contigit incaute diſponi, dum nimis ad alta deſcendiſſent. Habebant etiam intus neceſſaria. Cum tamẽ arcæ depoſitæ fuiſſent, nec auderet quiſquam ab ſpeluncis exire, vnus ex militibus gladio cinctus, & ambabus manibus catenam tenens ex qua arca pendebat, deſcendit in ſpeluncam, abhorrens moram non audentium exire latronum. Cumq; prope vnam ſpeluncam veniſſet, primũ quidem iaculis multos fugauit, poſt autem falce reſiſtentes impellebat ad præcipitia ruere. Cumq; intus ingreſſus fuiſſet, multos occidit, & reuerſus in arcã quieuit; timor vero reliquos gemitum audientes, & ſalutis deſperatio comprehendit. Rei vero terminum nox prohibuit: & multi rege concedẽte ſeſe ſubiectos tradiderunt.

Induſtria Herodis cõtra latrones

derunt. Eo modo & in posterum conflictionibus vsi sunt, vt ab speluncis latrones exirent, & ante ianuas pugnarent. Milites autem in circuitu syluæ ignē miserunt, & ita multos occiderunt. Tunc senex quidam intus cum septem filijs & vxore relictus est, à quib⁹ petit⁹quaten⁹ eos ad hostes dimitteret exire, stans super ostium spelūcę, vnumquenque filiorum suorum exeuntē prosternit, vsquequo cunctos interemit, post autem & suam vxorem. Cumq; in precipitio cadauera iacta sset, super illa se quoque dedit, mortem pro seruitute sustinens: multaq; prius in Herodem vociferatus, & infirmitatem exprobrās, licet rex dexteram ei tetendisset, & omnem licentiam promisisset. Igitur his actis, iam omnes speluncas obtinuerat rex. Vbi ducem Ptolemæum ordinās, ad Samariam cum sexcentis equitibus & tribus milibus peditum discessit, tanquam Antigonum expugnaturus. Ptolemæo vero non bene hæc militia cessit: siquidem hi qui prius Galilæam turbabant, inuadentes eum interemerunt. Cumq; hoc fecissent, in nemoribus & in difficillimis locis confugiunt, prędantes & rapientes omnia: quos reuersus Herodes puniuit. Nam multos transgressores interfecit: & eos qui in munitissimis locis confugerant, obsidione capiens occidit, & castella deposuit. Mulctauit etiam ciuitates, rebellibus extinctis, centum talentis. Interea Pacoro bellis ruēte, cum Parthi fugissent, mittit Ventidius Machæram adiutorem Herodi cum duabus cohortibus & mille equitibus, Antonij pręceptis obsecutus. Machæra siquidem Antigono vocante prēter sententiam Herodis pecunijs corruptus properabat, exploraturus eius negotia. Cuius factionem suspectam habens Antigonus, aduentū eius non suscepit: sed fundis eum prohibuit, & demonstrauit eius voluntatem. Quod vbi Machæra sensit, & Herodem optime sibi persuasisse cognouit: seq; peccasse non audientem ammonitionem illius, ad Samariam ciuitatē discessit: Iudæosvero per viā occurrentes amicos & inimicos prostrauit, iratus in his quę passus est. Rex autem his incitatus, ad Samariam perrexit. Vnde ad Antonium cum propter hæc deliberaret proficisci, & suggerere quod talibus auxiliatoribus non egeret, qui magis ei quàm hostibus nocerent, seq; ipsum sufficere ad expugnationem Antigoni, Machæra secutus supplicabat ei vt permaneret: si tamen omnibus modis iturus esset, fratrem suum Iosippum sibi pręponeret vt debellaret Antigonum. Itaq; petitus à Machæra, reconciliatur ei. Cumq; reliquisset Iosippum cum militia, persuasit ei ne periclitaretur, neq; Machęræ aduersaretur. Ipse porrò ad Antonium festinauit, qui Samosata oppidum iuxta Euphratem obsidebat cum equitibus & peditibus auxiliatoribus. Cumq; ad Antiochiam peruenisset, inuenissetq; congregatos qui ad Antonium pergere festinabant, timore tamen quod in via Barbari multos inuaderent & interimerent, nō audentes trāsire, ipse eos adhortatus, dux itineris factus est. Sed cum ante duas mansiones Samosatorum venissent, insidiæ Barbarorum ibidem locatæ, euntes ad Antonium inuadebant. Nam spinis obstruebant camporum aditus, vbi etiā equitum non paucos ociose sedere Barbari dispossuerant: vt cum ad cāpum peruenirent, impetū super eos facerent. Sed vbi primi transierunt, & retro obseruaret Herodes, Barbari subito ab insidijs velut quingenti secuti, primos ad fugam verterunt. Tunc rex impetum cum suis militibus in eos faciens, statim hostes inuadit. Quos cū in fugā vertisset, audaciā suorū excitauit, & confidenter eos fecit reuerti, qui prius fugiebant. Tunc rege à tergo pugnāte, vndiq; Barbari circundati prosternebantur. Sed cū multa iā direpta fuissent vasa & sarcinulæ & mācipia, vniuersa rex hęc eripiēs pergebat. Porrò tamen cū multi de sylua propinquante eo campis contra eum exissent, his confligens ipse cum cohorte fortissima, vertit eos in fugam: multosque interimens, opportunam sequentibus viam prestabat, qui saluatorem & propugnatorem eum vocauerunt. Cum autem prope Samosata perrexisset, transmittit Antonius exercitum cum ornatu ad occursum Herodis, hunc ei honorem tribuens auxilij causa. Nam Barbarorum insidias, & impetum contrā

Machera Herodi uenit auxilio

Herodes ad Antonium properat

Barbarorum insidiæ

tum cõtra eos factum audierat. Cumq; prẹsentem alacriter vidisset, & cognouisset ab eo quę per viam acciderant, amplectebatur, & virtutem eius laudibus efferebat & osculabatur eum, & præponebat sibi quem pauloante regem ipse monstrauerat. Sed cum Antiochus non multo post oppidum traderet, & à bello desineret, Sosio quidem Antonius præcepit auxilium Herodi prẹbere, ipse vero ad Ægyptum discessit. Tunc Sosius duas legiones cum Herode præmisit ad Iudęã, ipse etiam cum ampliore exercitu sequebatur. Contigit vero Iosippum in Iudæa tali modo perire: Hic immemor prẹceptorum fratris ad Antonium euntis, exercitum per montes produxit, nam quinque cohortes ei Machęra dederat ad Hierichuntem properanti, dum vellet triticum metere: & Romanis militibus nouis & bellorum inexpertis existentibus, quorum multi per Syriam delecti fuissent, aduersarijs eum inuadentibus, relictus in difficilibus locis, fortiter pugnans interimitur, cunctum penè exercitum perdens: si quidẽ sex turmæ extinctæ sunt. Antigonus autem cum inimicos vicisset, caput Iosippi incidit, quod quinquaginta talentis frater eius Pherora redemit. Sed iam post hęc deserentes Galilæi potentes gentis suæ, socios Herodis in paludem mergebant. Multi quoque & in Iudæa rebellauerunt. Machæra tamen oppidum Gutam munitissimum capit. Nũcij vero cum regi in Daphne Antiochiæ indicassent fratris casum, & ipso quidẽ hoc sperante propter visiones, quas euidenter in somnis de morte fratris suividisset, festinans proficiscebatur. Et cum ad montem Libanum peruenisset, octingẽtos exinde sumens, & habens etiam Romanum exercitum, ad Ptolemaidem peruenit: vnde noctu surgens, cum expeditione Galilæam adijt. Cui cum hostes occurrissent, & prẹlio victi fuissent, in aliquo oppido concluduntur, vnde & prius egressi sunt, dum congressiones facerent, multa tempestate commotas. Nihilq; valens conficere, exercitum ad villas propinquas perducit. At cum ab Antonio secunda legio venisset, hi qui oppidum tenebant, territi nocte ipsum relinquũt: & rex ad Hierichuntem vrgebatur, vltionem exacturus pro fratre. Vbi cum profectus esset, potentissimos suos pauit. Post conuiuium autem cum ad superiorem domum ascẽdisset, dimisit omnes qui præsentes erant, vbi miranda affuit dei circa regem prouidentia. Nam tectum domus subito cecidit, & neminem comprehendit. Vnde omnes crediderunt Herodem dei amatorem esse, dum tam maximum & mirandum periculum velociter euitasset. Postero die aduersarij cum à summitate montium sex milia ad pugnam descenderent, timorem Romanis immiserunt. Qui cum accessissent, iaculis lapidibusq; regis socios exeuntes vulnerabant, & ipsum quidam telo circa prẹcordia percussit. Antigonus autem ad Samariam ducem mittit Pappum nomine, cum aliquanto exercitu, cupiens hostibus opinionem de se tanquam de bellatore prẹstare. Machæra vero duci Pappo assidebat. Herodes aũt quinque ciuitates cum cepisset, relictos ibi duo milia existentes interfecit, ipsasq; ciuitates incendens, redijt contra Pappũ, qui castra sua circa villam Assanam vocabulo disposuit. Dumq; multi confluerent ad eum ab Hierichunte, & ab Iudæa, iuxta hostes accessit: eosq; audacter percurrentes cum eis confligens deuicit. Quos persequens, pro fratris sui vindicta occidebat. Quorum multi cum in domibus armati confugissent, tectis auulsis, desuper lapidibus eos oppressit. Quod factum aduersariorum magis animos confregit, sperantium futura deteriora existere. Nam non latuit multitudo ad villam fugientium: & nisi tunc tempestas grandis descendisset, & si rex ad Hierosolymam exercitum victoria cõfidentem destinasset, omne opus tunc perfeciisset, Antigono iam fugam meditante, & à ciuitate discedere. Rex autem vespere facto, cœnare milites prẹcepit. Ipse vero cum in quandam domum lassus intrasset, vbi balneum erat, pene maximum periculum incidit: quod prouidentia dei vitauit. Nam nudum & cum vno sequente puero lauantem, hostium quidam, qui armati in eadem domo præ timore cẹlati fuerant, inuadunt. Quorum vnus exiit gladium tenens, & per ianuam cucurrit, & post hunc secundus & tertius similiter armati, nihil tamen

Iosippus in Iudea perit

Galilæi deficiunt ab Herode

Herodes telo uulneratus est

regem

regem læserunt. Postero tamen die interẽpti Pappi caput Pherora decidens pro vltione fratris, Herodi transmisit. Nam is manu sua illius interfector extiterat. Desinente vero hyeme regressus inde, prope Hierosolymam peruenit, & iuxta ciuitatem castra sua locauit: tertio regni sui anno, ex quo Romæ ordinatus erat. Postea rursus sua castra iuxta murum accedens transmigrauit, vnde potuisset ante templum ciuitas expugnari, sicut & prius à Pompeio: & tribus aggeribus locũ circundans, turres erexit. Cúmque multa manu ad opus vsus fuisset, & syluam decidisset, & opportunos operantibus præposuisset, ipse ad Samariam pro nuptijs discessit, ducturus Alexandri filij Aristobuli filiam: nam hanc sibi desponsauerat, sicut & prius retulimus. Nuptiæ heroidis

Quomodo Herodes Hierosolymam expugnauerit. C. XXVI.

POst nuptias autem venit Sosius per Phœnicen, cum exercitum per mediterranea prẽmisisset: venit etiam multitudo equitum & peditũ. Tunc rex quoque regressus est à Samaria, non paruam super priorem expeditionem producens siquidem triginta milia fuerãt. Omnes autem prope Hierosolymorũ muros congregabantur, vbi circunsidebant per aquilonis partem muros ciuitatis. Quorum exercitus erat vndecim cohortes peditum, & sex milia equitum, necnon & auxiliatores Syri, & duo duces: Sosius quidem, ab Antonio missus auxiliator. Herodes autem decertabat pro se, quatenus ab Antigono principatum reciperet, qui Romæ dudum hostis fuerat iudicatus, & pro illo rex Herodes per senatusconsultum ordinatus. Cum multa aũt alacritate vel certaminib⁹ Iudæi, qui intra muros concluſi fuerant, Herodi repugnabant, multaq; pro tẽplo iactabant: & multa pro solatijs populi, tanquã liberante eos à periculis deo: & omnia foras ciuitatem destruebãt, ne quid alimenti vel hominũ vel iumentorũ relinqueretur: & latrocinijs furtim vsi, inopiã eis parabant. Quæ cum Herodes prospexisset, aduersus latrocinia quidẽ in opportunissimis locis insidias parauit: de expensis aũt longius agmina militum transmittens, venalia congregabat: vt intra paucum tempus multam affluentiam eis necessariorum faceret abundare: manuq; multa frequenter operantes, tres aggeres citius erigunt. Æstas enim erat, & nullum operantibus impedimentũ fiebat: sed machinamenta inferentes, murũ permouebãt, & omnibus experimentis vtebãtur: nec tamen terrebant intra ciuitatem existentes. Nam illi resistentes, cõtra istos non parua excogitabant: quædam adhuc imperfecta instrumenta, alia vero perfecta cõburentes. Cumq; ad manus veniſſent, non minores Romanis audendo fuerũt, nisi quia disciplina deerat militaris. Aduersum machinas namq; muros construebant, iam prioribus ædificijs euersis: & sub terram fodientibus occurrentes confligebant: desperatione tamen potius quàm prouidentia belli vsq; ad vltimum permanebant, licet magna expeditione obsessi, vel fame fatigati, vel inopia necessariorũ fuissent exhausti. Nã septimus tunc annus acciderat. Interim ascendunt quidem super murum vigintipriores, postea vero centuriones Sosij. Nam primus murus iam captus fuerat diebus quadraginta, secundus autem quindecim, & aliquæ circa templum porticus incensæ sunt: quas Herodes Antigonum incẽdisse dicebat, odium ei mercatus Iudæorum. Sed post dum capta exterior pars templi fuisset, & inferior ciuitas, ad interius sacrarium & ad superiorem ciuitatem Iudæi cõfugerunt. Cumq; timuissent, ne prohiberẽt eos Romani deo quotidianas immolationes offerre legatos supplicãt, permitti victimas solitas introduci. Herodes autem dum putaret eos iam quieuisse, consensit. Sed cum nihil videret fieri eorum quę putasset, imò fortiter repugnare pro Antigoni principatu, instanter accedẽs, ciuitatem expugnat, & omnia statim internitionibus sunt completa. Si quidẽ Romani pro mora obsidionis irascebantur, Herodes autem nullos ex Iudæis aduersarios relinqui volebat. Occidebant igitur per vicos & per domos quoscunq; inueniſſent, fugantes eos & in templo concludentes: neque infantibus, neq; senibus, neque infirmitati mulierum misericordiam præstantes. Sed & rege destinante & petente vt parcerent, nemo

fuit qui dextram retineret immotam, ſed furioſi cunctam ætatem extinguebant.
Antigonus tradit ſe Soſio Vnde & Antigonus nec priorem nec præſentē fortunam conſiderans, à turre deſcendit, & procidit ante pedes Soſij. Ille tamen nequaquam eius miſertus pro calamitate, ſed plauſibus incontinenter vſus Antigonam eum tanquam fœminam nominauit, quem non vt mulierem ſine cuſtodia remiſit. Et ille quidem ligatus cuſtodiebatur. Herodes autem prouidebat prohibendo alienigenas auxiliatores.
Herodes defendit templum a militibus Nam feſtinabat multitudo peregrina templum videre, & ſancta in ſacrario conſtituta. Rex autē quoſdam petens, alijs interminatus, multos autem & armis vetabat: perditionem priorem victoriam æſtimans, ſi quid inuiſibilium viſum fuiſſet. Reſecabat etiam rapinas ciuitatis, multum contra Soſium altercatus, dicendo: Si pecunijs & hominibus Romani ciuitatē euacuarint, ſolitudinis me regē relinquerent: ſed & tantis ciuibus proſtratis, paruum vniuerſi mundi principatū iudicari, pro repenſatione necis huiuſmodi. Ille vero cum pro obſeſſione militibus iuſte prædam permitti dixiſſet, reſpondit ipſe ſe pecunias de ſuo pro mercede ſingulis præſtaturum, & ita reliquam ciuitatem promiſſionibus completis liberauit. Nam ita munificenter ſingulis militibus & ducibus merito regali, & ipſi Soſio donauit, vt omnes pleni pecunijs abirent. Hæc clades Hieroſolymorum vrbi contigit, conſulibus Marco Agrippa & Canidio Gallo: centeſima & octogeſima quinta olympiade, tertio menſe, in celebratione ieiuniorum, tanquā reuerſa calamitate quæ ſub Pompeio Iudæis illata eſt. Nam & tunc eodem capti ante vigintiſeptem annos eſſe noſcuntur. Soſius vero cum auream deo coronā deuouiſſet, reuerſus ab Hieroſolymis, Antigonum ligatum ad Antonium perduxit Herodes quoque veritus ne cuſtoditus Antigonus ab Antonio, & Romam perductus, allegationibus ſuis ſenatui demonſtraret ſe quidem ex regibus deſcēdentem, Herodem autem priuatū: & quod oporteret filios eius regnare propter genus, ſi ipſe Romanis peccaſſet: multis pecunijs compulit Antonium, vt Antigonus interficeretur. Quod cum factum fuiſſet, Herodes quidem timorem depoſuit. Deſtitit autē hoc modo Aſamonęi principatus poſt centum vigintiſex annos. Nam de familia clariſſima, & nobiliſſimo genere, vel honore ſacerdotali fuerat. Cumque multa pro gente Iudaica parentes egiſſent, propter mutuam ſeditionem principatum amiſerunt. Tranſijt autem ad Herodem Antipatri filium de familia populari, & genere priuato, & ſubiecto regibus. Nos igitur hunc terminum cognationis Aſamonæorum accepimus.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Herodis auaricia & morte Antigoni, Caput. I.

Oſius quidem & Herodes qualiter Hieroſolymam ceperint, necnon & Antigonū captiuum, in ſuperiori volumine demonſtrauimus: ſequentia vero nunc explanabo. Cum autē totius
s Iudęæ principatū Herodes ſumpſiſſet, quantoſcunq; priuatos ſui fautores inuenit, in dignitatibus eos conſtituit: illos autem qui contraria elegerāt, non deſtitit tormentis ſingulis diebus afficere. Honorabātur autem apud eum Pollio Phariſæus, & Samæus diſcipulus illius. Siquidē obſeſſis Hieroſolymitis, iſti perſuadebant Herodem ſuſcipi, pro quo & compenſatione gratiarum fruebantur. Nam hic erat Sameus, qui quondam in iudicio dum Herodi peperciſſet Hyrcanus, prædixerat improperans ei & iudicibus, quod Herodes liberatus eos omnes perſequeretur:

quod

quod & factum est,deo sermones illius adimplente.Eodem tempore cum Hiero solymam veniſſet Herodes,omnem ornatū ciuium auferens:in aula colligebat. Ex quo multū pondus argenti & auri Antonio vel amicis eius donabat. Interfe cit etiã quadragintaquinque primates partis Antigoni.Nam & cuſtodes per por tas muri diſpoſuerat,ne quid deportari poſſet cũ defunctis. Cadauera vero dum excuterentur,ſi quid argenti aut auri,vel aliud neceſſarium fuſſet inuentum,regi ferebatur:nullus vero malorum terminus erat. Nam auaritia rectoris male con quiſita, deterius expendebat. Prouincia autem inculta permanſit, ſeptimo anno cogente, in quo agriculturam exercere illicitū nobis eſſe probauimus. Antonius itaque cum captiuum Antihonum ſuſcepiſſet, deliberauit ligatum ad trium phum ſeruare.Sed audiens gentem rebellare Antigono fauentem, doniſq; Hero dis redẽptus,decreuit in Antiochia illum perimere, quia nullatenus Iudæi quieſcerent.Quod teſtimonio Strabonis Cappadocis confirmatur, ita dicentis: Antonius Antigonum Iudæum Antiochiam perductū interfecit.Et viſus eſt hic primus Romanorum,regem occidiſſe:dum non æſtimaret alio modo ſententias Iudæorum flectere,quatenus ſuſciperent pro illo conſtitutum regem,Nam nec tormentis ſubditi, regem eum appellari patiebantur, tanquam magnum aliquid de priore principe retinentes. Infamiam igitur vel odium Herodis ita minuere putauit. Hæc quidem Strabo. Strabo

De reditu Hyrcani ad Herodem à Parthis, & ambitione principatus Sacerdotij & Ariſtobuli pulchritudine. C. II.

CVm vero Herodem principatum tenuiſſe Hyrcanus princeps ſacerdotũ audiſſet,qui captiuus apud Parthos tenebatur,redijt ad Herodem, de captiuitate tali modo ſolutus. Barzafarnes & Pacorus Parthorum duces, cum captiuos Hyrcanum principem ſacerdotum prius conſtitutum,poſt autem & regẽ, & fratrem Herodis Phaſellum ad Parthos perducerent: Phaſellus non tolerans vinculorum obprobrium, & omni vitæ præponens mortem glorioſam, ipſe ſuus peremptor,ſicut prędictum eſt,apparuit.Hyrcanum vero ad Parthos perductũ, Phraates Parthorum principesmodeſtius attendebat,dum nobilitatem proſapię eius audiſſet.Quapropter remiſſum à vinculis, Babyloniæ habitare cõceſſit: vbi & multitudo Iudæorum Hyrcanum tanquam principem ſacerdotum & regem, & omnes vſque ad Euphratem Iudæi habitantes honorabant. Qui dum his frueretur,& audiret Herodem principatum ſuſcepiſſe,mutauit ſpem ſuam,ab initio ei amiciſſimus exiſtens: quem & gratiæ memorem putauit, quod eum à quæſtione & mortis damnatione,vel periculo tormentiſq; liberaſſet.Sermones ergo Iudęis proferebat,feſtinando ad eum proficiſci.Qui petebant, & rogabant eum permanere,dicentes, quod officiorum ſimul & honoris in ſacerdotali vel principali dignitate nihil apud eos minus habuiſſet,præſertim dum nihil ab Hiero ſolymitanis poſſet mereri pro diminutione corporis,quam ab Antigono pertuliſſet.Retributiones autem non ſimiles à regibus dantur,quas priuati à benefactoribus acceperunt:nam mutat eos fortunæ prouentus. Talia cum ei ſuggererent, Hyrcanus deſiderio eundi tenebatur. Cui reſcribens Herodes, petebat eum Phraati & illic Iudæis habitantibus ſupplicare, quatenus non inuiderent ei vnà ſecum commune regnũ poſſidere. Nam tempus extitiſſe dicebat, quo ipſe gratias redderet pro beneficijs,cum ab eo nutritus & ſaluatus eſſet.Hæc ſcribens Hyrcano,mittit ad Phraatem legatum Saramallam & dona multa,ſupplicans ne impediret gratias reddere, quas pro beneficio deberet. Erat autem ſtudium eius non pro hoc: ſed quoniam præter meritum principatum obtinuerat,timebat ne illi rationabiliter auferretur: & Hyrcanum properabat ſub poteſtate ſua redigere, vel penitus eum diſperdere, quod poſtea fecit. Tunc tamen flexo Partho, pecuniáſque Iudæis eidantibus vt veniret,cum omni eum honore ſuſcepit: & in conuentu primum ei locum,& in conuiuijs primum lectum concedebat: quem etiam decipiebat patrem vocando,& omnibus modis inſidias inopinatas ei parabat.Diſponebat etiam re

liquas cum eo ſui principatus vtilitates, vnde & in familia eius ſeditio exarſit. Nam dum obſeruaret ne nobiliſſimus quidam princeps ſacerdotum dei haberetur, inuitauit aliquem ex ignobiliſſimis ſacerdotē de Babylone, nomine Ananelum, & huic principatum ſacerdotij deſignauit. Quod non pertulit Alexandra filia Hyrcani. vxor Alexādri filij Ariſtobuli regis, ex quo filios habuit: vnum quidem pulcherrimum Ariſtobulum nomine, & Herodis iugalem Mariammem, forma nobiliſſimam. Turbata ergo & modeſte ferens infamiā filij, quod illo ſuperſtite alter aduena principatum ſacerdotij meruiſſet, ſcribit Cleopatræ, quodam ſodali ſuo literas deportante, vt peteret Antonium principatum ſacerdotij filio ſuo pręſtare. Sed & Antonio negligente petitionē, amicus eius Gellius ad Iudæā cum propter aliquas cauſas peruenisſet, & vidiſſet Ariſtobuli pulchritudinem & magnitudinem & iuuentutem, mirabatur: nō minus etiam Mariammem regi co habitantem ſtupebat. Vnde Alexandram bonorum liberorum matrem exiſtimans, & ad ſermonem eius veniens, flectit eam pingere amborum imagines, & Antonio deſtinare, dicens, cū eas viderit, petitiones eius modis omnibus adimplebit. His elata verbis Alexandra, imagines Antonio direxit. Cui Gellius referebat, dicens, non ab homine putari, ſed à quodam deo eſſe liberos Alexandræ, dū vellet ad libidines Antoniū emolire. Qui puellam quidem accerſere erubuit Herodi nuptam, verumetiam Cleopatram metuens cōtriſtari. Scripſit ergo puerum tranſmitti cum honore, addens, niſi graue viſum foret. His deportatis ad Herodem literis, non cautum exiſtimauit iuuenem excellentem Ariſtobulum, & tunc iam ſexdecim annos ducentem, genere nobiliſſimo, ad Antonium deſtinare potētiſſimum Romanorum & paratum ſuæ luxuriæ ſupponere puernm, qui etiam libidinoſior per potentiam exiſtebat. Reſcripſit ergo dicens: Si puer exierit à prouincia, ſtatim omnia bellis vel ſeditionibus complebuntur, Iudæis ſperātibus rerum nouarum mutationem. Quibus reſcriptis cum Antonio excuſaſſet. iudicauit non vltra puerum vel Alexandram humiliare: ſed etiam vxore ſua Mariamme valde petente, quatenus fratri ſuo principatum ſacerdotij redderet: quod prodeſſe arbitratus eſt, dum nec ad Antonium proficiſci poſſet tali præditus aduleſcens honore. Conuentum itaque faciens amicorum, multum Alexandram accuſabat, dicendo, latenter inſidias egiſſe pro principatu, dum per Cleopatram agere, quatenus ipſe quidem regno priuaretur, puer autem pro ipſo rerum adminiſtrationem ab Antonio ſuſciperet: & hæc quidem illam non iuſte poſtulaſſe, quod & filiam ſuā à poſſeſſo iam honore priuaret, & ſeditiones in regno moueret, cum multum ipſe laboraſſet vt poſſideret multis & non fortuitis periculis: verumetiam nullatenus memor ipſe malorū illius, ſed beneuolus circa eos eſſet, & nnnc puero principatum ſacerdotij præberet: ideoque olim ordinaſſe dicebat Ananellum, quod valde puer eſſet Ariſtobulus. Cum tamen hæc non incaute dixiſſet, ſed pro deceptione mulierum & præſentia amicorum, læta ex non ſperatis Alexandra cū lachrymis ſatisfecit: dicens de ſacerdotio quidem omnia pro infamia ſe feſtinaſſe: regnum vero nec deſideraſſe, inquit: nec ſi oblatum eſſet, cupide ſuſcepiſſe: cum & nunc nimium honorem habeam propter principatum eius & tutelam, cuius virtute totum genus meum effulget honoribus: nunc quoque beneficijs victa, ſuſcipio filij honorem, & in poſterum ad omnia ero ſubiecta. Petebat vero, vt ſi quid propter genus & præſentem ſibi fiduciam temerarium pro indignatione feciſſet, ignoſceret. Poſtquam autem locuti ſunt dextris datis reconciliantur, omni ſuſpicione vt videbatur ſublata.

Ananelus conſtruitur ſacerdos ab Hero

De Gellio, & pulchritudine Ariſtobuli

Notatur Antonii libido.

De interfectione Ariſtobuli, & Herodis amore in Mariammen. Caput III.

Sacerdotiū Herodes tradit Ariſtobulo

ITaque rex Herodes ſtatim principatu ſacerdotij Ananelum preter legem exuit, ſeditiones domeſticas pacando: nam non licebat aliquem honore ſemel accepto fraudari, quod prius Antiochus Epiphanes deſtruxit, dum auferebat Ieſu ſacerdotium, & ordinaret fratrem eius Oniam: ſecundus autem Ariſtobulus Hyrcanum

lum festinaret: sed quia Antonium iustum circa se cognosceret, nihil horum difficillimum speraret: quod autem tardaret, fauore firmiore circa se Antonij, speraret Cleopatræ reconciliari animo posse, & se hoc facere dicebat: nam Antonii petitiones suas adimplesse, & sibi inferiorem Syriam concessisse denunciauit: & per hoc solatium refutaret & reijceret appellationes quas Cleopatra pro Iudæa fecisset: Cum hæ literæ venissent, desierunt ab impetu, quem tanquam de mortuo habuissent, vt ad Romana signa confugerent: non tamen earum latuit voluntas. Nam præcessit Antonium rex ad Parthos euntem, & ad Iudæã reuertitur: statimq; soror eius Salome, materq; eorum consilium quod habuisset Alexandra cũ suis aperuerunt: Salome vero & cõtra maritum Iosippum accusationem protulit dicens, quod cum Mariamme frequenter conueniisset. Hęc vero dicebat inimicitiarum causa, quod frequẽter ignobilitatem generis eius in iurgio deprauaret. Herodes aũt callidus semper, & nimis Mariammen amans, licet statim conturbatus fuisset, non tamen patitur amore Mariãmes aliquid temerarium in ea cõfi cere: sed in vtroque anxius, secrete eam inquirit, vtrum verum esset de Iosippo quod audierat, an falsum. Illa vero cum iuramento affirmante, & satisfaciente, quod in nullo peccato fuisset ei cõmixta: paulatim rex deflectitur, & ira deleta coniugis amore superatur, vt & iam satisfactum sibi de his crederet quęaudisset, & honestati eius multas ageret gratias: fauorem quoque quẽ erga ipsam vel amorem haberet pandebat: & qualia sæpe amantibus contingunt, collachrymabant inuicem, magno studio sese pariter diligentes. Cum vero rex suum affectum iam prætermissa zelotypia confirmasset, non amantis est, inquit Mariamme, quod mandaueras Iosippo, vt si quid patereris ab Antonio molestum, me perimeret; quę nihil tibi peccassem. Quod verbum vt audiuit Herodes, exardescens in furorẽ, statim eam ab amplexu dimisit, clamãs, & suos capillos dilacerans: dicendo manifestum signum cepisse, Iosippum cum ea habuisse cõmunionẽ: nã nullatenus prodidisset, quod secrete audierat, nisi maxima fides illis interfuisset: credẽs que de crimine, penè suã interfecisset vxorẽ: nisi victus amore, furoris impetũ refrenasset, seipsum cõsumẽs: Iosippũ tamen vlterius, nec ad suam faciem venire permisit: Alexandrã vero tanquã totius mali causam seruari, præcepit.

De malitia Cleopatræ & Herodis virtute Caput IIII

INterea per Syriam turba commouebatur, Cleopatra non desistente Antonium flectere, quatenus omnibus oppressis potentiam singulorum ablatam sibi donaret: multumque valebat, desiderio sui illo inflammato: quæ cum natura auara existeret, nihil iniustũ reliquit. Si quidẽ fratrem suum, quem iam habiturum regnum sciret, venenis aggressa consumpserat, quintum & decimũ ætatis annum agentẽ: sororem aũt Arsinoen Ephesi ad templum Dianæ confugientem, per Antonium extinxit. Iam pecuniarum gratia & templa, & corpora violabat: neque sacrariũ tã castum fuit, aut asyli priuilegio tutum, cuius ornatum ipsa nõ abstulit: nec tam profanum vel incestum, quod solum potuisset auaritiæ illius satisfacere. Et cũ omnia expoliaret, fœmineis cupiditatibus nullatenus satisfaciebat: siquidem cuncta deesse suis desiderijs semper putabat. Quapropter & Antoniũ cõpellebat aliquid ab alijs auferentẽ sibi donare. Nam cum transisset ad Syriam cum eo, & eam cogitaret possidere: Lysaniã quidem Ptolemæi filium accusans, quia Parthos contra Remp. duxisset, occidit. Petijt autem ab Antonio etiã Iudææ & Arabiæ reges occidi. Antonius autem cum ex omnibus amore fœminæ victus esset, vt non tantum verbis, sed etiam venenis videretur obedire, manifestam quidem iniquitatem videns, petebat eam, ne se tantum vt peccaret compelleret, ne cuncta negaret ei: nec quanta illa præcepisset perficiens, palàm iniquus videretur. Ideoq; partes prouinciæ vniuscuiusq; recolẽs, donauit ei: præstans etiã ciuitates quæ intra fluuium Eleutherum vsq; ad Ægyptum erant exceptã Tyro & Sidone, quas à maioribus liberas esse cognouerat, licet multum eũ illa sibi eas prębere supplicasset. Cum hæc Cleopatra obtinuisset, & deduxis-

Cleopatræ malitia.

ſet Antoniumvſque adEuphratem cõtra Armenios euntem,reuertitur,& intrat Apameam & Damaſcum,inde etiam in Iudæam peruenit. Quam cum Herodes ſuſcepiſſet,conduxit ab ea reditus Hiericuntis : nam balſamum terra illa genera rat,quod pretioſiſſimum eſt,& nuſquam alibi naſcitur,& palmas multas & optimas. Et dum multum tempus faceret cum Herode,tentabat cum eo concumbere:nam naturaliter & euidenter libidine exardebat : forſan tamen & aliquid amatorium paſſa eſt:ſed quod veriſimilius eſt,regno eius inſidiabatur,ſi quo modo iniuriam in ſe factam poſſet pro accuſatione adipiſci:deſiderio vero quaſi victã ſe eſſe demonſtrabat. Herodes aũt licet olim nullatenus faueret Cleopatræ, dum ſciret eam omnibus eſſe moleſtam,tunc tamen & ampliori odio eius detentus,quod per luxuriam vellet illa inſidias ei parare,verba quidem eius in prçſenti refutauit:conſiliũ vero cum amicis ſuis ſumpſit,vt eam ſub poteſtate ſua poſitam occideret,vt & ſe & multos malis eius liberaret,quibus iam grauis facta vel fieri poſſe putabatur. Nam hoc ipſum & Antonio prodeſſe,quia neq; illi fidelem eam eſſe dicebat. Cum hæc cogitaſſet,prohibebãt eum amici:primum quidẽ ſuggerentes,quod non deberet maximum periculum & manifeſtum pro re tanta ſuſcipere. Cumq; permanſiſſent ſupplicantes ne quid temerarie conaretur,nam nullatenus Antonium poſſe pati dicebant,quamuis eum muneribus redimere putaret:cum amore eius potius incenderetur,& videret violentia,vel inſidijs illius ſe eius amore priuatum,nec mediocre quiddam pro ſatisfactione poſſet edicere, ſi contra fœminam hoc ageret,quę per illud tempus omnes dignitate ſuperabat: vtilitatem autem quam Antonio dicit futuram,verẽdum eſt ne potius ille temeritatem exiſtimet, quod affectu tali eum priuaret : vnde non eſt incertum, dicebant,quod maximis vel continuis malis principatus eius vel generatio compleretur:refutare vero concubitum,quem illa poſtulabat,pro tempore honeſte ſuadebant:qui cum hæc deſignarent , & pericula merito demonſtrarent , conatus eius compreſſerunt. Tunc Herodes Cleopatræ donis & muneribus ſatisfaciens, deduxit eam ad Ægyptum. Antonius autem cum Armeniam cepiſſet,Artabazen Tigranis filium cum Satrapis ſuis ligatum in Ægyptũ deſtinauit,donãs eos Cleopatræ cum omni eorum regio ornatu. Armeniæ vero tenuit principatum Artaxias,maior illius filius,qui tunc euaſerat. Quem cum Archelaus & Nero Cæſar expuliſſent,Tigranem nouiſſimum eius fratrem ordinauerunt. Hæc quidem poſtea contigerunt. Vectigalia vero,quæ debuiſſet de terra donata ab Antonio,Cleopatræ præbere Herodes iuſtum iudicauit ex integro,ne occaſionem ei odij prçſtarent.

Balſamum nuſquam niſi in Hiericho naſci

Herodes Cleopatram interficere cogitat

Herodes Cleopatram ad Aegyptum deduxit

De pugna Herodis contra Arabes Caput V

ARetas autem,cum Herodes reditus eius conduxiſſet, tempore quidem aliquanto reddebat duo milia talenta,poſt autem indeuotus extitit , vix partem aliquã prębens. Herodes quidem hoc modo defraudantem,nihilq; ſecũdum iuſtitiã facere volentẽ,perſequi deliberauit:ſed interim propter bellum Romanorũ hãc diſtulit exactionem. Nam dũ in Acciaco littore ſperaretur pugna, quæ centeſimaoctogeſimaſeptima olympiade contigit , & Cæſar cum Antonio de Repub. decertaret,Herodes ex opulentia prouinciæ ſuæ multo tempore reditibus & viribus collectis,Antonio deliberauit auxilia diligenter pręparare. Sed Antonius nihil auxilio egere ſe dixit,Arabum autem perſequi pręcepit. Nam iam audierat à Cleopatra perfidiam eius. Petebat enim hoc Cleopatra,dum ſibi putaret prodeſſe ſi vnus ab altero ſterneretur. Cum hoc ab Antonio iuſſum fuiſſet,Herodes milites congregauit,tanquam confeſtim Arabiam ingreſſurus:paratáq; equitum & peditum multitudine,in Dion ciuitatem peruenit. Cumq; illic Arabes ei occurriſſent,pugna maxima commiſſa eſt,in qua vicerũt Iudæi. Poſtea multum exercitum Arabum in Chana vico congregatum,qui eſt in inferiori Syria,audiẽs Herodes venit ſuper eos,ducens maiorem partem ſuæ militiæ , & prope Calon ſua caſtra metatus eſt,vnde opportune pugnaret. Cumq; hęc diſponeret,

Victoria Iudæorum contra Arabes

Hyrcanum fratrem ſuum priuauit: tertius Herodes principatum ſacerdotij adoleſcenti tradidit Ariſtobulo. Et nunc quidem putauit ſedaſſe contentionem. Et licet reconciliati fuiſſent, non tamen ſecurus degebat, dum Alexandram ex præteritis conatibus, ne tempus nouarum rerum caperet, valde timeret. Quapropter præcepit eam ita in aula conuerſari, vt nihil ſub poteſtate ſua haberet: diligenter etiam cuſtodiebatur occulte, ne quid præter quotidianam conuerſationem nitteretur: quæ paulatim magis illam exacerbabãt, & in odio ſuſcitabãt: nam ſuperbia muliebris diligentiam cuſtodiæ indignabatur habere, dum omnia potius vellet pati quàm fiducia priuari, & fucoſum honorem cum ſeruitute vel metu poſſidere. Ad Cleopatram igitur, in quibus exiſteret, frequenter ſe lamentando deſtinabat, poſtulans ſibi auxilium præberi. Quę iuſſit ei furtim cum filio in Ægyptũ ad ſe confugere. Cumq; hoc ei placuiſſet, tale aliquid excogitauit: Duos loculos tanquam pro mortuorũ exequijs parauit, in quibus & ſeipſam & filium mitti iuſſit: præcipiens conſcijs famulis eos noctu deferre, & exinde viam ad mare facere vbi nauim qua nauigarent ad Ægyptũ, præparatã haberet. Hæc Sabioni amico Alexandræ Æſopus ſeruus eius edixit: Quod cum Sabio audiſſet, & inimicus Herodis eſſet, quod inter inſidiatores Antipatri de veneno conſcius putaretur, odium lenire pro indicationis fauore putauit: & regi nunciat inſidias Alexandrę Qui cum iam vſq; ad conatum procedere demiſiſſet, in ipſo facinoris opere detinuit, ſed inuitus conceſſit culpam, dum putaret nullatenus Cleopatram ceſſare, ſi contra ſe cauſam inueniſſet. Palàm ergo magnanimitate vel modeſtia veniam eis largitus eſt. Propoſuit tamen omnibus modis adoleſcentem perimere, non tamen cito, propter veriſimilem diſſimulationem. Cum ergo tabernaculorum feſtiuitas veniſſet, quæ apud nos cum ſumma veneratione celebratur, tunc quidem diſtulit, & in delicijs ipſe & reliqua multitudo degebat: mouit tamen eum feſtinare voluntatem ſuam conficere inuidia. Nam dum adoleſcens Ariſtobulus decimum & octauum annum ducens, ſecundum legem ſuper aram aſcenderet victimas immolaturus, & ornatu ſacerdotali circundatus, celebraret religionis conſequentia, magnitudinem ſuper ætatem oſtendens, necnon & generis dignitatem, populi concitauit fauorem, & Ariſtobuli aui ſui præſens memoriam eis reduxit. Qui paulatim iritati, volutates ſuas iam demonſtrabant, gaudentes ſimul & lætitia perfuſi, vocéſque laudabiles in eum orationibus mixtas emittebant, vt manifeſtus fieret populi fauor & temerarius, ſub regno vtiq; conſtituti, cum aliorum præterita beneficia memorarent. Inter hæc omnia, ſtatuit Herodes voluntatem quam in adoleſcentẽ habuiſſet implere. Celebratione aũt tranſacta, dum in Hierichunte maneret, & in conuiũ eos Alexãdra peteret, Herodes adulabatur adoleſcenti, & eliciebat ad affluentiã potionis, paratus conludere, vel iuueniliter ad gratiã illius iocari: & loco æſtiuo illic exiſtẽte, collecti ſimul exierunt refrigeriũ captantes. Cumq; fontibus aſſiſterent, calorẽ meridianum aura temperare, prius quidem natantes ſeruos & amicos proſpiciebant: poſt aũt cum adoleſcens iritaretur, Herodis amici, quibus hoc præceptum fuerat, tenebris iam tenentibus, ſæpe cum mergentes tanquam cum eo ludẽtes, non emiſerunt, vſquequo eum preſſum fontibus ſuffocarent. Ariſtobulus quidem ita extinctus eſt, decimum & octauum annum agens ætatis, cum principatum ſacerdotij anno non amplius tenuiſſet, quem rurſus Ananelus ſuſcepit. Quo malo mulieribus nunciato, inceſſabilis eas ſtatim dolor defuncti inuaſit. Ciuitas etiam rumore delato, lamẽtis cuncta completa eſt, omnibus calamitatem tanquam propriam & non alienam dolentibus, Alexandra vero plus conſummebatur conſcientia peremptionis: nam dolorem ampliorem ab ipſo funeris actu ferebat. Sed ſuſtinere neceſſarium putauit, licet ſæpius ſua manu vitam finire niteretur: deſijt tamen ſi poſſet viuens ſufficere ad vltionem inſidiarum perempti. Vnde potius ſuam vitam tenebat, ne daret ſuſpicionem filium ſuum inſidijs perijſſe: per hanc enim diſſimulationem ſperauit ſatius ſe opportuno tempore vindicare. Illa quidem ſic continenter dolorem tole-

Cõſpiratio Alexandræ & Cleopatræ in Herodem

Ariſtobulus dolo Herodis ſubmergitur

Dissimulatio Herodis.

rabat. Herodes autem omnibus verisimilis videbatur non insidiarum adulescentis autor extitisse. Nam non tantum quæ ad funus pertinerēt peragebat, sed etiã lachrymis vsus animæ confusionem veram esse monstrabat. Interdum etiam & dolore vincente eum ex aspectu pulchritudinis plangebat: & licet adulescentis mors pro eius tutela putaretur, manifestum tamen erat, quod pro satisfactione ista faceret: Siquidem munificenter exequias eius honorans, multum apparatum circa locellos, & multitudinem aromatum fecit: nimiumq; ornatum simul sepelijt, vt dolorem mulierum penè deleret, & solaretur eas per istam partem. Alexandrã tamen nihil tale deuicit, sed semper mali memoriã mœstitia incitabat: & scripsit Cleopatræ Herodis insidias, & filij perditionem. Quæ dum festinaret petenti subuenire, calamitates Alexandræ miserata, propriam omnem causam confecit, & petere Antonium vindicare adulescentis interitum nõ cessabat, cum diceret non esse dignum, Herodem per eum regem statutum in regno, quod non ad eum pertineret in veros reges tales iniquitates ostendere. Quibus cum flexus esset Antonius ad Laodiciam perueniens mittit præcipiens Herodem ad se proficisci, sibique pro morte Aristobuli satisfacere: nam non recte insidiæ confectæ per eum extitissent. Qui cum causam timuisset, & Cleopatræ contrarietatem, quæ non cessabat Antonio suadendo quatenus eum dãnaret, statuit quidem obedire: nam nihil aliud erat quod ageret, Cumq; patruum suum Iosippum procuratorem regni & rerum reliquisset, demandauit ei secrete, vt si quid ab Antonio passus esset, cõtinuo Mariammen occideret. Nam dilexisse vxorem profitebatur, & timuisse ne contumeliam post eius mortem pateretur, dum per pulchritudinem illius ab alijs desiderari posset: per quæ demonstrabat impetum Antonij quem in eam habuisset, cum olim de pulchritudine illius audisset. Herodes quidē hæc præcipiens, spe incerta ad Antonium perrexit. Iosippus autem cum in dispensatione rerum regni statutus esset, & propter hoc frequenter Mariammen conueniret, & de negotijs honoris causa reginam percontaretur, fauorem & amorem circa eam Herodis inseruit. Mulieres autem cum illum adulationibus emolissent, plus autem ab Alexandra seductus Iosippus, sententiam regis demonstrauit, & mandatum explanauit, dum fidem illis vellet facere, quod nec post mortē sine ipsa posset esse: dum diceret, quòd si quid acerbum ab Antonio pateretur, non sufferret ab ea nec post interitum separari. Hæc quidem Iosippus. Mulieres autem nõ hos amorem affectus Herodis putauerunt: sed timuerunt, ne reuersus tyrannica crudelitate sibi mortem inferret, ideoq; de verbo suspicionem non paruam percepe-

Infanus Herodis erga uxorem amor

runt. Eodem tempore rumor in ciuitate Hierosolymorum ab inimicis Herodis dispersus est, quod Antonius tormētis eum affeciisset & occidisset. Quæ fama cunctos quidem in aula turbauit, plus vero mulieres. Tum Alexandra Iosippum flectit, vt cum ipsis ad Romana signa confugeret: nam Romanum agmen tunc iuxta ciuitatem sub duce Iulio pro regni custodia castra posuerat: dicens, primum si qua turba in aula concurrerit, ipse in tuto existerent, dum Romanos propitios haberent: præterea si Mariammen Antonius perspexerit, principatum recipere speramus, nec in aliquod postea seruitium de propagine regij generis descendemus. Cum has rationes fugæ cogitassent, literæ ab Herode de omnibus suis causis deportantur, priori rumori contrariæ. Nam cum ad Antonium peruenisset, confestim eum donis de Hierosolymis deportatis reconciliauit: & sermonibus dicere compulit, vt nequaquam contrarie quiddam de se haberet, & Cleopatræ verba nihil aduersus suam satisfactionem valere. Nam non, inquit, iustum est Antonius, vt rex de suo principatu depositus pœnam luat: quia qui honorem ei dederunt, ipsi ei vti potestate permiserunt. Quo dicto flexa est Cleopatra, sciens nequaquam alienum principatum scrutari prodesse. Cum de his scriberet Herodes, aliosq; narraret honores, quos ab Antonio in conuentu vel in conuiuijs quotidianis haberet: & hæc tamen obtineret, licet in accusationibus Cleopatra molesta nimis existeret, quæ prouinciæ desiderio omnibus modis perire illum

neret,populus Iudæorum clamabat mora dimissa contra Arabes impetum face re,dum credunt se in hoc paratos esse,quia in priori pugna victores extitissent. Igitur suum studiũ milite ostendente,rex statuit magnanimitatem eorum non re morari,dicens non se deesse virtuti eorum,& primus se armans omnes produxit ad aciem. Statim autem terror Arabis incidit. Contra quos modicum resisten tes,vt viderunt inexpugnabiles,omniq; plenos virtute, plurimi fugerunt: fuis sentq; perempti,nisi Artemon Herodem & Iudæos inuasisset: nam hic erat dux Cleopatræ ibi constitutus,& inimicus Herodis,futuraq; non imprudenter prospe xit:vt si quid clarum agerent Arabes,ipse quiescerent: victis autem eis, quod & contigit,ex proprijs pręparatis militibus,inuaderet Iudęos: quos tunc lassos & iam vicisse putantes,subito superueniens prosternebat. Nam alacritatem animi contra manifestos inimicos consumentes Iudęi,& post victoriam remissiores, ci tius à recentioribus hostibus obteruntur in locis asperis & saxosis,quorum noti tiam inimici amplius habuerunt. Arabes aũt prius victi sese recuperantes reuer si occidebant,fiebatq; diuersa perditio. Rex autem Herodes desperationi pugnæ vectus equo ducere tentauit auxilium,sed non valuit(licet festinasset)subuenire. Sed castra Iudæorum cum Arabes cepissent,non mediocrem felicitatem & sine spe tenuerunt:nam victoriam quam prius perdiderant, post obtinuerunt,pluri mum aduersariorum prosternentes exercitum. Exinde latrocinijs vtebatur He rodes,multamq; Arabum terrã discurrens vexabat,dum super montes castra dis poneret,& omnino recusaret manus cum eis ex æquo conferere. Frequẽter tamẽ laborum diligẽtia lucrum sibi acquirebat: nam & proprios milites omnibus mo dis fouebat,ruinam suam cupiens emendare.

Artemon las sos inuadit Iu deos

De Herode contra Arabes instituente exercitum & vincente Cap. VI

INterea Acciaco bello inter Cæsarem & Antonium gesto,septimo imperij an no Herodis,terra Iudæorum commota est:qualiter nunquam animalium pe stilentia per prouinciam gesta,perempti sunt à ruinis etiam hominum decem milia. Milites vero cum sub diuo degerẽt,nihil ab oppressione sunt læsi. Quę cũ Arabes inquirerent,& plus quàm in veritate erat, audirent, quę facta fuissent, tanquam prouincia hostium euersa hominibus peremptis,nihil vlterius sibi ad uersum credebant posse insurgere, Quò cum legati Iudæorum peruenissent,pa cem propter hæc quæ euenerant facturi,Arabes peremerunt eos,& cum alacri tate contra milites eorum pręparabantur. Qui nec inuasionem Arabum sustinue runt,scilicet calamitatibus oppressi: nec bellare decernunt,dum non pares sese prelijs eorum putarent,neq; auxilium haberent,rebus suis domi subuersis. Quos ita dispositos rex flectere sermone tentauit,vt recuperaret eis antiquum alacri tatis animum: & exhortatus aliquos optimatum,ausus est etiam & ad populum sermocinari:nam prius pigebat eũ,ne male propter calamitates susciperetur ab eis. Petebat ergo talem orationem proferens: Non ignoro socij quoniam multa per hoc tempus facta sunt contra Rempu. nostram, & fortassis nec hi modo de se confidunt,qui multum virtute præcellunt: sed quoniam compellimur pugna re,nec est aliquid quod semel factum,non possit rursus bene tractatum emenda ri:petere vos elegi simul & docere,per quæ possitis in proprio alacritatis animo permanere. Volo tamen primũ vobis ostendere,quod iuste bellum id conamur cõmittere,propter iniurias aduersariorum: nam maxima magnanimitatis hæc causa vobis existit:post vero declarare,quod nihil sint quę nunc nobis mala su peruenerunt,sed & multas nos spes victoriæ possidere. Exordiar autem princi pia,testes vos faciens mei sermonis. Nam Arabum iniquitatem nostis,& circa alios omnes,ita perfidam tanquam Barbarorum,& quia nec deum cogitent:sæ pius enim nos offenderunt auaritia vel inuidia sua. Et quid multa dicimus,dum immineret eis vt à proprio principatu deciderẽt,& Cleopatræ seruirẽt,quis alter eos de hoc timore liberauit,nisi mea amicitia quã cum Antonio possidebam? Et illius circa nos affect9 nihil hos importunũ sustinere permisit:nam Antoni9 ca

tiebaꝫ

uebat agere,quod posset nobis in suspicionem peruenire. Tamen & cum vellet Cleopatræ partes aliquas ab vtraque prouincia præbere,hoc quoque ego dispensaui,multaq; munera secretius offerens,tutelam vtrisq; acquisiui. Expensas autē ipse suscepi ducenta præstando talenta,duo milia vero fide dicendo, quę etiā pro reditibus adimpleui:vnde nos nihil ab eis suscepimus. & oportebat quidem nulli tributa prouinciæ Iudæos prębere:quod & si præbēdum esset,pro nobis,nō etiam pro Arabis daretur,qui nobis nec gratias agunt: nā pro beneficijs iniqua circa nos egerunt,prius quidem quod nos amicos non hostes reditibus priuauerint. Nam si fides hostibus necessario seruatur,multo melius amicis: Sed non apud hos ita est, qui modis omnibus optimum putant iniquitatem eligere, si solum lucrum eis possit acquiri. Est ergo quæstio nobis,vtrum oporteat iniustos punire,dum hoc etiam deus desideret,& præceperit semper iniquitates & contumelias execrari:quę non tantum verbo,sed etiam iussit per bellum vlciſci: Nam quod videtur iniustissimum apud Græcos & Barbaros, hoc si diei fas est, in nostros legatos cognoscitur perpetratum. Græci siquidem sacros & inuiolatos dicunt eos esse, nos autem optimum & beatum decretum in lege à deo didicimus. Hi nanque & hominibus deum placant,& aduersarios hostibus reconciliant. Qualis igitur possit iniquitas peior agi,quam si legati qui pro iustitia loquuntur intereant? Quemadmodum autem possint vitam suam innoxiam custodire,seu circa bellum feliciter agere,dum talia perpetrassent,mihi quidem non videtur. An forsitan rectum & iustum nobiscum est, illi vero fortiores ob hoc putantur? Sed primum quidem indignū est vos hæc credere. Nam vbi iustum est,ibi&de9: deo vero pręsente multitudo cum fortitudine pręsto est. Vt ergo de nobisipsis requiramus,vicimus primo prælio,in posteriore vero nec substiterūt,sed statim cesserunt,non sustinentes nostræ alacritatis impetū:vincentes autem nos Artemō inuasit,bellum inferens non indictum. In primo vero prælio nomē & fortitudo nostra apparuit:in posteriori vero,iniquitate vel insidijs cōcidimus. Cur igitur minora sapimus in his,vbi maiores spes possidemus? Quomodo autē obstupescimus eos,qui cum palàm decertant,semper vincuntur:cum vero sic vincuntur,ab iniquitate illis hoc euenit: Virtus vero non expugnatione debiliū,sed in oppressione fortiū apparet. Si tamen quenquā & illa terrent,quę domi contigerunt,& in terræmotu acciderunt,primum quidem sciat, quoniam hoc ipsum & Arabas decepit,dum maiora quam contigerūt putarent. Prętera non debent hęc aut illis audaciā,aut nobis timorem immittere. Illi namq; nostris laboribus vel calamitatib9 spes sibi assumunt,quas nos egressi contra eos,viriliter auferemus. Vos autem accipite alacritatem pugnandi,neque enim intātum sumus contriti, neq; ira dei vulnerati,vt quidā putant,quę potius accidentia sunt dicenda. Quę si dei prouidētia acciderūt,liquet quod iam secundū illius iudicium ira desijt,dum satis vindictā de factis nostris acceperit. Nam si vellet amplius nobis nocere,nequaquam flexus fuisset. Bellum autem quia & vult fieri,&iustum esse cognouit, ex his nobis ostēdit,quod multis per prouinciā terræmotu perēptis,nullus armatus interijt,deo euidenter ostendente,quod si omnes cum filiis vel vxoribus militarent,nihil penitus eis inopportunum accidisset. Hęc reputantes ergo quod in omni tempore dei patrocinium possidetis,persequimini fortitudine iusta iniquos amicis perfidos,maleuolos circa legatos,semperq; vestra virtute deuictos. Cum hæc audissent Iudæi,multum audaciæ sumentes,ad pugnam parabantur. Herodes autem hostijs celebratis,cum magno studio eos contra Arabas,transiens Iordanē fluuium produxit,& prope aduersarios castra disposuit. Tum visum est castellū in medio positum occupare,quod sibi multum prodesse putauit volēti maturius pręlium vel cōmittere vel differre: nam opportuno vel munito loco constiterat: Cumq; idem prouiderent Arabes, bellum pro castello committitur: & primum quidem protelatio,deinde vero multis ex vtraq; parte ad manus venientibus,Arabes afflicti recedunt. Quod statim spes Iudæis non minores erexit,vir tutemq;

Vincuntur Arabes

tutemq; accendit. Dumq; magis omnia vellent Arabes pati, quàm decertare, & Iudæi castra eorum inuaderēt, Arabes coacti recedunt, nullas vincendi spes habentes, sed tātum multitudine audaciam sumētes. Itaque pugna facta, multisq; ab vtraque parte cadentibus, Arabes recedunt, quorum plurima mors fugiendo fiebat. Nā non tantum ab aduersarijs terrebantur, sed ipsi fugientes, sua multitudine contriti moriebantur. Vnde quinque milia defuncta sunt, reliqui vero ad castra confugerunt, minime spes salutis firmas habētes necessariorum inopia, & quod peius erat, aquarum indigentia. Iudæi autē licet persequerentur, tamen inuadere castra minime permittebatur: obsidentes ergo vias eorum, fugere volentes arcebant. In his igitur Arabes cōstituti, legatos ad Herodē dirigunt, primum quidem dissolutionem belli petentes: nam sitis eos vrgebat omnia pati, dum tantum in præsenti licentiam aquas acciperent hauriendi. Qui nec legatos nec dona suscepit: neque mediocre quiddam pactus est, dum obstinate permaneret vlcisci transgressiones in suos ab illis factas. Qui siti compulsi nimia semetipsos tradiderūt, vt per quinq; dies quatuor milia caperentur: sexto vero die reliqui de castris egressi, decertare cum aduersarijs nitebantur, eligentes omnia pati, ne paulatim sine gloria deperirent, Quę cū deliberassent, nullatenꝰ decertare valuerūt nam animo & corpore calamitatibus afflicti, pro lucro mortem esse putauerunt, ne in tribulationibus vitam extenderent, quorū septem milia priori prælio consternūtur. Cū his ergo casibus vterentur, arrogantiam priorem deponunt, miratiq; Herodis prudentiā cesserunt, patronum eum suæ gētis pronunciantes. Qui cū multa felicitatis gloria reuertitur, maximā acquirens suæ fortitudini dignitatē.

Quomodo Hyrcanum Herodes occiderit, & Cæsaris gratiam acquisierit. Caput VII

IGitur licet optime per bellum Herodes res suas disposuisset, tamen in periculum incidit. Siquidem pro Republica decertans Antonius, in Acciaco litore à Cæsare vincitur. Tum in desperationem sui Herodes venit, dum amici & inimici putarent non impune amicitias ei prouenire, quas cum Antonio habuisset. Quapropter amici quidem desperabant: inimici vero licet in speciem contristarentur, tamen clàm nimium lætabantur, sperātes meliora sibi rerum mutatione ventura. Herodes autem Hyrcanum solum vidēs in dignitate regia constitutū, prodesse suis rebus opinatus est mortem illius: ne imminēte sibi à Cæsare periculo, ille daret occasionē, qui solus regio videbatur ex genere. Cum hęc cogitaret, nec daret occasionē Hyrcanus, nam modestia morū nullā rerū gubernationē curabat, nec rebus studebat nouis, omnia concedens fortunæ: Alexandra nimis pertinax, & spem rerum mutatione incontinēter credens, verba ad patrem fecit, ne sustineret Herodis iniquitatē in familiam suam procedere: sed custodire spes eorum petebat, vt & Malacho Arabiam tenenti scriberet, quatenus eos susciperet ad se refugientes. Nam si mors euenerit inimico Cæsaris Herodi, ad se principatū venturum, & propter populorū fauorem, & propter generis dignitatem. Dum his eū flectere niteretur, Hyrcanus verba depellebat. Sed pertinacia muliebri dum illa permanens nec noctu vel interdiu desinens, Herodis erga se insidias accusaret, compellit eum epistolam dare Dositheo cuidam amico, in qua scriptum erat, vt Arabas equites qui deberent eum ad se perducere, mitteret prope paludem bituminis, quæ distat ab Hierosolymis stadijs ducentis. Credebat enim Dositheo, dum nimis eum sibi amicum ipse & Alexandra existimarunt propter inimicitias, quas cum Herode haberet, vt Iosippi cognatus, quam ille peremerat: quia & illorum qui in Tyro prostrati fuerant ab Antonio prior frater extiterat. Sed hæc Dositheum nullatenus Hyrcano fidum in ministerio parauerunt. Nam pręponens illi regis amicitias, porrigit Herodi epistolam: qui eum pro fide non tantum laudauit, verum iussit ei, vt ministraret reliquę causæ, quatenꝰ signatam epistolā traderet Malacho, literasq; ab illo reciperet, cum nō paruum putaret & illius

Dositheī perfidia

illius ſententiam cognoſcere. Quę cum Doſitheus alacrius miniſtraret, Arabs reſcripſit & ipſum Hyrcanum ſe ſuſcipere, & omnes qui cum eo venirent. Deſtinauit etiam qui deberent eos caute perducere. Vt vero & hanc epiſtolam Herodes ſuſcepit confeſtim vocato Hyrcano, de factis ei cum Malacho pactis requirebat. Cumq; ille negaſſet, epiſtolas coram concilio demonſtrans, virum interfecit. Hæc nos conſcripſimus, quæ in annalibus regis Herodis continebantur. Alij vero non ita exiſtimant, ſed magis Herodem inſidias contra Hyrcanū contexiſſe quatenus eum interficeret, dicunt, ita ſcribentes. In aliquo conuiuio ſine ſuſpicione quendam ſermonem Hyrcano intulit, ſi quas epiſtolas à Malacho ſuſcepiſſet. Qui dum ſe confeſſus eſſet ſalutatorios apices accepiſſe: illo rurſus interrogante, ſi qua ſuper hæc etiam dona recepiſſet: nihil amplius reſpondit, quá quatuor iumenta tranſmiſſa ſuſcepiſſe. Occaſione hac inuenta, dona eſſe corruptionis vel proditionis vociferans, virum iuſſit occidi. Signa vero ſunt minime Hyrcanum peccaſſe, quatenus tali termino occūberet, & modeſtia morum eius, quod nihil in iuuentute ſua atrocius aut temerarius egiſſet: & quia cum ipſe regnū habuiſſet, plurimam gubernationem Antipatro cōmiſerat: cum iam octogeſimum duceret annum, & cum multa tutela ſciret Herodem regnum poſſidere, & Euphratem tranſiſſe honorantes eum: quę omnia deſpexiſſe eum, & aliquid nouitatis molitum, nimis incredibile eſt: quia nec naturæ illius aptum erat, ſed molitione Herodis occiſus eſt. Ita quidem finem vitę inuenit Hyrcanus, diuerſas & varias calamitates expertus. Nam principio vt mater eius Alexandra regnauit, principatus ſacerdotij gentis Iudæorum nouem annis honorem obtinuit, matreque defuncta cum imperium ſuſcepiſſet, & hoc tribus menſibus gubernaſſet, depellitur ab Ariſtobulo fratre, reſtituitur autem iterum à Pompeio: & quadraginta annis honore vſus, ſecundo regum per Antigonum perdidit, & corporis diminutionem paſſus, apud Parthos captiuus perductus eſt: & exinde ad propria poſt tempus remeās, propter ſpes ab Herode promiſſas, nihil ſicut ſperauit executus eſt. Itaque multis vitæ paſſionibus inuolutus, & quod peſſimum eſt, vt diximus, in ſenectute, non dignum vitæ terminum impetrauit. Siquidem modeſtus & mediocris in omnibus exiſtebat, & plurima ſui imperij ſub diſpenſatoribus innocēs tractabat, neque callidus regnū diſponere, Antipatro & Herodi vſque ad hoc conamen aperuit iter. Herodes autem Hyrcano interfecto, à Cæſare nihil optimū ſperans de rebus ſuis, propter amicitias quas cum Antonio habuiſſet, laborabat. Cumq; in ſuſpicione Alexandrum habuiſſet, ne tempus nanciſceretur, & multitudinē & turbam in regno vel rebus ſuis concitaret, commendauit omnia fratri ſuo Pheroræ: matrem autem Cyprin cum ſorore & cognatione cuncta in Maſſadam conſtituit, iubens vt ſi quod de ſe periculum audirent, principatum ſibi aſſumerent. Mariammen vero ſuam vxorem, quod non potuiſſet vt inimica cum ſorore vel matre conuerſari, in Alexandrium cum Alexandra matre ſua depoſuit: Ioſippum & Iturium & Soemum ſuper eas dimittens fidos ſibi amicos, quos ſub ſpecie honoris cuſtodire mulieres reliquit. Quibus etiam mandauerat, vt ſi quid de ſe periculoſum audirent, ambas interficerent, regnum vero filijs ſuis cū fratre Pherora cuſtodirent. Cum hæc mandaſſet, ipſe Rhodum ad Cæſarem properabat. Cumq; in ciuitatem delatus eſſet, depoſuit quidem diadema, aliud vero nihil de dignitate ſua diminuit. Vt vero communem ſermonem cum Cæſare inſeruit, tum multo potius ſuam magnitudinem oſtēdit, ſuæq; maieſtatis honorem ſeruauit, dum nec ad preces, nec ad petitiones conuerteretur tanquam de peccatis ſuis ſatisfaciens: ſed ratione actuum ſuorum confidens ſine dubitatione Cæſari dicebat, amicitias ſibi maximas cum Antonio fuiſſe, omniaq; pro virtute ſua egiſſe, quatenus ille rerum potentiam ſortiretur: militiæ tamen eius nullatenus communicaſſe eo quod occupatus Arabas expugnaret: tranſmiſiſſe vero & pecunias & frumenta: tamen minora dignitate ſua. Nam qui fatetur amicum vel benefactorem aliquem habere, debet viribus animę vel corporis aut ſubſtantiæ ſe face-

Hyrcanus occiditur

re participem

re participem etiam ad periculũ, quod ego, inquit, minus, quàm oportebat effeci. Illud vero integre scio: quia quãuis victum in Acciaca pugna non reliqui, neque manifeste transiui, cum & ipsa transiret fortuna, sed seruaui ei fidem, quanquam non opportunus auxiliator, tamen cõsiliarius fidissimus existẽs. Nam Antonio causa salutis & rerũ potestas qualiter prodesset ostendi, dum Cleopatram hortarer occidi: quod si perẽpta illa fuisset, nullatenus à rerum principatu concidisset, imò magis & tuas facilius indignationes euitasset. E quibus nihil ille agẽdo, sed sibi quidem incõmode, tibi vero vtiliter profuturam præponendo clementiam perijt. Nunc ergo siquidem pro Antonij ira nostram fidem fuisse iudicas, non sum denegaturus, quia parui, neq; meum erga illum fauorem euidenter prædicans recusabo: si vero persona ablata, quis sim circa benefactorem, vel qualis amicus requiras, poteris me à factis cognoscere. Nam licet nomen ablatum fuerit, nihilominus amicitiarum firmamentum in nobis poterit approbari.

De liberalitate Herodis erga Cæsarem maxima, & cunctatione circa vxorem. Ca. VIII.

CVm hæc dixisset, & in omnibus sui animi libertatem ostendisset, non mediocriter Cæsaris libertatem, vel indulgentiam meruit: intantum vt criminum causas pro fauore eius vindicari deposceret. & tunc diadema rursus sibi reposuit, Cæsare inuitante, dum nihil secus circa eum quàm prius erga Antonium appareret. Tunc Cæsar omnem ei honorem addidit, cæteris regibus scribens, cum omni alacritate Herodem sibi occurrisse. Postquã vero hanc satisfactionem præter spem susceptã cognouit, videsq; sicut prius firmiorem sibi principatum à Cęsare datum, decretumq; Romanorum sibi pro stabilitate sua mercatum, secutus est Cæsarem ad Ægyptum ambulantem. Cumq; super vires suas ei vel amicis dona obtulisset, liberalitatem magnanimitatemq; suam ostendens, petebat, ne Alexãder amicus Antonij aduersi aliquid pateretur. Sed hoc non imperrauit, quia iam iureiurando Cæsar præoccupatus fuerat. Redijt autem iterum ad Iudæã cum ampliore honore & sperantibus contraria stuporem cum metu incussit, quod clarior à periculis dei prouidentia remeasset. Confestim ergo susceptionẽ Cæsari per Syriam in Ægyptum eunti parabat. Itaq; cum eum suscepisset cum omni regio apparatu Ptolemaide, & præbuisset exercitui sumptus affluenter, omnino inter fidelissimos reputatus est. Cumq; expeditionem Cæsar deputaret, in centum quinquaginta domibus ornatis, eum cum amicis suscepit. Præbuit aũt per loca arida trãseuntibus necessariam humanitatem, ita vt nec vinum nec aqua, quæ potius mili tib⁹ acceptabilis erat, alicui deficeret: ipsi etiam Cæsari octingenta talenta donauit: omnibusq; demonstrauit, quod plus clarior in regno suo remunerãdo eum apparuisset, vt magis fidem eius & alacritatẽ Cæsar probaret. Cui & redeunti rursus Herodes ab Ægypto non minorem priore largitatem exhibuit. Tunc quoq; cum ad regnũ suum rediisset, turbatam omnem domum inuenit, ac grauiter ferentes vxorem suam, & matrẽ eius Alexandram: dum putarent non pro corporũ tutela in illo oppido se positas, sed tanquã in carcere, cum nihil illæ neq; de suo neque de alieno in potestate haberent. Mariãme quidem amorẽ regis, dissimulationem & deceptionẽ suam putabat. Angebatur aũt, quod si quid ille periculosum pateretur, nec spem vitæ posset habere, mandatáque Iosippo data recordabatur. Quapropter custodes cum nimia diligentia mittigabat, magis vero Soemũ, dum illi putaret omnem potestatem creditam. Soemus autem initio fidelis, nihil penitus de mandatis Herodis patefecit: sed cum sermonibus & donationibus mulierum flexus paulatim deuictus esset, in vltimo cuncta regis mandata dilucidauit dum tamen non omnino speraret eum cum eadem potestate reuersurum: sed si potius periculum fugeret, ne rediret insignior: ideoq; non parua mulieribus putauit præstare vtique ampliorẽ beneficiorum retributionem se accepturum sperans, si regnaret. quod si prospere cuncta gerens Herodes reuerteretur, nequaquam contra voluntatẽ vxoris eum posse facere sciret: dum cognosceret, omni ratione regis

Herodes honoratur à Cæsare.

Soemus mulieribus regis mãdata pandit

amorem erga Mariammen ampliorem exiſtere. Itaq; cum huiuſmodi illum ſpes fefelliſſet, ſecreta omnia indicauit. Quæ Mariamme grauiter audiens, nec finem ſibi de periculis Herodis inuenire putãs, cui & infeſta fuerat, nullatenus eũ æquitatem impetrare orabat: & licet difficilem vitam ſuam poſt mortem illius putaret, nihil tamen de ſui animi paſſione celauit. Nam cum ille maximas res præter ſpem impetraſſet, nauigauit, & primum vxori ſuæ de his bona nunciauit: ſolamq; præponens omnibus, propter amorem & conſuetudinem, quam cum ea habuiſſet ſalutauit. Cui dum felicitatem ſuam referret, nullatenus gaudentẽ, ſed potius grauiter ferentẽ intellexit. Non enim hęc cælare dolorem poterat, ſed prodecore nobilitatis ſuæ ad oſcula gemebat: narrationibus vero eius nequaquam lætabatur, ſed potius contriſtari ſe demonſtrabat. Vt vero non ſuſpecta tantum, ſed etiam manifeſta facta hęc turbarent Herodem, contriſtabatur, animaduertens irrationabile circa ſe vxoris odium non cælatum, idcirco duriter tolerabat: dumq; amorem ferre non potuiſſet, nec in ira nec in amore permanebat, ſemper ab altero in alterũ tranſiens, in vtroq; inconſtans erat. Sic ergo inter odiũ & amorem deſtitutus, ſæpius paratus vindicare, ſed timuit, ne præoccupatam ſuam animã cupidine debilitaret: & nullatenus occidere eam ſuſtinuit, dum vereretur ne perẽpta illa, maiorẽ penam per amorẽ pro illius interitu pateretur. Intelligentes ergo eum ita de Mariãme habentem ſoror eius & mater, optimũ putauerunt pro illius odio cepiſſe: & loquebantur non pauca, Herodem concitantes in odium: qui nec ſuauiter hæc verba attendebat, neque facere quicquam in vxorem tanquam credulus præſumebat. Peius ergo dolorum paſſione ſuccendebatur, dum neque illa odium cęlaret, neque iſte amorem. Confeſtimq; aliquid nefandiſſimum actũ fuiſſet, niſi Cæſar nunciatus eſſet contrarios viciſſe, & interemptis Antonio & Cleopatra, cunctam Ægyptum poſſediſſe. Quapropter feſtinãs ad Cæſarem: reliquit domũ ita diſpoſitam. Qui proficiſcens, Mariãmen Soemo commendans, multas habere gratias ei pro diligentia profitebatur, & patrem magiſtratus ei à rege promeruit: & ille quidem honorem hunc obtinuit.

Mariamme turbatur propter Herodis edictũ de ſe occidẽda

De crudelitate Herodis interficientis vxorem & amicos. C. IX.

HErodes vero cum in Ægyptum perueniſſet, Cęſari cum ampliori fiducia ſermonẽ inſeruit, tanquã iam amicus. Si quidem de ſatellitibus Gallis Cleopatræ quadringentos ei donauit, & terram ei rurſus reddidit, quam per illam perdiderat. Addidit etiam regno eius Gadara, & Samariam, necnon & maritimam Gazam, & Anthedonem, & Ioppen, & Stratonis turrim. Cumq; hæc acquiſiſſet, & Cæſarem, comitatus vſque ad Antiochiam eſſet, reuertitur: & quanto res ſuas extrinſecus feliciter tractabat, tanto tũ domeſticis laboribus affligebatur, præſertim circa coniugẽ, de qua potius felicitatẽ quandam videbatur habuiſſe: nam amorem non minorem illis pertulit, quos in hiſtorijs cognouimus cupidine retentos. Sed hic merito Mariãmen dilexit, quæ cùm in aliis caſta vel fidelis eſſet, muliebre vel moleſtum quiddam naturaliter habebat. Nam dominabatur marito ſeruienti libidini, & ſæpius contumelioſe eum aggreſſa eſt. Quod ille diſſimulans ferebat & blandiebatur, licet matris eius vel ſororis ignobilitatem illa derideret & detraheret. Illo vero tempore maioribus accuſationibus à ſuſpicione nutritis, anni ſpacium completur ex quo Herodes à Cæſare reuerſus erat, & cum iamdudum culpa volueretur, tunc erupit tali occaſione data. Meridie namque dum voluiſſet requieſcere, accerſijt Mariammen, amore quem in eam ſemper habebat aſtrictus. Quæ cum intraſſet, non cum eo concubuit, ſed feſtinantem eum depulit, & improperauit ei ſui patris vel fratris interitum. Qui cum grauiter contumeliam tuliſſet, & paratus ad facinus eſſet, ſentiens ſoror regis Salome, paratum olim pincernam regium intromittit: præcipiens dicere, qualiter ei ſuaderet, Mariammen amatorium confeciſſe regi: & ſiquidem ille turbaretur, & interrogaret quale hoc fuiſſet, reſponderet venenum illam tenuiſſe, petentem ſeipſum ſubminiſtrare. Si vero nullatenus de amatorio rex cõmoueretur, dimitteret,

Cæſar reddit Herodi Ciuitates quas inſidiis Cleopatræ perdidit.

vacuum,

vacuum,dum nequaquam ei periculum fieret. Hæc eum docens illo tempore locuturum intromittit. Qui tanquam veriſimilia dicturus cum ſtudio ingreditur, afferens Mariammen præmia ſibi præſtitiſſe, dum flecteretur amatorium regi porrigere. Cumq; ad hoc rex commotus fuiſſet: venenũ,inquit,erat,quod illa monebat dari: cuius virtutem ipſe ſe non ſciſſe fatebatur,ideoq; nunciaſſe, quatenus ipſe requireret. Itaq; cum talia verba Herodes audiſſet, & dudum iam furibundus,tunc potius excitatur: & eunuchum qui Mariammæ fideliſſimus erat, de veneno torquebat,cognoſcens quod ſine illo tale aliquid non feciſſet. Qui cum neceſſitatibus intereſſet,nihil quidem tortus de veneno dixit. Vxoris autem odium quod in eum haberet,propter ſermones quos Soemus explanaſſet, manifeſtauit ei. Cum hæc dixiſſet magis rex exclamauit,dicens,nullatenus Soemum ſibi fidiſſimum prioribus temporibus,hæc prodidiſſe mandata,niſi quiddam amplius inter eum & Mariãmen proueniſſet. Et Soemum quidem protinus interimi præcipit, vxori vero iudicium colligens familiarium accuſationem parauit, ſtudioſeq; executus eſt de relationib9 amatorij vel veneni. Erat tamen ſermone incõtinens & iracunda,quam poſtea ita ſentientes qui præſentes erant, mortiferam in eam ſententiam protulerunt. Dum hęc ſententia pronunciaretur,ſubuenit quidam ei ex aliquibus pręſentibus,ne ita temerarie illã interficerent: ſed deponerant eam in aliqua regali cuſtodia. Tunc Salome cum ſuis feſtinauit è medio mulierẽ abducere,quæ potius regem impulit: caue,inquiens,ſeditionem multitudinis, ſi illa vixerit. Mariamme quidem ita trahebatur ad necem. Conſiderans autem Alexandra tempus,& quod paruam ſpem haberet, eadem ab Herode paſſura, cõtra priorem ſuam fiduciam, nimis valde commutabatur. Nam volens oſtendere ſe ignoraſſe cauſam,exiens multa mala contra filiam vociferata eſt,& omnibus audientibus clamabat, malam circa maritũ & ingratam extitiſſe: quapropter iuſte pati,quod audacter ei reſtitiſſet, nec tribuiſſet tantorum beneficiorum remunerationem. Inter hæc talia & inhoneſta ea ſimulante, & audẽte etiam capillos ſuos euellere,multa quidem in ea ab alijs vituperatio deformis diſſimulationis apparuit. Quod potius à pereunte comprobatum eſt, cum nec verbum in initio dediſſet,nec ad vllius improperationes turbata reſpexiſſet: ſed æqualiter animi grauitate peccatum matris euidenter ferre demõſtrabat. Ipſa quidem non timido greſſu,neque mutato corporis colore ad mortem ducebatur, generoſitatem ſuam nequaquam in extremitate demutans. Et illa quidem ſic interijt, fœmina quæ ad continentiam,& ad magnitudinem animi optima erat, modeſtia vero ei defuit. Pulchritudine nanque corporis & affabilitatis dignitate, magis quàm quis æſtimare poſſet,omnes mulieres anteibat: occaſio tamen exinde maior prouenit, ne cum gratia regis vellet viuere. Nam dum ſemper potiretur illius amore, & nihil difficille ab illo ſperaret, fiduciam immoderatam habuit: contriſtabant autem eam quæ erga ſuos euenerant. Hæc omnia ei quemadmodum paſſa fuiſſet dicendo,ad vltimum inimicas ſibi parauit matrem & ſororem regis,& illum ſimul, in quo tantum confidens,nihil quod moleſtum ſibi oriretur ſperabat. Poſtquam interijt,regis potius deſiderium exarſit,vt ſæpius nomen illius inuocaret. Molieba tur omnia facere quæ poſſent ſolatium afferre,conuiuia, colloquia, quæ nihil ei profuerunt: gubernationes etiam regales recuſabat, & tantum doloribus teneba tur,vt aliquando Mariammen vocare miniſtris tanquam viuentem valentemq; præciperet. Cum ſic haberetur, ſuperuenit ægritudo peſtifera, quæ plures populi vel amicorum eius honeſtiſſimos extinxit: & omnibus præbuit ſuſpicari,per iram dei hæc contigiſſe, pro iniquitate erga Mariammen confecta. adeoque in peiora rex peruenit, vt in vltimo ſolitudines eligeret ſub occaſione venationis. His confectus cogitationibus,non potuit multos dies protrahere: ſed incidit ad difficillimam valetudinem. Nam inflammatione vel aſtrictione gutturis,mentiſq; mutatione tenebatur: & quę potuiſſent pœnam exibere,nihil penitus profuerũt, ſed contraria inueniebantur. Vnde poſtea deſperatione facta, medici dum ne-

Mariamme accuſatur ueneficij.

Soemus interimitur

Mariamme ad mortẽ trahitur

quaquam medicaminibus allatis ægritudo decreſceret, & rex nihil potuiſſet acci pere, omnia quæ ille vellet iuſſerunt ei præberi, deſperationem ſalutis caſui deuo uentes. Et ille quidem in Samaria Sebaſte nominata, ita vt inualidus iacebat: Alexandra vebo Hieroſolymis habitans, cum audiſſet in quibus eſſet Herodes, feſtinauit cuſtodias ciuitatis obtinere, quæ duæ fuerant: vna quidem ciuitatis, al tera vero templi: quas ſi quis ſub poteſtate ſua comprehendiſſet omnem gentem ſibi ſubdebat. Nam immolationes nullatenus ſine his fiebant, quas non exerce re impoſſibile Iudæis videbatur: paratis vtique magis vitam amittere, quàm re ligionis Dei ſolitum ſacrificium non implere. Igitur cuſtodibus earum Alexan dra ſermonem obtulit, quod oportuiſſet ipſi vel filijs Herodis eas tradere, ne quis alter eas præoccuparet illo defuncto, rerumq; poteſtatem teneret: dicens, quia ſi à morbo quo detinetur euaſerit, tutius ea poterit cuſtodire. Cum hæc verba feciſ ſet, non patienter tulerunt, ſed fideles prioribus temporibus, extiterunt tunc ma gis & propter odium Alexandræ, putantes non eſſe optimum Herode viuēte de ſperare. Quorum vnus conſobrinus regis nomine Amabec, confeſtim nunciauit regi Alexandræ ſententiam. Qui nihil remoratus, interfici eam præcepit. Ipſe ve ro vix & multo labore cum ægritudinem euitaſſet, animo & corpore debilitatus, ſimul & faſtidioſus in omnibus cauſis factus, ad pœnā peccantium paratior erat, iccirco & amicos ſibi neceſſarios interemit, Cuſtobarum, & Lyſimachum, & An tipatrum, Gadiam vocatum, necnon & Doſitheum, ex hac occaſione. Cuſtoba rus quidam genere Idumæus erat, inter primos dignitate horum qui à proauis ſa cerdotes videbantur Coze, quem deum Idumæi arbitrabantur. Hyrcano vero Rempulicam eorum ſub Iudaicas leges redigente, cum Herodes regno ſucceſſiſ ſet, iudicem Cuſtobarū Idumææ vel Gaze declarauit: & dat ei ſororem Salomē, Ioſippum occidens priorem eius maritum, ſicuti demonſtrauimus. Cumq; hæc Cu ſtobarus præter ſpem libenter impetraſſet, eleuatus felicitatem paulatim excede bat, putans non eſſe bonum, ſeſe iudice Herodis præcepta conficere, neque Idu mæos ſub lege Iudaica exiſtere. Quapropter deſtinauit ad Cleopatram, dicens, Idumæam ſemper illius maiorum fuiſſe, ac propterea iuſtum eſſe vt peteret pro uinciam ab Antonio. Nam ſe paratum confirmabat trāsferre fauorem ſuum ad illam. Agebat tamen hæc, non quod potius Cleopatrā dominari deſideraret, ſed æſtimabat, ſi pluribus viribus Herodes priuaretur, facilius iam poſſet ſibi gentis Idumæorum principatum vendicare, occaſione generis & pecuniarum, quas per petuo per illicita lucra acquiſierat. Et Cleopatra quidem Antonium petens, pro uinciam minime obtinuit. Nunciantur autem hæc verba Herodi. Qui paratus Cuſtobarum interficere, matris petitionibus & ſororis veniam ei donauit: ſed non inſuſpectum eius in poſterum pro prioribus conatibus dereliquit. Tempore vero interiecto, cum contigiſſet Salomen à cuſtobaro diſcordare, mittit ſtatim ei repu dium, connubium renuens, non ſecundum leges Iudęorum. Nam marito quidem apud nos licet hoc facere, vxori vero nullatenus ſeparari & ducere aliū, niſi prius à priore marito dimittatur. Salome tamen non generali lege, ſed poteſtatis ſan ctione connubium ſeparauit: & ad fratrem Herodem dicebat, pro illius fide ma ritum ſe reliquiſſe, dum cognoſceret eum cum Antipatro & Lyſimacho & Doſi theo nouis rebus ſtudentē: fidem vero ſermoni de Babæ liberis imponebat, quod ſeruarentur apud eum duodecim annis: quæ multum ſtuporem regi præter ſpem verba fecerūt. Nam Babæ liberos deſtinauit olim perſequi, quod inimici ſui fuiſ ſent: tunc vero per temporis longitudinem de memoria eius exciderunt. Quorum inimicitiæ & odium hinc ortum eſt: Cum Antigonus regnum haberet, & Hero des ciuitatem Hieroſolymorum obſideret, neceſſitate vel malis quanta obſeſſis aſſiſtunt, plures inuocabant Herodem, & ad illum clamabant. Babæ autem filij dignitatibus præcellentes & apud populum validi, permanebant cum Antigo no, & Herodem accuſabant, & ſeruandum regio generi principatum ſuadebant, Ciuitate vero capta, cum Herodes Rempublicam tenuiſſet, Cuſtobarus exitus ci-

De temeritate & morte Alexandræ.

Herodes ſeuit in amicos

De Babæ liberis.

uitatis

uitatis obſtructurus ordinatur, quatenus non recederent ab ea qui ciuium rei, aut qui regi contrarij extitiſſent: ſciens vero in opinione vel honore populi Babę libe ros eſſe, & putans magnam partem ſibi eos fore in rerum mutatione, illorumque ſaluti ſtudens, abſcondit in proprijs prædijs. Et tunc quidem iureiurando Hero dem flexit nihil de illis ſciſſe ſe, quare liberatus eſt à ſuſpicione. Rurſuſq; edicto rege propoſito, & omnem modum excogitãte vt eos inueniret, non eſt confeſſus. Sed cum primum negaſſet, non ſine pœna ſua eſſe putauit poſtea viros oſtende re: & non fide iam tantum, ſed & neceſſitate eos cælare feſtinabat. De his cum nunciatum à ſorore fuiſſet, rex deſtinans ad loca vbi commorabantur, ſimul cum alijs accuſatis, illos occidit: vt iam nihil eſſet reſidui de genere Hyrcani, ſed re gnum ſuo poſſideret arbitrio nemine in dignitatibus exiſtente, qui iniquitatibus eius reſiſteret.

De inſtituto theatro & trophæo ab Herode, & conſequentibus ma lis, déque extructione Sebaſtiæ ciuitatis: & aliarum. Caput X.

IDcirco potius à patrijs morib⁹ excedebat & peregrinis inuentionibus veterem ſtatum corrumpebat, qui nullatenus maculari debuiſſet: vnde non minora no bis in poſterum mala prouenerunt diuerſis recedentibus à maiorum pietate cor ruptelis. primum quidem certamen quinquennale. Cęſari conſtituit, & theatrum in Hieroſolymis condidit, rurſus in campo maximo Amphitheatrum, vtraq; cõ ſpicua, à moribus vero Iudaicis aliena. Siquidem vſus aut apparitio talium, ne quaquam tradita fuerat. Celebrationẽ quidem illam clariſſimam per quinquen nium conſtruebat, nuntians finitimis, & conuocans ab omni gente athletas ad omnia certamina: & de tota terra inuitabat, vt ſpe propoſitorum præmiorum & victorię gloria conuenirent. Igitur collecti ſunt capitales artifices: nam non tan tum eos qui exercitationibus corporis præualerent, ſed & muſica præcellentes, quos Thymelicos vocant, proponens maxima victoriæ præmia, omnéſque nobi liſſimos ad conflictionem conuenire vocitabat. Conſtituit quoque & quadrigis & bigis, & vnius equi curſui non parua dona: & omnia quæ munificentia vel de core apud ſingulos præfulgebant, volens habere clariora, ſpectaculum liberali tate compoſuit: theatrum vero circa Cæſaris imagines habebat: & trophæa gen tium quas bellando ille deuicerat, auro ſcilicet & argẽto puro cunctis inſtructis: & neque de veſte neque de vaſis aut de lapidibus pretioſiſſimum aliquid defuit, quod certantibus non auferebat. Apparatus etiã ferarum fuit. Nam leonib⁹ mul tis congregatis, & alijs quæ eminent ferocitate, & raro inueniuntur, quorum in ter ſe altercationes & pugnæ contra homines excogitabantur: peregrinis quidem ammiratio ſumptuum, & delectatio ſpectaculi videbatur: prouincialibus autem euidentiſſima ſolutio morum qui apud eos coluntur. Impium eſt enim feris homi nes pro hominum ſpectaculo ſubdere⁹: iniquum etiam peregrinis moribus ſolita permutare. Super omnia vero contriſtabant eos trophæa, dum putarẽt imagines eſſe armis obſitas, quia non patriũ illis fuerat talia colere: Quod nec Herodẽ late bat, qui violentiã quidem eis inferre opportunum non putauit, loquebatur aũt & ſolabatur vt ſuperſtitionem eorum auferret: ſed nullatenus perſuadebat, dum gra uiter illi tuliſſent, ea quæ videbant ſoluta lege cõmitti. Illi vero vnanimiter cla mabant, dicẽtes: Licet omnia exiſtimemus tolerabilia, tamen hominũ imagines vel trophęa non eſſe patriũ in ciuitate admitti profitemur. Herodes autem turba tus, & intelligẽs non facile eos reſiſtentes deuinci ſine ſolatio, accerſit quoſdã pri mos eorum ad theatrũ, & oſtendens trophęa, conſuluit quid illis hęc viderentur. Qui cum clamaſſent, hominum imagines præcipiẽs auferre ornatum impoſitum oſtendit ligna nuda: quæ ſtatim ſpoliata, riſum plurimum ſpectantibus incuſſe runt. Tali modo multitudinis impetum mitigauit Herodes, vt iam plurimi muta ti non offenderentur. Quidam vero permanebant in difficultatibus ſuis, quod ſo lita minime contuebantur, & putabant initium patrijs legibus deſtruendis. Vnde

Ciues decē conspirauerūt

Herodē conuincunt

optimū existimauerunt magis pericula pati, quàm mutatam Remp. negligi: dum Herodē prospicerent violenter introducere quæ non solita fuissent, & verbo quidem regem, operibus autem hostem omnium demonstratū. Vnde coniurauerunt omne periculum se subire decem ciues & gladios sub vestimētis portabant. Inter quos fuit quidam oculis captus, qui per indignationem eorum, quæ audiebat fieri seipsum pati quæ & illi affirmabat, qui non mediocrē eis impetum in conatibus periculosis immisit. Quod consilium cum deliberassent, ex composito ad theatrū pergebant, sperantes non posse Herodem fugere, si subito eum inuaderēt: Cumq; parati cum audacia properarent, vnus horum qui perscrutātes singula renunciabant regi, eorum conspirationem intelligens, paratos theatrum ingredi indicauit. Qui confestim sciens odium quod plures in eum habuissent, & seditiones quotidianas, discedēs ad aulam, nominatim accusatos vocauit. Qui cum à ministris euidenter capti fuissent, scientes quod non euitarent periculum, ornauerunt necessarium vitæ finem, nullatenus deponentes animi sui fiduciam. Nec enim negauerunt actum, sed & demonstrauerunt gladios: confessiq; sunt bene & pie coniurationem se feciſſe, lucri quidem nullius causa, neq; pro suis doloribus, sed pro cōmunibus causis, quas seruare aut pro his mori cunctis dignū videretur. Talia quidem illi de voluntate insidiarū fiducialiter prolocuti, à regalibus ministris circūsepti ducebantur, omnemq; pœnā passi perimuntur. Non multo post eū qui talia nuntiauit, odio quidā rapientes non tantū interfecerunt, sed & membratim dilacerantes canibus apposuerunt. Videbant autē multi ciuium quæ fiebant, & nemo nunciauit, vsq; dum Herodi acerbiorem & certiorem inquisitionem facienti, mulieres quædā tortæ confessæ sunt quæ vidissent. Tunc Herodes eos qui facinus cōmiserunt, simul cum tota domo peremit. Cōcursus vero & audacia populi, quam pro legibus habebant, non remissiorem faciebant Herodē, sed multo potius cautiorem. Qui statuit sese vndiq; munire, vt si qui nouis rebus studerent, manifesta eorum fieret cōspiratio: dū ciuitas ab aula in qua conuersabatur, & à templi custodia curaretur, quę Antonia dicebatur. Samariam quoque deliberauit muris circundare, quam mutato nomine Sebastiam appellauerunt. Putans etiam prodesse prouinciæ locum munire, qui ab Hierosolymis aberat vnius diei via & olim vocabatur Stratonis turris, etiam eum constructum Cęsaream nominauit: & maximo campo electos equites deputans, locum ædificauit, qui in Galilæa Gaba vocatur, & trans fluuium Sobonitidam. Hæc ergo paulatim semper pro tutela sua molitus perfecerat, & circundatus custodijs totam gentem, vt nequaquā potestatem haberet seditiones promptas agere, quibus paruo motu facto frequenter vtebantur, nec laterent si mouerentur, assistentib⁹ semper in proximo qui vel cognoscerēt. Et multos quidem auxiliatores suos, plures autem ex finitimis illic habitare fecit, dum munificentia ductus templum cōstrueret, cui simile prius nec in nobilissimis ciuitatibus existebat: quod magis pro tutela sua constituens, in honorem Augusti Cæsaris Sebastiam appellauit, & prouinciæ partem meliorem, quæ propè fuerat, distribuit habitatoribus, vt prono animo conuenientes in ea conuersarentur: muroq; fortissimo circūdans altiora loca, custodijs communiuit, ne magnitudine minor esset maximis ciuitatibus. Nam viginti stadia intus habuit, in medio vero mensuram vnius & semis stadij locum statuit vndique decoratum: in quo templum amplitudine & pulchritudine excellens ædificauit, paulatimq; totam ciuitatem exornans, munitioni quoque eius prospexit, cuius pulchritudine memoriam posteris voluit relinquere suæ largitatis.

Accusator dilaceratur

Samaria nunc Sebastia.

Stratonis turris nunc cæsarea

Templum

De insigni liberalitate Herodis ad populum, & fauore consequente. Cap. XI.

EOdem tempore, tertiodecimo anno regis Herodis instante, magnæ calamitates prouinciam occupauerunt, siue de vltione, siue de casu sic occurrente. Siquidē prius gelu percussa terra, fructus nullatenus proferebat. Præterea & ciues per inopiam frumēti, morbus & passio pestifera possidebat. Qui continue

malorum

malorum diuersitate comprehensi, dum indigerent cura vel alimentis, plus peste moriebantur. Morbus autem ita pereuntium & viuentium solatia auferebat. Nã corruptis frugibus terræ, horreisq; exhaustis, nulla spes alimentorum præter pestilentiæ malum vllatenus expectabatur. Necessitas ergo plurima inopiæ, non minus ipsi regi quàm populo imminebat. Siquidem vectigalia quę de terra soli tus erat accipere, minime colligere prævalebat, & pecunias consumpserat largissime ciuitates ædificando, nec erat quod dignum auxilio videretur. Interea deliberabat tempori conferre pręsidium, quod difficillimum fuerat, dum nec vicini habuissent vnde alimenta prębere, quia nec ipsi leuiora toleràssent, & pecunijs deficientibus, licet potuissent pauca pluribus comparare: bene tamen arbitratus nequaquam auxilium negligere, ornatum regium incidit, neque pretiosissimis vasis, neque artificiosissimis, parcens. Mittebat autem pecunias ad Ægyptum Petronio præsidi à Cæsare constituto, & dum non pauci ad eum confugissent propter eandem necessitatem, & amicus Herodis priuatim existeret, volęs subiectis eius subuenire, primis ipsis deportare triticum concessit, per omnia eos & in emptione & in nauigatione subleuans, vt maxima pars ipse huius auxilij fieret. Nã Herodes his deportatis, non tantum sententias in horrore se prius habentiũ mutauit, imò maximam ostentationem sui fauoris & patrocinij lucidauit. Siquidem primum his quantum potuissent per se panificare, triticum diuisit. Præterea multis existentibus, qui seniovel altera infirmitate tenti, non sufficerent alimenta sibi prępărare, prouidebat eis constituendo pistores, qui paratos panes venderunt. Diligentiam autem ne cum periculo ęyemarent habuit, cum comprehendisset eos etiam vestium inopia: corruptis enim & omnino consumptis pecoribꝰ, neque lanæ, neque aliorum vestimentorum copiam habuerunt. Quę cum procurasset iam & ciuitatibus finitimis conabatur prodesse, semina Syris præbendo: quod etiam ei multum profuit, dum gratiam exinde acquisisset, Terra enim post hoc fructus suos vberius ostendente, non minus quinquaginta milia hominum, quos ipse pauerat, ad propria destinauit. Cum hoc modo calamitatibus oppressum regnum, munificentia vel industria recuperasset non parua, & in circuitu similibus passionibus afflictos finitimos releuauit. Nam non fuit qui per necessitatem ad eum veniẽs, non eius auxilium inueniret secundum suam dignitatem. Sed & populi vel ciuitates, & priuati ad eum confugientes, solatium impetrarunt, in tantum, vt æstimaretur indigentibus extraneis plus decem milia tritici coros dedisse. Corus autem habet modia Attica decem. In ipso autem regno suo octoginta milia expendit. Hanc eius diligentiam & solicitudinem, apud Iudęos tantum contigit pręualere, & diuulgari apud alios, vt antiqua in eum odia commota pro præuaricationibus legum, per quas etiam regno totius gentis penè priuari putaretur, liberalitate sua prorsus extingueret, animi sui magnificentiam pręter opinionem demonstrans. Populum autem intantum mutauit, vt talẽ eum arbitrarentur, non qualem experti sunt dudum, sed qualem in necessitatibus probauerunt. Eodem tempore & auxilia Cæsari quingentos electos sui corporis custodes destinauit, quos Eliseus ad mare rubrum perduxit. Post hæc ad meliora rebus sibi prouenientibus, palatium in superiori ciuitate construxit, magnas erigens domos, & ornatu preciosissimas, vt plures viros ammiratione sui capere potuissent. Secundum mensuram autem & appellationes eis imposuit. Nam vna Cæsaris, altera Agrippæ vocabatur.

Corus

Fauor populi erga Herodem

Herodes sacerdotis cuiusdam filiam vxorem ducens, arces & oppida extruit, filiosq; erudiendos Romam mittit. Cap. XII

DEsiderio deinde commotus, cum nihil pręponeret suæ libidini, filiam Simonis sibi coniunxit: qui Hierosolymita filius Buzi cuiusdam Alexandrini, sacerdos inter nobilissimos, cum filiam haberet optimã, & tunc in Hierosolyma nominatam, huius pulchritudo animũ Herodis inflámauit. Et ne suspicaretur

Herodes facerdotis filia ducit uxorem

caretur violentia vel tyrannide hoc agere, melius arbitratus est nuptijs puellam ducere. Ideoq; Simonem indignum regia cognatione iudicans, dum suum desiderium complere vellet, per honores euexit. Statimq; Iesum Boethi filium à principatu sacerdotij deposuit, & Simonem ordinauit, atque affinitati suæ coniunxit. Cum vero nuptiæ perfectæ fuissent, ædificauit castellũ in loco quo prius Iudęos, cum à principatu per Antigonũ penè decidisset, euicerat: quod abest ab Hierosolymis sexaginta stadijs, natura munitum, ad ædificationem oportunissimum, in star collis manu factum, vt esset in rotundo circuitio eius. Concluditur autem in circuitu turribus, rectum habens ascensum, ducentis gradibus ædificatum. Intus autem domus regiæ preciosissimæ & ad munimen & ad ornatum simul effectæ. Circa initium collis habitacula constructionis perspicuæ, & aquę ductus fecit. Nam non ille locus proprias habuit aquas, sed longe per plurimis sumptibus deductas. Circa campum vero ciuitas erat ędificata, quę collem pro arce habebat. Cumque omnia secundum spem euenissent, seditiones contra regnum nequaquam speranit oboriri, duobus modis subiectos regens: timore quidem quod esset ad pœnam non mitis: diligẽtia vero, quod in necessitatibus magnanimis appareret. Circundedit autem tutelam extrinsecus, tanquam murum subiectis parans. Nam & ciuitates extraneas, diuersarumq; regionum reges muneribus ad amicitias suas flectebat. Vnde magnificentia sua Cęsarem & Romanorum potentissimos placabat, transgrediendo leges, dum templa erigeret ritui nostro cõtraria. Nam nobis interdicta sunt delubra, vel figuras more paganorum honorare: quę foris prouinciam Iudęam pro Cæsaris fauore faciebat in ciuitatibus, pro quarum constructione multas pecunias expendebat. Attendens vero prope mare locum opportunum ciuitati, qui quondam Stratonis turris dicebatur, non qualemcunque vrbem illic, sed lapide albo palatiisque preciosissimis ciuitatem construxit. Portum quoque tranquillum, magnitudine similem Piræo, tutaque confugia nauibus prębentem constituit. Quę ciuitas iacet in Phœnice secundum pelagus ad Ægyptum, inter Ioppen & Doram, oppida maritima: quę stationem nauium difficilimam habent propter Aphrici procellas. Cui difficultati remedium pręstans, descripsit in circuitu portum, qui sufficeret maximis classibus locum prębere refugij, lapides in altum ingentes vlnis vigintiquinque deponens: quorum longitudo XXV pedum erat, altitudo autem non minus decem & octo, latitudo nouem: super quos turres dispposuit, quarum maxima Drusus nominabatur, à Druso Cæsaris priuigno. Ostia vero portus contra Aquilonem extabant: in medio autem turris erat, super quam templum Cęsaris positum nauigantibus apparebat habens statuas, vnam quidem Romæ, alteram autem Cæsaris Ciuitas autem Cæsarea vocabatur, que subtus cloacas non minores superioribus ædificiis habebat, quarum aliq; quidem modicæ, spatio non longo ad portum & ad mare fundunt: vna vero media est, omnium receptaculum purgamentorum, quę imbribus & mari influente diluuntur. Ædificauit etiam theatrum ab australi latere portus: Amphitheatrum quoque multa milia hominum capiens, in conspectu pelagi construxit. Itaque perfecta ciuitate duodecimo anno cum nec ab re lassaretur, neque rex sumptibus deficeret, deliberauit filios suos Romam transmittere ad Cęsarem, Alexandrum & Aristobulum. Qui cum ascendissent, & in domo Pollionis, viri nimis illustris, & Herodis amici conuersarentur, Cæsar eos cum omni humanitate suscepit: pollicitus licentiam Herodi prestare, quem vellet sibi successorem relinquere: insuper & prouinciam Trachonem & Bathaniam & Auranitem ei concessit, huiusmodi occasione. Zenodorus quidam conductor domus Lysaniæ fuit: cui dum reditus non sufficerent, de latrocinijs per Trachonem amplius acquirebat, quę loca habitant latrones Damascenorum prędas agentes. Hos Zenodorus minime prohibebat propter communionem lucri. Cum ergo mala paterentur finitimi, Varronem tunc prædem interpellabant: rogantes vt scriberet Cæsari iniquitatem Zenodori.

Cæsarea oppidum Portus

Turris Drusus Templum Cæsaris Augusti

Theatrum Amphitheatrum

Herodes mittit filios suos Romam

De zenodoro quodam

nodori. Cæsar autem delata suggestione rescripsit latrocinia exterminari: prouinciam aũt Herodi deputari, tanquam illius diligentia indigentem: quia difficilima domicilia & aquarum receptacula, & depositá frumenta habentes possent diu sustinere pericula munitis speluncis. Cum hæc per gratiam Cæsaris Herodes accepisset, ad prouinciá Trachonẽ pergẽs, maleuolos latrones oppressit, & in circuitu desideratã pacem omnibus præbuit. Zenodorus aũt contristatus, primum quod à magistratu depositus fuisset, magis autẽ inuidia, quod præfectura Herodi tradita esset, ascendit Romam accusaturus eum: vnde nihil agens reuersus est.

De amicitia Herodis cum Agrippa & Cæsare, & de Manachemi prophetia. Cap. XII

Agrippa cum Herode amicitias renouat

INterea Agrippæ successori Cæsaris trans Ionium misso, circa Mitylenem locuturus Herodes occurrit: pristinaq; amicitia renouata, redijt ad Iudæam. Gadarensium autem quidam cum ad Agrippam peruenissent accusantes Herodem, ille nullo responso dato, ligatos regi transmisit. Arabes quoque iam dudũ infesti principatui Herodis, seditionẽ conabãtur rebus eius inferre, occasione huiusmodi nacta. zenodorus enim cum iam de se diffideret, præfecturæ suæ partẽ aliquam Auranitidis quinquaginta talentis vendidit: quę cum in donatione Cæsaris haberetur, tanquam iniuste ea sublata, contendebant sæpius quidem incursionibus violentiam inferre, necnon & inopes milites flectebant, expectantes rebellionem: quam desiderant qui student male vitæ suæ consulere. Quę cum cognouisset Herodes, prouidentia sua seditionum auferebat occasiones. Igitur septimodecimo anno regni Herodis, Cæsar ad Syriam peruenit, vbi Gadarenses plurimi Herodem accusabant, grauem eum sibi & tyrannum in præceptionibus intimantes. Hæc autem eos dicere compellebat zenodorus, cum iurasset nullatenus eos relinquere, vsq; quo ab Herodis imperio eos auferret. Quibus commoti Gadarenses, & confitentes quod nihil passi fuissent ab Herode, cum eos Agrippa tradidisset, qui crudelis quidem in proprios, humanus autem erat in aliorum peccatis: accusabant rapinas & cõtumelias, probantes & euersiones templorum. Et Herodes quidem indignatus, paratus erat satisfacere: Cæsar aũt amplectebatur eum, nihil de fauore suo dicens per seditionem multitudinis commutandum. Et in primo quidem die de his sermones prolati sunt, in posterum vero nulla processit cognitio. Siquidem Gadareni videntes Cæsaris & concilij intentionem, timore territi, ne regi traditi tormentis afficerentur, quidam sese noctu gladio percusserunt, alij præcipites sese dederunt, quidam in fluuio sponte submersi defecerunt, quæ videbantur temeritatis, non peccati fuisse supplicia. Quapropter nequaquam Cæsar remoratus, Herodem à reatu soluit, necnon occurrit etiam non mediocris ei felicitas. Nam zenodorus præcordijs ruptis sanguine multo profluente, in Antiochia Syriæ vitam finiuit. Cæsar autem & huius possessionis partem non paruam Herodi concessit, quæ inter Trachonem & Galilæam erat, Vlatham & Paneada, & in circuitu terram. Dimisit autem eum, & procuratoribus Syriæ præcepit, vt secũdum illius sententiam omnia tractarentur: qui in tãtum felicitatis processit, vt cum duo isti Romanorum imperium regerent, Cæsar & Agrippa, tertiũ sibi amicitijs Herodem coniunxissent. Quj cum in tanta fiducia consisteret, fratri suo Pheroæ petiuit tetrarchiam à Cæsare, centum talentorum fide iussor existens: ita vt si quid ille pateretur, filij eius immunes euaderent. Sed cum Cęsarem comitarus esset vsque ad mare, rediens in terrá zenodori pulcherrimum ei templum construxit iuxta Paneada, vbi spelunca pulcherrima in monte consistit: sub qua terrę altitudo inaccessibilis est aquis immobilibus plena, vnde fontes Iordanis fluuij nascuntur. Quẽ locum templo constructo, Cęsari deuouit. Tunc etiam tertiam partem tributorum concessit subiectis suis occasione sterilitatis: plus autem reconcilians eos, ne aduersarentur vlterius Nã in talibus operib⁹ pietate soluta, molestę de pręuaricatis legibus ferebant, & sermones

Liberalitas Cæsaris ergá Herodem

sermones faciebant adinuicem. Qui dum his incitarentur & turbarentur, diligẽtiam habuit hęc sedare, auferens quidem otium, & præcipiẽs semper in laboribus eos occupari. Nam neque communis deambulatio fiebat, neque conuentus in ciuitate, sed omnia custodiebantur, & sæuissima tormẽta captis inferebantur, cum multi palàm & furtim in carcerem Hyrcani tracti, illic extinguerentur, & intus in ciuitate pariter & in viis: nam erant qui conuenientes in vnum speculabantur eos. Dicũt etiam nec ipsum hoc neglexisse: sed sæpius priuatum accipiens habitum, nocte cum populis cõuersabatur, experimentum faciens quid de principatu suo sentirent. & si quos omnino atroces, nec approbãtes sua opera inuenisset, omnibus modis persequebatur, & reliquã multitudinem sacramẽtis impellebat sibi fidelem existere, & cogebat fauorem cum iureiurando sibi vel principatui cu stodire. Quorũ multi placantes eum, vel timentes, veniebant ad quod postulaPharisei & Esseni set: alios vero seruantes suam opinionem, & graniter ferentes quod cogerentur, modis omnibus occidebat. Flectebat autem & Pollionem Pharisæum, & Samæum, sociosq; illorum sibi iurare: Qui licet non obtemperassent, tamen nõ sunt torti, dum venerationes eius per Pollionẽ impetrassent. Liberati sunt etiam de hac necessitate hi qui dicuntur apud nos Esseni. Genus autem hoc est, quod conuersatione vtitur quam apud Græcos Pythagoras tradidit. De his quidẽ in aliis certius explanabo. Essenos autem ex hac causa sic honorabat, quia maius quidDe Manachemo Esseno dam de his sentiebat, quàm de mortali natura. Dignum puto (nam non inhonestus sermo videbitur in historiarum genere) de his talibus intimare. Quidam Essenorum nomine Manachemus fuit, per omnem vitam benigna voluntate probatus præsciẽtiam à Deo futurorum habens. Is dum adhuc Herodem puerum ad doctores pergentem vidisset, vt regem Iudæorum salutauit. qui illusum se putãs, cõmonebat eum sermone adhuc priuatus. Manachemus hic ridens, & feriens manu posteriora eius: regnabis, inquit, feliciter: nam iam à deo dignus iudicat9es, & recole Manachemi plagas, vt hoc tibi sit signum de peccatis in regno committẽdis. Nam optima est ratio, si iustitiam & dei pietatẽ dilexeris, & modestiam circa ciues habueris: sed non talem te futurum intelligo dum omnia cognoscã. Felicitate nanque omnes pręcelles, & habebis gloriam æternam: obliuionem vero pietatis & æquitatis possidebis. Hæc non latebunt deum in vltimo vitæ pro tuo facinore. Quibus statim nullatenus animum intendit, dum spes Herodi deesset: paulatim vero cum eleuatus vsque ad regnum fuisset, & feliciter principatũ egisset, accersiit Manachemum, & de tempore quãtum regnaret consuluit eum. Manachemus autem cum omnino nihil respõdisset, sed tacuisset, interrogauit eum, si decem tantum anni regni sui essent: respondit, & viginti & triginta, sed finem non addidit. Herodes autem istis contentus, Manachemum cum honore dimisit, & omnes Essenos propter illum honorauit. Hæc igitur licet miranda, legentibus demonstrare festinauimus, & ostendere, multos apud nos talem diuinationis habuisse notitiam.

De ædificatione noui templi & stola pontificali. Cap. XIIII

INterea decimo & octauo anno regni, Herodes post prædicta ædificia opus non minimum inchoauit: siquidem dei templum maximum construere, & multum altum & decorum erigere iudicauit, dũ putaret id nobilius omnibus suis factis perficere, & ad æternam memoriam peruenire. Sed cum non facile populo persuaderi cognosceret, propter operis magnitudinem, conuocans eos hac oratione mulcebat dicens. Alia quidem quæ à me in regno sunt acta, ò viri contribules, vt de his laudem proferam, credo superfluum: tãquam mihi quidem minorem, licet vobis maiorem vtilitatem ferre videantur. Nam in difficultatibus non neglexi quę ad vestra cõmoda pertinerent: neq; in extructionibus mihi magis quã nobis omnibus festinaui tutelam impendere, & puto quod dei consilio ad hanc felicitatẽ euectus sum, ad quantam non prius gens Iudæorum aliquando peruenit. Constructe nanque sunt per prouinciam ciuitates, quas habitatoribus

plenas

plenas munitionibus ornantes genus noſtrum exaltauimus,quas operoſum mihi videtur ſcientibus enumerare. Quod autem nunc nitor efficere omni pietate præcellentius,explanabo. Bene enim noſtis,quod iſtud maximũ deo templũ noſtri patres ædificauerunt,cũ à Babylonia remeaſſent:& quia deſunt ei ad magnitudinem in altum cubiti ſexaginta,ad inſtar illius quod Salomõ cõſtruxerat, nemo negligentiam pietatis parentũ noſtrorum accuſet:quia non culpa illorũ factum eſt breuius templũ,ſed Cyrus & Darius Hiſtaſpis filius,huiuſmodi menſuram ædificationis fieri præceperunt. Quibus illi ſeruiẽtes,vel ſucceſſoribus eorũ, & poſt illos Macedonibus,non habuerunt aptum tempus quo ad eiuſdem antiqui formã iſtius menſurã perducerent. Nunc autem,quando nutu Dei principatui meo pax larga conceſſa eſt,& diuitiarum poſſeſſio,& multitudo redituum,& quod maximũ eſt,amicitia fauorq; Romanorum, qui omniũ rerum domini exiſtũt:cur nõ ſtudemus relictũ neceſſitate ſeruitutis tempore opus corrigere,& integrũ deo prębere pro beneficijs eius in meo regno collatis? Talia concionante Herode,multis admirationem ſermo pronũciatus præter opinionem impoſuit: nec aliqua deſperatione cõmoti ſunt,niſi quod anxiabãtur, ne eo ſoluto aliquid emergeret,& opus moraretur ad finem vſque perduci:idcirco maior illis& difficilis putabatur magnitudo conaminis. Quos cũ Herodes cerneret dubitãtes,adhortabatur eos dicẽs,ſe non prius deponere tẽplũ, niſi omnia prępararentur quę ad perfectionem eius pertinerent. Nã neque mentitus eſt ex hoc quod promiſerat. Mille enim plauſtra parauit,quę lapides veherẽt,decẽ milia vero elegit peritos artifices,& mille numero ſacerdotes,quib9 ſtolas ſecundũ eorũ honorẽ habitũq; parauit:ſed & quoſdã cementarios,alios aũt fabros lignarios eruditos ad tẽpli fabricã hortabatur. Cũq; omnẽ apparatũ alacriter aggregaſſet, antiquis fundamentis ſolutis noua impoſuit,ſuper quę tẽplũ erexit,longitudine centũ cubitorũ,latitudine centũ cubitorũ,altitudine centũ viginti. Qui viginti cubiti per tẽpus fundamentis deſiccatis reſederunt,quod poſt hæc tẽporibus Neronis renouare deliberauimus. Ædificatũ eſt autem templũ ex lapidibus albis& tenaciſſimis, quorũ magnitudo in longitudine vigintiquinq; cubitorũ,altitudine octo,latitudine duodecim erat. Totius tẽpli nanq; circuitus,& porticus vndiq; humillima, altiſſimũ vero mediũ fuit,vt à multis ſtadijs conſpiceretur,& in prouincia cõſtitutis,& cõtra habitãtibus aut ab accedentibus cerneretur. Ianuas aũt introit9 & ſuperliminaria,necnõ & vela iuxta templi magnitudinẽ vario ornatu decorauit, & aureos flores ambiẽtes columnas fecit,ſuper quarum capita vitis tendebatur, botryones aureos habens pendentes:qui mirandã magnitudinem,& artificii claritatem videntibus exhibebant,propter materiæ pulchritudinẽ. Circundedit etiam & porticibus maximis omne templũ,& ſecundum quantitatem vniuſcuiuſq; rei ſumptibus omnia priora ſuperauit. Porticus autẽ duæ maximis parietibus fulciebãtur,ipſi autem parietes opere inaudito cõſtructi erant. Nã collis erat ſaxoſus,paululum erectus à parte orientali ciuitatis,pronus ſuper arcem,quã dudum rex Salomon per dei prouidentiam magnis operibus muro circumdederat, ab inferioribus incipiens,quem vallis altiſſima circumdabat. Saxa vero Affrico expoſita,plumbo ligauit,vt interiora loca complecterentur,multum ſpatiũ ſtructura comprehendente,& in altum quadrangulo facto, vt vaſtitas lapidũ à fronte videretur:ab interiore vero parte ferro ligati,compaginem munirent immobilẽ per omnia tempora. Cumq; ita factum opus cõtinuaret,vſque ad ſummitatẽ collis perduxit,& foſſas circa murum poſitas complẽs,planum ſuper æqualemq; cõfecit. Quadriporticus vero in circuitu,vnaquaq; porticu longitudinẽ ſtadij concludẽte,& intra hanc porticũ,murum circa ipſam ſummitatem alius murus ſuperius ſaxoſus ambiebat omnia. Ab oriẽtali vero parte pari longitudine porticũ duplicẽ habebat,contra tẽpli ianuas conſtitutam,quam multi priores reges conſtruxerant. Circa omnem vero ſacrarij orbem, ſpolia barbarorum,fixa,quę rex Herodes deuouit,addens etiam quę & ipſe ab Arabis ceperat. Per latus autem aquilonis

Ædificium noui templi

aquilonis turris alta, angulosa, munita valde fuerat, quam ante Herodem reges & sacerdotes generis Asamonęorum construxerant, & Barin denominauerant, vt illic sacerdotalem stolam deponerent: qua cum opus habuisset vt immolaret princeps sacerdotum, induebatur, Hanc rex Herodes suo loco seruauit: post cuius obitum sub Romanis fuit vsque ad tempora Tiberij Cæsaris. Sub quo Vitellius Syriæ procurator, cum profectus Hierosolymam, & susceptus à populo clarissime fuisset, volens eis vices retribuere, vt sacerdotalē stolam sub sua potestate haberent, scripsit Tiberio Cæsari, & ille concessit. Et permansit stola sub potestate Iudæorum, vsque quo obijsset rex Agrippa. Post quem Cassius Longinus, cui tunc Syria parebat, cum Cuspio Fado Iudææ procuratore, imperauerunt Iudæis in Antonianam turrim eam deponere, dicentes, Romanos oportere dominos eius esse, sicut & prius. Destinant igitur Iudæi legatos ad Claudium Cæsarem, vt de his peterent. Qui cum peruenissent, iuuenis Agrippa rex Romæ constitutus, petens ab imperatore potestatem eius, accepit, scribente Vitellio Syriæ procuratore. Prius autem sub sigillo principis sacerdotum, & custodum pecuniarum fuerat: qui ante vnum diem celebrationis ad principem custodiæ Romanorum ascendentes, & requirentes suum sigillum, stolam tollebant: transeunte vero festiuitate, in eundem locum deportantes, & principi custodiæ ostendentes, similiter cum sigillis reponebant. Hanc autem Barin, id est, turrim, Iudęorū rex Herodes munitionem construens pro templi custodia, ad gratiam Antonij, amici quidem sui, principis vero Romanorum, Antoniam nominauit. A parte autem occidentalis muri quatuor portæ stabant, quarum vna ad aulam tendebat, interposita valle quę erat in medio eius viæ, duæ autem ad suburbana, quarta vero ad ciuitatem: multis gradibus ad inferiorem vallem tendentibus, & exinde rursus ad superiora ascēdentibus. Nam ex aduerso templi ciuitas in modū theatri iacebat, circundata valle altissima per omnem australem tractum. Quarta autem frons, quæ ad meridianum solem posita erat, habebat & ipsa quidem in medio portas, super quas regia porticus triplici longitudine terminata, ab orientali valle incipiens, & ad occidentalem finita, amplius tendi non potuit. Opus autem fuerat dignum narrari omnibus qui sub sole sunt. Siquidem altissima valis sic erat, vt nullatenus videri posset, siquis eius altitudinem attendisset, super quam porticus illa steterat. Ex qua si quis à summo, id est, à tertio tecto notasset, & profunditatem ædificiorum videre vellet, tenebris perfundebatur, itavt nō posset visus ad immensam altitudinem peruenire. Columnarum autem ordines consistebant in quadro per longitudinem, nam quartus paries colligabatur parieti lapideo. Crassitudo vero vnicuiusque columnæ, tres coniunctas vlnas habebat: longitudo autem pedes vigintiseptem, duplici spira suppositа, multitudo autem omnium, centum sexaginta duæ fuerunt. Capita autem columnarum secundum modum Corinthium sculpta, & admiranda propter magnitudinem operis. Cumq; quatuor ordines fuissent, tres quidem media loca tenebant: quorum duo eodem modo facti, latitudinē habebant pedum triginta: longitudine stadia tria, altitudine quinquaginta pedibus tendebantur: Medius vero ordo latitudinē vigintiquinque pedum habebat, altitudinem centum: nam dupla super vtrunque fuerat. Tecta vero lignis sculptis in figuras diuersas apparebant: medię vero porticus altitudo in immensum tendebat, habens columnas compositas, politas vndique, quarum compago incomprehensibilis omnibus videbatur. Talis quidem primus murus fuerat. A medio vero non multum secūdus distabat, gradibus paucis ascendendus: quem paries circuibat lapideus, titulum habens, qui prohibebat alienigenas ingredi morte interminata. Interior autem murus per australem partem & aquilonis tractū, tres in pariete ianuas habebat à se distantes: per oriē talem vero vnam maximam, per quam transiebamus purificati cum mulieribus. Inaccessibile autem sacrarium fuit, intra quod tertium erat, vbi sacerdotibus solis ingredi licebat. Ante quod sacrarium ara erat, super quam immolationes & holocausta

Stola pontificia quibus soluta sit conseruata.

Altitudo ædificiorum incredibilis

holocaustа deo imponebamus. Horum trium nullum rex Herodes intrauit, cum vtique prohiberetur, quia non sacerdos existeret: sed operibus muros & porticus exteriores curabat. Quæ cum octo annis ædificasset, tẽplo per sacerdotes in vno anno & quinque mensibus peracto, omnis populus lætitia completus est. Et primum quidem pro celeritate gratias deo agebant: deinde alacritatem regis, quam in dedicatione habuit, laudibus extollebant. Rex autem trecentos boues obtulit Deo, & alij secundum vires suas, quorum numerus nullatenus æstimatur. Nam cum occurrisset templi dedicatio, regisq; natalitius dies, quo principatũ assumpserat, insignis est celebrata festiuitas. Constructerat & effossam viam ad aulam, ab Antonia intra tẽplum ducentem per ianuã orientalem: super quam & turrẽ ædificauit, quatenus & subterraneũ haberet accessum, propter populi seditiones. Dicitur aũt per illud tempus, dum tẽplum construeretur, quod in die quidẽ non pluere t, nocte vero imbres descenderent, quatenus templi constructio prohiberetur. Quod verbũ nostri patres tradiderunt, nec est incredibile, si etiam dei prouidentiam aliquis consideret. Templũ quidem huiusmodi constructione finitum est.

Subterraneus in templũ tranſitus

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS SEXTVS.

Lex Herodis de furibus, & regressus filiorum è Roma. Cap. I

IN administratione rerum, studium habẽs rex omnes iniquitetes prohibere, quę per ciuitatem & prouinciã fiebãt, legem ponit nullatenus priori similem, in qua firmauit fures vẽdi. Quæ res non ad pœnam tantum grauis, sed ad confusionem patriæ, solutionemq; consuetudinis existebat. Nam alienigenis, & non eundẽ vitæ modum habentibus, seruire in his quæ imperasſent, peccatum in religione non pœna excedentium erat dum in prioribus cautum fuisset de hac pœna: Nam iubebant leges quadruplum fures reddere: non habentem vero tantum venundari, non tamen alienigenis, neque in perpetua seruitute, sed Iudæis, & sexto anno absolui. Ergo præter constitutionẽ, & præter legem reddi hanc pœnam, superbiæ pars videbatur: nec regis sed tyrãni in vniuersos subiectos tormẽtum atrocissimum excogitatum, quod populi parabat discordiam. Eodem tempore Herodes ad Italiam nauigauit, Cęsarem desiderans salutare, & videre filios suos Romæ degentes. Cæsar quidem amicabiliter eum suscipiens, perfectos ei doctrina filios redidit quos ad propria reduxit. Cũ vero ab Italia rediſſent, studium populi circa iuuenes erat: & conspicui omnib⁹ facti magnitudine corporis, & ornatu regio, forma non deficiente, inuidiosi statim visi sunt Salomæ sorori regis, & illis qui accusationibus Mariammen damnauerant: dum putarent, quòd si præualerent, vltionem exigerent de his, quæ in matrem suam commissa videbantur. Causam vero timoris ad illorum criminationem transferebant dum dicerent, non libenter cum patre eos commorari propter matris interitum: & quia iniustum eis videretur, simul cum interfectore genitricis conuersari: & ex veritate sumentes initium, ad verisimile descendentes, affligere eos tentabant, & fauorem patris quem circa filios habebat auellere. Quod non manifeste ei dicebant, sed in multitudinem rumorem spargentes Herodi nuntiari credebant: vnde odium in eos patris exarsit. Interea omni suspicione vel accusatione prætermissa, rex amore, filiorum honores eis largitus est, & vxores nobilissimas

Lex noua Herodis in fures

Odiũ Salomes in filios Herodis

inxit: Aristobulo quidam filiam Salomes Beronicen. Alexandro vero Archelai regis Capadocum filiam Glaphyram.

De prodigalitate Herodis in gratiam Agrippæ, & vectigalibus Iudæorum. Cap. II

Herodes occurrit Agrippæ uenienti in Asiam.

CVum hæc depositisset, & audisset Marcũ Agrippam nauigasse rursus ab Italia ad Asiam, festinauit ad eum, à quo petijt vt ad regnum eius accederet, vt obtineret quę oportebat ab hospite vel amico. Quj cum flexus esset, lętus ad Iudæam peruenit. Herodes autem nihil quod ei placeret reliquit, in nouis ciuitatibus eum suscipiendo, ædificia demonstrãdo amplissima, & omni deliciarum apparatu reficiendo eum cum amicis in Sebastia, & Cæsareæ portu à se constructo & in oppidis Alexandrio, & Herodio, & Hyrcanio. Ducebat etiam eum ad ciuitatem Hierosolymorum, occurrente cuncto populo cum laudibus. Agrippa autem deo quidem centum boues immolauit, pauit etiam magnifice populum. Qui licet multos dies illic vellet remorari, tamen propter tempus nauigationis festinauit, rursusque ad Ioniam muneribus ab Herode multis donatus, vnà cum suis amicis nobilibus peruenit. Rex autem post hyememveris tempore properauit rursus ad eum, sciens exercitum ad Bosphorum productum. Cúmque per Rhodum & Coon nauigasset, putauit eum in Lesbo inuenire, flatu vero Aquilonis detentus, in Chio remoratus est: vbi multos sibi occurrentes donis regalibus honorabat. Cumque ciuitatis porticum vidisset dirutam, quam in bello Mithridatico depositam, non facile propter magnitudinem & pulchritudinem restaurari contigerat, pecunias præbens quantæ superabundare potuissent ad operis perfectionem, præcepit ciuibus, vt non negligerent, sed citius ornatum suæ ciuitatis erigerent. Ipse vero cessante procella, ad Mitylenen accessit, & exinde ad Byzantium profectus, cum audisset vltra cyaneas cautes iam Agrippam nauigasse festinauit: & ad Sinopem Pontică descendens, subito illi insperatus apparuit: à quo libenter exceptus honoribus fruebatur. Cum quo & totius expeditionis tempore labores partitus est. Cumque prouincias Ponticas ordinasset, per Paphlagoniam & Cappadociam, & exinde per magnam Phrygiam profecti, Ephesum peruenerunt, vnde ad Samum nauigauerunt. Multa vero per ciuitates singulas beneficia regis, secundum petitiones interpellantium fiebant, dum largitionibus minime parceret: sed & si qui aliquid ab Agrippa petissent, arbitrio suo postulata complebat. Cumque bonus & largus præstando petentibus esset, nullumque constaret, Agrippam similiter ad beneficia prouocabat. Nam Illiensibus eum reconciliauit iratum, persoluit & pecunias, quas procuratoribus Cæsaris Chij debebant: aliorum quoque petitiones munificenter complebat. Cumque ad Ioniam peruenissent, Iudæorum populi qui ciuitates habitabant, tempus & fiduciam nacti: violentias referebant, quas patiebantur dum legibus proprijs vti non sinerentur: damna etiam per calumniam exactorum in festis diebus: darent & pecunias quas ad Hierosolymam transmittebant, & multis alijs calamitatibus opprimerentur, Romanis semper præcipientibus eis secundum proprias leges viuere. Quæ cum suggessissent Herodi, præsentauit eos vt audiret Agrippa eorum allegationes. Nicolaum autem quendam ex suis amicis dedit, qui pro eis peroraret. Agrippa vero Romanorum nobilissimos, & reges & potentes qui tunc præsto erant, cum ad concilium secum perduxisset, Nicolaus ita pro Iudæis locutus est: Omnes quidem ŏ maxime Agrippa indigentes, oportet pro necessitate confugere ad eos, qui violentiam possint auferre. Hi vero qui nunc interpellant, fiduciam prius à vobis datam quam sæpius optauerunt, nullatenus se perdere per vos postulant qui dedistis. Petunt enim hæc quæ acceperunt à vobis, qui soli potestis præstare, seruentur: Nam damnis afficiuntur, non ab aliquo meliore, sed ab his quos pariter secum subiectos vobis esse cognoscunt. Et si quidem maxima sunt, quæ à vobis meruerunt, laudabiles videntur, quod ita se probauerunt beneficijs dignos: si vero minora sunt, inhonestum est, si nec

Liberalitas Herodis.

Herodes iterũ occurrit Agrippæ.

Oratio Iudæorum ad Agrippam pro tuenda libertate

si nec hæc firmauerint qui præstiterunt. Hi enim qui violentiam Iudæis ingerũt, nisi putarent bonos eos esse quod à vobis talia meruissent, non eis inuiderent, & vestra beneficia cessare niterentur. Quod si quis interroget, vtrum velint patrijs legibus ipsi priuari, id est, immolationibus & pompis, quas festis diebus offerunt: scio libenter eos omnia pati, quàm patrias leges amittere. Nam & bella propter hoc multi amplectũtur, verentes, ne transgrediantur patrias leges & libertatem quibus nũc vniuersum hominum genus per vos potitur, quod nos etiam petimus, vt liceat nobis per prouinciam seruare solennia. Cur ergo hi quæ pati nolunt, in alios committũt? Illud vero consideremus: Nunquid est populus, aut ciuitas, aut genus hominum, quibus non maximum bonum apparuit continentia vestri imperij, vel potentia Romanorum, vel audet aliquis eorum beneficia infirmare, licet si amens? Nam nemo est, qui non horum particeps, vel publice vel priuatim existat. Quod & si quis auferat quæ vos donastis, nihil firmum neq; sibi quod per vos habuerit obtinebit. Vestra enim dona quis enumerare præualeat? Si recordatum fuerit regnum antiquum, & modernum imperium, multa existunt quę à felicitate vestra concessa sunt. Nostra vero licet clara sint, non tamẽ inuidiosa, propter vos qui donastis. Hoc tantum perfrui postulamus, vt sine impedimento patriam religionem seruemus. Quod & per se non debet inuidiosum esse, siquidem deus lætatur honoratus. Ex nostris vero solẽnibus nihil inhumanum est, omnia vero religiosa & iustitia sunt salutari deuota. Neq; enim cælamus mandata quibus vtimur monimentis pietatis & humanarum professionum. Septimum vero diem remittimus, doctrina nostrorum solennium imbuti: quapropter nullatenus peccamus. Bonæ itaque leges probantur quas colimus, si quis per se eas requirat, & antiquæ existentes, licet aliquibus non sic esse videantur, vt earum honor per longitudinem temporis non facile repellatur ab his qui eas caste custodiunt, quibus non priuant per violentiam. Pecunias nanque quas deo conferimus, rapientes manifestum sacrilegium committunt. Vectigalibus vero grauantes nos in festis diebus, ad iudicia & ad mercimonia non necessaria trahunt, pro contumelia religionis quam nos colere cognoscunt, de qua non iustum odium habent. Siquidem vestrum imperium, quod omnibus dominatur, probitatem quidem laudat, contumelias autem fortiter abhorret. Postulamus igitur maxime Agrippa violentias auferri, ne prohibeamur legitimis nostris solẽnitatibus perfrui, & ne substantiæ nostræ rapiantur ab his, quibus nullam violentiam inferimus. Nam petimus non tantum insta, sed etiam à vobis primo donata, poscimusque pro his senatusconsulta, & tabulas in Capitolio positas relegere, quas certum est experimẽto nostræ circa vos fidei datas. Sed si nullatenus fideles vobis apparuissemus, debent tamen firma esse quæ donastis, & non tantum nobis, sed etiam omnibus hominibus præstitistis, eos beneficiorũ largitionibus ampliantes: quorum singula si quis enumeret, potest immensam orationem longo sermone conficere. Nos vero hęc iuste impetrasse si velimus ostẽdere, sufficiet nobis, vt priora taceamus, hic noster rex, qui vobiscum præsens cosidet, qualiter eius fides erga vestram familiam claruit. Quis enim fauor eius, aut quis in vos non excogitatus honor, aut causa quæ defuit. Quis autem prohibet vestra circa nos enumerando beneficia explanare. Sed bonum puto, prius patris Antipatri res gestas explicare: qui cum in Ægyptum Cæsar intrasset, cum duobus milibus armatis ei auxiliaturus occurrit, neque in terrestribus certaminibus neque naualibus armatis minor apparẽs. Et quid oportet dicere quantum profecit illo tempore, tot donationibus Cæsaris accumulatus. Singulas vero memorare Cæsaris epistolas, quas tunc senatui pro ipso destinauit, publicos etiam honores, quod ciuem Romanum Antipatrum ordinasset, superfluum puto referre. Sufficit enim hæc demonstrare, iuste nos beneficia vestra possidere, quæ per vos confirmari postulamus: quæ & si prius non extitissent, sperabamus affectu circa vos nostri regis, & vestro erga eum acquirere. nunciatur enim nobis ab Hierosolymorum Iudæis, qualiter prouinciam ingressus esses,

Accusatur turbatores libertatis Iudæis à Romanis concessæ

ſus eſſes,& deo perfectam immolationem honorando cum integris ſupplicationibus perſoluiſſes, & quomodo populum pauiſſes, & ab illo munera ſuſcepiſſes, quæ per gentes & ciuitates ſigna vel indicia hoſpitalitatis & amicitiæ veſtræ putantur,quæ meruit Iudæorum gens per Herodis prouidentiam. Hæc admonentes vnà cum iſto tibi conſidente rege,petimus te nihil ſuperfluum:ſed vt quæ vos dediſtis, ne concedatis ab aliis auferri. Cum hæc Nicolaus diſſeruiſſet: nulla eſt facta à Græcis controuerſia. Non enim in iudicio hæc, ſed in conuentu ventilabantur:hac tamen occaſione pro ſatisfactione vſi ſunt, dicentes: quod inquilini per prouinciã Iudæi violẽtiam habitatoribus eius ingererent,dum illi indigenas ſe demonſtrabant: & licet ſuis ſolennibus vſi,tamen nihil læderent eos. Ergo intelligens Agrippa violentiam eos pati,hæc reſpondit: Propter Herodis amicitiã vel fauorem,paratum ſe eſſe cuncta Iudæis concedere. Tamen hæc,inquit, quæ poſtulant,per ſe iuſta perſpiciuntur: & ſi amplius petiſſent,non me piguiſſet,quæ non lædebant Romanorum imperium,eis concedere. Sed quoniam hæc & prius acceperunt,infirmari nullatenus concedo,quos volo ſine moleſtia proprijs ſolẽnibus potiri.Cum hæc interlocutus fuſſet,concilium dimiſit. Herodes autem affectui eius gratias exoluebat.Et ille pariter eum amplectebatur, & ita tunc diſceſſerunt. Rex autem domum reuerti volens, nauigauit: & ad Cæſaream deductus non multis diebus proſpero flatu ventorum,ad Hieroſolymã peruenit. Vbi concilium totius populi congregans,cum multi ex prouincia conueniſſent, concione habita,rationem totius ſuæ profectionis explanauit,& quæ Iudęis in Aſia per eum proueniſſent,vt ſine violentia in poſterum poſſet degere. Narrauit etiã quid felicitas vel gubernatio ſui principatus eis profuiſſet:nec non & quartã partem fiſcaliũ præteriti anni conceſſit.Qua illi oratione vel gratia lætati,cum ſummа exultatione bona regi orantes, receſſerunt.

Reſponſio Agrippæ.

Herodes reddit Hieroſolymam

Domeſticũ diſſidium inter Herodem & eius filios. C. III

PRocedebat autem ſeditio domeſtica, & acerbiorem accipiebat prouectum,cum tanquam hęreditarium odium ſuſcepiſſet circa aduleſcentes Salome, & ſumpſiſſet de matris eorum morte audaciam: dumq; vellet neminem illius relinquere,qui poſſet mortem eius vindicare.Cumq; aduleſcentes à genitore diſcordarent,memoria matris quę falſis accuſationibus fuerat interempta & imperij cupiditate:rurſus ſimile malum prioribus ortum eſt,dum derogationes ab illis circa Salomen & Phœroram fierent,inſidiæ vero ab his in aduleſcentes. Nam odium par alterutris fuerat, modus autem odij non ſimilis: dum illi manifeſte quidem detraherent, inhoneſtum putantes iram cælare: illi vero non tali modo, ſed callide ac malenole accuſationibus vterentur, ſeducentes ſemper aduleſcentes,quorum audaciã putabant ad necem poſſe fieri genitoris. Qui nullatenus pro matris flagitio confundebantur,nec eam credebant iuſte periſſe,imò magis feſtinabant in authorem homicidij vindicare. Deinde cuncta ciuitas iſtis ſermonibus completa miſerabatur innocentiam aduleſcentium: diligentia vero Salomes creſcebat,& ab illis occaſiones accipiebat,dum ſic contriſtarentur propter indignum matris interitum. Dicebant enim, miſere quidem contigiſſe matris obitum: ſe vero miſeriores, qui compellerentur cum interfectoribus matris cohabitare. Hæc autem ad peiora in abſentia regis procedebant.

De odio Herodis & impietate in filios duos legitimos. C. IIII.

CVm ergo Herodes receſſiſſet,& populo interlocutus eſſet,ſicut prædiximus, ſtatim ſermones ad eum per Pheroram & Salomen proferebãtur, magnum ei ab aduleſcẽtibus periculum imminere,quod minime ſuſtinerent inultum matris interitum.Addebant etiã,quod Archelai Cappadocis ſpe niterentur, tanquam per illum ad Cæſarem profecturi,& patrem Herodem accuſaturi. Per quæ Herodes confeſtim conterritus obſtupuit, quod & alij hæc eadem nunciaſſent.

Recordabatur

Recordabatur autem priſcas calamitates, quod nec vxore priuatus, ſeditione liberata domus eius fuiſſet, quæ priorum grauiora & peiora pateretur. Quapropter contriſtabatur, quod omnia præter ſpem feliciter ei forinſecus deus præſtitiſſet, & domeſticis calamitatibus vinceretur. Turbatus ergo & huiuſmodi calamitatibus afflictus in deiectionem aduleſcentium, Antipatrum filium ſuum ante principatum ſibi genitum de priuata vxore illis præponens, omnia in eum tranſtulit: dum putaret ſic cõterrere fiduciam filiorum Mariammes, & temeritatem eorum damnare, dum illi crederent alium præter ſe, patri ſuccedere: depoſitoq; Antipatri prouectione ſupercilio, poſſet eos ad meliora conuertere. Quod non ſicut putauit euenit, nam pueris omnino ſua deiectio grauius apparuit. Qua Antipater fiducia potitus quam prius non habuit, feſtinauit fratres affligere eorumque accuſatoribus conſentire, quibus pater facile credebat, alienatus à filiorum amore. Sodalibus ergo miniſtris vſus, ne ipſe in ſuſpicionem veniret, patris animum in fratres accendebat: nam multos iam acquiſierat ſuæ voluntatis miniſtros, propter ſpem quam de regno iam habuit: fide vero patris putabatur hæc facere: vnde plus triſtitiæ aduleſcentibus occaſiones creſcebant. Nam ſæpius ab eis lachrymæ pro contemptu ſuo, & matris recordatione fundebantur, patremq; manifeſte apud amicos tanquam iniuſtum accuſabant. Quę maleuoli per Antipatrum Herodi renunciantes, non paruam in aula ſeditionem commouebant. Quare exacerbatus rex accuſationibus, & humiliare nimis Mariammes filios volens, maiora in honorem Antipatri excogitabat, adeo, vt & matrem eius dudum contemptam reduceret, & Cæſari ſæpius pro eo ſcriberet. Agrippa vero pod diſpenſationem decennalem Aſiæ Romam aſcendente, rex à Iudæa nauigans ad eum, ſolum Antipatrum ſecum duxit. Cui eum cũ multis donis commẽdauit, quatenus Romæ Cæſari amicũ faceret, vt iam omnes crederent, contẽptis aduleſcentibus in illum rẽgnum patris transferri. Ipſe quoque ſcribens, Romæ multis amicis Antipatrum commendabat. Qui contriſtabatur, quod abſens fratres ſuos ſolito accuſare minime valeret: timebat enim, ne mutatus pater, modeſtius filios Mariammes diligeret. Cumq; hæc cogitaſſet, ſua maligna voluntate vſus, exinde incitare patrem ſperabat: vnde contra fratres frequenter ſcribens, vereri patris interitum ſimulabat: vſquequo Herodem ad tantum iræ vel furoris perduxiſſet, vt iam aperte contra filios niteretur. At ille, ne tantum facinus perpetuaretur, melius putauit Romam nauigare, & filios apud Cæſarem accuſare: nihilq; ſibi tale permittere quod propter magnitudinem impietatis periculoſum exiſteret. Cum vero Romam perueniſſet, & ad Aquileiam ciuitatem perrexiſſet, Cæſarem compellare feſtinans, tempore apto de maximis ſuis calamitatibus intimauit: filioſq; ſuos præſentans, inſolentiam & audaciam eorum accuſauit, quod feſtinaſſent patrem ſuum perimere, regnumq; tyrannico more inuadere: dum ipſe licentiam haberet, non neceſſitate ſed recto iudicio tradere regnum permanenti filio circa paternam pietatem: quam à Cęſare percepiſſet, vt quem vellet, ſibi ſucceſſorem relinqueret: cum illi non ſolum regno, ſed & vita mererentur priuari, qui tale facinus in patrẽ moliti ſunt: quorum temeritatem diu portans, nunc cogeretur Cæſaris aures talibus verbis polluere, cum nihil paſſi ſint moleſtum aut graue à patre: cur vero iniuſtũ eis videretur, ſi principatum quem multis laboribus vel periculis ſuis acquiſiuit, cõcederet & præberet ei quem meritum æſtimaret? nam hoc, inquit, præmiũ cum alijs iuſtitiæ donis exiſtit, ſi meritis quiſquam gratiam præcedentem compenſauerit: & talem diligentiam habuerit, vt retributione tanta dignus exiſtat. Impiũ enim eſt vel de hoc ipſo cogitare, dum non poſſint ad regnum niſi patre peremptо accedere, quibus hactenus pater honores vel diuitias adminiſtrauit, coniugéſque nobiliſſimas genere copulauit: Ariſtobulo quidem filiam ſuæ ſororis, Alexandro vero filiam Archelai regis Cappadocum. Pro quibus commiſſis dum talia feciſſent, poteſtatem habens non in eos ſeuindicaſſe dicebat, ſed ad commune benefactorem Cæſarem adduxiſſe: & auferendo à ſe totum, quantum aut

pater læſus, aut rex inſidiatus potuiſſet agere, pariter eos in iudicio ſecum feciſſe aſtare: & reliquum eſſe, aut eos occidi, ne cum timore maximo ipſe viueret: aut ſe opprimi, quatenus vtriq; fabula hominum uel opprobriũ forent. Cum hęc Herodes apud Cęſarẽ filios ſuos accuſando dixiſſet, iuueneſq; eo dicente lachrymarentur, confuſi de tali accuſatione, licet liberum ſermonem ac fidelem à conſcientia poſſediſſent, tamen patris criminationibus difficilem ſatisfactionem putabãt fore dum non arbitrarentur honeſte & cum fiducia patrem redarguere. Erat ergo eis inopia dicendi & lachrymæ cum gemitu: dum timerẽt, ne putarẽtur mala conſciẽtia ſatisfactionem non inuenire. Turbationem autẽ eorum Cęſar attendens, ſicut erant innõxij, credidit quod non cõſcientia facinoroſa, ſed imperitia & modeſtia minime ſeſe pręualerent purgare. Vnde etiam facti miſeratione digni cunctis pręſentibus, patrem cõmouerunt ad veram miſericordiã: videteſq; propitiũ eum & Cæſarem, & alios præſentes, vnus eorum Alexander accuſationes diſſoluere niſus eſt: O pater, inquit, tuus quidẽ erga nos affectus euidenter manifeſtus ex ipſo iudicio apparuit. Nam ſi quid in nos crudele cogitaſſes, non nos ad omniũ ſeruatorẽ Cæſarem deduxiſſes, dum tibi quod velles liceret vt patri. Nemo enim quenquam volens interficere ad templa eum ſacrariaq; perducit, vnde vita conquiritur: quæ nobis morte peior exiſteret, ſi tale aliquid in patrem cogitaſſemus. Siquidem ſermonem fiducia veritatis inuenit: cum beatos nos fore ſciamus, te mitigantes, ac pericula & falſam delationem fugientes: ſi vero accuſatio pręualuit, ſolem iam videre nos ſuperfluũ iudicamus. Quod ergo dicis regnũ deſiderare nos veriſimilis contra iuuenes cauſa videtur: & quod de miſeræ matris interitu ſubiũgis à priore calamitate argumẽta percipiẽs, nobis ingeris crimẽ. Conſidera tamẽ quia hæc cõmunia cunctis exiſtũt, & ſimiliter in alijs dici poſſunt, dum nihil prohibeat, ſi regis filij ſint iuuenes, & matre eorum defuncta, omnes in ſuſpicione patris eſſe tanquam inſidiatores. Sed opinio ad talem credulitatem non ſufficit. Dicat vero quiſquam, ſi tale aliquid præſumptum eſt à nobis, vnde credibila hęc appareant. Nunquid hoc manifeſtis iudicijs poterit approbari, aut veneni confectio, aut æqualium coniuratio, aut ſeruorum corruptio, aut literæ contra te deſtinatæ: dum & hæc poſſint, licet non facta criminationibus confingi, domo regia non concordante? Principatum etiam, quem tu dicis præmium eſſe pietatis ſæpius euenit cauſam fieri malignæ rei. Culpam quidem noſtram nullus probauit. Accuſationes vero quomodo ſoluat, qui excuſationes non vult audire? Locuti ſumus quiddam, ſed non contra te: nam hoc iniuſtum eſſet: ſed in eos, qui ſi quid dictum fuerat, minime tacuerunt. Matrem vero quidam noſtrum planxit, non quod defuncta eſſet, ſed quia derogabatur ei ab indignis, volentibus principatum inuadere. Scimus nec patrem poſſidere quicquam, quod nos non poſſidemus. Et dum regijs honoribus fruamur, fruſtra feſtinamus, ſi te occidendo regnum tenẽre voluerimus, quibus pro hoc facinore nec terra peruia, nec mare nauigabile videtur. Nunquid ſubiectorum pietas, & gens religioſa concedere habuit patricidas Rempublicam obtinere, aut ſanctiſſimum à te confectum ingredi templum. Vt vero hæc omnia omittam, homicidium inultum Cæſare viuente poſſet dimitti. Sed neque filios impios creaſti, aut ſtultos, ſed infelices, téque indignos. Si neque cauſas habes neque inſidias inuenis, quid tibi ad fidem ſufficiet in tali crudelitate. An putas de matris interitu coniecturam ſumere, quæ nos non incitare, ſed magis mitigare poſſet. Ampliorem quidem ſatisfactioni volebamus ſermonem inferre, ſed non recipiunt prolixiorem orationem, quæ minime commiſſa creduntur. Quapropter ante omnium dominum Cæſarem præſenti tempore paciſcmur, ſi ſine ſuſpicione tua cum veritate circa nos tuum recipimus affectum pariter poſſumus viuere, licet non feliciter: quia maxima mala ſæpius ex falſo crimine generantur. Permanente autem in aliquo mœrore culpæ noſtræ, iam nobis vita iucunda non videtur, ſi tu eam vt immeritis largiaris. Cum hæc dixiſſet, & Cæſar nec prius magnitudinem criminationis crederet, tunc magis

Reſponſio Alexãdri contra accuſationem patris

placabatur

placabatur: & frequenter Herodē attendens, videbatur mitigari. Cumq; pręsentium miseratione rumor in aula diuulgatus esset, regem faciebat inuidiosum incredibilis accusatio. Nam adulescentum ætas, corporis pulchritudo, miserandū eis auxilium conferebat: plus vero, quia oratio conuenienter & sapienter in Alexandri verbis occurrerat. Cæsar autem modicum remoratus, adulescentes quidē licet ab accusatione extranei viderentur, hoc ipsum tamen peccasse eos pronunciauit, quod non tales se patri prębuissent vt non darent criminationis occasionem. Herodem vero petebat, vt omnem opinionem abijciens, reconciliaretur cū filijs: dum non esset credibile ab eis scelus hoc potuisse committi. Cum hæc persuasisset, iuuenibus innuit, advestigia patris sese proijcere. Qua supplicatione pater eos lachrymabiliter & flebiliter est amplexus: quod cernentes qui aderāt, flexi miseratione, in lachrymas facile proruperunt. Illi autem gratias Cæsari agētes, pariter discesserunt, & vnà cum his Antipater, simulans læticiam pro eorum reconciliatione celebrata. Postero die Herodes Cæsari quidem donauit trecenta talenta, spectacula & munera populo Romano tribuenti. Cęsar autem ei metalli æris Cyprij dimidios reditus, & dimidiam procurationem prębuit, & hospitalibus eum muneribus honorauit: & de regno potestatem concesit, quem vellet filiorum successorem relinquere, vel partiri vnicuiq; regnū, vt ad omnes perueniret. Illo tamen viuente, hoc agere non permisit, dicens: oportere eum dum viueret, & regni & filiorum dominationem possidere. Hæc dum ordinasset, rursus redit ad Iudęam. In cuius absentia, non parua pars regni defecerat Trachonitidis: quos relicti Iudices iterū sub imperium redegerunt. Herodes vero cum filijs dum nauigaret, & peruenisset in Eleusam Ciliciæ: quę postea Sebaste dicta est, inuenit Cappadociæ regem Archelaum expectantem, & de filiorum reconciliatione gaudētem: & quod Alexander, qui filiam eius habuit, ab accusatione solutus esset: donationesq; inuicem vt reges dederunt. Vnde cum Herodes ad Iudæā peruenisset, & ingressus in templum fuisset, de suis prosperis actibus locutus est populo, Cęsaris in se munificentiam explanans. In fine vero ad persuasionem filiorum sermonem conuertit, vt in aula & in aliis cunctis cōcordarent: quos & post reges futuros demonstrauit: primū quidem Antipatrum, postea vero filios Mariammes, Alexandrum & Aristobulū, hortabaturq; eos, vt dum ipse viueret, sibi in omnibus obedirent, quia nec per ætatem impediretur, nec per senectutem suam Remp. gubernaret. Cum hęc dixisset, concione dimissa, multi sub expectatione filiorum eius, nouis rebus studebant.

Reconciliatio Herodis & filiorum suorum

De magnanimitate & munificentia Herodis, & vrbibus ab eo conditis, & crudelitate in suos. Caput V

EOdē tempore perfecta est Cæsarea, quam ędificauit decennali tempore, vicesimooctauo anno regni sui, olympiade centesima & nonagesimasecunda cuius in dedicatione celebratio vel apparatus munificētissim⁹ fuit. Nā prę ceperat certamina musica, & palæstras cōuenire. Pręparauerat etiā feras, & gladiatores, cursusq; equorū: & reliqua miranda spectacula, in honore quinquēnali Cęsaris. Cui Cęsar cū sua vxore Iulia, pro dedicatione ciuitatis, maxima liberalitate summū direxerat apparatū: quorū sūma quingētis talētis ęstimata est. Cūque multitudo ad ciuitatē cōueniisset pro spectaculis, & legationes quas populi destinauerant, beneficiis eius gratias agētes, pariter occurrissent, cūctos susceptit in diuersorijs & cōuiuiis: & per dies quidecim spectacula & delicias ministrauit, vnde insignis ei⁹ magnanimitas potuit diuulgari. Qua propter perhibēt Cęsarē & Agrippā sæpius dixisse, quod magnanimitati Herodis imperiū ei⁹ deesset: & dignū eū esse Syrię vel Ægypti regnū possidere. Post hui⁹ vrbis dedicationem in cāpo qui Capharsaba vocabatur, in loco aquoso, & optima terra arborib⁹, & fluuio circundata, ciuitatē ædificauit, quā nomine patris sui Antipatridem nuncupauit, pulchritudine & amœnitate decoratā: necnon & nomine matris locum

Quinquennale certamen

Munera a Cęsare missa

iuxta Hiericuntē ædificans,munitione & domicilijs optimum:Cyprum nomina uit:imò & nomine fratris ſui Phaſelli, propter amorem quem in eum habuerat, conſtruxit turrim in ea ciuitate,non minorem Pharo Alexandrina,pro munitione ciuitatis,quam in fratris memoriam Phaſellum vocauit.Appellationis vero eiuſdem,& ciuitatem iuxta Hiericuntem cōdidit.Beneficia vero ipſius,quę alijs ciuitatibus per Syriam & Greciam,& ad quos contigit eum proficiſci, donauit, minime poſſumus explanare : nobiliſsima vero , & maxima facta eius in Rhodios extiterunt.Siquidem Pythium ipſe ſuis ſumptibus cūſtruxit,&præbuit multa talenta ad nauium cōfectiones. In Nicopolitana etiam ciuitate,quam in Accio Cæſar ædificauerat,multa publica loca condidit. Antiochenis vero magnā ciuitatem Syriæ habitantibus,plateam longam in media ciuitate poſitā,ex vtraq; parte porticibus ornauit,& viam lapide polito ſtrauit,ad ornatum & voluptatē habitantium:necnon & olympiacum certamē appellatione dignum, propter pecuniarum inopiam melius reditibus deputatis refecit,& immolationibus & reliquo ornatu celebrationem eius inſignem reddidit:pro qua munificentia perpetuus Agonotheta nominatus eſt.Alijs quidē mira videtur differentia voluntatis naturæ eius.Nam ſi largitiones conſiderentur,& beneficia, quę omnibus donauit hominibus,quis poteſt negare munificentiſsima natura eum fuiſſe? Si vero tormenta & iniquitates in ſubiectos vel domeſticos eius attendantur,duriſsimus & ferus,omniq; pietate alienus putatur.Vnde inconſtantem & ſibi contrariā volūtatē eius exiſtimant,quod ego minime puto ,dū vnam cauſam invtroq; dominantē conſidero.Nam dum ad immenſam largitionem , munificentiamq; produceretur,ſi alicubi preſentis gloriæ ſpes occurriſſet,vel futuræ,ſumptib9 profuſis alacriter eam emere feſtinabat.Quapropter compellebatur ſæuus in ſubiectos exiſtere,dum preſentibus conſumptis pecunijs, alias vellet acquirere.Cūq; cognoſceret propter violentias ſuas ſe ſubiectorum odio teneri, corrigere quidē vitia non facile poterat,conabatur autē odium ſuum occaſione pecuniarū vlciſci.Familiariū vero,qui eum verbo non placaſſet,ſeſe ſeruū dicendo:aut ſi ſuſpicatus fuiſſet aliquē de principatu cogitare,nullaten9 ſe poterat moderari,ſed perſequebatur & cognatos,& amicos,tāquam hoſtes.Et dum vellet ſolum ſe honorari,talibus delictis ſuccubuit.Teſtimonium autem mihi prębēt,huiuſmodi paſſionis eum fuiſſe,in Cæſarem vel Agrippam,vel in alios amicos, honores exhibiti.Nam qualiter ipſe adulabatur maioribus,ſimiliter ſibi fieri à ſubditis expetebat.Sed gens Iudęorum lege hoc agere prohibetur:& contempta inani gloria, ſolam ſpectat iuſtitiam.Vnde rex eos exoſos habebat,quod non potuiſſent eum templis vel imaginibus honorare.Huius rei gratia arbitror Herodem in ſuos quidem ſæuiſsimum,in extraneos vero munificum apparuiſſe.

Phaſelus turris & oppidum

Herodes Agonotheta dictus

De Auguſti & Agrippæ datis ad prouinciarum præſides literis. Cap. VI

INterea Iudæi per Aſiam & Libyam atrociter affligebantur,dum non eiſdem legibus ſicut ſub antiquis regibus vterentur,ſed violentia paganorū opprimerentur,vt pecunias ſacras violenter ammitterēt:ideoq; ad Cæſarem pro his legationem deſtinauerūt. Qui ſcribens per prouincias,ſuis eos legibus vti præcepit, quarū exempla ſubiungimus:demōſtrant enim voluntatē,quā ab initio pro nobis Romani imperatores habuerūt.Cæſar Auguſtus pontifex tribunitiæ poteſtatis dicit:Quoniam gens Iudæorū fidelis nō ſolū preſenti tempore,ſed etiam priori,& magis patri meo dictatori Cæſari,P.Q.Romani,& princeps Hyrcanus apparuit,placuit mihi & ſenatui,cum ſententia Po.Romani,Iudæos ſuis legibus, & patrio iure frui permittere,ſicut & ſub Hyrcano principe ſacerdotū altiſsimi dei,& ſacraria eorum inuiolata permanere,& pecunias ab eis ad Hieruſalē trāſmiſſas,reddi cuſtodibus pecuniarū:neq; vadimonia ſabbato,vel ſexto die ab hora nona exigi .Si quis autem inuentus fuerit auferens ſacroſanctos eorū codices, aut pecunias à ſynagogis,huiuſmodi ſacrilegio teneatur,& ſubſtātia eius publico deputetur.

Exemplar epiſtolæ Cæſaris & Agrippæ pro Iudæis

co deputetur. Suggeſtionem vero eorum pro pietate mea, quã habeo ſuper omnes homines, per C. Martium Cenſorinũ mihi porrectam, & hoc decretum, prę cipio proponi in nobiliſsimo loco, quem omnis Aſia meo nomini dedicauit. Si quis aũt tranſgreſſus fuerit hanc conſtitutionẽ, non mediocrem pœnã exoluet. Scriptũ eſt in templo Cæſaris. Cæſar Norbano Flacco ſalutem. Iudæi, qui anti qua conſuetudine ſolent pecunias ſacras ad Hieroſolymã tranſmittere, ſine impedimẽto hoc faciant. Hæc quidẽ Cæſar. Agrippa vero ſcripſit pro Iudæis hoc modo: Agrippa magiſtratibus, ſenatui, populoq; Epheſiorũ ſalutem. Pecuniarũ ſacrarum: quę in Hieroſolymorum templum tranſmittuntur, diligentiam & cuſtodiam in Aſia Iudæos habere pręcipio, ſecundum patriũ morem. Hos autem, qui ſacras pecunias Iudæorũ auferũt, & ad aſylum confugiunt, iubeo detrahi, Iudeisq; reddi: quo iure etiã ſacrilegi detrahuntur. Scripſit vero Syllano magiſtratũ gerenti, ne ſabbato Iudæi compellantur vadimonia prębere. M. Agrippa Cyrenenſium magiſtratibus, ſenatui, & populo ſalutem. Iudæi, qui per Cyrenẽ habitãt, pro quibus iam Auguſtus ſcripſit in Libya Fabio magiſtratũ gerenti, alijsq; ibi prouinciæ procuratoribus, quatenus ſine impedimento pecunię in Hieroſolymã ſecundum morem ſuum tranſmittãtur, nunc me interpellauerunt, qui ab aliquibus calumniatoribus affliguntur, occaſione tributorum, quę nequaquam debẽt, & prohibentur ſolennia ſua peragere: quos nullo modo impedire admoneo. Sed & ſi quas ſacras pecunias ciues ab eis abſtulerunt. has ipſas reddi pręcipio, & in reliquo corrigi, ne talia cõmittantur. C. Norbanus Flaccus, proconſul, Sardienſiũ magiſtratibus, & ſenatui ſalutem. Cęſar ſcripſit mihi, pręcipiens nequaquã Iudęos prohiberi patria conſuetudine pecunias colligentes, ad Hieroſolymam tranſmittere: Scripſi ergo vobis, vt ſciatis, quoniam Cæſar & ego ſic volumus. Nihilominus & Iulius proconſul ſcripſit ita: Epheſiorũ magiſtratibus, ſenatui, & populo ſalutem. Per Aſiam Iudęi habitantes, Idibus Februarijs Epheſum mihi Iudicanti demonſtrauerunt, Cæſarẽ Auguſtum, & M. Agrippam conceſsiſſe eis, proprijs vti legibus: imò & pecunias, quas ſinguli eorum ſua voluntate pietatis cauſa, quam in deum habent, ſolent tranſmittere, habeant licentiam ſine impedimento hoc agere. Petierunt autem, vt & ego ſimiliter cum decretis à Cæſare, & Agrippa, meam ſententiam confirmarẽ. Volo igitur vos cognoſcere, quomodo decretis Auguſti & Agrippæ parens, præcepi eos vti & ſeruare ſine impedimẽto ſua ſolẽnia. Hęc ideo explanauim9, quoniã cõſcripta noſtra amplius apud Gręcos ventura ſunt, vt demonſtrem eis, quia cunctũ honorẽ ab initio impetrantes, nihil ex patrijs legibus prohibiti ſumus à magiſtratibus agere: ſed & defendebamur, religionẽ & honores in deũ ſeruãtes: quarũ facio ſæpius mentionẽ, vt mutatis ſeculi odijs cauſæ quę nobis ob hoc vel illis irrationabiliter inferę ſunt, euellãtur, Nã legibus eiſdem nulla gens ſemper vtitur, dum & oppidatim multa religionis differentia ſeruetur: iuſtitiæ vero à cunctis hominibus ſimiliter ſtudetur, quę cõmoda Gręcis & Barbaris exiſtit: de qua noſtræ leges cũ ſint multam rationem habẽtes, omnes homines debent nos vt amicos & hoſpites amplecti. Nam oportet non differentia religionum nos alienos facere, ſed conſeruare benignitatis affectus, quę omnium hominum cõmunem vitam poterit cuſtodire. Redeo vero ad reliqua monumenta conſcriptionis.

Ratio quare tot epiſtolas congeſſerit

De ſepulchro Dauidis & Salomes incontinentia & Herodis perturbatione. Caput VII

IGitur Herodes ſicut prędixi, conſumptis ſuis pecunijs, audiẽs Hyrcanum ante ſe regẽ aperuiſſe tumulũ Dauid, & tria milia talentorũ inueniſſe, multo plura credens depoſita, quę ad omnes ſumptus ſuos ſufficerẽt, tumulum aperiẽs ingreditur noctu, dũ nequaquã vellet hoc ciuitatẽ ſentire. Vnde fideliſsimos amicos tantũ ducens, pecunias quidẽ depoſitas ſicut Hyrcanus non inuenit, ornatumve ro, & vaſa aurea plura tulit. Dum vero omne ſtudiũ poneret, & inquiſitionẽ diligentiorẽ faceret, ac vellet interius ingredi ad vrnas, in quibus Dauid & Salomo-

nis corpora posita erant, duo eius satellites flammis exusti sunt, ab interiore parte occurrẽtibus. Tunc ille timore perterritus, egreditur: & pro piaculo, monumẽtum ex lapide candido, ante ianuã magnificẽtissimis construxit expensis. Cuius & Nicolaus historiographus meminit, sed descẽsum regis obticuit, dum inhonestum hoc factum cognosceret, quod semper in suis egit conscriptis. Nam viuente rege cum eo degens, ad gratiam eius & fauorem illa tãtummodo dicebat, quæ ad gloriam eius pertinebant: multas vero iniquitates eius mutabat, & cum multo studio cælabat. Nam Mariammes, filiorũq; eius mortes crudeliter factas, ad satisfactionem cupiẽs perducere, vt luxuriosam illam, & adulescentes patris insidiatores accusauit. Rex gestas autem regis, amplioribus laudibus extollens, delictis eius studiose satisfaciebat. Cui danda venia est, quia non historiam, sed laudem conscripsit. Nos vero generi Asamonæorum regum propinqui, & cum honore sacerdotium habentes, aliquid mentiri fœdum putauimus: ideoq; cum veritate gestorum memoriam recensemus. In domesticis ergo malis Herodes constitutus affligebatur, nam multi ex regis ira capientes audaciam, accusabãt propinquos & amicos eius. Quibus ita inter se dispositis, nulla requies erat. Siquidem Salome inimica filijs Mariammes, Aristobulo suam filiam coniunctam, nullatenus fidelem ei esse sinebat: dum flecteret eam, vt quicquid locutus secrete fuisset, nunciaret sibi: & in altercationibus quæ inter iugales sæpius cõtingũt, cogebat puellam dicere, quæ de marito sciebat. Illa vero dicebat, quod sæpiꝰ me moriam suæ matris Mariammes faceret, & quod patrem odio haberet: frequẽter autem interminaretur, quia si principatũ obtineret, filios quos Herodes ex alijs vxoribus habebat, magistros literarum in agris constitueret: dum magis apti essent ad hoc opus, quàm haberent circa studia diligentiã: vxores vero, si quando videret maternum indui ornatum, pro præsentibus ornamẽtis, ciliciis intercludi, ne solem viderent. Quę confestim per Salomen regi nunciata, dolorẽ eius inflãmabant. Vrgebatur vero multo peius omnibus credẽs, inuicem se accusantibus. Tunc aũt filijs interminatus, satisfactionibus eorum ad præsens mollitus, in posterũ atrocius exarsit. Nam Pherora cum ad Alexandrum veniisset, filiam Archelai Glaphyram, sicut prędiximus, habentem: Salomen, inquit, dicentem audiui, quod Herodes in amorem Glaphyræ suæ nurus incidisset, & minime desiderij solatium posset inuenire. Quod ille audiens, adulescentia vel æmulatione cõmotus, quę honoris causa circa puellam ab Herode fiebãt, propter amorem hæc eum facere suspicabatur. Dolorem ergo minus tolerans, patri nunciauit cum lachrymis, quę Pherora dixisset. Herodes autem multo magis furens, & mendacium impudicæ criminationis non ferens, turbabatur, & sæpius exclamans malevolentiam familiarium, qualis ipse erga eos fuisset, & quales eos inueniisset, cõuocauit Pherorã, quem huiusmodi verbis aggressus: Pessime, inquit, omnium ad tam immẽsam & infandam indeuotionem peruenisti, vt talia de nobis existimes aut loquaris? Nonne video tuam voluntatem, quia non ad meam iniuriam talia verba producere, sed insidias & venena immittere filio pro mea perditione festinasti? Quis enim alter nisi bonitate dei retentus, quam hic puer in se habet, portare potuisset in patrem nõ vindicare tam crudelem opinionem? Prius enim gladium in dextram, quàm hoc verbum in animum eius debebas immittere cõtra patrem. Quid autem conaris male loquendo de me, nisi vt eorum fauorem fraudibus tibi cõcilies? Nam talia dixisti, quæ tuæ impietati fuissent cogitanda. Abisce de iam pessime circa fratrem ac benefactorem, & tecũ quidem hæc malicia conscientię conuiuat. Ego vero vincere soleo meos, nec vindicans merito in eis, sed magis beneficijs exornans, quibus indigni esse noscuntur. Talia quidem rex: Pherora vero statim mœstitia plenꝰ: Salome, inquit, hæc persuasit, & ab illa sermones audiui. Quæ mox, vt audiuit (nam præsens erat) exclamauit, quod nihil tale ab ipsa dictum fuisset, & quod festinarent omnes ad odiũ regis eam perducere: cũctisq; modis occidere, propter fidem quam erga eum semper habere cognoscerent

Ioſephus ex genere Machabæorum

Indignatur Herodes fratri

ſcerent: in preſenti vero plus ſibi inſidiari, quod ſola reflecteret fratrem, ne vxo rem quam nunc haberet, repudiaret, regisq; filiam in matrimonio ſibi coniunge ret. Quapropter me falſis, inquit, accuſationibus eſt aggreſſus. Cum hęc dixiſſet, crines ſuos dilacerans, & pectora manibus tundens, veriſimilis ad negationem eſſe conſtabat: maleuolentia vero morum, diſsimulationem redarguebat. Pheroras autem in medio reſtitit, nullam habens ſatisfactionem. Nam Alexandro ſe dixiſſe confeſſus eſt, audiſſe vero à Salome minime comprobauit. Vnde diu con feſsione ſermonum facta, rex fratrem & ſororem auerſatus, filium pro conſtan tia laudauit, quod ſibi ſermones Pherorę nunciaſſet. Hac lite facta, Salome vt accuſationis commotæ caput, omniũ odio tenebatur, quam vxores regis vt male uolam abhorrebant; eo quod natura malignam eam cognoſcerẽt. Occaſione er go data, ſemper eam accuſabant Herodi: quarũ fiducia ex huiuſmodi cauſa ma gis accreuit. Rex Arabum Obodas nomine, naturaliter ſegnis, & regni negocijs penè inefficax, habebat diſpenſatorem regni ſui aſtutum iuuenem, & in omni bus nimis ornatum: cuius & ditioni omnis Arabia ſubiacebat. Hic pro cauſa quadam cum ad Herodem perueniſſet, & cœnaret cum rege, vidit Salomen, & deſiderio eius captus eſt: audiens preſertim quod vidua eſſet, amplius inflamma tus, loquitur de nuptijs eius. Salome vero male tunc à fratre tractata, iuuenisq; accenſa amore, libenter conſentit ad nuptias. Et cum rurſus ad cœnam conue niſſent, monſtrabantur plurima, nec mediocria ſigna cupidinis eorum. Quę mu lieres regi nunciauerũt, deridentes impudentiam illius. Herodes vero, cum Pho roram interrogaſſet, & obſeruare preçepiſſet in cœna quid illi facerent inter ſe, nunciauit ei, quod nutibus & oculis non laterent de ſuo pudore. Poſt hęc Arabs quidem in ſuſpicionem veniens, receſsit. Cumq; tribus mẽſibus remoratus eſſet, rurſus redijt, adhuc ipſum ſermonem Herodi facturus, poſtulatq; dari ſibi matri moniali iure Salomen, dum non incommoda ei foret affinitas eius cum Arabũ principatu, quem iá ſibi nunc adeſſe, magis vero futurũ ex plano credebat. Cum que hunc Herodes ſermonem ſorori retuliſſet, interrogans, ſi ad nuptias conſen tiret, illa ſine mora conſenſit. Tum illum quoque inquirit, ſi vellet inſcribi legi bus Iudęorum, & circumcidi, eo quod aliter non poſſet Salome penitus ſibi iun gi. Ille reſpondit nullatenus iſta conſentire: quia ſi actum fuerit, ſe ab Arabis nõ ſolum regno, ſed & vita priuari. Quo dicto, receſsit. Salomen autem ex illo die Pheroras iam de luxuria criminari cœpit, nec tantum ille, quantum regis vxo res. quæ dicerent eam cũ Arabo adulteriũ cõmiſiſſe. Puellam nanque, quã fratri ſuo Pheroræ rex deſponſauerat, ipſe quidem nõ accepit, victus amore, ſicut prędiximus, vxoris abſentis. Salome autem rogabat filio ſuo de Cuſtobaro nato, eã coniungi: & diſſuadetur rex à Pherora, dũ adoleſcentem ſuſpectum haberet pro pter patris interitum: iuſtius autem eſſe, ſi duceret eam filius ſuus, qui magiſtra tus tetrarchiæ ſucceſſor extabat. Cumq; priore pacto ſoluta puella, duceretur à filio Pheroræ, pręſtitit rex dotem centum talenta, Itaq; diſſenſiones familiares non ceſſabant, ſed maiores ei turbę creſcebãt, & incidit tale aliquid ex cauſa nõ honeſta, & diutius ad difficultatẽ vſq; proceſsit. Fuerunt enim eunuchi regi, pro pter pulchritudinem nõ mediocriter acceptabiles: quorum vnus pincerna, alter inferior, alter vero lectuli regis creditarius, qui & cõſilio eius intererant. De qui bus nũciauit quidã regi, quod hi ab Alexandro multis pecunijs corrupti eſſent. Qui requirenti regi, de facta quidẽ cõmunione vel permixtione confeſsi ſunt: a liud vero nihil acerbũ ſcire de patre dixerunt. Cumq; magis torquerẽtur, & in ne ceſsitatibus eſſent, ſemperq; miniſtri atroces in eos inſiſterent, ad gratiam Anti patri hoc confeſsi ſunt, quod odiũ circa patrẽ & inimicitias Alexander haberet & perſuaderet eis Herodem quidẽ ſpernere, velut ſuperfluũ, & cooperientẽ ſene ctutis ſuæ tẽpora, dum annos ętatis cælaret: & ad ſe iam reſpicere, tanquã regnũ habentẽ inuito patre: & quod alij nullatenus: ſed ſibi citius primus locus ventu rus eſſet: non propter genus tantũ, ſed præparationibus præparatã ei dominatio nem

Salome de adul terio ſuſpecta

De tribus eiuſ dem: qui odium filiorum in He rodem cõfeſſi ſunt

nem,esseq; quã plures,qui cuncta pro se pati vel facere essent parati. Hæc cum Herodes audisset,totus in furorem metumq; tractus,ea quę ad contumeliam dicta cognouit,molestè tulit:aliavero in suspicionem periculosam suscepit. Vnde ex vtrisq; incitatus,timebat,ne pro veritate conflata fuisset in eum coniuratio fortior priore,& custodias vndique communiens:secrete quęstionem fecit. Speculatores autem eis de quibus suspicabatur,apposuit: & dum in suspicione vel odio cunctos haberet,arbitrium pro tutela concipiens,multum contra insontes acerbus factus est. Sed magis ac magis validi videbantur ei,& terribiles,quos infrequenter nominabat,propter insolitam conuersationẽ: & si forte vocasset,statim de interitu suo securi non erant. Postea vero omnes propinqui,dum nihil habuissent firmũ ad spem suæ salutis,contra se conuersi,existimabant vtile,si quis anticipans aliũ accusasset: & hoc sibi salutem posse conferre,si suis facinorib⁹alios onerarent: & eò cadebant,in quod cæteros insidiabantur immittere. Nam regis pœnitẽtia ne eos occideret,quod nõ manifeste peccassent, intercedebat: ipsi vero,quod peius est,non desistebãt similia committere,sed ad pœnã currebant parem:dum vlciscerentur in eos,qui prius eos accusassent.

Accusationes amicorum Herodis inter se

De disidio Herodis cum filio Alexandro,& eorum amicis. Cap. VIII

TAlis igitur dum fuisset in aula turbatio,multis amicis rex palatium interdixit. Quam interdictionem maxime constituit his, qui fiduciam potiorẽ habebãt. Siquidem Andromachum & Gemellum,viros ab initio amicissimos, qui multum in repub.eius legationibus & consilijs domesticis profuerãt,eiusq; filios docuerãt: & qui præ filijs primum fiduciæ locum haberent,recusauit suscipere:Andromachum quidem,quod filius eius Demetrius amicus Alexandri esset: Gemellum vero fidelem illi sciens,quia & in conuiuijs & in studijs Romæ cum ipso degebat. Quos honestè quidem expulit,ne indecens aliquid contraviros nobilissimos constituere videretur:sed caute agens,fiduciam eorum cum honore amputauit,ne per potentiam aliquid in eum committerẽt. Horum autem omnium malorum autor erat Antipater,qui patris inconstantiam intellexerat: cum iam dudum ei consedisset. Vnde magis suadere videbatur,vt auferretur vnusquisque potentium. Tunc ergo rex,Andromacho cum cæteris expulso de colloquio & fiducia,reliquos fidelissimos Alexandri cum tormentis interrogabat,vt si quid cõtra se conflatum scirent,edicerent. Qui moriebantur,dum non haberent quod dicerent. Ille vero consumebatur,quia tales quales existimabat, non inueniebat. Callidus autem Antipater,quod ex veritate ad constantiam & fidem deducere non valebat,plus incitabat,requirendo à pluribus latentem coniurationem. Proinde cum aliquis ex pluribus tortis retulisset, quod cognosceret adulescentem, cum laudaretur corporis eius magnitudo vel sagittandi peritia, cunctaq; alia quę ad virtutem super omnes haberet,hæc sibi dixisse potius bona naturæ officere,dum pater inuideret: & idcirco ambulando cum eo sese humiliare,ne longior appareret:in venationibus vero cum sagittaret,illo præsente non recte iaculari propter genitoris inuidiã,quam de gloria sua haberet. Cumq; verbum scrutaretur,& remissio pœnarum corporis interuenisset,addebat,quod fratrem Aristobulum conscium haberet,vt in venatione patrem perimentes, ad Romam confugerent,regnumq; peterent,repertas vero & literas adulescentis ad fratrem Aristobulum,in quibus patrem accusabat non iuste fecisse,dum terram tribuisset Antipatro ducentorũ talentorũ reditus. Quibus relectis,putauit Herodes verũ existere,quod de filijs suspicabatur: & statim apprehẽdens Alexandrum ligauit. Deinde vero remisit suam atrocitatẽ,dum nec quæ audisset crederet,& existimaret nihil dignum pro insidijs ex his conflatum apparuisse,sed querela esset vel iuuenilis temeritas: & quod manifeste interficientes eũ Romã confugerent,non verisimile videbatur. Et maius aliquod sperans inuenire iniquitatis filij signum,dicebat non placere sibi temerarie filium colligasse. Torquẽs autem amicos nobilissimos

Antipatri malitia

Alexãder comprehenditur

simos

simos Alexandri non paucos,nihil penitus dequibus suspicabatur,cõfessos inuenit.Cunq; in hoc multus apparatus existeret,& terrorevel turba palatium plenũ esset,vnus quidam iuuenis,vt in necessitates peruenit,Romam dixit transmisisse Alexandrũ,& petisse,vt citius euocaretur à Cæsare:habere se manifeste causam suggerere contra patrem, quod regem Parthorum Mithridatem contra Romanos sibi recõciliasset:addens quia venenum etiã Alexander in Ascalone ei paras set.Tunc Herodes cum hæc audisset,credens quod solatiũ temeritatis inuenisset statim de veneno præcepit inquiri, quod tamẽ nullatenus potuit inuenire. Magnitudinẽ ergo malorũ Alexander volens confirmare,negare quidem distulit,in citando temeritatẽ patris ad multo maiora delicta: forsan aũt & per hoc amputare volens facilitatẽ eius,quã in accusationibus credendis habebat:tamen nullatenus obtinuit,dum omne regnũ cõcutere voluisset.Siquidẽ literas in quatuor libris destinauit,dicens, quod non oporteret torqueri quenquã, nec vlterius hoc procedere:quia reuera insidiæ factæ essent,in quas coniurasse Pheroram & fidelissimos amicos eius asserebat:Salomen autem noctu super se ingressam,& cum inuito concubisse: cunctosq; simul illic contra eum iure venturos, quatenus eum occidentes perficerent,quod semper habere in expectatione meditati essent. Inter hos etiam Ptolemæus & Sapphinius fidelissimi regis accusantur. Nam nihil aliud videbatur,quàm si rabies quædam incidisset beluarum more,vt amicissimi contra se armarentur. Idcirco ne satisfactio veritatis habebatur, sed indiscrete perditiones pronunciabantur.Cumq; aliquibus vincula,& alijs mortes,alijs vero insperate dolores infligeret, turpiter regnum à priore felicitate dehonestatum est:& sæuissima erat Herodi vita,dum turbatus nemini crederet, magnãq; expectationem tormentorum haberet. Ita noctu & die turbatus,in furorem & insaniam penè lapsus est,

De conciliatione Herodis cum suo filio,& interfectione latronum. Cap. VIII.

ARchelaus autem rex Cappadociæ,cum hęc de Herode audisset,territus pro filia,&de adulescente contristatus,pro tantis amici turbationibus in Iudęã venit:nec in contemptu quæ contigerant ponens, diligenter prius cuncta percontatus est:nec tamen in aliquo quasi culpans Herodem,quod temere fecisset,aggressus est:verens,ne non ad reconciliationem furoris eum perduceret: sed alium tenens ordinem,emendare quæ acciderant,cæpit.Nam iuueni interminabatur,Herodem autem mitem dicebat,dum nihil temerarie fecisset,matrimoniũ quoq; filiæ soluere se promittens:& nec ipsi parcere, si in aliquo reperta illi conscia non indicaret.Cum talem prẽter expectationem Herodes Archelaum vidisset,& quia plus ipso furorem suum demonstrasset,rex ab iracũdia mutatus, dum putaret iuste acta quæ fecisset,paulatim ad patris affectum redijt. Misericordia ergo inter vtrosq; apparuit,cũ aliqui pro iuuene satisfecissent, & Herodes ab ira mutaretur.Tunc Archelaum similiter increpantẽ attendens,petebat vt nuptias solueret,quod minatus esset:quia quamuis parum iræ adhuc habebat, in his quæ iuuenis cõmiserat.Archelaus tamẽ vti modestiorem eum faceret, criminationes in amicos referebat:dicens illorum esse,quod iuuenem malignitate sua corrũperẽt:fratremq; regis magis in suspicionem mittebat.Nam cum Herodes iram contra Pheroram habuisset,& Pheroras indigeret regis reconciliatione,simulq; credens,quod Archelaus eum flectere potuisset,accessit ad eum cum veste nigra:petens,vt fratrem pro eo peteret.Quem Archelaus nec spreuit,nec confestim se Herodem suadere posse promisit.Imò hortatus est eum,ad regem accedere,& supplicando cõfiteri,se omnium malorum autorẽ extitisse: quia prodessent hæc ad eius indignationem mitigandam plusquã sua suggestio.His flexus Pheroras,quæ inter se ambo constituerant prẽter spem adulescentis accusationes absoluit.Cumq; & Pheroram reconciliasset Archelaus,ad Cappadociã reuersus est:& gratus tanquam nemo alter illo tẽpore factus Herodi.Quapropter & muneribus eum mu-

Pherora fratri reconciliatur

nificentiſſimis ornauit,& omnibus magnifice ditauit, & inter neceſſarios amiciſſimum arbitratus eſt. Conſtituit autem Romam proficiſci,quoniã de his Cæſaris ſcripta ſuſceperat:& vſq; ad Antiochiam eis ſimul euntibus,Syrię procuratorem Titium,inimicum Archelai,ei Herodes amicum fecit. Cumq; Romæ fuiſſet,& in de reuerteretur,factũ eſt bellum inter ipſum & Arabes,ex huiuſmodi cauſa: Qui Trachonitidem habitant regionẽ quam Cæſar à Zenodoro tollens,Herodis prouinciæ addidit,latrocinandi licentiam non habebant,ſed agrũ colere& ſub quiete viuere cogebantur,quod illis minime commodum erat:multaq; Herodi gloria prodiligentia ſua ſurrexerat.igitur quando nauigauit Romamam,vt filium Alexandrum accuſans,Cæſari cõmendaret Antipatrũ,fama vulgauit eum eſſe mortuum. Quo comperto. Trachonitidẽ habitãtes,ſubtrahẽtes ſe ab eius principatu, rurſus ad ſolitum morem reuerſi,finitimos agros depopulabantur . Contra quos egreſſi procuratores regis, omnes domuerunt. Ex quibus quadraginta principes latronum cum cognatione ſua,à Trachone prouincia ad Arabiá receſſerunt: Sylæo ſuſcipiente eos pro cauſa iræ,quam habebat negatis nuptijs Salomes. Quib9 cum locum munitum dediſſet, illi non tantũ Iudęam, ſed & inferiorem Syriam deprædabantur:refugia ſibi præſtante Sylæo. Herodes autẽ Roma reuertens, cõperit plurima regni ſui à latronibus male tractata,nec poſſe duces ſuos latrones cõprohendere,nec habere qualiter tutelã ſuam muniret,illis arabum patrocinijs fultis. Cumq; hoc grauiter ferret, ipſe quidẽ Trachonẽ perueniens familiares eorum peremit. Vnde potius illi ad iracundiam incitati,legemq; habentes vt in eos vindicarẽt qui familiares ſuos occidiſſent,cunctã Herodis terrá vexabant & deprędabantur. Ille vero referebat hæc Cæſaris ducibus, Saturnino & Volumnio, volens latrones ad pœnam petere. Nam illi fortiores & plures facti, omnia perturbabant,affligendo regis Herodis prouinciam, & villas deprædãdo, & captos homines interimendo,vt& bello ſimilis eſſet violentia quã faciebant. Nam iam plus mille extabant. Herodes autem latrones quidem petebat, & debitum quod per Sylæum mutuaſſet Obodæ talentorum ſexaginta, iam conſtituto die tranſacto, in quo ſtatutum fuerat reddi pecunias . Sylæus autem Obodam deſpiciens, dum ipſe cuncta gubernaret,latrones quidẽ denegauit per Arabiam eſſe,de pecunijs vero differebat. Quapropter cognitiones coram Saturnino & Volunnio procuratoribus Syriæ cõmittebantur. Qui ſtatuerunt, intra triceſimum diem Herodem pecunias debere recipere:& eos qui de vtroq; regno cõfugiſſent,inuicem reddere. Et apud Herodem quidem nullus Arabũ penitus inuentus eſt,nec per afflictionem nec alio modo tentus:Arabes aũt paſſũ ſunt latrones apud ſe tenere Iudæos. Cumq; conſtitutus dies tranſiſſet, nec Sylæus de quo ſtaturat aliquid compoſuiſſet,Romam aſcendit. Redditionẽ vero pecuniarũ & latronũ Herodes exequebatur. Cumq; Saturninus & Volũnius præceſſiſſent in deuotos perſequi,exercitum aſſumens Herodes Arabiá ingreſſus,diebus ſeptem máſiones fecit. Cumq; prope caſtellum vbi latrones erant peruenisſet, cepit quidem omnes eos inſidijs. Euertit vero caſtellum,quod Repta vocabatur,cum neminẽ penitus læſiſſet. Itaque Arabis ad auxiliũ venientibus, cum Nacebo duce,pugna cõmittitur:in qua pauci quidem Herodis, Nacebus autem Arabum dux eum vigintiquinque ſuis cecidit:reliqui vero ad fugam cõuerſi receſſerunt. Puniens autem rex horum tria milia , circa Trachonem Idumæorum locauit exercitum , & latrones ibi conſtitutos arcebat:& de his ducibus circa Phœnicem exiſtentibus mandauit demonſtrando,quia nihil amplius in indeuotos executus Arabas quam oportebat egiſſet:quę illi quidem requirentes,inueniebant nequaquam eum fuiſſe mentitum.

Traconitæ latrones ad Sylæum Arabum cõfugiunt.

De geſtis inter Cæſarem & Arabes. Cap. X.

NVncij vero Sylæo cũ Romæ geſta indicaſſent,& magis ad ſingula exaggeraſſent,& ille in aula permaneret tunc inter Cæſaris amicos ſtatim hæc audiens,mutata nigra veſte ad eũ ingreſſus,ſuggeſſit quod bello cuncta Arabia conflicta,totumq; regnũ commotũ ab Herodis exercitu fuiſſet:& lachrymis

fuſis

fusis quingentos quidem cum duobus milibus Arabum primates perijsse dicebat: interfectum autem & ducem eorũ Nacebum, propinquum & affinẽ sibi: diuitijs autem Reptę castello constitutas depredasse: dum pro ægritudine contẽptus Obodias ei non suffecisset occurrere: quia nec ipse nec exercitus Arabiæ interfuissent Talia Sylæo dicente, & inuidiose insuper addente, quod nec ipse rediret ad prouinciam nisi crederet, quia Cæsar de pace omnium cogitaret: neq; si præsens fuisset, commodum esse cum Herode bellum cõmittere: His dictis Cæsar iratus, præsentes homines Herodis perconctatus est, qui tunc à Syria veniissent, si exercitũ Herodes ad Arabiam deduxisset. Qui cum ei hoc dicere compellerentur, nec causam facti suggererẽt, ira Cæsar cõmotus, scripsit Herodi cuncta quidem grauia. Summa vero epistolæ hæc erat: Olim amico, nunc vero subiecto. Scripsit autem de his Syleus Arabis, qui releuati neq; latrones ad se fugientes reddiderunt. neq; pecunias: sed etiam & pascua, quæ mercede tenebant, minime soluto redditu possidebãt, Iudæorum rege Cæsaris furore humiliato. Tunc quoq; Trachonitidẽ habitantes, cum Arabis aggressi custodiam Iudæorum afflixerunt eos, non tantum pro sua vtilitate, sed & memoria prioris belli per Herodẽ sibimet irrogati. Quæ rex ferebat perdita fiducia, quam Cæsaris amicitijs habuerat, dum secundo legationes suas satisfacturus pro culpis non susceptas abeo cognosceret. Æstuabat etiam de Syleo, cui credebatur à Cæsare, qui præsens Romę conabatur defuncto Oboda rege Arabum in regno succedere, multis Cæsari promissis pecunijs, alijsque in aula potentibus. Interea Oboda moriente, Dineas, qui post Areta dictus est, regnum arripuit. Cæsar autem Aretæ minabatur, quod regnare præsumpsisset, priusquam sibi de hoc scriberet. Ille vero cum donis Cæsari coronam auream multorum talentorum destinauit: & epistolam, per quam Sylæum criminabatur vt maleuolum seruum, & Obodam venenis eius peremptum, vxoresque Arabum ab eo adulteratas, dum causas reipub. rege viuente gubernaret, imò & ære alieno sibi vellet per pecunias principatum acquirere. Quibus nullatenus animo Cæsar intendens, remisit dona. Arabia vero & Iudęa pluribus malis affligebantur: dum regum vnus quidem, quia necdum firmum imperium habebat, prædatores nullatenus prohiberet: Herodes autem iratum Cæsarem pro sua vindicta videns, omnes illorum iniquitates portare cogebatur. Deinde tantis circunstantibus malis, iudicauit iterum Romam transmittere, si posset mediocriter per amicos Cęsarem placare. Direxit ergo Nicolaum Damascenum.

Dineas qui & Aretas Obodæ successor

De accusatione filiorum Herodis coram Cæsare. Cap. XI.

DOmus autem & filij sui mulo peius illo tempore erant dispositi: & licet sine suspicione vunquam fuissent, malum tamen plus tunc ex huiusmodi causa prævaluit. Lacedemonius Eurycles, nobilis domi, malus autem animo luxurioso q̃, ad Herodem veniens, multis donis eius fauorem comparauit, vt inter necessarios amicos deputaretur. Qui manens apud Antipatrum, aditum & consuetudinem cum Alexandro habebat. Nam Archelao Cappadoci sese dicebat hospitem, & ideo propter Glaphyram valde honorabat eum, cunctisq; blandiebatur. Semper autem dicta vel facta notabat, vt exinde posset accusationibus consertis gratias Herodis conquirere: vnde singuli existimabant multum sibi fidelem existere. Quapropter tractus Alexander vt adulescens, & dolens de his quæ passus fuisset, narrauit quomodo pater alienat9 fuisset, & mater sua interfecta ab eo perisset, Antipatrum autem sibi præposuisset: & quemadmodum ille intolerabilia de eo patri dixisset, & ad odium illum incitasset, ut nec cõuiuijs eos, nec conuentu dignaretur. Cum ergo dolens talia defleuisset, statim Eurycles Antipatro nunciauit, dicens: Non pro mea vtilitate tibi hæc nuncio, sed tuis iam victus honoribus & rei magnitudine, præcipio cauere Alexandrum. Nam hęc non sine dolore dicens, inesse suis verbis audaciam demõstrabat. Igitur Antipater cum eum sibi fidum esse existimasset, magnas ei donationes obtulit, & deinde flectit Herodi eadem explanare. Qui non sicut ab Alexandro audierat intimauit, sed ver-

Eurycles delator

bis ſuis aliquam veritatem accuſationibus addēs, animum regis immutabili odio filiorum compleuit. Qui à rege donationem quinquaginta talētorum accipiens, ad Archelaum regem Cappadociæ profectus, Alexādrum modeſtum & bonū re ferebat: multumq; laboraſſe, quatenus patri eum reconciliaret. Quapropter ab illo quoq; multa dona ſuſcipiens receſſit. Qui nec in Lacedæmone talia facere deſiſtens, multis iniquitatibus immerſus, patria priuatus exceſſit. Rex autem Iudęorum, non ſicut prius contra Alexandrum vel Ariſtobulum tantummodo accuſationes audiebat, ſed & ſi nullus aliquid ei nunciaſſet, ipſe perſcrutabatur: licentiamq; dedit volentibus quiddam contra eos referre. Tum vero Euaretum quendam, licet vellet, tamen non libe nter accuſantem audiuit: quia & ipſum vt conſcium abhorrebat. Superuenit autem contra aduleſcentes aliquid peius, dum omnes præmiorum promiſſione ducerentur, aliquid acerbum contra eos nunciare: qui tanquam pro ſalute regis dicentes, etiam falſa ſuggerebant. Duo enim fuerūt amici Herodi, fortitudine vel magnitudine corporis præcellentes, Iocundus & Tyrannus nomine. Qui cum offendiſſent regem, expulſi & Alexandrum ſecuti, in exercitationibus ab eo honorabantur, pecuniaſq; & donationes accipiebant. Quorum ſtatim rex in ſuſpicionem ductus, torquebat eos. Qui cum multo tempore ſuſtentaſſent, poſt victi, dicebant quod eis ſuaſiſſet Alexander Herodem in venatione feras ſequentem ab equo deijcere, vt ita facile eum ſuis telis perfoderent. Quod olim ei contigerat. Demonſtrauerunt etiam aurum in Ioppe oppido cælatum: & præpoſitum venationis conuincebant, quod ſibi tela regalia Alexandri iuſſionibus dediſſet. Poſt hæc princeps cuſtodiæ Alexandrij oppidi apprehenſus torquebatur, quaſi vellet ſuſpicere cuſtodiam aduleſcētium, & præbere eis in caſtello poſitas regales pecunias. Et ille quidem nihil tale confeſſus eſt: filius vero eius iſta facta fuiſſe dicebat, literaſq; porrexit, quaſi manu Alexandri factas, quæ ita continebāt: Cum dei auxilio quæ propoſuimus omnia confecta ſunt. Ergo veniemus ad vos, & ſicut promiſiſtis, in caſtello nos ſuſcipite. Poſt hāc epiſtolam Herodes quidem de filiorum inſidijs credidit. Alexander autem Diophantum inquit ſcriptorem imitatum manum ſuam, & has propter Antipatrum literas aſtute ſcripſiſſe: Diophātus enim talis erat, quapropter in huiuſmodi & alijs rebus conuictus interijt. Rex autem cum coram multitudine produxiſſet in Hierichuntem filios, & accuſatores eorum, hoc quidem multi manu iaculātes interemerunt. Cumq; impetum ſuper Alexandrum occidendum feciſſent, rex eos per Ptolemæum & Pheroram prohibuit. Cuſtodiebantur autem, ne quis ad eos ingrederetur, & ſpeculabantur ne quid facerent vel dicerent. Et quid amplius? Cum damnatorum infamia tenerentur, horum vnus Ariſtobulus exiſtimans ſuam ſocrum cum dolore ſuis calamitatibus, & regem in odio habere: Et tu, inquit, in periculo perditionis cōmunicas, dum accuſata de nuptijs Sylæi, cuncta putaris prodere. Hæc autem illa ſtatim fratri nunciauit. Qui nullatenus ſeſe continens, ligari eos, & diſtractos ab inuicem, quæ male de patre ſenſiſſent, ſcriptis porrigere præcepit. Qui præceptis coacti ſcribunt, inſidias quidem contra eum nec cogitaſſe, nec inſtruxiſſe: fugam vero meditatos, & hanc propter neceſſitatem, dum in ſuſpicione vel difficultate vitam ſuam haberent. Eodem tempore cum de Cappadocia legatus ab Archelao, Mila nomine, nobiliſſimus peruenisſet, Herodes volens erga ſe perfidiam Archelai manifeſtam facere, vocauit Alexandrum ſicut in vinculis erat: & rurſus cōſuluit de fuga, qualiter vel vbi ſtatuiſſet diſcedere: cum Alexander ad Archelaum dixiſſet, & ab eo promiſſum ſibi fuiſſe, vt Romæ deſtinaretur: nihil vero aliud, neq; importunum aut acerbum in patrem cogitaſſe: nec ea quæ per maleuolentiam aduerſariorum conficta eſſent, vera exiſtere: ac velle ſi adhuc Tyrannus viueret, vt quæſtione cautiore facta veritas appareret: ſed hunc citius periſſe, Antipatro per amicos populum incitante: Cum talia retuliſſet. iuſſit Milam cum Alexandro ſimul ad Glaphyram produci, vt interrogaretur, ſi quid ea cognouiſſet de inſidijs in Herodem conſtructis. Qui cum veniſſent,

Euaretus delator.

De Iocundo & Tyranno

Diophantus Pſeudograph.

De legato Milæ.

ſtatim

Glaphyra Alexandrum ligatum videns, caput ſuum percuſſit, & ſtupefacta nimis ingemuit. Fuerunt autem & aduleſcentis præſentium lachrymæ, ſpectaculū dolore plenum: nec diu potuerunt interrogare vel reſpōdere. Deinde multo poſt Ptolemæo, qui iuſſus erat eos perducere, interrogante Glaphyram, ſi quid de his quæ fiebant cognoſceret, Alexander reſpondit: Quid meum hæc ignoraret, quæ anima mea plus mihi diligitur, dum & communes filios haberemus. At illa clamauit, quod nihil cognoſceret importunum: ſi tamen aliquid ſaluti eius prodeſſet: non recuſaret etiam mentiendo confiteri. Alexander autem: Nihil impium, inquit, nec quod pater ſuſpicatur, quia nullatenus hoc ipſe cogitaui. Tu vero mulier, quid aliud ſcis, niſi quod ad Archelaum fugere deliberauimus, & exinde Romam aſcendere? Eadem & illa confeſſa, Herodes in Archelaum de perfidia ſuſpicionem habuit: deditq; Olympo & Volumnio literas, præcipiens tranſeundo per Eleuſam ciuitatem Ciliciæ eas Archelao tradere, culpans eum quod inſidiarum particeps cum filijs ſuis eſſet: & exinde Romam nauigarent: vbi ſi Nicolaum inuenirent aliquid profeciſſe, ne Cæſar in eadem facultate permaneret, darent literas & argumenta, quę contra iuuenes conſtructa deſtinauerat. Archelaus autem literas accipiens, ſuſcipere ſe quidem aduleſcētes confeſſus eſt, quia prodeſſet eis vel patri, ne quid peius per diſcordiam eueniret: ad Cæſarem autem tranſmittere vel aliud perfidum contra eum agere, nihil aduleſcentibus penitus promiſiſſe. Legati vero cum hæc audiſſent, & Romam peruenissent, literas porrexerunt: quia Cæſarem placatum inuenerunt. Nam de legatione Nicolai taliter euenit: vt hic ad aulam aſcendit, primum quidem non pro quo venerat, ſed Syleum accuſare deliberauit. Quod multi intelligentes, Nicolaū adeuntes, iniquitates omnes Sylæi nunciabant, & quod multos Obodæ peremiſſet, quorum indicia manifeſta ex litteris eius demonſtrabant.

De reconciliatione Cæſaris cum Herode, deq; accuſato Sylæo, qui morte damnatus eſt. Cap. XII.

NIcolaus felicitatem quandam ſibi exiſtimans oblatam, moliebatur per accuſationem Sylæi Cæſarem Herodi reconciliare. Sciebat enim quia ſi vellet ſatisfacere de factis eius, non permitteretur: ſi vero Sylæum accuſaret, tēpus pro Herode dicēdi poſſet inuenire. Conſtituto ergo die, Nicolaus præſentibus legatis Aretæ, accuſabat Sylæum, & cum cæteris addebat regis multorumq; Arabum ſimul interitū: & pecunias mutuo accepiſſe pro nullo Reip. commodo: nec non adulteria, non tantummodo per Arabiam, ſed etiam Romanarum mulierum. Addebat autem, quo acerbius cōcitaret Cęſarem, nihil verum docuiſſe de factis Herodis. Cumq; ad hunc locum peruenisset, Cæſar quidem interrogauit, ſi Herodes exercitum contra Arabiam non duxiſſet, nec duo milia quingentos occidiſſet, nec captiuos traxiſſet, prouinciamq; deuaſtaſſet. Ad quæ Nicolaus reſpōdit: pro his magis ſe velle ſuggerere, quod nihil aut multo minus vt audierat factū fuiſſet: ſed tu, inquit, vir iuſtus hæc atrociter æſtimaſti. Quod cum præter opinionem Cæſar audiſſet, & iuſſiſſet vt diceret: Nicolaus ſatisfaciendo, quingentorum talentorum ſyngrapham produxit. In qua cautum fuerat, licere Herodi conſtituto die tranſacto, pecunijſq; non redditis, totam Arabiam inuadere. Introductam vero per prouinciam militiam, non expeditionem dicebat, ſed multitudinē ſuas pecunias volentem exigere, nec conſtituto die, ſed multo poſt introductam. De qua re cum ſæpius quidem Saturninum & Volumnium procuratores Syriæ interpellaſſet, deinde coram illis in Beryto cum Syleus per tuam fortunam iuraſſet, intra triceſimum diem pecunias ſe præbere, nec non & eos qui à regno Herodis transfugiſſent, nihil horum eo faciente, rurſus ad procuratores Herodes peruenit. Cui cum præcepiſſent pignora ſumere, ſtatim prouinciam cum ſuis ingreſſus eſt, quod iſte bellum dicit, ad inuidiam procuratorum tuorum, qui hoc fieri denunciauerunt ſecundum conſcriptionum ſtatuta. Iſte vero, inquit, non tantum deos, ſed & tuum numen periurans decipit. Reſtat mihi iam de captiuis diſſerere. La-

Nicolaus Sylæum accuſat.

trones Trachonẽ habitantes,quadraginta primum, deinde multi tormẽta facto rum timentes,refugium ſibi fecerunt Arabiam:quos Syleus cum ſuſcepiſſet,contra omnes homines vaſtabant terrã, quam eis habitandam præbuit: & lucra latrocinij cum eis partiebatur. Spopondit autem per eadem ſacramenta & hos reddere,& die quo promiſerat ſe debitum ſoluturũ. Quid ergo? Poteſt ne demonſtrare in præſenti quenquã alium ex Arabum prouincia, quàm hos abſtractos quos refero? nec cunctos vt ait,ſed qui nequaquam latere potuerunt. Ita ergo calũnia de captiuitate declarata,maximũ Cæſar intellige mendacium, & falſitatem ad tuam excitandam iram ab iſto confictam. Nam cum ingreſſus Arabiam noſter exercitus fuiſſet,& vnus vel alter de ſocijs Herodis concidiſſent, coactus reſiſtere,Nacebũ ducem eorum cum vigintiquinq; proſtrauit. Quorũ pro vnoquoq; eorum centum iſte referens, duo milia quingentos periſſe dixit. Hac oratione Cæſar permotus,ad Sylæum conuerſus,furore plenus,interrogauit quàm multi Arabum periſſent. Qui conturbatus,erraſſe ſe dixit. Deinde pacta debiti legũtur literåq; imperatorum & ciuitatum,quæ latrocinia criminabãtur. Mutatus ergo Cęſar,Sylæum quidem mortis ſententia damnauit, Herodi vero reconciliatur, ſatisfaciens quod ex falſa criminatione atrociter ei ſcripſiſſet. Nam ita Sylæo reſpondiſſe perhibetur: Quis eſt iſte, qui me impulit mendoſa ſuggeſtione virum mihi amicum offendere? Syleus quidem pecunias creditoribus redditurus,& poſt puniendus deſtinatur. Cęſar autem adhuc iraſcebatur Aretæ, quia principatum nõ ſuis prȩceptis,ſed propria prȩſumptione cepiſſet. Cogitabat ergo & Arabiam Herodi tradere, ſed impedierunt literæ quas rex miſerat per Olympum & volumnium. Qui cum Cęſarem audiſſent placatum, ſtatim pro prȩcepto Herodis literas vel probationes,quas de filijs miſerat,porrexerunt. Quas cum Cęſar legiſſet, principatum alium addere ſeni,& male ſentienti de filijs,non æſtimauit. Admittens ergo legatos Aretę,& improperans quod temerarie niſus eſſet,& non à ſe regnum accepiſſet,dona ſuſcepit,& principatum ei confirmauit.

Sylæus damnatur.

Herodes reconciliatur

De occiſione filiorum Herodis à patre crudeliſſimo. C. XIII

HErodi vero ſcripſit,quod placatus ei fuiſſet, & de filijs eius contriſtaretur: præcipiens vt ſi quid acerbum contra eum præſumpſiſſent, perſequeretur tanquam patris prævaricatores: nam huiuſmodi poteſtatem ei conceſſit: ſi vero fugam tantummodo cogitaſſent,vt improperans mitigaret eos,nec aliquid crudele perageret. Admonuit vero,vt concilio in Beryto congregato,quo multi Romani habitant, & ſimul imperatoribus Syriæ & Archelao rege Cappadociæ, alijſq; quantos exiſtimaret amicitijs vel honoribus clariſſimos, eorum ſententijs quod oporteret impleretur. Herodes autem cum literæ veniſſent, lætus pro reconciliatione, & quod ſibi poteſtas ſuper filios fuiſſet conceſſa, ſtatim accerſijt cunctos à Cæſare conſtitutos ad concilium, præter Archelaum,quem propter offenſam noluit intereſſe,ne quid voluntati ſuæ impediret. Cumque in Beryto imperatores & alii conueniſſent, filios quidem non permiſit ad concilium accedere, ſed in villa quadam Sidoniorum Platane nomine, iuxta ciuitatem reliquit vt vocati ad concilium præſentarentur. Solus autem ingreſſus, centum & quinquaginta viris conſiderantibus, accuſabat filios: & cauſa quidem non erat acerba,quantũ ad veritatis indicia: multum vero diſſimilis patri filios criminanti. Nam violẽter perorabat,& in approbatione cauſæ turbabatur,& maximi furoris & ferocitatis ſigna mõſtrabat. Defendebat etiam tanquã vera,quæ in odiũ filiorum dicta fuerant:& quæ ipſe contra filios ſcripſerat legebat, in quibus inſidiarum quidem nulla conſcriptio fuit: tãtum vero quod fugere cogitaſſent,& derogationes quædam,& opprobria propter odium quod in eos habebat. Quæ cum legiſſet,clamauit iurando,quod melius vita priuaretur: quàm talia vellet audire. Deinde cum dixiſſet quod & natura & Cæſare concedente poteſtatem haberet, addidit: & patriam legem ſibi præcipere,ſi quando parentes filios accuſarent, & ſuper capita eorum manus ſuas imponerẽt, neceſſe eſſe populos circunſtantes lapidare

Herodes iterũ accuſat filios.

pidare eos, & huiusmodi morte perimere: quã legem ipse paratam in patria quidem vel in regno habebat si facere voluisset: sed spectasse illorum iudicia: cognitores aũt inuenisse eos in manifestis filiorum & non paruis criminibus, vt tempus habentes dignum, nullatenus deberẽt negligere, ne alijs talia prouenirent. Cum hęc rex itaque dixisset, & adulescentes ad satisfactionem transissent, videntes iudices quod modestiam vel reconciliationẽ minime rex assumeret, potestatem ei confirmauerunt. Et primus quidẽ Saturninus, vir consularis, & in dignitatibus clarissimus, mitem sententiam protulit, dicens: Damno filios Herodis, interfici vero non iustũ arbitror: quia & ipse filios habeo, & regem puto sic velle, quamuis infelices filios se habere cõsentiat. Post quẽ Saturnini filij tres, qui eius erant legati, sententiã eandem cum patre pronũciauerunt. Volumnius aũt econtra, morte puniendos filios Herodis respondit, ita circa patrem iniquos inuẽtos. Eadem cũ plures dixissent, vt cum nihil ambiguum esset, quo minus intelligeretur morte damnatos adulescentes, statim Herodes ad Tyrũ peruenit, ducens miseros adulescentes. Cũq; Nicolaus ad eum Roma delatus esset, & prius ipse sententias in Beryto de filijs pronunciatas audisset: Herodes eum cõsuluit, quid amici eius de hoc Romæ deliberassent. Ille ait: Quod & mihi videtur, impia esse quę illi de te senserũt: oportere vero ligatos & custoditos coerceri, & si quid tibi aliud visum fuerit. Prouide tamẽ, ne plus iracundia quam modestia vsus esse videaris. Nã minime dimitti solutos puto, ne talia cõmittant, quę nullatenus possent corrigi. Multi etiá tuorũ amicorũ eadẽ Romæ deliberauerunt. Herodes aũt cum tacuisset mœstitia tẽtus, post iussit Nicolaũ secum nauigare. Moxq; vt ad Cęsareã delatus est, rumor à populo de filijs eius euolabat, cunctis sustinẽtibus vbi causa eueniret dum sic periclitarentur: & cũ doloribus eorũ condoleret, dicere aliquid palã, aut dicentẽ audire, sine periculo non erat. Vndé misericordiá cũdolore cõcluſam sine voce comprimebant. Vnus autem miles nomine Tyro, cum filio suo æquæuo & amico Alexandri, cuncta quę alij timore tacite dolebant, cum libertate loquebatur: & sæpius clamabat inter multitudinem dicens, quod periisset veritas, quod iustitia ab hominibus receſſisset. Vigẽt, inquit, mendacia & malignitas: tantamq; nebulam humanis negocijs intulerunt, vt maxime calamitates & miserię pro nihilo iudicentur. Cum talia sæpius exclamasset, licet non sine discrimine, veritas tamen omnes mouebat. Quapropter singuli timentes occultabant, & hæc illum dicẽtem libenter audiebant. Qui cum regem petisset, vt solus soli quę vellet ediceret, conceſſumq; ei fuisset: Non possum, inquit, rex continere pro tali dolore fiduciam vel audaciam meam, necessariam quidem tibi & cõmodam, si quid vtile velis ab ea suscipere: meæ vere tutelæ contrariam. Deinde subsecutus ait: Quò tua mens sagacissima receſſit? aut cur superabundans sapientia sensu mutatur? quo plures vel mali mos acquisisti triumphos? Quid est quod cognati vel amici remorantur petitionibus tuam flectere pietatem? quos tibi minime iudico esse cognatos vel amicos, si despexerint tale scelus in tuo beatissimo fieri principatu. Tu vero non præuides quid eueniat, si duos adulescentes abvxore regia tibi creatos, & in omni summitate virtutis præcellentes, occidis: teq; solum in senectute relinquis, cum vno filio male suam spem disponente, & cum cognatis, quos ipse toties iam morte damnasti. Nonne cogitas, quod multitudo tacens crudelitatem tuam conspicit & odit? exercitus quoque cunctus & primates eius, qui misericordiam quidem de infelicibus, odium vero in te hæc faciente concipiunt, terret? Cum hæc rex in initio non libenter audisset, & commouissent eum verba Tyronis, per quę manifeste familiarũ perfidiam exprobrauerat: paulatim immensa & militari fiducia vsus Tyro, concidit, & turbatione compleuit Herodem. Qui cum magis increpari quàm admoneri se putasset, & quia milites eum abhorrerent, & primates eorum indignarentur, præcepit nominatos cunctos cum Tyrone ligatos in custodia detineri. Cum hoc factum fuisset, & Tryphon

Damnantur miseri adulescentes

Tyro comprehenditur

Typhon adulator phon quidam tonſor regis, inuenta occaſione regem adiſſet, ait: Suaſit mihi Tyro ſæpius, vt regem tondens, guttur eius inciderem: nam inter primos apud Alexandrum, inquit, poteris eſſe, magnasq; donationes ab eo percipere. Quæ cum di-
Filius Tyronis xiſſet, cum rex comprehendi præcepit, & tormentis Tyronem & eius filium atq; tonſorem ſubdi. Cumque Tyro ita conſiſteret, videns filius patrem ſuum crudeliter laceratum, nec habentem ſpem ſalutis, futurumq; ſibi iudicium ex tormentis intelligens: ſe, inquit, regi veritatem nunciare: ſi verbo confirmaret, tormenta patris & ſua remittere. Cumq; rex fidem dediſſet, dixit conſtituiſſe ſibi Tyronem manu ſua regem adire & occidere, ſi copia daretur, vt ſolum eum inueniret: multaq; pati, quatenus Alexandro præſtaret. Quæ cum ille dixiſſet, patrem à neceſſitate ſoluit. Incertum autem eſt, vtrum hæc veritate an neceſſitate retulerit, vt aliquod perfugium in præſentibus malis inueniret. Herodes autem licet de liberaſſet iam dudum filios interimere, tunc tamen feſtinauit crudelitati ſuæ finem imponere: & in concione producens, trecentos priores militum reos factos, cum Tyrone filioq; eius, & accuſatore tonſore, criminabatur coram omnibus. Et illos quidem multitudo peremit: Alexander autem & Ariſtobulus in Cæſa-
Alexander et Ariſtobulus Laqueo periſmuntur ream tracti, patre præcipiente laqueo perimuntur. Corpora vero eorum noctu ad Alexandrium ponuntur: quo matris eorum pater, pluresq; cognati, & proani poſiti eſſe videbantur.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS SEPTIMVS.

De peſſimis ſtudijs Antipatris in patrem & alios Cap. 1

Antipater ab omnibus odio habitus

ANtipatro autem, poſtquam fratrum extitit accuſator, & patris in facinus extremæ impietatis & crudelitatis impulſor, haud ſanè pro voto ſpesvitæ ſequẽtis aperitur. Nanque iam amittendi regni metu fuerat liberatus, quod iam videlicet illud cum fratribus ſe cõmunicaturũ fore non cerneret, operoſius tamen & ambiguũ regnum ſibi fieri magis magisq; ſentiebat. Siquidẽ odium vniuerſæ gentis aduerſus illum erat exortũ. Fuit vero illi etiam hoc valde cõtrariũ, quod totam contriſtabat militiã, dũ auerſam ab ea gereret protinus voluntatẽ, in qua proculdubio omnia regni munimenta conſiſtunt: & maxime, quoties gentem aut populũ vniuerſum, nouarum rerum cupidini perturbari contingeret. Tantum etenim periculũ ei fratrũ procurauit interitus. Verũtamen cũ patre pariter participabatur regnãdi negotiũ, non aliter quã ſi rex etiã ipſe conſiſteret: amplioraq; à patre ei negocia credebantur: & vnde perire debuiſſet, firmitatẽ magis fauoris inuenerat, quod quaſi pro Herodis tutela fratrum ſuorum proditor extitiſſet, & nõ inimicitia, qua circa illos & circa patrẽ ipſum detinebatur. Talibus enim eũ maleloquijs induxerat. Quę omnia machinationes erant, viã conſtruentes, quæ aduerſus Herodem tenderet, vt Antipater accuſatores non haberet de his quę parare cogitabat: Herodes aũt omni refugio
Maleuolus Antipatri animus in patrem nudaretur, non habens qui ſibi auxiliaretur, cum Antipater hoſtis manifeſtꝰ exiſteret. Proinde odio paterno illas fratrum inſidias perpetrabat. Pulſabat autem eum amplius, vt ab incepto non deſiſteret, quod cernebat moriente quidẽ Herode certo

de certo ſibi principatum eſſe venturum: prolixius autē viuente patre multa ſibi ſurrectura pericula, ſi eius factio proderetur, cuius extabat ipſe cōpoſitor: & quæ ſi palàm fieret, hoſtem illi patrem cōpellebat exiſtere. Propter quę ad donandū erat largus & affluens: & etiam leos qui circa patrem erant, lucris pulſabat ingentibus, vt aduerſus eum omnium odia concitarent: & maxime illos, quos Romæ poſſidebat amicos, miſſionibus magnorū munerum ſibi beneuolos comparabat. Ante omnes autē Saturninū, qui tunc curā Syriæ gerebat, inducere magna ſpe incitabatur: ſed etiam Saturnini fratrē promereri feſtinabat. Ad hæc ſororē regis viro inter primos apud Herodem coniunctā, ſuo modo vtens, ad ſe volebat attrahere. Erat quippe ad fingendas amicitias colloquētibus ſecū callidus, & ad odiū diſſimulandū valde credibilis, & ad cælādū ſemetipſum aſtutiſſimus. Non tamē decipere valebat ſuā nutricē, quę illū iam ante abunde cognouerat, & ab eo falli non poterat. Siquidem omnibus eius factionibus iā antea fuerat reluctata, ob morū improbitatem: quamuis eius filiam haberet vxorē prouidentia matris Antipatri, & eius ipſius inſtantia illā ſuſcipiens, quę primo fuerat Ariſtobuli ſociata connubio. Nā alterā Calleas viri eius filius habebat vxorē: Sed nullum hoc ei tutamē erat, quo minus eius intelligeretur iniquitas: ſicut nec prius cognatio quicquā obſtiterat, quo minus odibilis haberetur. Interea Salomen feſtinātē Sylæo Arabi coniungi corporali libidine concitatā, Herodes cōpellit cum Alexa inire connubiū, cooperante quoq; illi Iulia, & perſuadente Salomę ne illius renueret nuptias, ne inimicitiæ inter eos maturius orirentur. Iurabat quippe Herodes, nunquā ſe circa Salomen beneuolum fore, niſi coniugium Alexæ ſuſciperet, & obediret Iuliæ, vt pote Cæſaris coniugi, ad hæc etiam vtilia ſuadenti. Interim filiam Archelai regis, Herodes ad ſuum deſtinat patrem, quę fuerat Alexandro iugata, dotem etiam reſtituens, vt nullum inter eos certamen oriretur.

Salome nubit Alexæ

De Herodis vxoribꝰ, & filijs filiorū. Deq; Zamari Iudęo Babylonico. Cap. II

IPſe autem enutriebat filiorum filios diligenter admodum. Erant enim Alexādro quidem ex Glaphyra virilis ſexus duo: Ariſtobulo autem ex Beronice Salomes filia maſculi tres, puellæ duæ. Et ſæpius amicis pręſentibus coram ſe conſtituens Herodes illos infantulos, filiorum quoq; fortunam caſumq; deplorans, orabat, ne tale quicquam illorum filijs accideret: ſed vt cum virtute creſcentibus, viciſſitudinem illi nutricationis & educationis exoluerent. Deſponſabat autem eis maturo iam tempore decurrente, maiorī natu quidem Alexandri filiorū, filiam Pheroræ: Ariſtobuli vero filio, filiam Antipatri: filiam vero Ariſtobuli denominat Antipatri filio: alteram vero ex filiabus Ariſtobuli, Herodi filio ſuo: fuerat autem is regi natus ex filia pontificis. Paternus quippe mos erat, vt ſimul plures haberemus vxores. Agebat autem filiorum deſponſationem rex miſericordia infantulorum parentibus orbatorum, ad beneuolentiam eorum per ſocietatem coniugalem Antipatrum prouocare deſiderans. Antipater autem non ceſſabat circa infantulos ea voluntate verſari, qua circa fratres quoque fuerat agitatus. Incitabat autem eum ſtudium patris, quod circa infantulos gerebat, ſperans eos maiores ac meliores ſuis fratribus fore, præſertim cum in virilem ætatem prorumperent: Archelao etiam auxilium nepotibus prębituro, viro in regni culmine conſtituto: & Pherora, in nurum vnam ex eis ſuſcepturo filiā: tetrarches enim erat iſte. Excitabat aūt eum vniuerſa quoq; multitudo, quæ circa infantulos quidem miſericordi mente mouebatur, aduerſus eum autem odium in omnibus gerebat, eo quod claruerat tantæ in fratres iniquitatis aſtructor. Machinabatur quoque diſſoluere quę patri placuerant: aduerſum ſibi reputās, ſi contra ſe talium adunaretur potētia. Et differebat quidem Herodes ſequi poſtulationes Antipatri, vt ipſe quidem Ariſtobuli filiam in connubio ſuſciperet: Pheroræ vero filius, fratris eius Alexandri filiam. Et ſponſiones quidem nuptiarum huiuſmodi gerebantur à rege, Antipatro tamen inuito. Herodi vero regi ea tempeſtate vxores erant nouem: Antipatri mater: & filia pontificis; ex qua etiam eiuſdem nominis

Mos Iudeorum

minis illi filius fuerat procreatus. Erat autem ei etiam fratris filia coniuncta: & cum ea neptis altera: ex his quidem proles nulla germinauerat. Erat etiã in vxoribus ex gente Samaræorũ vna, ex qua filij extiterant Antipas & Archelaus: & filia Olympias nomine, & hanc quidem postea Iosippus suscepit vxorem, qui regis fuerat fratruelis. Archelaus autem & Antipas Romæ apud quendã familiarem educabantur. Coniuncta illi erat etiam Cleopatra, sed Hierosolymitis: & filij ex ea fuerant nati, Herodes & Philippus, qui etiã Romæ educabantur. Erat in vxoribus etiam Pallas, quę Phaselli ei pepererat filiũ. Super has quoque Phędra & Helpis erãt vxores, ex quib⁹ duę filiæ fuerãt procreatæ, Roxana nomine, & Salome. Filiæ autem eius maiores natu, & vna matre procreatæ cũ Alexãdro quarũ intuebatur Pherora nuptias, coniunctæ erant, vna quidem Antipatri sororis filio, alteravero Phasello: & iste quoque fratris Herodis fuerat filius: & hoc quidẽ ex dispositione factũ fuerat Herodis. Tũc autẽ volens aduersus Trachonitas munitus existere, cogitauit vicũ Iudęis ædificare, nõ distantem magnitudine ciuitatis, vt per hoc inaccessibiles hostibus faceret limites suæ prouinciæ. Et cognoscens virum quendam Iudęũ ex Babylonia, cum equitibus quingentis & sagittarijs plurimis, cognatorum etiam multitudine, vsque ad centũ ferme numerum virorum, Euphratem fluuiũ transmeasse, & in Antiochia in loco qui dicitur Daphne Syriæ conuersari cum Saturnino, qui tũc ibidem imperator militiæ cõsistebat, illũ ei locũ ad habitandũ benigna largitate, cui Balathana nomẽ erat, concedere promisit. Euocabat ergo eum cum tota multitudine omniũ, qui eũ fuerãt consecuti: spondẽs daturum se terram in regione quę dicitur Bathanea. Determinauerat enim eum in Trachonitide cõstituendũ, volens eius habitationem obstaculum contra hostes habere. Promittebat itaq; illam regionem sine tributis esse daturum, & liberos fore, quę moris erat illius regionis habitatoribus exhibere: immunẽq; eis terram & nullis illationibus obnoxiam prębiturum. His persuasus Babylonius venit: & suscipiens regionem, oppida, & municipia plurima cõstruxit. Et vicum Bathyra nomine constituens, obstaculum erat & oppositio quędam, ille vir indigenis aduersus Trachonitas, & Iudæis de Babylonia veniẽtibus ad Hierosolymam per sacrificiorũ tempora, ne quis eorum latrocinijs Trachonitarũ insidijsq; læderetur. Et aduentabãt ad eum plurimi, maximeq; illi vndiq; concurrebant, à quibus patern⁹mos Iudæorum, & instituta colebantur. Quibus rebus illa regio breui populosa facta est, propter quod immunis ab omnibus functionibus permanebat viuente duntaxat Herode. Cæterum postquã Philippus filius eius principatum regni suscepit, modicas paruo tempore illis functiones imposuit. Agrippa vero maior, & filius eiusdem nominis, eos admodum grauauere: nõ tamẽ eis de libertate ipsorum, cũ possent, vllam intulere molestiam. Sed Romani deinde dominatũ illius regionis adepti, libertati quidẽ eorũ etiam ipsi seruauere dignitatẽ, impositionibus autem eos functionum vsquequaq; grauauerunt. Et hæc quidem opportuno tempore diligenter exequar, oratione procedente. Zamaris autem Babylonius inter hęc vita defungitur: qui ad possidendam illam regionem ab Herode fuerat accitus: quiq; cum virtute viuẽs, filios quoque optimos reliquerat: Iacimum quidem, qui fortitudine clarus extabat (is equites Babylonios, qui sub illo fuerant, continebat) & Eli: quos rex afficiebat abũde muneribus. Sed Iacimus in senectute defunctus, Philippũ filium dereliquit, & manu bonum, & alijs virtutis artibus vsui supra quemlibet accommodum. Ob hoc fida illi amicitia, & firmissimus fauor cũ Agrippa rege prouenerat, militiãq; totam quam rex habebat, iste curabat: & vbicunque deducendam ratio postulabat, eius regimine ducebatur.

De Zamari Iudæo

Insidiæ Antipatri in patrem Herodem, sed deprehensæ in Pharisæis Cap. III

HErode autem in quibus retuli constituto, in Antipatrũ spectabant cuncta negotia, propter quod vtilis ac promptus à rege putabatur, & rex ex hoc firmitatem

firmitatem non amiſerat poteſtatis,quam ei pater propitius indulgebat,ſpe quaſi fauoris eius,ac fidei. Ad hæc erat etiam ad deriuandam in ſe poteſtatem audaciſſimus,quoniam incognita erat patri eius nequitia: & quoniam ad fidem faciẽdam in dicendo callebat. Erat etiam cũctis terribilis, non tantum magnitudine poteſtatis,quantum peruerſitate morum, & quod erat ad male loquendũ procaciſſimus. Maxime aũt eum Pheroras accurabat,viciſſimq; curabatur. Nam eum callide valde circũuenerat Antipater,& maxime per mulieres, ad occupandos eius animos ambierat. Deditus quippe fuerat Pheroras vxori, matriq; eius,atq; ſorori,licet mulierum genus horreret,ob iniuriam filiarum ſuarum virginum: veruntamen has patiebatur,ab hisq; ducebatur,& nihil ab eo ſine illis mulieribus agebatur. Nam hominem illum etiam medicaminibus accurabant,& ſibimet in uicem cooperari nequaquam mutuo fauore ceſſabant. Ita enim eas omnibus modis Antipater induxerat,partim per ſemetipſum,partim etiam per propriam matrem. Nam idem hæ quatuor mulieres ſentiebant, idemq; loquebantur. Pheroræ tamen circa Antipatrum in nonnullis minimis ſanè rebus ſententia mutabatur. Erat autem illis in contrarium nitens regis ſoror,iam diu cuncta circumſpiciens,& amicitiam eorum in perniciem Herodis conſtrui cernens, & à nuncianda non abſtinens. Illi autem ſentientes moleſtam eſſe regi ſuam ad inuicem beneuolẽtiam,conſilium ineunt,vt manifeſta eorum nõ eſſet amicitia,neq; palàm cõuentum facerent: odium autem & maliloquia, vbi tempus exigeret,contra ſemetipſos confingerent: maxime autem ſub Herodis præſentia, vt ad eum de ſemetipſis talia deferrent: ſecreto vero benevolentia inter eos firmior certiorq; cõſtaret. Et ſic quidem illi gerebant. Salomen autem nihil prorſus latebat, neque primũ eorum propoſitum ad huiuſmodi negotia feſtinare, neq; tunc,quando ſecretas machinationes conſtruebant. Cuncta quippe illorum illa mulier indagabat,quę amplificans & atrociora faciens,ad fratrem proprium perferebat, ſecretos eorum conuentus inſinuãs: & conuiuia,& conſultationes occulte ſemotimq; conſertas,ad eius interitum tendere,niſi maturius proderentur. Indicabat quoq; illos in manifeſto quidem aduerſarios ſibimetipſos quaſi conſtare,& ad læſiones mutuas ficte loqui,finemq; feſtinare: ſecrete & ab alterutris remotos,beneuolentiam inter ſe confirmare maximam: & quoties in quibuſcunque negotijs ſinguli forent, illud agere, quod amicitia poſtularet: & polliceri ſibi, etiam pugnare contra quos opus eſſet,modo vt illud aſtu vel fauore mutuo non ſentirentur efficere. Illa quidem hæc & huiuſmodi inueſtigabat omnia, & integra ad fratrem conueniens cuncta deferebat, ſentientem quidem iam etiam ipſum plurima per ſemetipſum: ſed ad audendum aliquid, licet excitatus eſſet ſororis accuſationibus,retardantem. Erat enim portio quędam Iudæorum hominum, de ſcrupuloſitate & ſubtilitate paternæ legis gloriantium, & culturam diuinitatis ſimulantium,à quibus inducebantur mulieres illæ ſupra memoratæ: hi Phariſæi dicebantur, qui poſſent maxime regi non modicum afferre præſidium. Erant enim procaces ad bellum gerendum,læſionesq; inferendas immaturius eleuati. Cum igitur cuncta gens Iudaica iureiurando iuraſſet, Cæſaris ſe propriam fore, & omnibus regis rebus fauere, iſti non iurauerunt. Erant autem numero ſupra ſex ferè milia,quos rex pecuniario damno mulctauerat. Quod damnum vxor pro eis Pheroræ contulerat. Illi vero beneuolentiam quaſi pro viciſſitudine referentes,futurorũ ſibi agnitionẽ nutu diuinitatis infuſam eſſe prędicabant: quod Herodi videlicet terminus regni iam eſſet ex ſuperna maieſtate decretus,tã ipſi quàm eius vniuerſæ cognationi. Illam autem regnum poſſeſſuram,atque Pheroram,& filios qui ex eorum eſſent ſemine deſcenſuri. Et hæc quidem regi nunciabantur: nõ enim Salomen iſta fugiebát,& quomodo plurimos regalis aulæ corrumpere niterentur. Rex autem interfecit Phariſęos, qui cauſa ſeditionis extiterant: & Bagoan eunuchũ,& Carum quendam,qui tunc primatũ inter eos habebat, honeſtate dignitatis decoratum, filiosq; eius peremit: omnesq; ei cognatione vel

De Hypocriſi Phariſeorum

Occiduntur phariſei

ne vel familiarite coniunctos: quibus ille Phariſæus prę ſagiebat. Magnificabatur autem apud eos etiã Bagoas vti pater, & plurimis rebus benemeritus, ac pro futurus apud regem futurum. In manibus enim eis cuncta fore prędicabat, præbente illis rege & coniugii firmitatem & filiorum, veluti propriis filijs.

De ſimultate inter Herodem & Pheroram. Caput IIII

Herodes apud amicos accuſat Pheroram & eius uxorem

HErodes itaque vltus ex Phariſæis qui fuere conuicti, conuentum cõgregat amicorum: & accuſationem Pheroræ coniugis, iniuriamq; virginum, & audaciam illius mulieris exponens, & crimen vxoris ad diminutionem dignitatis illius referens & honoris: quod ei certaminum ſeditiones aduerſus fratrem & bellum, ex illius ingenio ac verbis operibusq; conſurgerent: & quantum poterat hortabatur, vt illa inter eos ſimulatio ſolueretur: quod fore firmabat, ſi ſocietatem illius effugeret propter illa quę geſſerat. Nihil enim cum fratre Pherora gratiæ permanere poſſe definiebat, ſi ſecum illam retineret, quę bonum ingenium circa ſe fratris euerteret. Iubebat igitur vxorem abiicere, quę inter fratres cauſa belli conſtaret: & ſi magni pretii conſanguinitatem ſuam duceret, illã non iugaret: ſic enim poſſet nullo modo charitas fraternitatis imminui. At Pheroras licet illo ſermone moueretur, tamen affirmabat neque aliquid iuris ex germanitatis neceſſitudine detracturum, neque dilectionem coniugis abnuere: eligere ſe potius mori dicebat, quàm illa muliere priuari, quę ſibi grata conſtaret. Herodes vero differebat circa Pheroram ſuper hoc iracũdiam, quamuis cuperet pro rebus geſtis vltionem ſumere. Antipatro tamen interdixit & matri eius cum Pherora miſcere colloquiũ, vel cum illis mulieribꝰ quę cũ eo erant: obſeruarent que, ne in vnum aliquatenus conuenirent. Illi vero profitebantur quidem, cõueniebant tamen, qnando temporis opportunitas prouocabat, & ſimul etiam conuiuabantur Pheroras & Antipater. Ferebatur etiam ſermo, quod Antipater Pheroræ coniugi miſceretur cooperante illis ad conuentus faciendos Antipatri matre. Suſpectum autem patrem habens, & timens Antipater, ne circa ſe amplius eius odium procederet, ſcribit amicis Romæ, poſtulãs vt ſcriberent Herodi, qua tenus celeriter Antipatrum mitteret, ſimulq; cũ eo munera digna mandaret, & teſtamentum etiam, in quo poſt ſe regem declararet Antipatrum: quoniã iam defũctus erat Herodes, qui ex filia põtificis erat procreatus. Quo facto, pergit vnà quoque cũ Antipatro & Sylęus Arabs, nihil ex his quę pręceperat Cæſar peragens: vnde quoque Antipater ante Cæſarẽ eius accuſator extiterat: pro quibꝰ primus Nicolaus patiebatur inuidiam. Accuſabatur etiam & ab Areta Sylæus, eo quod plures occiderit in Petra caſtello benemeritorũ hominum, præter ſuã conſcientiam: maxime aũt Sondum virum omni virtute decoratum, iuſtitiaq; pollẽtem, ſed etiam Fabatum Cæſaris ſeruum. Sylæus autem cauſas habuit ex hiſdem criminibus propagatas. Erat quidam Corinthus, Herodis regis vnus cuſtodum corporis, cui maxime plura committebat. Huic perſuadet Sylæus, pecunias magnas pollicẽs, vt Herodem occideret: hoc etiam ille promiſerat. Quod agnoſcẽs Fabatus Sylæo indicante, ſtatim regi denunciat. Ille vero Corinthum tormentis examinans, fecit omnia depalari. Detinuit autem & ſecum duos Arabes, confeſſioni credens Corinthi, & Philarchum, quod Sylæi fuiſſet amicus: qui etiam ipſi (nam eos rex tormentis affecerat) confeſſi fuerãt quod eos exhortaretur, nuncians Corinthum non agere molliter, & ſicubi orpus eſſet rei, ferro cooperarentur ad perpetrandum facinus inter eos complacitum. Ad hæc etiam Saturninus, omnibus ei ab Herode denunciatis, Romam eos deſtinat. Pherorã vero fortiter in amore coniugis permanentem, diſcedere ad propria Herodes pręcepit. Ille vero gratanter accipiens, ad ſuam tetrarchiam non moratus abſceſſit: plurimũ ſe iureiurando conſtringens, non prius reuerti, quàm mortem Herodis aduerteret. Proinde etiam ab Herode morbo conſtricto petitus, vt veniret pro aliquibus ſibi

mandatis,

mandatis, ſi mors contingeret iniungendis: nullo modo perſuaſus eſt aduenire, ne iuriſiurandi violator exiſteret. Non tamẽ Herodes in his rebus imitatur illius exemplum, meliorem circa Pheroram voluntatem ſuæ mentis oſtendens. Nam paulopoſt ipſe cœpit ægritudine laborare. Ad quam Herodes non ſolũ non euocatus aduenit, ſed etiam, mortuum eum recepit, atque ad Hieroſolymam detulit, & iuxta morem exequias ei honorabiliter magnificéque celebrauit: ingentemq; luctum ſuper eum, ſupra quàm quiſquam ratus erat, expoſuit. Hoc Antipatro, licet Romam nauigaſſet, malorum tamen extitit adueſorumq; principium: exhinc enim iam cœpit fatricidij fractio denudari. Narrabo itaq; omnem ſuper hoc homine rationem, exemplum generi humano in futura tempora permanſurum, ad vtilitatem qui voluerint virtutis eſſe cultores.

Pheroras moritur

De veneno parato Herodi à filio. Cap. V.

PHerora itaq; mortuo, humatoq; celebritate magnifica, duo ex liberis eius, qui ab eo in honore habebantur, ad Herodem veniunt poſtulantes, ne inultam mortem fratris relinqueret: quin potius inquiſitionem faceret acerbę mortis & calamitoſæ, repentinęq; tranſlationis. Illo autem attonito facto liberorum ſermonibus (fidelia nanq; narrabant) apud coniugem die proxima antequã ægritudinem incurreret eum cœnaſſe retulerunt: venenum autem in cibo ſumpſiſſe, ex eoq; periſſe: quod venenũ allatum eſſet ex Arabica muliere, amoris faciendi gratia. Amare ſe nanq; fingebat, re autem vera ad interitum erat Pheroræ petitum. Sunt quippe ad venena conficienda artificioſiſſimæ Arabicæ mulieres. Perſuaſum illi dicebat, vt venenum venũdaret: ad loca quippe illa veniſſe referebat matrem Pheroræ coniugis & ſororem, vnde illud venenum apportantes, cœnam illi præparauere, in qua ille veneno ſumpto perijt. His verbis protinus excitatus, ancillas earum mulierum tormentis examinat, inter quas aliquas etiam liberarum. Et adhuc in occulto remanente negotio, quia nulla earum aliquid depalaret: nouiſſima quædam, inflictis ei magnis ex tormento doloribus, nihil quidem aliud dixit, niſi deum inuocans, vt talibus ſupplicijs Antipatri matrem traderet imprecata eſt, quæ omnium illorum malorum cauſa conſiſteret. Hæc ad inſtandum Herodem magis magiſq; coegerunt, vt cuncta mulierum illarum ſecreta tormentis erueret. Tunc omnia palàm facta ſunt, & conuiuia, & conuentus ſecreto facti ſæpiſſime: ſed etiam ſermocinationes, quę ad ipſos & ad filium ſolum factę fuerant, & illa quæ ab eo ad mulieres Pheroræ deferebantur (erant autem munera centum talentorum) vt ſecreto Pheroræ perſuaderent, quicquid Antipater impetraret. Prodebatur etiam odium quo in patrem concitaretur, & lamentationes quas ad matrem propriam frequentabat, quod tam prolixe pater aduiueret: ſibi imminere ſenium, vt etiam ei ſi regnũ veniret, non liceret iucunde viuere per ætatis ægritudinem atque moleſtiam: Ad hæc etiam, multos ſibi fratres in regno illo coaleſcere, & fratrum plures filios, ex quibus omnibus minus ſpem ſuam tutam haberet. His etiam addebat dixiſſe, quod per idem iam tempus fratri potius in regno ſuo licentiam habere concederet, crudelitatem quoque plurimam regis accuſare, & filiorum cædes: ſe quoque timere, ne vſque ad ipſum hoc malum pertingeret. Artem quoque Romam pergendi conſiliumq; narrabat: Pheroram quoq; ad ſuam tetrarchiam ex eius diſceſſiſſe ſententia. Quibus Herodes auditis, agnoſcebat ſororis ſuæ ſermones, quos ad ſe ſæpe detulerat. Incitabatur autem rex ſuper Antipatri nequitia, iuſſitq; matrem eius ornamenta ſua cuncta contradere, quæ multorum conſtarent præcio talentorum. Quæ poſtquam abſtulit, reiecit eam, & in amicitiam mulierum Pherorę pro damnatione dedicauit. Amplius autem aduerſus filium iracundiam regis incendebat vir Samarites, Antipater nomine, qui filio regis Antipatro curator extabat. Nam cum alia quidem eius in tormentis aperuiſſet, illud quoq; prodiderat, quomodo venenũ mortiferũ confecerat, dederatq; Pheroræ: iubens, vt poſt eius abſceſſum, cũ iam ſpatium aliquanti temporis cucurriſſet, vbi ratio prouocaret, patri protinus propinaret, & dicebat attuliſſe

Antipâter Samarites aperit herodi omne cõſilium filiis eius

illud venenum ex Ægypto Antiphilum, vnum ex amicis Antipatri: transmissum aũt Pheroræ per Theudionem fratrem matris Antipatri, & hoc modo ad vxorẽ Pheroræ peruenisse, dante marito ad custodiendum. Quod illa quoq; fatebatur, rege scrutante negocium: & procurrens tanquam venenum allatura, misit se de tecto deorsum: non tamen interijt, quod cadẽs in pedes terra susceptа sit: ac dein de postquam recreauit animam, promittit ei Herodes salutem, eiusq; domesticis, dummodo ab ea nequaquam occultaretur veritas. Neq; se illi malum pro ingratitudine redditurum iurabat, si cuncta cum veritate proderet, vel modum quo gesta constarent. Ad hæc illa dicebat ista ab alijs enunciata: firmabatq; allatũ esse venenum ex Ægypto ab Antiphilo: medicum quippe esse fratrem eius aiebat, à quo prouisum fuerat: per Theudionem autem viro suo transmissum: se vero custodire illud à Pherora susceptum, aduersum seipsum sanè ab Antipatro præparatum. Cum igitur Pheroras ægritudine, inquit, teneretur, & eum aduentu tuo consolationéque curares, videns circa se tuam beneuolentiam, concidit mente deiecta, & me conuocãs: ŏ mulier, inquit, induxit me Antipater, aduersus patrem suũ fratrem meum, consilia iniqua constituẽs. Nam venenum in eius perniciem nunc dinatus est. Nunc itaq; quoniam frater erga me nec ante iniquum aliquid gessit, & nunc propositum bonę voluntatis ostendit, me autem non multum post de hac luce sentio recessurum, age ne cum cõscientia fratricidij ad nostros progenitores abierimus, illud venenum apportans, epistolamq; Antipatri, me vidente comburе. Ego autem plurimum eius igni contradens, aliquantulum reseruaui, vt Pherora defuncto, si me, ŏ rex, male fortassis attenderes, illo vsa, seculi huius necessitates effugerem. Hæc dicens, & venenum & pyxidem in medium protulit. Sed etiam frater Antiphili & mater eius eadem fatebantur tormentorũ vehementia compulsi, pyxidem quoq; illam nihilominus agnoscebant. Accusabatur quoque filia pontificis, vxor regis. tanquam omnium conscia fuisset, sed ea cælare maluerit. Ob quæ illam quidem Herodes emisit: filium autem eius ex testamento deleuit, in cęteris permanente: sed etiam socerum pontificatu priuauit Simonẽ Boethi: substituit vero Mathiam Theophili, Hierosolymitem genere. Cum ea gerũtur, Bathillus quoq; ex libertis Antipatri venit ex Roma, & tormentis examinatus, inuenitur venenum aliud attulisse, quod matri daret Antipatri, ab illa Pheroræ tradendum: vt si primum venenum minus regem forsitan peremisset: & hoc maturius vterentur. Apportabat etiam litteras ab amicis Herodis Romę constitutis, consilio Antipatri & dictatione cõpositas, accusationem habentes Archelai atq; Philippi, quod quasi de patre conquererentur pro nece Aristobuli & Alexandri: semetipsos quoq; Herodem miserari nunciabant: & euocabantur quidem à patre, veluti non ob alias res, nisi vt etiam ipsos extingueret. Hæc quippe magnorum munerum amici gerebant opitulantes Antipatro. Scripsit etiam Antipater de fratribus, culparum genera magna confingens, omnimodo eos adiudicans, ætati eorum causam ascribens, qua impelli possent nequitiam sui patrare propositi. Ipse vero certamini quod cum Sylæo gerebat, magno studio fuit intentus: & accusationi primorum virorum Romæ constitutorum se totum dediderat. Monilia quoque præciosissima ducentis talentis empta parauerat. Miretur fortasse aliquis, quomodo tantis aduersus eum in Iudæa motis turbinibus, fermè septem mensium tempore decurrente nihil illic fuerit nunciatum. Causa vero huius rei erat obseruatio viarum atque custodia, & odium hominum, quo circa eum tenebantur. Nullus etenim erat, qui pronus esset proprio periculo illius tutamen salutemq; conquirere.

Accusatio Antipatri de veneno patri præparato. C. VI.

HErodes sanè, Antipatro scribente quod cuncta quæ oporteret peragẽs, maturius aduenirеt, cælans suam indignationem, rescribit iubens, ne vlla desidia ad iter agendum præpediretur, ne quid in eius absentia ipse forte pateretur. Et simul quoque de matre ipsius minimum quiddam expostulando causa-

tur,

tur, promittens tamen ei se reconciliatum iri, cum ipse protinus aduenire: & in omnibus erga eum dilectionem suæ quasi mentis aperiebat, formidans, ne forte quicquam suspicans differret ineundæ viæ negotium, atq; Romæ demorans, aliquas possibilitates pararet, & in regno Romano muneris alicuius fieret minister. Has itaq; in Cilicia literas accepit, alias autem Tarenti, in quarum textu Pheroræ declarabatur occasus. Quibus lectis, ægre satis tulit & aspere, nõ propter Pheroræ gratiam: sed quia patris interitu, vt promiserat, non peracto defecerat. Circa Celenderim autem Ciliciæ veniens, cœpit de causa nauigationis ambigere, vtrum deberet domum sicut instituerat tendere, abiectiõe matris adductus in dubium. Tunc ex amicis pars suadebãt expectare, donec agnosceret, quæ domi mota gestaque fuissent. Alij vero hortabantur ne nauigationem domum differret: soluturum enim suo aduentu omnes aduersitatis causas aiebant: nam neque tunc aliunde illos fluctus eueniſſe, nisi eius absentia facultatem accusatoribus virtutémque tribuisset. His persuasus protinus nauigauit: & exceptus est portu nomine Sebasto, quem magnis opibus constructum, Sebastum ad honorem Cæsaris appellauit. In apertis iam malis erat Antipater, nullo ad eum cominus accedente, nullo colloquente, sicuti cum fuisset egressus, votis eum ac secundis precibus prosequebantur: nunc e contra aduersis eum maledictis non prohibebantur excipere. Verebantur enim cuncti, quod pœnam esset fratribus pro sua impietate soluturus. Ea tempestate contigerat forte Varum Quintilium in Hierosolymis agere, qui successor Saturnini ad Syriæ regionem fuerat destinatus. Venerat quippe consulatum Herodi, ab eodem postulatus, pro causis in quarum dispositionibus hæsitabat. Quibus vnà confessum habentibus, venit Antipater, cunctis illi rebus incognitis, ingressus aulam regiam, indutus purpura. & ipsum quidem ianitores excipiunt: amicos autem qui circa illum erant, aulã accedere prohibebant. Cœpit itaque perturbari, in quæ mala deuenerit manifeste cognoscẽs. Denique illum pater salutatum accedentem repulit, fratricidij simul accusans, & consilia obiectans super suimetipsius interitu, quorum omnium auditorem ac iudicem in crastinum Varum fore confirmat. Et ille quidem tanto malo audito pariter atque imminẽte, ipsa magnitudine fatigatus abscessit. Cui mater & vxor accurrunt, quæ residua fuerat de filiabus Antigoni, qui ante Herodem in Iudæa regnauerat: ex quibus vniuersa cognoscens, cœpit se certamini iudicioque præparare. Sed die postero consessum faciunt Varus simul atque rex, amici etiam vtrorumq; conuocantur. Aderant quoque regis consanguinei, & Salomæ soror: & si qui nuciaturi forent, quæ prodiderant examinatione tormentorum. Serui deniq; Antipatri, ex materno illi iure conuenientes, qui pauloante fuerant comprehensi epistolam differentes Antipatro, quę fuerant in hanc perscripta sententiam: ne ad patriam repedaret, quod cuncta videlicet ad patris notitiam reuelata peruenissent: solumq; illi suffugium remansisse Cæsarem, & sub patris potestate non cadere. Antipatro verò patris genibus prouoluto, atque deprecante, ne iudicium de illo rebus incognitis promeretur, qui potius facultate sibi auditorij cõtributa, purgatum iri se apud patrem posse firmabat: Herodes iubens eum in medium produci, ipse lamentari primitus cœpit, quod tales illi filios habere cõtigisset, per quos ei fortunæ tales exurgerent: aut vnde tantam diuinitatis indignationem comparauerit, vt sua senectus in Antipatri nequitias incidisset. Memorabat etiam enutritiones, & educationes, quas filijs studiose præbuerat: opum quoque ac facultatum affluentiam, in quibuscunque temporibus illi cuperent, semper illis protinus adiacere, & quod nullum esset impedimentum quin eorum consilio periculũ mortis incideret, dum illi regnum impie rapere festinarent, antequam ipse legi naturæ concederet. Vnde se valde mirari dicebat Antipatrum, quorum spe subleuatus auderet sine vlla refrenatione ad talia tantaque prorumpere, quandoquidem eum regni successorem etiam scribendo declarasset: sed etiam vitæ suæ tempore in nullo minor existeret, non claritate dignitatis, non virtute potentiæ: quinqua

ginta denique illum talenta ex redditibus ſumere, ad hęc trecenta talenta Romã eunti dona dediſſe. Increpabat illum etiam de fratribus, quos velut malignos ac cuſauerit, cur eorum imitator extitiſſet: ſi vero innocentes fuiſſent, inique aduerſus conſanguineos crimina cõfeciſſet: Nam illa omnia quæ de illis nunciata fuiſſent, à nullo alio niſi ab illo ſemetipſum protinus aduertiſſe: cõſilioq; eius geſſiſſe cũcta, quæ aduerſus illos fuerint geſta, quos nũc prorſus abſolueret, iſto Herodi illis in parricidij facinore ſuccedente. Hæc ſimul dicẽs profundebat lachrymas, quæ illum intercluſa voce loqui amplius non ſinebant. Verum Nicolaus Damaſcenus, regis amicus, & in omnibus cum eo vnà ſempérque verſatus, & modum quo res geſtæ fuerant aſſecutus, rogabatur à rege, vt ipſe reſidua loqueretur, quæcunque ad demonſtrationem cauſæ redargutionemq; proficerent. Sed Antipater econtra conuerſus ad patrem, ſemetipſum excuſare nitebatur. Enumerabat itaq; cuncta ſuæ circa illum benignitatis exempla, honoréſque ſibi à patre conceſſos, quos minime percepiſſet, niſi virtute dignus & officijs circa illum meritus haberetur: enimuero prouidiſſe ſe ſemper, vt vſui neceſſaria forent, conſiliumq; ſemper circunſpectis rationibus antecepiſſe: ac ſi quando ad rem explanandam manu opus eſſet, ſuo labore negotia cuncta peregiſſe: neque credibile conſtare, qui ſæpiꝰ ex aliorum inſidijs patrem ſtrenue liberarat, nunc ipſum inſidiatorem patris effici, vt deleret omnia ſuæ virtutis vetera monumenta, molimine repentini facinoris: præſertim, cum ſucceſſor regni iam fuiſſet oſtenſus, & ſimul etiam rerum honorumq; potiretur, quæ vſque ad præſens tempus eum habere conſtaret. Neque illud eſſe veriſimile prorſus, aiebat, qui cunctatum rerum dimidium ſine ſui periculo, & cum virtutis honeſtate teneret, velle totum cum crimine atque periculis appetere, incertus vtrum non valeret affectum ſuæ cupidinis obtinere: præſertim cum pro tali cauſa ſuos fratres vidiſſet extinctos, quorum facinoris & nunciatorem & accuſatorem ipſum eſſe conſtaret: quod niſi ab ipſo proderetur, occultum proculdubio remaneret: quorum etiam poſtmodum, quod eſſet malignitas eorum circa patrem ad fidem perducta, punitor extaret. Et ibi quidem hæc ſua dicebat eſſe monumenta, quibus conuerſationiſſem ſuam cum magna benevolentia circa patrem agitaſſe probaretur. Romæ véro quæ geſſerit, teſtem Cæſarem conuocabat, quem iuxtà ac deum fallere nemo poſſet, quorum fidem facere literas ab eodem Cæſare deſtinatas: quibus literis haud rectum eſſe fortiores aut fideliores reputare accuſationes hominum, violentium inter eos turbas & iurgia concitare, quas accuſationes à ſuis inimicis confictas aiebat, quas ſe reuerſo vltra iam habere non poſſent. Cauſabatur etiam de tormentis, quod eorum violentia factũ eſſet, vt falſa dicerentur: doloris quippe ac neceſſitatis eam eſſe naturam, vt doceat eos qui ſubiecti ſunt illa loqui, quæ viderint grata dominantibus, quorum ſe poteſtate tormentis adigi ſentiunt. His dictis, mutatio eſt facta totius conſeſſus. Satis etenim miſerebantur Antipatrum, profuſione lachrymarum & vultus humilitate miſerabilem, ita vt etiam inimicis lamentabilis appareret. Iam quoque flectebatur Herodis animus inclinatus, licet conaretur ſuam mentem alijs non eſſe manifeſtam. Nicolaus autem exorſus ab illis verbis, quibus rex principium fecerat, cauſam amplificare cœpit: & cuncta quæ vel tormentis eruta, vel teſtibus erant relata proferens, congregabat vndique criminis probamẽta: maximè virtutem regis & clementiam, longa narratione proferebat: qualiter nutritiones & educationes in ſtudijs doctrinarum filijs ſuis impenderat: quarum rerum labor in nullo ei profeciſſet accommodus, in alias ex alijs calamitatibus irruẽti, quanquam ſe non mirari diceret proprium filiorum inconſiderationem, quod & adhuc fuiſſent adoleſcenti, & deceptui faciles, à prauis ſuaſoribus corrupti, in tranſuerſum declinaſſent naturæq; iura reliquiſſent, vt immaturius quàm oportet regnandi cupidine raperentur: Antipatri vero furiam admodum ſe prorſus ex paueſcere, propter paterna beneficia, in quibus eum affatim fuerat muneratus,

Excuſatio Antipatri.

quæ

quę cum essent tam multa magnaq; eius tamen animum lenem reddere non quiuere, more venenatorum repentum: licet illa repentia quamlibet sint aspera, beneficijs aliquatenus leniũtur. Non solum ergo in hoc expaueſcere se dicebat prauitatem Antipatri, verumetiam quod fortunæ iam fratrum pro exemplo præcederẽt, quo minus imitator eorum existens, impetum suum à crudelitate retineret. Quanquam ŏ Antipater, qui temeritatis fratrum nunciator extitisti, & scrutator documentorum & punitor redargutorum, cur non repulisti animum, quem in illis te prodente culpabamus, sed potius ad imitandum flagitium illorum insana libidine raptus es? Vnde claret, quod nec illa à te pro tutamine gesta sunt patris, sed pro fratrum infelicium interitu festinata: vt illorum odium ostentandó, amator quasi patris credereris, quatenus posses ad eius insidias iter facilius adipisci, potestatem à patre percipiens, quod etiam ipsis operibus approbatur. Ambiebas enim, vt fratres interimerentur de nequitia redarguti: vt autem conscij eis proderentur, minime curasti. Vnde certum est, te quoque cum illis aduersus patrem insidias construxisse, accusationem illis præparando: vt si forte ad effectum venissent, tibi lucrum parricidij prouenisset, vt ex duobus procertaminibus tu fructus perciperes gaudiorum, tuis moribus competentes. Et circa fratres quidem qualis extiteris, manifestus es: nam super eorũ morte, velut de rebus gloriabare magnificis. Quod quidem esset dignum, ita te sapere, si tu non deterior extitisses. Sed te occulto aduersario patris extante, claret quia illos non veluti patris insidiatores habebas exosos (nam hud ita exorbitares, similem nequitiam cupiens perpetrare) sed timens, ne regni fierent successores, quos tibi videbas iustius posse præponi: patrem autem super fratres extinguere festinabas, ne celeriter tua aduersus fratres factio proderetur: & pro quibus tu merebaris pœnas luere, ab infelici patre supplicium sumere conabaris: ac parricidium non commune cogitasti, sed quale vix à quoquam huc vsque in vita hominum vel videri potuit vel audiri. Non solum enim filius patri insidias pręparabas, verum diligenti quoq;, & beneficia multa præstanti. Socius quippe regni constabas, successor in nomine, in dispositionibus particeps, in fruendo communis. Nam & successor ante iam denunciatus, & iucunditatem ac fructum regni iam ante capere in nullo prohibitus, ad spem etiam futuri gerendam es sententia patris & literis communitus. Sed tu nõ ex Herodis clementia iudex rerum eras, sed tua voluntate ac nequitia opera paterna pensabas: volens, patre in omnibus tibi obediente, etiam patrem quam possedisset abripere: & cõfingebas verbis velle seruare eum, quem rebus ipsis & operibus interimere nitebaris. Et non solum tu malignus extabas, verumetiam matrem prauis tuis replebas inuentionibus fratrumq; voluntatem aduersam seditiosamq; reddebas: qui etiam patrem bestiã appellare ausus es cum habeas ipse mentem omni serpente peiorem. Siquidem illorum aduersus patrem venena colligebas, & quem patrem? qui te tantis beneficijs muneratus st. Et contra eum auxilia diuersa postulabas, & artibus varijs per viros atq; mulieres vtebaris, quatenus interimeres hominem senio & ætate confectum, quasi ad nocendum non sufficeret sola tuæ mentis iniquitas. Et nunc venisti post tormenta liberorum atque seruorum, quæ propter te viris atque mulieribus constat inflicta, & contra denuntiationes coniuratorum tuorum inficiatum ire festinas. Et non solum patrem hominibus auferre meditatus es, sed etiam leges, virtutemq; Vari, & ipsius iura naturæ, ipsamq; conaris interimere veritatem. Itáne tua confidis impudentia, vt etiam tormentis temetipsum subijci velis? cum causeris de tormentis eorũ qui examinati sunt: vt illi quidem qui ea dixerunt, quę ad liberationem tui patris attineant, veritatem minime tenuisse videantur: tormentis vero quæ tibi fuerint adhibita, velis indagasse veritatem. Nónne saluas Vare, nónne liberas regem, factionem à suo sanguine sustinentem? Per maiestatem imperij Romani, per virtutem tuam obtestamur, vt hanc atrocissimam bestiam, quæ per proditionem fratrum, patri se beneuolum esse simulabat, quatenus posset solitarium & omni con-

ſanguinitate deſertum de regno propellere, adiudices atq; condemnes. Non pronuncias hunc ſceleratum ducendum ad necem, ſciens, quoniam parricidium communis iniuria eſt, & naturæ ipſius, & totius vitæ hominum? Neq; minus facinoroſus reputandus eſt qui cogitauerit, tametſi eum effectum non contigerit adipiſci. Naturam ipſam iniuriat, qui talib⁹ ſupplicia non importat. Addebat etiam illa, quæ mater Antipatri ad aliquos ſtoliditate muliebri locuta eſt: ariolationes quoque ac diuinationes ſuper rege factas, & ſacrificia memorabat. Aiebat item & quicquid Antipater cum Pheroræ mulieribus laſciuire dicebatur: comeſſationes quoque ſordidas, amoréque narrabat. Denique examinationes tormentorum, & teſtificationes plurimas inferebat, quæ ſanè plurimæ conſtabant. Nam alias quidem ante parauerat, alias ex repentinis nuntijs ſummatim acceperat, ex quibus priora magis magiſq; firmabantur. Plurimi quippe homines, quæ antea timore Antipatri ſilentio prætereunda mandabant, cernētes eum accuſationibus plurimis odibilem & aduerſa fortuna inimicis eius aperte prompteq; contraditū, quod odio ineffabili aduerſus eū nitebantur, tunc omnia prodebant. Incitabantur quoque ad accuſandum non ſolum horrore factorum eius & magnitudine ſcelerum, quæ vel patrauerat, vel patratum ire præſumpſerat: ſed & improbitate, quam circa patrem & fratres exercuerat parricidijs, & quod ſemper eum ſenſerant, neque odium merito, neq; amorem benignitate circa quempiam habuiſſe, ſed ſuæ tantū cōmoditatis intuitu. Quorum omnium illud eum amplius aggrauabat, quod nulli extiterant, qui rex ex æquo bonoq; iudicabant, quod eorum animus amicitiarum iure careret. Dicebant ergo ſe olim iſta ſenſiſſe, prohibitoſq; ſemper ànūcian do: libertate vero data, in medium cuncta deferre. A quibus proferebantur multiformia probamenta, nequaquam accuſari de falſitate valentia: quod neq; benignitate circa Herodem, neq; timore periculoſo tacerēt: ſed ſolo rerum indicio iniquitatem Antipatri proferebant: dicentes, quod non in ſuis actibus Antipater vtilitatem Herodis & munimen attenderit, ſed ſola nequitia ad illa facinora fuerit concitatus: propter quod omni pœna dignum eſſe loquebantur. Multa etiam à plurimis ſine vlla interrogatione dicebantur, ita vt Antipater, quenquam in omnibus rebus impudens, & ad mentiendum promptiſſimus atque callidiſſimus, tamen tunc tanta confuſione fuerit oppreſſus, vt neque negare neque contradicere valuiſſet. Nicolao igitur finem dicendi redarguendique faciente Varus iubebat Antipatrum, vt ſe tantis criminibus expurgaret, ſi aliquas aſtructiones haberet, quibus obnoxius illorum quæ importata erant, non eſſe mōſtraretur, Nam ipſe quoque optare patrem ſe certe noſſe dicebat, vt in nullo ſe cogitaſſe fieret manifeſtus. Ille vero in faciem prouolutus, deo rem omnibuſq; commendabat, qui ſibi teſtificarentur, nihil ſe improbum cogitaſſe: atq; ſignum à deo fieri poſtulabat, inſidiatorem ſe patris penitus non fuiſſe. Solent quippe vniuerſi quibus iuſticia deficit, quando facinorum aliquorum perpetratores exiſtunt, dicere, ſibi liberum arbitrium ex diuinitate conceſſum: quando vero in pericula ceciderint, iuſtum recipientes iudicium, per inuocationem eius omnia teſtimonia conantur auertere: quod etiam Antipatro contingebat. Cum tanta namque velut abſente diuinitate, ante geſſerat, tunc autem iuſto iudicio vndique concludente, defectu purgationum ad dei iudicium accuſationum abſolutionem omniumque criminum ferebat: potentiæ diuinæ cauſam tribuens, vt eius teſtimonium in medium veniret, quanta pro patre geſſerit, quantaq; pericula pro eius ſalute præſumpſerit. Varus autem cum ſæpius interrogaret Antipatrum, & nihil amplius ille quàm dei proferret inuocationem, videns in infinitum rem pergere, iuſſit venenū
Vis ueneni. in medium proferri, vt experiretur quænam eſſet uis eius. Et adductus quidam eorum qui fuerant morte damnati, bibit iubente Varo, confeſtimque moritur. Tūc exurgens, abibatiè conſeſſu, & die poſtera in Antiochiam perrexit: vbi frequens illi fuerat conuerſatio, eo quod Syrorum regnum ibi fuerat conſtitutum.

De Epiſto

De Epistolis contra Herodem scriptis machinatione filij. Cap. VII

HErodes autem cōtinuo invinculis filium obstringi iussit. Incertæ aūt erant plurimis confabulationes Vari, quę ad regem habebantur. Dicebant non nulli, quod ex eius sentētia fecerit, quęcunque de Antipatro gesta sunt. Ligans ergo eum, destinauit Romam ad Cæsarem lireras, omne declarantes negotium: sed etiam qui presenti relatione Cæsarem docerent nequitias Antipatri. Deprehenditur autē in his diebus etiam epistola, ab Antiphilo ad Antipatrum scripta. In Ægypto autem erat iste. Quę soluta à rege, talia declarabat: Misi tibi epistolam ab Acme, non parcens animæ meæ. Scis enim, quàm periclitabor à duobus domesticis, si hoc fuerit agnitum. Tibi autem prosperitas ad gerendam causam proueniat. Et epistola quidem talia loquebatur. Rex autē quærebat alteram Epistolam, quę tamen inueniri non poterat. Nam & seruus Antiphili, qui lectam apportauerat epistolam, aliam se suscepisse denegabat. Cum autem hæsitaret rex, vnus amicorum Herodis inspiciens interiorem tunicam serui (nam duabus erat indutus) arbitratꝰ est in interiori tunica literas obcęlari: & erat ita. Inuenitur ergo epistola, in qua erant scripta hæc. Acme Antipatro. Scripsi patri tuo qualem voluisti prorsus epistolam: & rescriptum faciens epistolæ, quę ad meam dominam, veluti à Salome directa est, destinaui. Quam cum legerit, certo scio puniturum Salomen, tanquam insidiatricem. Erat autem epistola tanquam Salomes ad dominam eius, ab Antipatro dictata, sub Salomes nomine, quantum ad sententias pertinebat: stilo autem Acmes composita. in qua continebantur ista: Acme regi Herodi. Ego studium habens, ne te quicquam lateat, quę aduersum te geruntur, iuueniens epistolam Salomes ad meam dominā contra te conscriptam, cum periculo quidem meo, sed cum tua tamen vtilitate conscriptam, cum periculo quidem meo, sed cum tua tamē vtilitate conscripsi, tibiq; direxi. Hanc autem illa conscripsit, volens Sylæo coniungi. Scidi igitur hanc epistolam, ne fortassis ego de mea vita periclitarer. Ad ipsum autē Antipatrum epistola scripta erat, quod eius iussionibus ministerium gesserat, vt ad Herodem scriberet, quasi Salome insidias illi præparare festinaret. Sed etiam rescriptum eius epistolæ, quę quasi ad suam dominam fuerat à Salome destinata, direxerat. Erat autem Acme Iudęa quidem genere, in seruitio autem erat Iulię Cęsaris cōiugis: & hęc gerebat amicitia, quam cum Antipatro iunxerat, comparata ab eodem Antipatro magnis pecuniarum muneribus, vt eius aduersus patrem & nutricem suffragaretur insidijs. Herodes autem obstupefactus magnitudine nequitiarum Antipatri, impellebatur quidem vt confestim eum perimeret, velut procellam magnarum turbinemq; causarum, & non solū sibi, sed etiā sorori insidiantem, domumq; Cæsaris sua iniquitate corrumpentem. Accedebat autem etiā Salome, crebro pectus percutiens, & se interfici postulans, siquid forsitan tale in ea probaretur. Herodes autem conuocans filiū interrogabat, iubens, vt siquid haberet aperiret: increpabaturq; à patre, dicente: Quoniā inimicus omnino repertus es, age nunc, & qui tecū ad hæc negotia operam dedere, nullo modo moreris aperire. Ille autem in Antiphilum cuncta referebat, nullumq; alium causam horum extitisse firmabat. Herodes vero admodū dolens, volebat Romam ad Cæsarem filium destinare, vt supplicium pro suis factionibus sumeret: timens vero ne fortassis amicorum suffragio valeret effugere, ipsum quidem vinctum, sicut & antea custodiebat. Verum legatos misit ad accusandum filium cum literis, intimandaq; omnia, quę Acmē illi ad perficiendā factionem fuerat suffragata: exemplaria quoque transmisit epistolarum. Interea legati Romam proficiscuntur, docti in præsentia quę loqui respondereq; deberent.

Epistola acmes quæ erat ministra Iulii Augusti coniugis

Antipater culpam in Antiphilum reiicit

De aurea Aquila pro foribus templi posita, & vindicata. Cap. VIII

SEd rex morbo prægrauatus, testamentū scribit, iuniori filio regnū retribuens odio, quod circa Archelaū Philippūq; ex Antipatri accusatione conceperat. Cæsari vero mille talenta dereliquit: Iuliæ vero Cæsaris vxori, & filijs & amicis; &

cis,& libertis Cæſaris,quingenta filijs etiam ſuis, filiorumq; filijs pecunias & reditus diſtribuit. Salomen ſororem magnifice locupletauit,quod eam ſcilicet erga ſe benevolam ſemper agnouerit,& nunquam aliquid ex aduerſo molientem. Deſperans autem contra morbum ſe poſſe ſubſiſtere (nam annum agebat circiter ſeptuageſimum)exaſperatus eſt,irreuocabili furia & amaritudine mentis incenſus,volebatq; ſi poſſet,Iudæorum cūcta diſperdere. Cauſa vero huius rei erat quod ſe cōtemni putabat,eo quod caſum ſuum iucunde gentem totam exiſtimabat accipere. Super hæc quoque quidam popularium hominum ſeditionem excitauerāt,propter huiuſmodi cauſam. Erat quidam Iudas Arifei,& Matthias Cargalothi,Iudæorum eruditiſſimi,& ſupra cæteros legisexpoſitores dactiſſimi:populo etiam amabiles propter iuuentutis eruditionem. Semper enim apud eos totos conſumebant dies cūcti,quibus inerat ſtudium,& cura virtutis. Iſti igitur audientes regem morbo prægrauatum,& remedij minime receptabilem,omnem excitauere iuuentutem:vt opera quęcunque à rege præter patriam legem facta fuiſſent euertentes,pro lege dei glorioſa niterētur exercere certamina. Etenim propter eius præſumptionem, & propter quod præter humanum morem fuerat conuerſatus in plures, omnia illi mala contigiſſe firmabant: ægritudinē quoq; præſentem,non ei ob aliud accidiſſe. Fecerat enim Herodes quædam contra legem, quę Iudas & Matthias vociferantur. Nam conſtruxerat ſupra portam tēpli munus,quaſi deo propoſitum,aquilam auream immanem,& qualitate& quantitate ſatis opulentam. Prohibet autem lex imaginum eleuationes & animaliū propoſitiones conſtituere,his qui volunt ſecundum eius præcepta conuerſari. Proinde hortabātur illi ſophiſtæ aquilam illam loco diuellere. Enimuero mortalibꝰ, inquiebant,multo iucundius debet eſſe periculum,quod pro conuerſatione paternæ legis & pro virtute ſuſcipitur,quam vitæ quantacunque dulcedo. Nam morte quidem fama & laus ſempiterna conquiritur,& naſcituris hominibus memoria iucunda relinquitur,exemplumq; virtutis & gloriæ. Nam etiamſi quiſquam ſine periculo valeat aliquod præclarum opus efficere,poſt paululum tamen venturam mortem naturæ lege non valebit effugere. Proinde pulchrū eſt his,qui ſtudium habent amoremq; virtutis,cum laudibus & cum honoribus de hac vita diſcedere. Leuigatio quippe maxima eſt,pro bonis operibus interire, quæ non niſi meditatione periculi conquiruntur,filijs atque cognatis, & alijs quibuſcunque, qui ab eodem ſtemmate deducuntur,ſiue fuerunt viri, ſiue mulieres ſiue quilibet alteri:quibus prouideri debet in poſterum,vt ad eos vtilitas gloriæ perueniat. Et illi quidem huiuſmodi verbis iuuenes excitarunt. Defertur autem ad eos repente rumor,regem vita diſceſſiſſe,qui ſophiſtis illis admodum ſuffragatus eſt: mediaq; die aſcendentes euulſere aquilam,& ſecuribus concidére. Cumq; plurimus eſſet tumultus in templo,ecce dux regis cum militibus venit:nunciatus quippe illi fuerat niſus eorum:& exiſtimās ex maiore illos conſpiratione etiam manu cōgreſſuros ad pręliū,ampliorem ſecum numerū militum duxerat,qui poſſent impetum ſuſtinere illorū,qui moliebantur anathema templi deijcere. Quo irruente ſuper eos,nequaquam vim eius ſuſtinere valuerunt:ſed ſicut ſolet turba vulgaris,præſumptione magis ſtulta,quā cauta prouidentia congregata,omnes continuo fugerunt. Equibus quadraginta ſoli iuuenes animi confidentia remanſere, quos dux comprehendit,cum principibus facti,Iuda & Matthia. Ingloriū enim iudicauerunt loco cedere,aduentumq; ducis effugere. Hos omnes deducit ad regem. Quos cum interrogaſſet,cur in tantam audaciam prorupiſſent,vt ornamēta templi conuellerent. Et illi:geſſimus,inquiunt,quę geſta ſunt, & cōſulto nos illa geſſiſſe profitemur,quę ad virtutem attinent, quam viros decere certum eſt, Siquidem prudentum eſt defenſare dignitatem legis & numinis. Nec mirari debes,ſi tuis inſtitutis inſtituta præferimus,quæ nobis Moſes inſpiratione dei conſcripta dereliquit. Mortem autem ac ſupplicia quælibet importes, cum iucunditate ſubimus. Non enim pro iniuſto facinore,ſed pro amore pietatis nobis ſuſti-

Iuuenum quadraginta comprehenſorum conſtantia

nendi

nenda sunt. Et illi quidem talia loquebantur, in nullo minora verba quàm fuerat commissi præsumptio proferentes. Rex autem vinculis eos constringi præcipiens, euocauit ex Hiericunte Iudæorum principes. Quibus aduenientibus, consessus omnium congregatur: ipse vero in lecto recumbebat, quod præ valetudine stare non poterat. Enumerabat igitur prę̃sumptiones seditiosorum iuuenum, in quibus sæpius fuerant deprehensi: templi quoque ornamẽta quæ suis fuissent magnis sumptibus constructa, memorabat: qualia per annos centum viginti sex, neque Asamonæum regem construere, neq; prosapiam eius valuisse narrabat: se autem ad honorem diuinitatis illud templum anathematis admiratione dignis ornasse: quo post eius mortem, gratam sui memoriam iucundamq; relinqueret. Exprobrabat etiam quod iniuriam illi non dubitarent ingerere. Cæterum prę̃sumptum facinus verbo quidem ad suas pertinere dicebat iniurias, re autem ipsa & veritate, si quis vellet meritũ examinare facinoris, sacrilegium commissum esse firmabat. Ad hæc illi propter eius crudelitatem, ne cõtra se quoque fortassis exasperatus, vltiones in eos aliquas moliretur, humiliter respõderunt, dicentes: neque ex sua sententia contigisse, neque illa commissa inulta esse debere. Ille vero circa cæteros quidem quasi mansuetus extitit, Matthiam autem pontificem sacerdotio remouit, velut huius facti cõscium, & causam seditionis extantem: promouet autem Azarum pontificem, fratrem vxoris suę: Matthiæ autem pontificatus tempore, euenerat alterum extitisse pontificem, ad vnius videlicet diei functionem, quam Iudæi cum ieiunio celebrant. Causa vero talis erat: Matthiæ sacerdotali fungenti officio nocte, quæ in solennem lucescebat diem, in qua futurum erat ieiunium, visum est se omnino mulieri esse commixtum: propterea q; sacerdotio perfungi non potuit: sed Ioseph⁹ Elimi filius, cognatus eius secundum carnem, pro eo munere sacerdotali perfungitur. Hunc ergo Matthiam Herodes pontificatu remouit: alterum vero Matthiam qui seditionem excitauerat, & alios quos viros ex socijs seditionis illius, viuos igni contradidit. Sed etiam luna eadem nocte defecerat.

Sacerdos unius dici

Iudæi uiui traduntur igni

De luctu quem sibi Herodes moriturus instituit. Cap.

HErodem porrò amarior indies morbus vrgebat, supplicia deo commissi scelleris expetente. Ignis quippe lentus inerat, non tantum conflagrationem in superficiem corporis agentem prodens, quãtum intrinsecus crescẽs operabatur incẽdium. Auiditas quoque inexplebilis semper inerat cibi: nec tamen satietas vnquàm rabidis incitatam faucibus valebat implere ingluuiem. Intestina internis vlceribus tabida putrescebant, doloribus quoque coli sæuissimis cruciabatur, humor liquidus ac luridus erga pedes tumidos oberrabat. Similis illi quoque & circa pubem erat afflictio: Sed & verenda ipsa putredine corrupta scatebant vermibus, spiritus quoque incredibilis erecta tentigo, quę fuerat satis obscœna diritate fœtoris, & anhelitus respiratione creberrima: contractus quoque per cuncta membra subsistens, vim noxiam operabatur, quę omnem tolerantiæ contulerat firmitatem. Dicebatur igitur ab his quibus inerat diuinandi peritia, diuinitus has pœnas ob impietatem eius, & multa crudeliter gesta deposci. Ipse tamen multum spe salutis instabat, si forte posset cõtra morbos aliqua remedia prouidere. Medicos quoq; aduocans, vt vterentur si quid possent ad salutem proficere postulabat: & transiens Iordanem fluuiũ, aquis calidis quę sunt circa Callirhoen, die noctuq; fouebatur. Hæ igitur aquę calidæ, super alia quæ habebant commoda, etiam potabiles erant. Pergebat autem aqua illa in paludem, quę sulphurifera vocitatur. Prę̃terea visum est medicis, vt eum in dolio oleo pleno confouerent: quò cum missus esset, ita defecit, vt ab omnibus mortuꝰ putaretur. Tũc grandis seruorũ vlulatus exortus est. Cum igitur nulla iam de eo spes salutis existeret, iussit militibus quinquagenas dragmas auri distribui: plurima quoque ducibus & amicis suis munera tribuebat. Deinde reuersus in Hiericuntem, prę̃ualente nigra cholera, exasperatus iniquius est: vt ipso moriente indignum facinus

Morbi Herodis immedicabiles

ageretur:

ageretur. Venerant quippe ex locis omnibus per eius præceptum Iudęorum optimates, & erát plurimi, siquidem ex omni gente fuerant conuocati. Ad hęc etiam fuerat mors contemptoribus præcepti proposita. Magna igitur in omnes regis furia concitata, pariter culpabiles inculpabilesq; in hippodromo concludens, soro rem suam Salomen virumq; eius Alexam conuocat, & mortem suam non in longum differri denunciat: tantis se doloribus circumuentum, fore cunctis satis optabilem: se autem sine luctu & deploratione periturum, quod régibus, maxime autem sibi, magni mæroris esse firmabat: neque suum arbitratum Iudæorum falli proposito, quod eis sua mors amabilis foret & grata: Nam etiam se viuente sæpius illos & seditiones & secessiones fuisse molitos, & in eius iniurias semper fuisse festinos: cæterum leuigationem quandam illis natam esse dicebat, quod talibus ipse doloribus vrgeretur: proinde petere se ab illis, quod eos sciret cõtra eius gloriam in nullo venturos, vt agerent qualiter eius exequiæ honorabiles super cæteros reges, & luctus amplior ageretur: Quod futurum dicebat, si peregissent vt Iudæi ex animo in eius morte deplorare lamentarique cogerentur. Cum igitur me, inquit, animam videritis expirãtem, circumuallantes hippodromum omni militia, nec dum mea morte vulgata, confestim omnes illos inclusos iugulari perficite: & ita cunctis intereuntibus duo commoda prouentura, quod & regnum illis post suam mortem firmũ perseueret, hostibus amputatis, & super suam mortem luctum celebrandum esse magnificum. Et ille quidem lachrymabũdus talia lamentatur, & cognatos omnes beneuolentiam circa se fidemq; seruare postulat, inuocationẽ diuinam in his interponens: ne cũ inhonorificentia sua mors, & cum indignitate tractaretur. Illi vero profitebantur in nullo se eius præcepta transgressuros. Sed ego comperio illius hominis mentẽ, considerans illa quæ in anteriori tempore appetebat, quod ex more temporalis vitæ fecerit quęcunq; parentibus gesit, considerans etiam præsentia mãdata nihil humanum penitus habuisse. Siquidẽ etiam de hac vita discedens procurabat, quatenus omnẽ gentem orbatam & desertam parẽtibus dilectissimisq; relinqueret: iubens vnum ex vna quaq; domo interimi, qui nihil iniustum neq; in ipsum neq; in alios admisisse fuerant deprehensi. Hęc igitur illo suis parentibus demandante, deportantur & literæ ab legatis, qui ad Cæsarem Romam fuerant missi. Quarum hęc erat sententia, quod Acme indignatione Cæsaris extincta sit, pro facinoribus quę cum Antipatro perpetrare tentauerat: ipsum autem Antipatrum in patris voluntatẽ dimissum, vt quod placeret ex eius sententia fieret: ipsum etenim & patrem esse & regem: siue illũ in exilium detrudi, siue illum morte multari vellet, in eius proposito cõstitutum. His auditis Herodes, paulisper animum refouit, volũtate scriptorum & morte Acmes in superbiam subleuatus, & potestate puniendi, quam acceperat in filium. Sed prævalẽtibus crescentibusq; doloribus, interitui propinquabat: & quãquã in multo defectu contineretur, appetebat tamen cibum: & postulans malum, quæsiuit & cultrũ. Erat enim illi talis mos, vt ipse per semetipsum malum excorians, per partes modicas recinderet, & comederet. Sumens ergo cultrum, circumspiciensq; ne quis adesset, noluit semetipsum interimere, quod forsitan perfeciisset, nisi prœueniens manum eius Aciabus contineret: nepos autẽ eius erat: & magnum clamans, statim vlulatus per totam aulam exortus est & tumultus. Quę cum ad Antipatrum peruenissent, credidit suum patrem vitæ terminum suscepisse: præcipiensq; fiduciam tam verbis quá motibus, ita totus animo gestiebat, tanquam fuisset liberatus è vinculis, & regnum in suis manibus sine vllo labore percepisset. Tunc cœpit cũ custode carceris de sua dimissione fabulari, magna se continuo spondens dona tributurum. Ille vero non solum non acquieuit vt faceret quæ volebat Antipater, verum etiam cuncta regi denunciat, intimãs eius mentem, & quę ab eo munera spondebantur. Tunc Herodes, quamuis & ante non minore odio ferretur in filium, cum audisset custodem carceris illa

Litere e Roma de Antipatro Herodi allate

narrantem

narrantem,magnum protinus exclamauit. Tunc quaſſans caput,quãquam in extremo vitæ teneretur,& cubito ſeſe attollens ſtatim deſtinans quendam armigerorum ſuorum,ſine vlla dilatione celeriter necari iubet Antipatrum, ſepulturamq; eius in Hyrcanio ſine vllo honore fieri.

Teſtamentum Herodis. Cap. X

Teſtamentum Herodis

TEſtamentum interea ſcribebat mente mutabili,& Antipatrum quidẽ,quem ſibi ſucceſſorem in regno deſignauerat, tetrarcham facit Galilęæ regionis atque Berœæ:Archelao vero regnum contribuit.Gaulanitidem aũt & Trachonitidem:& Bathaniam,& Paneada,Philippo filio quidem ſuo:fratri autem Archelai germano,tetrarchiæ iure cõceſsit.Iamniam vero & Azotũ & Phaſelidẽ Salomę ſorori diſtribuit,ſed & argẽti ſignati myriadas quinquaginta.Diſpoſuit etiã de cæteris ſuis conſanguineis atque cognatis,opibus eos reditibusq; locupletans.Cęſari ſanè argenti ſignati mille myriadas,prẽter vaſa quędã aurea, quædã argẽtea,& metallis pretioſa,& artificis opere venuſtiſsima dereliquit, in dumenta quoq; pretioſa. Iuliæ Cæſaris coniugi,& alijs nonnullis, quingentas myriadas.His diſpoſitis,quinto die poſtquã Antipatrũ filium necauerat,defungitur:regnans poſtquã Antigonũ interemit, annos XXXIIII: poſtquã autẽ à Romanis regnũ perceperat XXXVII, vir crudelis quidẽ in omnes æqualiter: iræ quidẽ ſubditus,à iuſtitia vero effrenatus:fortuna porro propitia ſuper quemlibet affluenter abuſus,& ex plebeio in regnum aſſurgens,& pericula plurima eludens quibus ſæpius fuerat circũſeptus,diuturnitate vitæ perfruitus eſt. Domi vero circa filios,quantũ quidẽ ad eius ſententiã,etiam ibi proſperitate potitus, eo quod ſe ſuos inimicos ſuperaſſe cenſebat,meo vero iudicio ſuper omnes infeliciſſimus.At Salome & Alexas antequã mors regis diuulgata foret,ex hippodromo Iudęos abire permittũt ad proprias domos,dicentes,regem iuſſiſſe vt vnuſquiſq; in ſuas regiones abſcederet.Hoc aũt fecerũt,beneficiũ illi genti pręſtare cupientes:Interea mors magis magisq; diuulgatur.

Mors Herodis & tempus eius regni

Iudei ſoluuntur è carcere

De ſepultura Herodis & ſucceſſore Archelao. Cap. XI

TVnc Salome & Alexas cunctam militiam cõgregantes in amphitheatro quod Hiericunti erat,primum quidem epiſtolam regis legi fecerunt, quam ad milites fecerat:deinde gratias eius in eos pro fide ac beneuolentia,quam circa eũ exhibuerunt,inſinuant:petitiones quoque ei9,vt ſimiles ſe circa Archelaum filium eius exhiberent;quem regem cõſtituit,intimabant.Ptolemæus etiã, cui fuerat teſtamentum à rege creditum, annulusq; quo ſignauerat commiſſus, continentia teſtamenti denunciat:quod teſtamentũ non poſſe robur firmitatẽq; ſuſcipere dicebat,niſi cuncta quę in eo eſſent,deferrentur ad Cæſarem.Fit continuo fragor ingens,honorantium Archelaum, regemq; proclamantium:milites quoque cuncti,& vniuerſi duces,fauorem & beneuolentiam promittebant,paratosq; ſe ac promptos ad omnia profitentur, adiutoremq; deum ſupplicationibus aduocabant.De hinc ſepulturam regi præparabant. Curæ nanque fuit Archelao,vt exequię patris quàm magnifica poſſent celebritate agerentur, vtque memoratum teſtamentum proferrent cum mortuo producendum. Portabatur itaque in lecto aureo,lapidibus depicto varijs atque pretioſis,ſtramina vero erant oſtro auroq; contexta:eratq; ipſe mortuus circumamictus purpureis veſtimentis, caput eius diademate coronatum: ſceptrum quoque in manu eius, velut ſi à viuo teneretur,erat appoſitum:Circa lectum autem erat frequentia filiorum, multitudo cognatorum: circa quos omnis militia ſtipata pergebat, per proprias diſtincta nationes,& diſcreta nominibus.Erãt autem tali ordine diſtributi:Nam primi quidem pergebant eius armigeri, poſt quos omnis Thracum manus: poſt iſtos etiam natio Germanorum,atque Galatarum. Hos item ſequebatur cum ornatu maximo cuncta belligeratoria multitudo. Cætera vero militia poſtrema ſequebatur,in eum ſcilicet modum digeſti, qualiter ſolebant in bellum procedere,& à ſuis ducibus ordinari. Poſt hos ſequebantur ſeruorũ eius quingenti;

Populus gratulatur Archelão

odores

odores varios,& aromata deportantes. Pergebant autem in Herodium ſtadijs di ſtans octo: illic enim eſt eius ſepultura ex eius iuſsione cõfecta. Et Herodes quidem hoc modo defungitur. Archelaus autẽ per ſeptem dies luctum ſuper patrem honore regio ex more gerit: tantos etenim dies lex paterna præcepit obſeruari. Conuiuia itaque celebrans,& luctum exoluens, aſcendit in templum. Ibi magnis ei clamoribus fauebatur,magnisq; prædicabatur laudibus,ſecundum quod vnuſquiſque arbitrabatur ei maiora quam alius conferre præconia. Tum vero tribunal illę conſcendens,quod ſibi fuerat pręparatum,& conſidens omnibus benigna loquebatur,& ſibi propitios comparabat,gaudio fauoris omnium,& volũtate,quam ex beneuolẽtia circa ſe cunctorum ceperat:gratiasq; illis habere narrabat,quod cum eſſent læſi à patre nihil circa ſe malum ab illis reciprocaretur: ſe autem adniſurum,vt eis bonorum viciſsitudinem redderet,eorumque remuneraret alacritatis affectum:rogabatque, vt nunc interim parcerẽt nomine illum regis honorare,ſufficere ſibi dignitatem poteſtatis aiebat, quam tunc firmam eſſe dicebat,cum teſtamentum à patre ſcriptum à Cæſare firmaretur:ob quam cauſam neque in Hiericũte,cuncta milia diadema illi imponere cupiente, voluiſſe ſuſcipere: ambiguũ honorem exiſtimando ex tali re ſibi prouenturum, quod eſſet adhuc incerta voluntas eius,qui poſſet illi regnum proprie firmiusq; concedere:non ſibi defuturam circa illos benignitatem,quę beneuolentiæ eorum viciſſitudinem reportaret. Feſtinare quippe ſe in omnibus enarrabat, meliorem ſe ſuo patre circa illos oſtendere. Illi vero, ſicut plebeia multitudo conſueuit, in ipſis primis diebus videntes regis lene principium,voluntates ſuas laudibus & fauoribus aperiebant,& quãto manſuetius cum eis loquebatur Archelaus,tanto amplius nomen Archelai prædicabant:deinde ad munerum petitiones interceſsionesq; vertuntur. Alij quidem functionũ publicarum leuigationem cum clamore poſtulabant,pars vero vinctorũ ſolutiones expetebant,qui fuerant ab Herode deuincti:alij vero grauedines,quas Herodes in emptionib9 & in publicis nundinis conſtituerat,auferri vociferabantur. Archelaus porrò in nullo illis contraria reſpondebat,ſed in omnibus eos placabat,accurans regni fore ſuffragium, ſi multitudinis beneuolentiam cõparaſſet. Dehinc ad ſacrificia offerenda deo conuertitur,& cum amicis conuiuia celebranda.

Verba Archelai ad populum ſibi gratulãtem

Seditio Iudæorum propter ablatam auream Aquilam. Cap. XII

CVm hæc interim aguntur,congregantur Iudęorum iuuenes plurimi,nouarum rerum cupidine concitati:& cœperunt de morte Matthiæ, aliorumq; cum eo ab Herode interemptorum,tumultuoſa voce cauſari:dicentes, quod iniuſte perempti etiam exequiarum honore Herodis timore caruerant. Erant autem iſti, pro quibus turba loquebatur,qui fuerant euulſione aureæ aquilæ perempti. Magnum ergo illa turba proclamante,& clamitationibus vtente, quaſdã etiam iniurias,quaſi ex hoc poſſet ad illos mortuos aliqua leuigatio peruenire,proterue procaciterq; iactãte congregabatur magis magisq; numeroſa multitudo,& vltionem mortuorum ab Archelao fieri debere poſcebãt,ſuppliciis eorum,qui ſub Herode fungebantur honoribus. Et primum quidem omnium ſacerdotio remoueri pontificem,quem Herodes fecerat,proclamabant:virum mundum,& ſecundum leges ſuas dignum,ad pontificatum promouendum eſſe dicebant. Archelaus autem licet iſta grauiter ferret,annuebat tamen,impetum eorum mitigare feſtinãs donec iter ad Romam,quod propoſitum habebat, ſine tumultu perageret:& cũ de ſeſe voluntatem Cæſaris agnouiſſet,reſpicere dixit,quid agendum foret,& de cunctis petitionibus eorum legitime diſpoſiturum, neq; tunc tempus eſſe diſſenſionis,aut iniurias vel contumelias ingerendi,magis autem vnitatis atq; concordiæ,donec ex pręcepto Cæſaris ad eos cum firmitate regni recurreret:tunc quippe in commune conſulendum,de quibuſcunque illis tractandum eſſe videretur: tum autem ſuſtinẽdum eſſe,ne forte ſeditionis quoque crimen incurreret. Et ille quidem hæc dicens,ducemq; ſuum edocens,mittit ad eos,hæc ipſa locuturum.

Seditio

Illi

Illi porrò proclamantes, ducem loqui penitus non sinebant: periculum quoq; minabantur, si quis eos ab assumptione sua reuocare voluisset: & instabant sua libidine magis expleri, quam imperantium subiacere consilijs. Graue nanque illis videbatur, si cum Herode viuente amicis priuati fuissent, eodem quoq; mortuo nullam ultionem fieri mortuorum. Illud enim iustum legitimũq; dicebant, non quod ratio dictaret, sed quod eorum libidini voluptatem posset afferre, fatui ad prouidendum, quantum esset illis ex ea re periculum nasciturum. Plurimis itaq; ab Archelao missis, vt tumultum seditionemq; mitigarẽt, alijs ex regis persona loquentibus, alijs autem ex illius quidem sententia, sed veluti ex sua mente monentibus, illi nullum penitus aduertebant: sed amplior fremitus & turba fouebatur: concurrente etiam plurima multitudine, quod illa tempestate Iudæis dies festus immineret, quando azyma secundum obseruationem paterni moris exercent. Pascha enim illa festiuitas vocitatur, ad recordationem & memoriam exitus ab Ægypto & sacrificatur ab eis illo die cum alacritate magna pecudum innumerosa multitudo, quanta in nulla alia solennitate acta. Concurrit ergo ex vniuersa regione magna copia populorum, plures etiam ex montanis locis aduenient, religionem numini soluturi. Sed iuuenes qui seditionem excitauere, Iudam Matthiamq; lamentabantur, veluti doctores expositoréque legis antiquæ: & persistebát in templo, suffragatione quoq; victualium abunde subsistente. Nam seditiosis hominibus turpe non ducebatur ab alijs cibos expetere. Anxius autem Archelaus, ne in deterius eorum procederet audacia, cohortem destinat armatorum: cum quibus etiam tribunum militarem mittit, vt eorum coerceat impetum: & primum quidẽ vt illos seditiosos repellerent, & alia multitudine separarent. Sed veniẽtibus militibus, illi seditiosi cum ingenti alacritate, excitata secum etiam turba, super tribunum ac tuta præsidia, cum voce magna inuicem hortãtes impetum faciunt, ex quibus plurimi fusi, pauci autem cum tribuno sauciati diffugiunt. Archelaus autem cuncta pessum ire censebat, nisi multitudinis illius impetum frãgeret, tumultumq; illum resectum extingueret. Cunctam igitur mittit malitiam, vt alij eos qui sibi in templo habitacula construxerant, exinde repellerent. Cæduntur itaq; ab æquitibus circiter tria milia hominum, reliqua vero in montes proximos refugit multitudo. Cęteros autem ex edicto, cunctos ad suas regiones discedere iubet Archelaus. Qui continuo discesserunt, festiuitatem deserentes minime celebratam, maioris timore periculi propulsati, licet essent in mortem temeritate præcipites. Interea Archelaus ad mare proximum cum matre descẽdit, Nicolaum secum & Ptolemæum habens, & amicorum plurimum comitatum: Philippoq; fratri omnia gubernanda reliquit, domum ei regnumq; commendans. Salome quoque soror Herodis, cum eo simul egreditur, omnem secum ducens prosapiam: ad hæc etiam plurimi cognatorum, verbo quidem, veluti cum Archelao collaboraturi, vt ei regnum à Cæsare firmaretur: re autem vera, vt aduersus eum niterentur: maxime illa, quæ ab eo in templo gesta sunt, accusando proponerent. Obuiam fit Archelao Sabinus Cæsaris curator earum rerum quas in Syria possidebat, in Iudæam pergens pro conseruatione thesaurorum Herodis. Quem Varus ab hac intentione reuocauit, per Ptolemæum, qui transibat ab Archelao, conuocatus. Sabinus ergo Vari gratia, neque arces obtinuit, quæcunque fuerant in Iudæorum ciuitatibus constitutæ, neque thesauros consignauit: sed omnia sub iure dimisit Archelai, donec quid de his Cæsari videretur, agnosceret. Proinde Cæsareæ se sustinuit: sic enim se promiserat esse facturum.

Cæduntur circiter tria milia Iudæorum in templo.

Archelaus ad Cæsarem nauigat

Certamen duorum de regno Iudææ, Antipatri & Archelai.

Caput XIII.

SEd cum Romam nauigasset Archelaus, Varus perrexit Antiochiam, Sabinus ascendit in Hierosolymam, & aulas regias obtinet, euocansq; omnes oppidorum præfectos, & quotquot rerum dispensatores fuerant, ratiocinari cœpit, & arces vt sibi traderentur expetere. Ex hoc iam illi quos præfecerat custodes Archelai

chelaus, mandata eius implere non poterant: sed custodiebant omnia secundum interdictum Sabini, vsque ad Cæsaris præceptum. Nauigat etiam Romam in illis diebus Antipater Herodis filius, regnum etiam ipse petiturus, hortatu Salomes & promissionibus incitatus, dicentis, iustiores causas illum habere Archelao ad regnum percipiendum, quod primum testamentum, in quo is successor regni fuerat constitutus, firmius esset, quàm illud, quod posteriore tempore factum est: illud sana siquidem mente fecisse Herodem, hoc autem iam sensu præ valetudine diminuto conscripsisse. Ducebat secum etiam matrem, & fratrem Nicolai Ptolemæum, amicum Herodis satis honorabilem, sed etiam sibi valde gratissimum atque fauentem. Maxime autem eum incitabat ad regnum petendum Irenaus rhetor, vir opinione clarus, & ad dicendum acerrimus. Idcirco etiam freti, eos qui persuadebant cedendum Archelao, siue quod regio testamento successor fuerit institutus siue quod maior natu esset, aduertere contemnebant. Sed cum Romam venissent, omnes cognati ab Archelao discedentes, ad istum conueniunt: non beneuolentia circa eum aliqua constricti, sed odio, quo aduersus Archelaum irritabantur. Maxime autē libertatem desiderabant, & Romanorum iudices magis quàm reges proprios habere cupiebant. Quod si hoc minus præcederet, Antipatrum magis quàm Archelaum sibi regem conducibilius æstimantes, impetrare laborabant. Sabinus quoquo accusationem Archelai apud Cęsarem deposuit. Inter hæc Cæsar suscipiens ab Archelao literas, in quibus iura à patre sibi relicta proposuit, testamentum quoque cognoscens, & ratiocinia thesaurorum Herodis cum annulo consignatorio, quem Ptolemæus apportauerat, cœpit dispicere quid ordinandum ratio postularet. Legens quoque literas Vari, & epistolas Sabini, summam quoque thesaurorum, & quid pecuniæ per singulos annos ingrederetur, aduertens: literas quoque quas Antipater pro regno promerendo transmiserat recensens, congregabat ad consultandum omnes senatorij ordinis, & amicos, in quibus etiam Caium filium Agrippæ & Iuliæ filiæ suum adoptiuum. Deinde illis omnibus in concessum inductis, copiam facit, vt quisque de quibus moneretur, ediceret. Ibi primum Salomes filius Antipater, dicendi potentissimus, & Archelao satis infestus, huiusmodi verba locutus est, dicens: Archelaum verbo quidem pro regni petitione se fingere laborare, opere vero omnem regni potestatem possidere: antequam ei à Cæsare, in quo cuncta potestas sita esset, indulgeretur. Huius testimonium esse dicebat eius audaciam, qua præsumpserat in die festo Iudęos interimere. Qui & si iniustū aliquid gessissent, alios eos debere vsciſci, qui eos possint legitima & ordinata potestate compescere, & non ab illo tantam cædem fieri oportere. Qui si vt rex illud seciſſet, contumeliam grandem Cæsari intuliſſe firmabat, quod ignorans quid de eo adhuc dispositurus esset, regia iam vti potestate præsumeret. Si autem vti priuatus illa gessisset, amplius eum deliquisse narrabat: quod regnum non possidens, supplicia quibuslibet intulerit, de quibus decretum Cæsaris debuit expectari. Opponebat illi etiam iudicium militarium mutationes, & ordinationes: adhæc etiam sedisse illum in solio regali & causas plurimas iudicasse, ac determinasse proclamabat, tanquam à rege legitimo eius ius potestatis integrum possidente: petitionum quoque plurimarum promissa publice facta memorabat, quid eum amplius iuris ac potestatis habiturum, dum in regno à Cæsare firmaretur? Opponebat illi etiam, quod ex hippodromo vinctos sponte dimiserit, & plurima siue quæ facta fuerant, seu quæ facta quidem non erant, sed credibilia videbantur propter naturam sui: quod fieri posse iudicabantur à iuuene tum etiam ab accenso regnandi cupidine. Dicebat etam luctum eum patris penitus neglexisse, prohibitos quoq; omnes à rege cū moreretur videndo: vnde initium quoq; seditionis affirmabat exortum, quod eum videbant circa patrem suum mortuum, qui ei multa & magna bona præstiterat, tam nequiter cōuersati, velut in se lachrymas per diem publice confingentem: occulte autem voluptate regni percepti perfrui,

Antipater contra Archelaum

& noctes

& noctes in delicijs agitare. erga Cæsarem quoq; huiusmodi se præbiturum Archelaum, cum ei regnádi iura tribuerit, qualem se erga patrem exhibuisse cognoscitur: Tripudiare nanque, & cantus exercere in morte patris, tanquam si hostis aliquis interiret. & quod nunc aduenisset ad Cæsarem, calliditate vsum dicebat, vt se regni percipere firmitatẽ desiderare simularet, cum omni iam vsus esset antea potestate, quanta illi nec amplior à Cæsare rerum domino posset attribui. Maxime vero cædem, quæ in templo facta fuerat, verbis exaggerebat: & impietatem obiectabat, quod in die festo sacrificijs diuinis instantibus, multa milia hominum cæsa fuissent, in quibus multi peregrini, plurimi insontes, indigne & miserabiliter occubuerint: templum quoque plenum cadaueribus mortuorum fuerit, non alienigena hoste perimente sed eo qui se regni iura legitime percepisse iactabat. Vnde apparet, inquit, illud opus crudelitatis libidine peregisse, vt integre se plenum tyrannidis negotium prosecutum esse testetur, per iniquitatem admissam, qua cunctis hominibus constaret odibilis. Festinabat enim quoquo modo regnum accipere, sciens quod pro sui merito nunquam posset vel in somnis regiam potestatem legitimo iure promereri. Nam & patri suo certos esse suos mores agnouerat, vnde se regni ab eo successorem disponi proculdubio desperabat, nisi per ægritudinem ac morbos, quibus non solum corpore confecto defecerat, verumetiam animo parum valido erat. Cæterum quando mens eius sospes fuisset & sana, & corpore forti, vt digne ac merite negocia cuncta disponeret, in Antipatrum potestatem regnandi contuleret, testamento iure legitimeque confecto: Nam qualis porrò rex iste possit existere, qui aut contempto Cæsare, ius sibi totius potestatis arripuit: aut si à Cæsare se dominum fieri & ab eo regnum sperabat accipere, cur ciues suos sine illius præcepto priuatus adhuc, & in templo die festo instante, tam crudeliter interemit? Et Antipater quidem huiusmodi verba locutus, testes etiam introduxit plurimos ex cognatis, per quos sua dicta firmaret. Cumq; is loquendi finem faceret, surgit Nicolaus pro Archelao verba facturus, dicebat itaque: Illa quidem quæ in templo contigerant improbitate potius eorum qui passi sunt, quàm Archelai potestate contigisse: siquidem tantum eos facinus aggressos fuisse, vt non solum iniuriam contumeliasq; iactarent, sed etiam eos qui deuote humilitérque viuere disponebant, vlcisci prætenderent. Cumq; hostilia multa operarentur, verbo quidem aduersus Archelaum, rei autem acerbitate aduersus Cæsarem, necessarium Archelaus iudicauit, vt eos ab hac insolentia & improbitate reuocaret. Sed illi eos, quos Archelaus ad sedandas turbas miserat, interimere festinabant, sine vlla vel dei vel loci festiuitatisve reuerentia. Mirari se sanè dicebat, non confundi Antipatrum, quod talium defensor existeret: dummodo inimicitiæ suæ, quam contra Archelaum gerebat, libitum faceret: & odio magis quàm natura iustitiæ iudicaret: illos purgare gestiendo, qui cum tanto scelere aduersus suos principes arma corripuerint. Cætera vero de quibus Archelaum accusauerant, in eos ipsos accusatores referebat, dicens: nihil sine ipsorum consultatione vel consensu factum gestúmve fuisse: sed animo lædendi nũc in transuersum ab æquitate discedere. Nam neque scire taliter res esse dispositas qualiter accusabant: sed ad inuidiam Archelai cuncta deprauare: & tantam illos cupidinem inuasisse obsistendi Archelao, viro quidem consanguinitate propinquo, conuersatione autem eis familiari per omne tempus adiũcto. Testamentum etiam patrem sana mente conscripsisse narrabat, firmiusq; esse quod posterius fuisset conscriptum, quod in hoc posteriore dominum cunctæ ordinationis Cæsarem constituerit, quem minime illorum improbitatem imitaturum dicebat, qui Herodi iniuriam facerent, in cuius vita omnibus bonis omniq; potestate perfuncti essent, nunc autem ad contumelias voluntatis eius & intellectus in omnibus festinarent. sed nequaquam Cæsarem iniurias illius viri permittere, qui & amicus fuerit & auxiliator, & omnia in sua potestate dimiserit, neque pati vt testamentum eius solueretur, quod de sua fide fretus scripserit: neque virtutem Cæsa-

Nicolaus pro Archelao uerò hæc facit.

ris imitaturam esse illorum accusatorum criminatorumq; nequitiam. fidem eius in omni mundo ad exēplar propositam, & indubitatam cunctis gentibus esse referebat: vnde nequaquam possit Herodi alienationem & mentis furorem ascribere, quem per multum tempus optime regnum gessisse cognouerit, successionemq; optimo filio dedicasse: Sed neque iudicium regis circa electionem successoris peccasse firmabat, imò magis prudenter & optime iudicasse, quod omnia ad voluntatem potestatemque Cæsaris redegisset. Postquam hæc Nicolaus enarrauit & finem loquendi fecit, Cæsar Archelaum sibi ad genua procidentem cum honorificentia subleuauit, pronuncians eum dignum regni perceptione, magnumq; suæ mentis monimentum gratiamq; declarauit: & non aliter esse se facturū, nisi quę cunque testamento continerentur. Interea cuncti Archelao fauere: non tamen certum aliquid fuerat definitum.

De conspiratione Iudæorum in Sabinum & incendio porticus & pugna. Cap. XIIII

IGitur facta solutione confessus, apud seipsum Cæsar cōsiderabat, vtrumne Archelao regnum confirmare deberet, an omni Herodis generi dispertiri. Interea mater Archelai morbo prægrauata defungitur. Sed etiam à Varo, qui in Syria militiæ magister erat, literæ veniunt, significantes seditiones decessionésque Iudæorum. Postquam enim Archelaus nauigauerat, cuncta gens varijs motibus fuerat tumultuationibusq; turbata. Sed Varus aduenies, eos qui causa seditionis extiterant, supplicijs & tormentis adegit: rebusq; compositis ad Antiochiam repedabat, vna legione Hierosolymis relicta, quæ Iudæis, si forte aliquid seditionis molirentur, obuiam iret: sed nec sic tamē seditio terminatur. Nam postquam Varus abscessit, Sabinus curator Cæsaris illic remanens, Iudæos cœpit opprimere, ex militia sibi multos armigeros faciens, quorum satellitio aduersus Iudæos affligendos vtebatur. Vnde illi perturbati ad seditiones excitandas necessitate cogebantur. Sed etiam arces violēter obtinuerat, & thesauros regios scrutatus sum perat, lucrorum & rapinarum cupidine concitatus. Imminente igitur pentecoste (festiuitas nanque hæc apud nos sic patrio more appellatur) non tantū religionis gratia, quantum indignatione succensi, propter improbitatē & oppressionem Sabini, multa milia congregata sunt hominum Galilæorum & Hiericūtinorum immensa multitudo, & quotquot trans Iordanem fluuium habitabant: sed etiam incolarum magna manus adunata, qui plus alijs incēsi, in vltionem Sabini conspirauerant. In tres itaque partes diuisi, diuersa loca occupant. Et vna quidem pars hippodromum tenuerat: cęterarum vero duarum altera pars ab aquilone ad austrum versa circa templum erat: altera vero ad orientem loca posita detinebat. Tertia vero pars hippodromum, sicut diximus, ad occidentem occupauerat: quoloco etiam aula regalis extabat. Erat autē illis tota festinatio, vt Romanos inclusos obsessosque constringerent. Sed Sabinus timens tam multitudinem eorum, quàm mobilitatem ingenij, quippe quibus mors contemptui erat dummodo cœpta perficerent, confestim scribit ad Varum, postulans vt quàm citissime subueniret: in magno periculo esse cunctam à se ibi militiam derelictam: ipse autem altissimam turrium arcis ascendens, cognomento Phaselluum in honorem fratris Herodis Phaselli ædificatam atque ita nominatam, qui in prælio Parthorum defecerat, annuebat Romanis, vt Iudæos exeuntes aggrederentur. Cumq; ipse neque ad amicos auderet ullo pacto descendere, alios ante se prosuarum facinore rapinarū mortem hortabatur appetere. Sed Romanis egressis cum fiducia, pugna vtrinque aspera satis exorta est. Et licet Romani opere bellico & experientia superiores existerent, & plures ex Iudæis occumberent, obstinatio tamen Iudæorum nequaquam tam dira belli facie frangebatur: sed circumeuntes ponè templum, ascendunt in porticus, quæ fani aream continebant, & ibi multū prælium profligatur, saxa quædam manibus voluebant, quædam fundis & tormentis cæteris emittebant, ad hæc etiam cum arcubus intermixti, Romanorum plurimos

Committitur pugna

rimos ſauciabant. Nam opportunitate loci, Iudæi ſuperiores extiterant. Romani vero in incerto poſiti, nec ictus ancipites euitare, nec hoſtem vllis iaculis poterant vulnerare. Proinde cum in hunc modum non breui tempore pugnaretur, Poſtremo Romani impune ſe talia perpeti non ferẽtes, ignem porticibus ſubmittunt, Iudæis qui ſuper porticus erãt, non ſentiẽtibus. Ignis porrò à plurimis appoſitus, continuo in flammas exæſtuat, tectaque corripuit, quorum materies, quod erat pice cum cera perũcta, & in ſuperficiem deaurata, ignem cõfeſtim ſuſcepit, quo incendio opera illa magna & admiratione digna diſpereunt. Sed etiam eos qui ſuper porticus pugnantes aſtiterant, repentinus corripit & inſperatus interitus: alij ſimul cum tectis concidentibus peſſum ibant, pars hoſtium confixi periere vulneribus: pleriq; defectu conſilij, & ſub tali cladis ſtupore, aut igni ſeſe contradunt, aut gladijs abuſi ſuis intereunt: vt malum quaſi quo ſe videbant circumſeptos, effugerent. Quotquot autem retrorſum via qua aſcenderant, recurrentes, à ruina vel incendio liberabantur, à Romanis continuo ſine vllo negocio necabantur. Quippe nudi armis, & animi timore ſoluti, veniebant in manus Romanorũ. Proinde ex cunctis quæ tecta conſcẽderant, nullus valuit penitus euadere. Romani aũt per illud incendium in fiduciã ſubleuati, interius progrediuntur: & ærarium vbi templi opes ſeruabantur, arripiunt: & plurima quidem à militib⁹ furata ſunt. Sabinus autẽ vix inde quadraginta talenta publica valuit ratione conquirere. Interea Iudæos plurimum contriſtabat, tam interius ſociorum, quàm ærarij, anathematũmque direptio: & tamen quotquot eorũ vel peruerſitate mentis obſtinati, vel pugnaces promptique conſtabant, aulam regiam vndique vallãtes minabantur incendiũ, & cuſtos ibidem vnà interitui dare, niſi celeriter abſcederent. Nam ſe quoque copiam illis exeundi, ſi id eligerent, daturos. Sabino quoque, ſi etiam ipſe vellet, exeundi tribuere facultatem pollicebantur. Dum iſta gerũtur, nonnulli ex regijs militibus ad Iudæos tranſeunt. Rufus autem & Grachus tria milia pugnatorum ex militia Herodis ſub ſe habebant, viribus corporis exercitatos, & ſtrenuos. Cum his igitur omnibus ſeſe Romanis adijciunt. Rufus etiam equites aliquantos habebat, ipſos quoque ſecum Romanis auxilio duxerat. At Iudæi obſidionem minime negligebant, ſed etiam mœnia cuncta circuibant: hortabanturq; omnes, vt illam opportunitatem ſe ſaluãdi, & in libertatem paternam reſpirandi non perderent. Sabino vero optabile fuit, vt egrediens abſcederet: ſed committere ſemetipſum non audebat, ſuorum conſideratione factorum, & quod hoſtes admodum infideli mente eſſe cognouerat: ſimul etiam Vari præſtolabatur aduentum: eumque ſi adeſſet, obſidionem illam eſſe ſoluturum.

Magnaſtrages Iudæorum

Rufus & Grachus

De tumultu Iudæorum vario pro libertate & regno. Caput XV.

EA tempeſtate etiam alia plurima, turbis tumultibuſq; pleniſſima prouenerunt, quæ totam Iudææ regionem grauiter deſolabant. In quibuſcunq; namque locis, alij lucri cupiditate concitati, pars inimicitia Iudæorum, ad excitanda bella ferebantur. Militauerunt quondam Herodi duo milia hominũ, hinc inde congregatorum. Hi ergo in vnum collecti, & ſeorſum à cęteris diſcedentes, aduerſus regios milites pugna congrediuntur. Vtebantur autẽ duce, Herodis nepote, quem ſibi præfecerãt: qui tam in camis ad pugnam ſtrenue ferebatur, quàm in locis aſperis arte præualebat, propter experientiam, quam ex vſu belli perceperat. Iudas autem quidam erat filius Ezechiæ præpoſiti latronum, qui multum quondam præualuerat, ſed temporibus Herodis cum magno fuerat labore deprehenſus. Iſte igitur Iudas circa Sephorim Galilææ congregans multitudinem virorum perditorum atque deſperatorum, cum eis aulam regiam pugnabundus inuadit. Ex qua copiam armorum, quantamcunque ille locus habebat, abripuit: & exinde ſuos omnes armans: ſumit etiam cunctas opes, quæ ibidem pro cuſtodia fuerant derelictæ. Hinc terribilis vniuerſis effectus eſt. Nam huc atq; illuc age-

bat & ductabat exercitum, libidine rei maioris accensus, & æmulatione regnan di, sine vlla virtute, vllaq; prudentia: sed ad vim inferandam tantum, & lædendum pronior, & procliuis extabat. sperans ex hoc sibi dignitatem gloriamq; ventu-

De Simone: ser uo Herodis

ram. Exiterat quoque Simon seruus quidem Herodis regis, verum decorus vir magnitudine corporis ac fortitudine præstans, cui magna fuerant credita cõmissaq; negocia. Is igitur rerum intemperantia subleuatus, diadema suo capiti præsumpsit imponere, & aliquanta multitudine congregata, rex pronunciatur, insania simulq; furia populorum. Sed etiam ipse dignum semetipsum existimans, super omnes qui regnum ante gessissent, aulam regiam in Hiericunte succendit, & omnia quæ ibi habebantur abripuit: multa quoq; in diuersis locis per vniuersam prouinciam, vbi regia consistebant tabernacula, comburebat: cunctaq; exterminio dabat, ignibus concremando. Ampliora quoque iste gessisset, & amplius illa regio fuisset deleta, nisi celeriter mutatio contigisset: nam exercitus militum regiorum, qui se Romanis addiderant, tota manu, totaque virtute congrediens, occurrit Simoni: vbi multa vi die longo certatur. Sed plures, qui ex locis trans Iordanem cum Simone fuerant congregati, neque ordniis neque dispositionis bellicæ gnari, (siquidem temeritate magis quàm disciplina pugnabant) à regijs occubuere militibus. Sed & ipsi Simoni per fugas se & per mõtis fauces seruare cupiẽti, Gracchus occurrens, caput abscidit. Incensus est etiam illis diebus super Iordanem locus, nomine Emachoes, à quibusdam hominibus, Simoni consimilibus. Sic igitur in illa gente multa dementia vagabatur, eo quod regem proprium non habebat, qui populum virtute ac moderatione disponeret: & propterea alienigenæ irruperant, per quos seditiose mentes occasionem accipientes ad bella excitanda

De Athrõgæo

succensæ sunt, intentione sola deuastandi, & rapiendi aliena. Cæterũ & Athrongæus, vir neque generis dignitate conspicuus, neque virtute decoratus, sed opum tantum confisus abundantia (pastor enim erat iste, & cunctis in omnibus rebus obscurus, verum magnitudine corporis & robore præualens) ausus est etiam ipse in regni conspirare potentiam. Erant quippe illi fratres quatuor, vasti etiam ipsi corpore, & magnum de fortitudine gloriantes, & ex hoc credebant sese regnum omnibus modis obtinere: nam vnusquisque eorum turmam propriam ductabat. Congregatur itaque ad eos plurima multitudo. Et illi quidem ductorum fungebantur officio: & sicubi opus erat, discurrebant, bellicos exercendo conflictus. Ille vero diadẽma suo capiti circumponens, ad consultandum consilium conuocabat, vt quid facto opus esset, decerneret. Videns autem cuncta in sua potestate, cœpit insania ferri, maxime quod rex à populo vocabatur, quod sibi ad regendum quæ vellet, nihil esse impedimento cernebat. Denique tam ipse quàm fratres eius magna conspiratione frementes, odio Romanorum & regiorum militum, bellum gerere festinabant. Nam æqualiter aduersus vtrosq; infesta mente ferebantur: aduersus regios quidem milites, propter iniurias, quas eos sub Herode perpetrasse reputabant: aduersus Romanos autem, quod eorum in præsentia potestas existeret. Igitur asperitas huius mali tempore currente crescebat, nullusque interitum poterat euitare. Nam alios quidem spe lucri exterminabant, alios autem occidendi consuetudine perimebant. Incurrunt etiam aliquando Romanorum turmæ circa Emmaum, & circundantes Arrium Centurionem, qui ductabat exercitum, quadraginta ex eis vulnerauere, qui fuerant manuum exercitatione meliores: cæteri vero timore fugiẽtes, à Graccho qui multitudinem regiæ militiæ sub se habebat, defensati saluantur, suos mortuos relinquẽtes. Et multa parte diei romanę legionis milites insequẽtes, plurimos sauciabant. Superãtur tamen postea, & comprehendũtur: alius quidẽ cum Graccho cõfligens, alter aũt cum Ptolemæo. Maiorem autẽ fratrem, Archelai milites cõprehenderunt. Nouissimus autem eorum, super his quæ contingebant mœrore confectus hæsitare cœpit, qualiter saluaretur. Nam se solum remansisse cernens, & omni manu militum spoliatum, fidei patruelis Archelai se committit ac tradit:

sed

ſed hæc quidem poſtea contigerunt. Igitur ſic Iudęa latrocinium facta fuerat habitatio. Si quis enim manum aliquam congregaret, quæ ſecum ad ſeditiones faciendas conſpirare præſumeret, ſtatim rex efficiebatur exurgēs ad communem regionis interitum. In breui quidem, & in minimis rebus Iudæi Romanis noxij exiſtentes, inuidia tamen contribulium, ciuiumq; ſuorum, ad omnia nequitiæ opera ferebantur.

De Varo Romanos in Hieroſolyma obſeſſos liberante, trucidantéque ſeditioſos. Cap. XVI.

Varius præſidium ſuis ferre maturat

INterea Varus, mox vbi quæ geſta ſunt Sabino ſcribente cognouit, timens illi legioni, quam in Hieroſolymis dereliquerat, duas reliquas legiones aſſumens (tres quippe in Syria fuerant conſtitutæ) aſſumēs etiam equitum alas quatuor & auxilia quę reges ac tetrarchæ diuerſi mandauerant, maturabat præſidium illis, qui in Iudæa obſidione tenebantur, afferre. Dicebat autem omnibus, quod Ptolemaidem pergeret. Dant illi etiam Berytij tranſeunti ſubſidium mille quingentorum virorum. Mandat illi & Aretas quoque Petræus, qui odio circa Herodem, amicitiam cum Romanis induxerat, non paruam peditum & equitum manum, Congregato itaque in Ptolemaide omni exercitu, exinde partem filio tradens, vnum amicorum ſuorum deſtinat Galileos expugnatum, qui ſuper Ptolemaidem habitabant. Ille autem Galilæam ingrediēs, magna vi pugnare cœpit. Et primum Sephorim capiens, habitatores quidem omnes captiuos abduxit: ciuitatem autem ignibus tradidit. a Varus autem Samariam cum omni manu ingreditur, ſed à ciuitate abſtinuit: erat enim crimine ſeditionis immunis: ſed quodam vico Ptolemæi Arus nomine, caſtra collocat, quem vicum Arabes odio Herodis hoſtili more comburunt. Iter quoque agentes, alium vicum Saffo nomine, magnum atq; opulentiū, ijdem Arabes comprehendentes, incendio concremarunt, & quaqua verſum exercitus ibat, igne cuncta & cæde replebantur. Succenditur enim Emmaus caſtellum, Varo iubente, gratia mortuorum. Hinc itaq; in Hieroſolymam tendit. Illi porrò qui ad obſidionem fuerant congregati, faciem ipſam non ferentes exercitus, paſsim cūcti diffugiunt, imperfecta ſeditionis opera relinquentes: qui vero in Hieroſolymis fuere Iudæi, Varo grauiter incuſante excuſationibus diuerſis ſemetipſos purgare nitebantur, quod multitudo illa propter feſtiuitatem fuerit congregata: bellum autem nequaquam ex eorum ſententia contigiſſe: ſed temeritate aduenarum fuiſſe commotum, ſeipſos aūt cum Ro occurſum Varo Ioſippus Herodis regis nepos, & Gracchus atque Rufus, omnem exercitum quem ſub ſe habebant, ſecum pariter adducētes: occurrunt etiam Romanis obſeſſos potius quam obſidendi geſsiſſe propoſitum. Venerunt autem in mani: qui obſidione tenebantur. Sabinus autem non volens in faciem Vari venire, ex alia parte Hieroſolymis egrediēs, mare verſus abſceſsit. Interea Varus per omnem regionem, partem militiæ mittit quæſitum eos, qui cauſa ſeditionis extiterant. Deprehenſis autem qui manifeſtabantur, alios qui cauſa mali extitere, ſupplicijs cruciabat: quoſdā vero dimittit, in quibus culpa leuior inuenitur. Fuere autem, qui propter hanc cauſam in crucē acti ſunt, fermè duo milia hominū. Hoc igitur modo rebus correctis, atque compoſitis, maximā partē militiæ ad ſedes proprias dimittit, grauem eam illis locis exiſtimans: nam in plurimis exceſſerant, & eius decreta plurima contempſerant, lucrorum ac rapinæ cupidine. Ipſe vero decem milia Iudęorum in vnū locū fuiſſe congregatos audiens, feſtinus occurrit, vt eos cōprehenderet. Illi aūt antequā cōprehenſi fuiſſent, ſemetipſos tradidere, hortatu Aciabi. Tūc Varus multitudini quidē veniā cōtribuit, ipſos aūt ductores, qui cām ſeceſsionis excitauerant, ad Cæſarē mittit. Cęſar aūt pleroſq; ex eis dimittit: illos aūt qui Herodis cognati fuere, ſupplicijs adegit, quod nullū iuſtitiæ gerentes reſpectū, cōtra familiares & cōſanguineos arma tentauerāt. Et Varus quidem iſta diſponens, & propter præſidia vnam legionem, quam etiam

Areta rex Arabum

primo dimiſerat, Hieroſolymis relinquens, Antiochiam redire feſtinat.

Iudæorum querela contra reges & Cæſaris decretum. Caput XVII

ARchelao vero apud Romam cõmemorante, aliorum negociorũm principia pullulabant, quorum hęc erat cauſa. Venerat Romam legatio Iudęorum, ſuper octo milia hominum, petẽtium, vt ſuis legibus viuerent. & legati qui dem qui ex decreto totius gentis fuerant miſsi, quinquaginta fuere. cętera vero multitudo Romæ ad eos fuerat vocata. Cæſare autem concilium faciente cum amicis, cæterisq; Romanorum primatibus, & eos in Appollinis templum congregante, quod ab ipſo fuerat magnis opibus impenſisq; fundatum, legati quidem cum vniuerſa multitudine indigenarum Iudęorum, cauſam acturi conueniunt. Archelaus autem econtra cum amicis aderat. Quotquot autem regis fuere cõſanguinei, ab Archelao per odium ſeparantur, Iudæis autem aduerſus eum conſociabantur: non tamen ſemetipſos publice demonſtrabant, graue putantes, & ad confuſionem propriam pertinere, ſi ante Cæſarem contra conſanguineum & familiarem loqui præſumerent. Aderat etiã Philippus de Syria veniens, Vari con citatus hortatu, prima quidem cauſa, vt fratri adeſſet. Nam ei plurimum Varus fauebat. Enimuero arbitrabatur, quia illo regno ſoluto, per partes poſſet diſtribui: ſiquidem plures eſſent, qui ſuis legibus viuere poſtulabant. Vndę Philippũ hortabãtur, vt pro ſe laboraret, quo poſſet etiam ipſe partem aliquam regni percipere. Data igitur Iudęorum legatis copia dicendi cœperunt pro diſſoluendo regno multa loqui, & primum ex iniquitatibus Herodis argumenta multa ſumere: dicentes, eum nomine tantum fuiſſe regem, re autem vera tyrannidis facinora perpetraſſe, & multam per eum deſolationem rerum factam eſſe Iudęorũ: naturaliter eum etiam ad nouitates inueniendas pronum fuiſſe proclamabant, & tantos quidem Iudæorum eius crudelitatibus interiſſe, quantos nunquam ex hiſtoria periſſe cognoſcerent: ſed multo amplius ſemet qui viuerent, infeliciores exiſtere, non ſolum eis, quibus oſtenſione vultus aſperi, & indignatione mentis terribilis apparebat, ſed etiam eis quibus ſubſtãtias ſuas abripuit: ciuitates quippe extraneas, & ab alienigenis habitatas, eum ornare & locupletare, cum perditione & exterminio eorum, qui ſub eius regno habitabant: omnem gentem penuriæ neceſsitatique cõtradidiſſe, cum paucis autem regno delicijsque frueretur: plurimos quoque ex nobilibus ciuitatibus, & nobili genere natos perimeret: nullis rationabilibus ſubſiſtentibus cauſis, niſi vt eorum ſubſtantias raperet, & quibus vitam fortaſſe conceſsiſſet, rerum ſuarum amiſsione damnaret. Iam vero in exactionibus functionum, alia quidem pro mulieribus publicis cum augmentis annalibus exigebat, alia vero lucrorum gratia poſt functiones à ſeruis exactoribus, vel amicis eius diripi ſolere cauſabantur: nec ſolum iſta quæ ad damnum auri vel argenti pertinebant agi: virgines etiam corrumpi, matronas pollui, quę pudore ſui ſimiliter ab eis qui paſsi fuerant, tacebantur, ſicut ab illis qui gerebant deſiderabantur: qui videlicet facinora ſua timebant, ne in publicum prodentur: tantasque ſub Herode iniurias, & contumelias paſſos fuiſſe, quantas nec vlla beſtia poſſet ingerere, ſi facultas daretur, vt hominibus imperaret. Et multas quidem ſæpius calamitates ſuam gentem paſſam dicebant, ſed nunquam ſe in tantam infelicitatem, tantamq; cladem prorſus incidiſſe. Exemplum nanque iniquitatis & facinoris Herodem vniuerſę genti fuiſſe. Et optabiliter ſe Archelaum quidem regem denominaſſe firmabant, quia poſt Herodem quemlibet malum ferendum & tolerandum vtique decernebant: qui tamen ipſis initijs ſe quaſi mitiorem Herode conabatur oſtendere: verum poſtea verens, ne non germanus Herodis filius crederetur, nihil vltra diſtulit, ſed ſtatim aperuit ſuę mentis indicia: & cum nondum erat regni conſecutus integram firmitatem, quod in Cęſaris arbitrio conſiſteret, illius regni poteſtatem vel tribuere vel negare, dedit tamen ingenij ſui propoſitique ſpecimen, qualiter poſſet in futuro illud regnum

Iudæi aduerſus archelaum Romam conueniunt

Philippus uenit Romam

gnum gerere, ex his quę in ipſis initijs perpetrare preſumpſit: vt ciues in templo die feſto velut numini eos offerēs, auderet occidere: vnde iuſte vniuerſæ genti illum fuiſſe exoſum, propter merita ſuæ crudelitatis & ſceleris. Ob id quoq; & has querelas legationem, totam gentem deſtinaſſe firmabant. Petebant ergo, vt eorum prouincia regibus careret, & Syriæ iungeretur: vt ab illis iudicibus regerentur, qui illuc ex Roma ad gubernandam prouinciam mitterentur: & tunc cognoſci poſſe dicebat, vtrum ne ſeditioſi eſſent, & tumultuum concitatores, an ſubiecti & deuoti, ſi probis iudicibus & rectoribus vterentur. Talia Iudæis dicentibus, Nicolaus regem criminibus expurgabat: Herodem quidē, quomodo per omne tempus quoad vixerit, nunquam fuerit accuſatus. Non enim vera poſſe dicere eos confirmabat, qui cum haberent aliquid vnde cauſarentur, illo viuente prę termittentes, quando poſſent in quibus læſi fuerant vindicari, illo mortuo querelas importune confingerent. Illa vero quę ſub Archelao acta eſſent, ad illorū improbitatem iniuriasq; referebat: qui contra ius & contra leges talia commiſiſſe præſumpſerint, quique cædis fecere principium in eis, qui ſe à tumultibus prohibebant. Incuſabat eos etiam, quod ſeditionis libidine tenerentur, & quod peruicaces eſſent ad obediendum vel legibus, vel iuſtitiæ, dum cuperent in omnibus ſuis aſſumptionibus vincere. Hæc itaque Nicolao dicente, Cęſar hincinde quę dicta ſunt audiens, conuentum dimiſit: & poſt paucos dies Archelaum quidem regem non pronunciat, dimidiæ vero Iudęæ regionis, quę Herodi tributa rebat, Toparcham conſtituit: ſpondens ei regiam quoque dignitatem, ſi laboribus & fauoribus circa ſemetipſum meritus appareret. alteram vero dimidiā, bifariam diſtribuit, alteris Herodis filijs, Philippo videlicet & Antipæ, qui contra fratrem Archelaum de vniuerſo regno certauerat. Et huic quidem regio trās Iordanem Galilęa tributa reddebat, quę conſtabant in talentis ducentis per ſingulos annos. Philippo autem Bathanea cum Trachonitide, & Auranitide, cum aliqua parte domus, quę Zenodori dicebatur, reddebant talenta centum Cęterum Archelao Idumæa, & Iudęa & Samaria. Hæc enim lenigata fuerāt quarta parte functionum, ex decreto Cęſaris: propter quod in ſeditione cæteræ multitudini participes non fuere. Erant autem ciuitates, quę Archelao tributa reddebant, Stratonis turris, & Sebaſta, cum Ioppe, & Hieroſolymis: Gaza vero, & Gadara, & ipſæ fuere Græcæ ciuitates: quas abſcindens à diſpenſatione Syriæ, additamento Iudęæ regioni coniunxerat. Accedebant ergo Archelao tributa pervnūquenq; annum talenta ſexcenta, ex omnibus regionibus quas in ſua poteſtate ſuſceperat. Et hęc quidem de filiis Herodis ordinata ſunt. Salomę vero ſuper illa quę frater in teſtameto reliquerat, (erat autem Iamnia, & Azotus, & Phaſellis, & argenti ſignati myriades quinquaginta) Cęſar etiam donat ad habitandū aulam regiam, quę fuerat in Aſcalone conſtituta. Intrabant autem etiam huic reditus ex omnibus ſuis, talenta per ſingulos annos ſexaginta. Domus autem eius in regionibus erat, quę ſub Archelai fuere poteſtate. Accipiunt ſanè regis quoq; conſanguinei, quęcunq; in teſtamento declarantur. Duabus autem filiab⁹ eius virginibus, prēter illa quę pater reliquerat, Cęſar etiam vtrique dona largitur viceenas quinas myriadas argenti ſignati, easq; coniunxit Pherorę filijs. Cuncta vero, quę illi fuerant dimiſſa, per filios Herodis diſtribuit: erant autem quingenta & mille talenta, pauca ſibi ſumens vaſcula, quę non tam ei magnitudine vel precio quàm recordatione regis accepta conſtabat.

Nicolaus Archelaum excpurgat

Archelaus non rexiſed toparchs fit

Diuiſio regni

De Alexandro quodam ſimulante ſe Herodis filium, interemptum à patre, deprehenſo. Cap. XVIII

His igitur à Cęſare diſpoſitis iuuenis quidam, Iudęus quidē genere, ſed apud Sidonios nutritus à quodam Romanorum libertino, qui eum in cognitionem Herodis induxerat, ſimilitudine formæ prouocatus, qua videbatur Alexandro conſimilis;

De quodam Alexandro qui se Herodis filium esse simulabat

dro consimilis, filio Herodis, qui fuerat interemptus (testificabantur quoque illi cuncti, quorum aspectibus occurrebat) ex hoc occasionem sibimet esse reputabat quo regnum posset excipere, assumens secum adiutorem suæ gentis, hominē scientem cuncta quæ in palatio gerebantur, & ingenio callidum ad magna negocia perturbanda, eo sibi huius fictionis magisterium prębente. Dicebat ergo Alexandrum se esse Herodis filium, ex morte seruatum ab his, quibus eum vt perimerent, fuerat delegatus: occidentes quippe alios, per quos imaginem completæ iussionis ostenderent, & expectatores fallerent, illum eiusq; fratrem Aristobulum saluauisse. His igitur figmentis & ipse in superbiam extollitur, & alios quot quot occurrerent, erudiebat. Interea Cretam appulsus, Iudęorum omnibus, qui cum illo colloquia miscuere, persuasit. Vnde ille quoque pecuniarum abundantia cœpit affluere, plurimis hincinde donantibus. Præter hęc venit ad Melum, ibiq; congregat meliora. Nam ei plures offerebantur pecuniæ, fide, qua ex regio sanguine illum descendere iudicabant: & spe quod posset paterni regni iura suscipere, vicemque pręstantibus rependere. Ibat igitur Romam, plurimis in eius obsequium venientibus, & Dicæarchiam appulsus, ibidem quoque qui habitabant Iudęos simi libus fallacijs illudere deciperęq; non destitit. Occurrebant nanque illi, veluti regi, & alij quidem plurimi, maxime tamen illi, qui familiaritatem & amicitiam cum Herode possederant. Causa vero maxima deceptionis erat homi nibus, quod illum casum cum voluptate à referentibus aduertebant. Ad hæc etiā accedebat fides ex formæ vultusq; similitudine: etenim etiam qui plurimum fuerant cum Alexandro conuersati, nihilominus inducti fuerant ad credendum, illum non fuisse alterum, sed Alexandrum Herodis filium: ita vt etiam alijs nescientibus iurare pręsumerent. Proinde ingredienti Romam, & fama sui cuncta replenti, in occursum egreditur Iudæorum plurima multitudo, instar miraculi, salutem eius factam diuinitus admirātes, & cum gaudio illum maiore suscipiūt: maxime propter maternum genus, quod erat valde clarissimum. Proinde cum ciuitatem intraret, per plateas & vicos in sella portabatur, cuncto regali cultu cōpositus ex opibus & quęstibus, quos per diuersa loca percepe rat. Cōgregatur itaque ad eum maxima multitudo, voces plurimæ, clamoresque cum fauore reddebantur, & omnia fiebant, quę solent ad gaudia mentes hominum concitare, præsertim in tali euentu, vbi pręter spem salutem illius factam esse mirabantur. Sed vbi Cæsari nuntium illud allatum est, non quidem credebat, eo quod sciret Herodem non facile posse in quibuslibet negocijs decipi, præsertim in illis, in quibus animum intenderet: tamen sperans potuisse contingere, Celadum quendam suum libertum, qui sæpius fuerat cum illis infantulis collocutus, mittit vt videret Alexandrū. Ille autem cum vidisset, nulla meliori discretione vsus est, quàm vsa fuerat multitudo. Verum Cæsar decipi omnino non potuit, quoniam erat quidem ille similis Alexandro, sed non ita, vt eos posset inducere, qui prudenter inspicere discernereq; valerent. Siquidem iste falsus Alexander, ex labore & opere valde constabat attritus: in illum autem delicatudo ex delicijs, & fortitudo de frequenti exercitatione concurrerant: huic autem durius & crassius erat corpus. Intuens igitur mendacia, conspirantes iuxta discipulum atque doctorem, & cum fiducia verba proferentes examinabat: rem etiam de Aristobulo cūctam perquirens, quid de illo quoque fuerit factum, & semetipsum obstupescere simulans rogabat ob quam causam Aristobulus quoque non veniisset, quo regnū etiam ipse dignitatemq; sibi deposceret. Cumque ille respondisset, in Cypro illum insula remansisse, marinis periculis simul fatigatum, & territum, vt si forte sibi aliquid accidisset, saltem ille saluaretur, ne omne genus Mariammes penitus interiret (talia enim eum doctor ille respondenda docuerat) Cæsar semotum adulescentulum à cęteris abducens, tibi, inquit, mercedis gratia salus à me præstabitur, si non tentaueris etiam me arte deceptionis inducere. Dic itaque mihi tu quis sis, & quis te ad talia confingenda perpulerit: maior quippe est tua ætate

Calliditas Augusti in deprehendendo dolo

hæc

hæc adinuenta calliditas. Tunc ille (neque enim vltra mentiri potuit in periculo constitutus) aperit Cæsari omne figmentum, & quali modo, & à quo fuerit cõmentum. Tunc Cæsar falli quidem Alexãdrum nequaquam contra quod promiserat fecit: videns enim eum laboribus aptum, in ordine constituit numeroque nautarum: illum vero qui talia præsumẽda persuasit, morte condemnat. Meliẽsibus autem condemnatio sufficiens visa est, vt quantoscunque sumptus vel pecunias in falsum Alexandrum erogassent, irreparabiliter amisissent. Et circa falsum quidem Alexandrum res cum magna temeritate præsumptæ, finem huiusmodi perceperunt. *Autor doli occiditur*

Archelai accusatio & relegatio. Caput XIX

ARchelaus autem toparchiam suscipiens, mox vt Iudæam attigit Iozarum Boethi de pontificatu remouit: exprobans ei, quod cum seditiosis vnà conuenerit: Eleazarum autem fratrem eius ad pontificatum surrogat. Ædificat etiam in Hiericunte aulam regiam, cum elegantia & decore mirabili: medietatẽ quoque aquarũ, quę ad irrigationem agrorum influebant, tractu ductuq; constructo, diuertit in campũ, qui ab ipso fuerat palmarum arboribus consitus. Vicum etiam ædificat, cui nomen Archelaidem cõstituit. Paternam quoque legem transgrediens, Glaphyram Archelai quidem filiam, Alexandri vero fratris coniugem, ex qua filios quoque susceperat, sibimet accersijt vxorem. Iudæis autẽ fas non erat, fratrum vxores accipere. Sed neque Eleazarus in pontificatu diuturno tempore perseuerauit. Siquidem etiam super ipsum constituit Iesum Seæ filium. Interea decimo anno principatus Archelai, omnis nobilitas Iudęorũ, primatesq; Samariæ, non ferentes crudelitatem eius, moresq; tyrannicos, apud Cæsarem accusationem ei instituũt: maxime quia cognouerant eum Cęsaris mandata transgressum. Nam ei præceperat, vt mansuete, clemẽterq; conuersaretur ad populũ. Cęsar igitur vt hęc aduertit, indignatione commotus, curatorem eiusdem Archelai rerum earum quę Romæ fuere (Archelaus etiam ipse dicebatur) aduocat: cæterum scribendum Archelao, indignum æstimat: Illum autem destinat, vt Archelaum celeriter exhiberet. Ille continuo sine vlla dilatione nauem ascendẽs, nauigationẽ celeriter peragit, & in Iudęã venit: Archelaumq; occupat cum amicis epulum celebrantem: mentem ei Cęsaris aperit: atq; vt confestim egrederetur ciuitatem, compellit. Cęsar vero, veniente Archelao, aliquibus accusatoribus astantibus, causam hinc inde cognoscit: sed vbi se parũ expurgat Archelaus, in exilium retrudi præcipitur: in Vienna ciuitate Gallię habitaculo contributo: pecunias vero eius, rationibus iussit sociari fiscalibus. Sed antequã Romam vocatus fuisset Archelaus, somnium suis amicis tale recitauit: Vidisse se nanque dicebat, spicas decem numero, plenas turgentesq; frumentis, vigoremq; integrum possidentes; quas videbat à bubus comedi. Sed hoc vidẽs, magnis fluctibus eius animus fatigabatur: à quibus dum sciscitaretur, illi per diuersas contrariasq; opiniones, solutionesq; discinduntur. Tunc Simon, vir Essenus, veniens, mutationẽ rerum illo somnio significari dicebat Archelao, non sanè in rebus secundis aut commodis prouenturam. Boues nanq; labores, & miseriam significare firmabat, eo quod soleat illud genus animalium laboribus affligi & conteri: mutationem autem rerum illo somnio demonstrari dicebat, quod terra boum laboribus & operibus exarata in seipsa permanere penitus non sinatur: per spicas autem decem, periodum decem annorum terminari manifestabat. Vnam quippe futuram ęstatem, & tempus suppleri asseuerabat Archelao, quo de principatu suę potestatis exiret. Et ille quidem hoc modo somnium illud exposuit. Quinto vero die, postquam illud somnium Archelao fuerat demonstratum, euocator eius Archelaus procurator suus, in Iudæam venit à Cæsare destinatus. Similiter & Glaphyrę vxori eius, & regis Archelai filię prouenit. Quæ primo, sicut supra ostendimus; *Iozaro surrogatur Eleazarus* *Archelaus relegatur in Viennam* *Somnium Archelai*

mus, Alexandro in coniugium sociata constabat, Herodis quidem filio, sed fratri Archelai. Postea vero quàm idem Alexander à patre fuerat interemptus, Iubæ Maurorum regi coniũgitur. Quo defuncto, item illam viduatam in Cappadocià à patre Archelaus in coniugium suscepit: Mariam excludens, quę sibi fuerat coniugata. Tãtus si quidem illum Glaphyræ amoris ardor incenderat. Cum vero iuncta esset Archelao, tale somnium ipsa quoque contuetur. Videbat quasi Alexandrum sibi astantem, & se quidem illi adgaudere, eumq; libenter & alacriter amplexari: illum vero exprobrationes ei protinus imputare, dicẽtem: O Glaphyra, nempe vel nunc confirmas prouerbium, quo dicitur, fidem mulieribus non habendam. Nonne mihi iureiurando constricta es, & iugali fœdere virgo, socia ta? Postquam filios quoque suscepimus, amores nostros oblita es, secũdarum cupidine nuptiarum: sed neq; hoc tibi sufficere iudicasti, quin etiam cum tertio spõso concumbere pręsumpsisti: & sine pudore domum nostram ingrediens, thorum genialem polluisti, cum Archelao ius coniugale consocians, vt illum virum haberes, quem meum fratrem esse constaret. Verum ego nunquam tui penitus obliuiscar: neque beneuolentia, qua semper circa te detentus sum, carebo. Liberabo sanè te vniuersis opprobrijs, meam, sicuti fuisti, firmam stabilemq; perficiens. Quę cum illa familiaribus mulieribus retulisset, post paucos dies vita defungi-
Glaphyra moritur tur. Hæc ergo haud sanè importuna huic nostro operi ratus inserui: primum quidem, quia ea sunt, quę circa ipsos reges contigisse noscuntur: deinde, vt exemplo vera probentur dicere illi à quibus immortalitas disputatur animarum: ac etiã, vt appareat diuina prouidentia rerum humanarum cuncta disponi, ne incredulitate huiusmodi rerum, homines lædantur in moribus. Enimuero qui hęc credidérit, nullo modo prohibebitur per dies singulos ad virtutis augmenta procedere. Archelai vero regio tributaria facta, Syriæ dispensationi coniungitur. Interea Cyrenius, vir consularis, à Cæsare destinatur, censum in Syria dispositurus, & domum Archelai redditurus.

FLAVII IOSEPHI
ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS OCTAVVS.

De descriptione Syriæ per Cyrenium tempore natiuitatis Christi. CAPVT PRIMVM

C YRENIVS autem, vnus de his qui semper in consultatione congregabantur, vir per omnium magisteriorum & principatuum officia celebratus, per cunctas administrationes ad cõsulatus culmen ascendens, & in cunctis alijs dignitatibus clarus, cum paucis venit ad Syriam, censor gentis à Cæsare destinatus, & approbatorvniuscuiusque sententiæ. Mittitur etiam cum eo Coponio, ductor totius equestris agminis, potestatẽq; Iudæorum omnium gerens. Venit etiam Cyrenius in Iudęam (nam dispensationi Syriæ fuerat adunata) vniuersorũ depreciaturus substantias, & Archelai redditurus pecunias. Porrò Iudæi licet in ipsis initijs descriptionis nomen dirum haberent, subijciuntur tamen ne amplius resisterent, persuadente illis pontifice Lozaro: Boethi nanque erat iste filius, & illi quidem euicti ratione pontificis depreciari suas permiseri substantias, nihil amplius hæsitantes. Sed Iudas Gaulonites, homo ex ciuitate, cui nomen erat Gamala, Saddocum Pharisæum sibi con-
De Iuda & Saddoco iungens, recessionem facere festinabat, depretiationemq; & censum nihil aliud esse dicebant, quam integram seruitutem. Proinde ad defendendam suam subertatem

tatem, totam plebem diuersis exhortationibus incitabant: omnem quoq; illis cooperaturam esse creaturam, si pro bono libertatis honorem suum & gloriam magnanimitate tuerentur: sed etiam deum non aliter illis auxiliatorem fore, nisi talibus consilijs ad agendum procederent. His ita dictis, amplius eorum animus concitatur, vt etiam homicidijs nullo modo parcerēt: quoniam cum magna voluptate, quicquid ab illis dicebatur, hauriebant: atque hoc modo in magnum malū seditio illorum & audacia prorumpebat: nihilq; fuit malorum, quod per illos non pullulauerit viros, & supra quàm dici potest, illa gens continuationibus est repleta bellorum: & clades inter eos latrocinia de prædationé sque gerebantur, obtentu quidem vtilitatis defensionisq; communis, reuera autem propriorum lucrorum gratia tota seditio gerebatur. Multę itaq; cædes ciuium sociorumq; perpetrantur: postremo in inuicem conuertuntur, non secus quàm contra hostes infensius agerent bellum. Itaque quotidie deprædationes, captiuitates, cædes vbiq; concurrebant: ita vt etiam templum dei ignibus cremaretur. Tātum valuit nouitas, & institutionum mutatio paternarum. Siquidem iste Iudas & Saddocus quartam philosophiam nouiter introduxerant: cuius amatorum copiam conquirentes, seditionibus ac tumultibus repleuere rempublicam. Sed etiam malorum futurorum radices pessimas plantauere, per insolentiam inconsuetæ philosophię de qua volopauca differere.

De quatuor hæresibus apud Iudæos. Cap. II.

IVdæis igitur philosophiæ tres erant, iam inde ab initio institutis patrijs derelictæ, Essenorum, Sadducæorum, & tertia qua philosophabantur, qui dicebantur Pharisæi. Et quanquam de eis explanauerim in secundo libro Iudaici belli, tamen etiam nunc commemorationis gratia breuiter attingam. Phariseęi enim quotidianam conuersationem exiguam habent, & prorsus abiectam, nihil molli tudini aut delicatudini penitus indulgentes: sed quæcunq; iudicio rationis oportere comperta sunt, illa sequuntur: præpositis nullo modo reluctantur: maiores natu competenti honore venerantur, ita vt nec contrarium quiddam alicui aliquando respondeant: fato geri omnia credunt: sed neque liberum arbitrium hominis auferunt: iudicium dei futurum esse sentiunt, illic cunctos homines propria merita recepturos, tam eos quidem qui secundum virtutem vixerint, quàm illos qui nequitia deprauati sunt. Animas autem immortales dicunt. Sed etiam in inferno congrua vnicuique habitacula, pro merito vel virtutis vel iniquitatis attribui, sicut vnicuique viuenti gerebatur studium: & alias quidem animas ęternis retrudi carceribus, alias autem facultatē reuiuiscendi percipere: ob hæc populis quidem sunt acceptabiles, credibilesq;. Quantacunque item ad culturam diuinitatis pertinent, orationum celebrationes, templorū constitutiones, expositionibus suis facienda esse prædicant. Nam tantum virtutibus eorum prętatum est testimonium, vt ad eos plurimæ ciuitates, & maxima multitudo cum studio grandi cōfluerent, opinione adducti, qua meliores cæteris æstimantur. Sadducæi autem animas mortales existimant, simulq; cum corporibus interire. Nullas vero alias obseruationes præter legē custodiūt: aduersus doctores autē philosophiæ suæ certare, & reniti, glorioſum annumerant. Sed ad paucos admodum doctrina eorum peruenit, & modus exercitationis. Primates autem apud eos dignitatibus honoribusq; celebrantur. Esseni autem ad deum cuncta redigunt: immortalem animam dicūt: iusticiam autem rem precioſam, pro qua etiam vsque ad mortem pugnandum esse prędicant: in templo autem anathemata proponenda prohibent: sacrificia vel hostias cum populo non celebrant, quod se plurimum ab eis putāt munditia vel sanctitate differre: & merito se à cōmuni congregatione discernūt, remotim sacrificia facientes: cultu vero morū atque cōuersationis optimi: ad colendam terram & exercendam omni studio intenti. Illud etiam habent dignum, & valde mirabile, quod in alijs non inuenias gentibus tam Gręcorum quā etiam Barbarorū, quod omnes illis opes in medio sunt; & ab eis omnia communia possidentur

Phariſæorum dogmata

Sadduceorum dogmata

Eſſenorū dog.

sidentur: nihil amplius inter eos ditior fruitur, nihil pauperior defraudatur, ac si nihil omnino possideat. Et illi quidem hoc modo sese gerunt. Sunt autem super quatuor milia hominum numero, Vxores non ducunt, neque seruos habere festinant: aliud quippe iniquitatis, aliud seditionis opportunitatem æstimant. Isti ergo semotim apud semetipsos aduiuunt: mutuas sibi vicissitudines ministrantes: susceptores autem redituum promouent, curatoresque constituunt, qui cuncta quę terra profert, in vsus necessarios administrent. Sacerdotes autem optimos viros eligunt: cibus illis simplex est, habitus insumptuosus & mundus. Quartæ ergo philosophiæ Iudas princeps extitit, cuius fecimus mentionem. Huius sequaces in vestitu, in habitu, cæterisque alijs, Pharisæis consentiunt: circa libertatem vero immobilem retinent atque immutabilem sententiam. Nam huiusrei cupido magna eorum mentibus est infixa. Solum enim principem & dominum dicunt deum omnium. mortis etenim multas & varias species sustinere pro nihilo pendunt: vel cognatorum supplicia, vel amicorum amissiones omnino contemnunt, dummodo nullum hominem dominum dicere compellantur. Nonnulli nanque viderunt, qualiter sæpius aliqui eorum in supplicijs immutabiles permãserunt. Vnde plurimi quoq; illius gentis hoc stulticiæ morbo insanabiliter ægrotarunt: Gessio Floro principatum huius vanitatis obtinente. Nam ex hac quoque superbia ad seditiones excitãdas Romanis, recedẽdiq; ab eis, & ipse præcipitatus est, & alios præcipites dedit. Et philosophiæ quidem genera, hæc atque huiusmodi sunt apud Iudæos.

Quarta secta Iuda introducta.

De ciuitatibus ædificatis tempore Cyrenij, & pollutione templi. Cap. III.

Iozarus pontificatu deponit

Sephor

Betharanta

Paneas

Bethsaida

Iulia

INterea Cyrenius opibus restitutis Archelai, descriptionéque perfecta, quæ facta est tricesimo septimo anno, postquam Antonius acciaco bello fuerat à Cæsare superat9: Iozarum quoque pontificem, seditionem à multitudine passus, sacerdotali deposuit officio, Ananum in pontificatu substituẽs. Herodes autem & Philippus tetrarchiam suam eorum vnusquisque suscipiens Herodes Sephorim muro circundedit, ad instar & similitudinem Galilææ, quam Autocratorida appellat. Aliam autem Betharanta. Ciuitas autem ipsa est, quam muro circunsepiens, Iuliam ex nomine Iuliæ vxoris Cæsaris nominat. Philippus autem Paneadem, quæ est circa fõtem Iordanis fluminis construens, Cæsaream nuncupauit. Tum etiam Bethsaidam proximam stagno Genesaræ ædificat, & dignitatem ei ciuitatis attribuit, habitatorumq; multitudine replet, aliarumq; necessariũ copia rerum refertam facit, & Iuliam cognomine Cæsaris filiæ vocat. Coponio autem Iudææam illo tempore gubernante, quem supra docuimus cum Cyrenio destinatũ huiusmodi factum in Iudæa prouenit. Azymorum dies agebantur. quam festiuitatem Pascha vocamus, in qua mox erat ex media nocte portas templi à sacerdotibus aperiri. Et tunnc itaque apertis portis, viri quidã Samaritæ occulte in Hierosolymam venientes, per templi cunctas porticus, & per totum fanum ossa iaciunt mortuorum. Ex illo cœpit in tẽplo custodia maior à sacerdotibus exerceri.

De morte Cæsaris, & Parthorum imperatoris, de Artabano Pilatoq;. Cap. IIII.

Augusti obitus

COponius autem non post multũ temporis Romam reuertitur, cui successor regendæ prouinciæ Marcus efficitur, sub quo etiam Salome Herodis regis soror vita defungitur, Iuliæ Cæsaris vxori derelinquens Iamniam, & omnem suam toparchiam: & in campo Phasellidem & Archelaidem constitutam, quæ etiam plurimis consitæ fuere palmetis, quorum fructus optimus & valde præcipuus. Sed huic quoque succendit Antonius Rufus, sub quo etiam Cæsar moritur Romanorum secundus imperator, septem & quinquaginta annos in imperio aduiuens, menses sex, dies aliquantulum superduos: ex quibus quatuordecim annis, simul cum eo Antonius Reipub. gubernacula rexerat. Viuens itaque annos septuagintaseptem, vita decessit. Huic succedit in principatu Tyberius Nero

vxoris

vxoris eius Liuiæ filus, qui fuit Romanis tertius imperator: sub quo quintꝰ Iudęo rum rector Valerius Gratus efficitur, Annij Rufi succeſſor. Is Ananum remouēs ſacerdotio, Iſmaelum filiū & Iabi pontificem deſignauit. Sed & hunc non multo poſt abijciens, Eleazarum Annę pontificis filium, ſacerdotio ſurrogauit. Poſt an num vero etiam hunc arcet officio, & Simoni cuidam Camithi filio, miniſterium pontificatus attribuit. Sed non amplius & idſe quàm vnius anni ſpacio eodē per functus officio, Ioſephum cui Caiphas nomē fuit, habuit ordine ſucceſſorem. Et Gratus quidem talia gerens, Romam reuertitur, poſtquam XI. annos in Iudæa compleuerat. Huic ſucceſſor Pōtius Pylatus effectus eſt. Herodes autem tetrar cha ad magnam amicitiam Tyberij perueniens, ædificat ciuitatem, quam ex eius cognomento Tiberiadem denominat, mœnibus eam firmis fortibuſq; circundās, in regione Galilęæ iuxta ſtagnum Geneſar, vnde aquæ calidæ non longe diſta bant in vico, cuius nomen erat Ammaus. In hanc igitur confines plurimi conflu xere, atque etiam ex tota Galilæa non parua multitudo concurrit. Ex omni quo que regione, quæ ſub illo fuerat conſtituta, ab eo coacti cōueniunt, vt ibidē com manerent. Multi etiam ex nobilitate illuc habitandi gratia transferuntur. Suſ cepit etiam quotquot hinc inde veniebant inopes & egenos, pleroſq; etiam quos liberos non eſſe conſtaret, quibus tamen ſecuritatem libertatis attribuit, & bene ficia plura contulit, vt hoc inuitamento nollent ex ea ciuitate diſcedere. Priua tas etiam domos ex proprijs opibus fabricabat, agros largiebatur, vt his omnibꝰ ſtabiles habitatores efficeret: maxima autem ex paterna lege tranſcribēs, in qua ſignificatur, vt habitatio ſeptem dierum ciuem loci perficiat. In illis die bus mori tur etiam Phraates Parthorum imperator inſidijs illi à Phraate filio præparatis ſecundum hunc modum: Phraates imperator poſtquam legitimos filios habuit, aſciuit ſibi Italici generis concubinam, cui nomen erat Thermuſa. à Cæſare Iu lio cum alijs muneribus hæc ei fuerat condonata. & primum quietem ea, ſicut di xi, pro concubina vtebatur, captus mira pulchritudine mulieris. Procedente vero tempore, filioq; ex ea Phraate ſuſcepto, cōiuge eam legitimam deſignauit: quam honorabiliter tractabat in omnibus quicquid etiam ei diceret obediebat. Itaque feſtinans, vt Parthorum principatus filio ſuo contingeret, quod videbat aliter fie ri non poſſe, niſi exinde legitimos filios aliquibus argumentis excluderet: perſua det imperatori, vt illos Romani obſides deſtinaret. Proinde illi (non enim facile fuit Phraati, diſpoſitionibus Thermuſæ reſiſtere) Romam à patre mittuntur, & ſolus in regno Phraates filius enutritur. Sed poſtquam adoleuit, graue reputans ac moleſtum vt principatū patre tribuente ſuſciperet, inſidias præparat patri co operante ſibi etiam matre. Nam ſermo quoque ferebatur, quod ei concubitu mi ſceretur. Itaque pro vtroque facinore genti factus eſt exoſus, tam parricidio quā amore matris infando: & ſeditionibus excitatis, antequam amplior fieret, ex regni poteſtate depulſus emoritur. Concordantes itaque in vnum Parthorum for tiſſimi, cernēteſq; ſine principe ſe non valere conſiſtere, cœperunt inſpicere qui nam illis ex genere Arſacidarum fieret imperator: nam aliunde fieri non licebat vnde quoque vſque in hodiernum diem pollutum dicunt, & iniuriatum ex ſemi ne mulieris Italicæ illud imperium. Herodem itaque per legatos aſciſcunt. Sed poſtquam iſte quoque ſuſcepit imperium, cœpit inuidioſus eſſe multitudini, atque ſuſpectus, propter immenſam crudelitatem: erat quippe ferus, & omnibus modis immitis. Hunc ergo congregati ſimul extinguunt. Plerique autem dicebāt, quod eū in ſacrificijs inter altaria peremerunt: nam eis moris erat in diuinis celebratio nibus cultros portare. Apud plurimos tamen opinio illa eſt, quod dum venatum pergit, occiſus eſt. Legationem itaque Romam mittunt, vnum ex obſidibus ad imperium poſtulantes: & mittitur illis Vonones, cæteris ſuis fratribus antelatus: quod iudicabatur fortunam ſuam, poteſtatemq; non inſolenter aut nimie tracta turus. Sed barbarę multitudini celerrima conuerſio ſuboritur. Siquidem ſunt etiā natura mutabile, Manſuetudinem itaque eius cœperunt contemnere: indignum

tyberius ſucceſſor Auguſti.

Pōtius Pylatus

Tiberias condi tur ab Herode.

Vonones à Par this pulſus

putantes, vt ſeruo ſubijcerentur alieno: Nam obſidatum ſeruitutem eſſe debſinie-
bant: neq; enim iure belli datum: ſed quod peius putabant, in pace ad iniuriã ſuæ
Artabanus gentis & regni alienigenis eſſe cõtraditum. His ergo querelis gens vniuerſa com
mota, illum proturbat imperio, confeſtimq; Artabanum euocant Medorum re-
gem, Ab Arſacidarum genere deſcendentem. Perſuaſus itaq; Artabanus, venit
cum omni malitia. Cui Vonones occurrit, & multitudine congregata Parthorũ,
cum eo bello congreditur. Artabanus autẽ victus, confugit ad montes Mediæ: &
non poſt multũ tempus congregãs etiam ipſe magnas turmas exercitus, cum Vo-
none confligit: & victus Vonones, cum pauco ad Seleuciam fugit equitatu. Arta
banus autẽ ſuſum Parthorum exercitum inſequens, magnam ſtragẽ operatus eſt
Tunc Barbaris grãdi metu compreſſis, ad Cteſiphontẽ cum magna multitudine
pergit. Illo itaq; Parthis imperante, Vonones in Armeniam venit: & primo qui-
dem in illa regione cœpit imperare, deinde vero ad Romanos legationẽ mittit.
Sed vbi Tyberius petitionẽ eius abnuit, ille recta ad Parthos cõuertitur, & bellũ
Artabano denuntiat, quãdoquidem nulla illi recuperandi regni machinatio ſuc
Vonones capit currebat. Cæterum Armenij, qui circa Niſatem habitabant, Artabano fuere ſo-
ciati: à quibus detentus Vonones, Syllano Syriæ rectori contraditur. Ille au-
tem ex verecũdia, quoniã eum Romę nouerat, cuſtodiuit, honorificeq; tractauit.
Armeniã autem Artabanus Horodi vni ſuorũ filiorum tradidit. Ea tẽpeſtate mo
Antiochus rex ritur etiã Comagenæ rex Antioch⁹, & plebs aduerſus nobilitatẽ ſcinditur, & mit
Comagenæ mo tit vtraq; pars legationem Romam: nobilitas quidem ſtatum Reipub. habitumq;
ritur. mutare deſiderans, vt præſidali diſpenſatione regeretur: multitudo vero regnum
habere proprio more cupiebat. Senatus autem vtraque legatione ſuſcepta, ex de
Germanicus ue- creto Germanicum mittit, cuncta Syriæ negocia correcturum, agente fortuna
neno perit quo facilius interiret. Nam veniens in partes Orientis, & in melius cuncta diſpo
nens, à Piſone veneno perimitur, ſicut iam in alijs indicatum eſt.

De Iudæorum cæde à Pylato commiſſa. Cap. V.

PYlatus autem Iudææ rector, exercitum de Cæſarea ſecum aſſumens, tendit
ad Hieroſolymam, vt leges ſolueret Iudæorum. Nam ſecum ſtatuas Cæſa-
ris, quę in ſignis militaribus inerant, intromittit. Imagines autẽ, aut aliquid
huiuſmodi facere, lex noſtra prohibet: & propter hoc ante illum omnes Iudææ re
ctores, ſine ſignis ingrediebantur mœnia ciuitatis. Primus autem Pylatus igno-
rantibus populis introgreſſus, ſigna quæ ſecum apportabat, in ciuitate conſtituit.
Illi vero mox vt rem cognouere, congregati veniunt Cæſaream, diebus plurimis
ſupplicantes, vt imagines de Hieroſolymis auferrentur. Pylato vero abnuente,
quod iniuriã Cæſari facere ſi fieret æſtimabat, Iudæi nullo modo diſcedunt. Tũc
ille occulte in inſidijs armatos milites collocat, Cũq; pro tribunali ſediſſet, quod
ei fuerat ornatum in ſtadio (nam eum locum inſidijs, quas præparauerat, aptum
Iudæi cedũtur eſſe perſpexerat) Iudæiq; iterum ſupplicarent, ſigno dato milites proceſſere, Iu-
a Pilato dæiſq; vndique circundatis, cœpit Pylatus mortem comminari, niſi quieuiſſent.
At illi mortẽ ſe potius electuros, quàm conſtitutiones legis ſuæ tranſgreſſum ire
firmabant. Tunc Pylatus admirans fortitudinem Iudæorum in conſeruandis le
gibus ſuis, confeſtim imagines de Hieroſolymis auferri præcepit, Cæſareamque
perduci. Voluit etiam ex opibus templi aquæ ductum pergentem in Hieroſoly-
mam fabricare, ſuſcipiens initium torrentis, qui ſtadiorum duorum interuallo di
ſtabat. Sed Iudæi non libenter accipiunt: & circa eos qui operabantur multa mi-
lia hominum congregata, clamabant vt ab illo opere ceſſaretur. Pleriq; etiã ma-
ledictionibus vtebantur, contumelias quoque iactantes, ſicut vulgaris ſolet mul
titudo. Ille vero milites à dorſo Iudæos circunuenire præcipiens, iubebat vt dece
derent. Illis autem ad contumelias iniuriaſq; conuerſis, dato ſigno militibus, iuſ
ſit vt Iudæos inuaderent. Milites porrò ampliora quàm iuſſi erant perpetrantes,
multitudinem magna cæde proſternunt. Plures igitur ibi deficiunt, plerique au-
tem ſauciati diſcedunt. Itaque hoc modo ſeditio illa terminatur.

De domino

De domino Ieſu Chriſto. Cap. VI.

FVit autem eiſdem temporibus Ieſus, ſapiens vir, ſi tamen virum eum nominare fas eſt. Erat enim mirabilium operum effector: & doctor hominum eorum, qui libenter quæ vera ſunt audiunt. Et multos quidem Iudæorum, multos etiam ex gentibus ſibi adiũxit. Chriſtus hic erat. Hunc accuſatione primorũ noſtræ gentis virorum, cum Pylatus in crucem agendum eſſe decreuiſſet, non deſeruerunt hi qui ab initio eum dilexerunt. Apparuit enim eis tertia die iterum viuus: ſecundum quod diuinitus inſpirati prophetæ, vel hæc vel alia de eo innumera miracula futura eſſe prædixerant. Sed & in hodiernum, Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat & genus.

De ſtupro nobilis Paulinæ in templo Iſidis Romę: deq; Iudæorum turbatione Romæ & in Iudæa per Pylatum. C. VII.

EIſdem temporibus alia Iudęos ſæuiora perturbãt. Nam etiam in templo Iſidis, quod Romæ fuerat conſtitutum, factum quoddam turpitudine plenum opprobrioq; contigit, quod primum explanabo: tum demum ad illa quæ apud Iudęos euenere tranſibo. Paulina quædam mulier erat Romę, maiorum dignitate pręclara, ſtudio caſtitatis intenta, honeſtatis opinione perſpicua. Erat etiã opum magnitudine locuples, & vultus pulchritudine decora: ætate aũt quando maxime mulieres pudicitia decorantur. Hæc nupta erat Saturnino, etiam ipſi genere, opibus, cæteroq; cultu conſimili. Huius itaq; amore detinetur iuuenis quidam, nomine Mundus, ex numero equeſtri, ſed in gradu iam emerito conſtitutus, & dignitate magna ſublimis, idoneus etiam ad munera largienda, ſumptuſq; faciendos. Nam memoratæ quoq; mulieri maiora dona promiſerat, quę illa contẽnente maximo fuerat amore ſuccenſus, vt etiam viginti myriadas dragmarum Atticarum ſe daturum pro vno concubitu ſpopondiſſet: ſed neq; ſic illa deflexa eſt. Tum ille nimiam infelicitatem morbi ſuſtinens: ſiquidem neq; cibũ valebat accipere, morti ſe addixerat: hoc vnum ſibi iudicans tanti mali fore remediũ. Et ille quidem tale decretum animo infigens, per ſingulos hoc agebat, vt celeri morte raperetur. Erat autem eidem Mundo liberta quædam ex parentibus, nomine Ida, omnium malorum & iniquitatum coagulũ. Quę grauiter ferens, quod ille iuuenis ſe damnaret in mortẽ (nam clarebat omnino periturus) accedens erexit eũ & cœpit cum eo talia fabulari, quæ animum eius bonæ ſpei facerent. Promittebat ſe nanque acturam apud Paulinam, vt quinque myriadas accipiens concederet iuueni quod volebat. His itaq; dictis iuuenem de morte reuocans, ſumpſit ab eo pecuniæ quantum placuerat: ſed non eandem Paulinã aggreditur, qua fuerat ante tentata: cernens animum mulieris nullo modo capi pecunijs. Sciens vero quod admodũ eſſet illa cultura Iſidis occupata, tale aliquid machinatur: Accedit ad quoſdam ex templo Iſidis ſacerdotes, quibus interpoſitione iuriſiurandi fidem ſeruare perſuaſit, dans etiam in præſenti duas myriadas & dimidiã, promittens etiam aliud tantũ, ſi quod vellet habuiſſet effectum. Tunc cauſam aperit amorem iuuenis indicat: orat vt mulierem quibus poſſent modis inducerent. Illi aũt pecuniarum cupidine capti, promittunt quicquid imperaret protinus impletu ros: præſertim aũt ipſe maximus ſacerdotũ, vt Paulinam conueniret, ac ſuis verbis impelleret, pollicetur. Finxit itaq; ſe ex Ægypto veniſſe, ab Anubi, deſtinatum, quod is grandi circa Paulinam amore teneretur: eumq; deum ſibi iuſſiſſe, vt Romam veniret, mulieriq; præcepta numinis apportaret. Libenter illa & exoptabiliter ſuſcipit, atq; ad amicas gloriando denũciat, quod ab Anubi tali merito digna iudicetur. Hoc etiam indicat & marito, quod ab ea thorum & cœnam Anubis concupiſcat. Ille aũt gratè conceſſit, pudicitiam coniugis non ignorans. Illa igitur pergit ad templum: & cum cœnaſſet, tempuſq; quieſcendi veniſſet, vniuerſæ ianuæ à ſacerdote clauduntur, cuncta quoq; lumina ſubtrahũtur, Mundus autem intrò latebat occultus. Qui poſtquã ſilentiũ factum eſt ad mulierẽ deuenit, Illa aũt exiſtimãs deũ eſſe, reuerenter accipit: atq; ita cũ ea Mundus pernoctãs,

De Liberta Mundi, nomine Ida.

Paulina in templo ſtuprata.

circa vicinam lucis abſceſſit. Illa autem mane facto conſurgens, atq; ad ſuum virum veniens, aduentum ad ſe numinis enarrauit. Similiter etiã loquitur ad amicas: magnam ſibi ex hoc glorificationẽ reputans prouenisſe: & quia verba quoq; ad illã feiſſet Anubis, indicabat. Sed ex audientibus alij non credebãt, naturam inſpicientes rei, alij aũt credebant: quidã vero admiraculum ducebant, pudicitiã attendentes, dignitatem referentes. Tertia vero die poſtquã factum eſt, occurrẽs ei Mũdus: ŏ Paulina, inquit, ſaluaſti mihi viginti myriadas, quas potuiſſes familiaribus tuis rebus adijcere, nunc autẽ nec meis poſtulationib⁹ defuiſti: & damni ficatione liberaſti. Nam in templo tota nox à te cum Mũdo peracta eſt: nec mei nominis intereſt voluptate percepta. Nihil enim ad perficiendum negocium obfuit, quod Anubis vocitatus ſum. Et ille quidẽ talia locutus abſceſſit: Illa vero in mentem ſuã rediẽs, tunc primũ illud facinus intellexit: & ſciſſis protinus veſtimẽtis, ad virum accurrit, fictionemq; aperuit tam magni facinoris, deprecata ne ſuã iniuriam negligeret. At ille imperatori cuncta denunciat. Tunc Tiberius diligẽter cauſam examinans, vniuerſum ſacerdotum ſcelus inuenit: & ipſos quidẽ cum Ida, quæ cauſa totius iniquitatis extiterat, adegit in cruces: templum autẽ ipſum funditus euertit, ſtatuamq; Iſidis in Tybrim fluuium iactari præcepit: Mundum autem exilio condemnauit, dignum eum maiore pœna non iudicãs, quod amoris vehementia deliquiſſet. Et ea quidẽ quę in templo Iſidis prouenere, tali fine concluſa ſunt. Nunc ad rem redeo, vt explicẽ quæ Iudæis Romę eodem tempore contigerunt, ſicut etiam ante præſtrinxi. Erat quidem vir genere Iudæus, de ſua patria profugus: accuſabatur autem de legalium tranſgreſſione præceptorum, vnde apud ſuos quoq; reus habebatur, & malignus in omnibus. Iſte per multos dies legem ſe Moſi exponere ſimulabat: & tres viros in omnibus ſimiles ſibi conſocians ſeducũt Fuluiam quandam, vnam de cœtu nobilium, vt legi Iudaicę animum ſuum dederet. Cui perſuadent, vt oſtri & auri plurimũ in Hieroſolymam mitteret, templi ornatui profuturum. Quod illi ſumentes, proprijs vſibus abſumpſere, propter quod etiam argumentis & fallacijs antea cuncta peregerant. Tum Tyberi⁹ (nam ei totum negocium Saturninus inſinuat, vir Fuluiæ pariter amicus & tutor) iubet Roma cunctos Iudæos excedere. Conſules autem quatuor milia ex Iudęis militantes mittunt in Sardorum inſulam: plurimos aũt militare nolẽtes propter legis paternæ cuſtodiam, affecere tormentis: atque hoc modo propter nequitiam quatuor hominum, vniuerſa ex vrbe multitudo pellitur. Sed neq; Samaræorum gens turbarũ fuit expers, vel à tumultibus aliena. Hos enim peruertit vir quidam, mentiri pro nihilo ducens, Caphedon nomine, qui omnem plebem ſuaſionibus artificioſis induxerat, vt in montem Garizin omnes accurrerent, quod eum ſanctum ac venerabilem haberent. Pollicebatur enim ſe aſcendentibus oſtenſurum vniuerſa vaſa, quæ ibidem à Moſe fuiſſent obruta. At illi perſuaſi verbis illius armantur, & confidunt in quodam vico, cuius nomen Tirathua: atq; hinc inde plurimos congregabant vt cum maxima multitudine montẽ aſcenderent. Sed hos in ipſo aſcenſu Pylatus occupat, omnem equitatum præcedere iubens, & peditum uelociſſimos. atq; ibi circa memoratũ vicum pugna cõmittitur: & alios obtruncant, pleroſq; in fugam vertunt, maximã partem capiunt: quorum ſeditionis principes, vel eos qui in fugiendo plurimũ valuerant, Pylatus interfecit. Sed ex Samaræorum gente turbata, cuncti priores ad Vitellium veniunt, qui per idẽ tempus gerebat Syriæ principatum, atq; apud eum Pylatum accuſant, quod iniuſte tantos occiderit. Non enim à Romanis diſcedendo, ſed iniuriam Pylati declinando, in Tirathua congregatos eſſe profitebantur. Tunc Vitellius Marcellum, vnum ex ſuis amicis, qui curaret in Iudæa, conſtituit: Pylatum aũt Romã pergere, vt de his quibus à Iudæis accuſabantur, ſe in iudicio Cæſaris expurgaret. Tũc Pylatus, poſtquam in Iudæa decimum compleuit annum, pergit Romam, Vitellij iuſſione compulſus: non enim poſſe eius diſpoſitionibus reluctari. Sed antequã Pylatus Romam veniret, Tyberius ex humanis rebus abſceſſit.

Deſtruitur templum Iſidi

De Fuluia

Iudæi Romæ excedere cogunt

Vitellij

Vitellij gesta circa Caipham pontificem, & de bello Parthorum. Cap. VIII

VItellius autem veniens in Iudæam, ascendit Hierosolymam: & erat forte tunc festiuitas à maioribus instituta, quę Pascha vocatur. Vitellius itaque magnificus ac munificus extitit in populos: nam & venaliū rerū precia leuigauit, & in alijs plurimis circa eos liberalis apparuit: sed etiā stolā pontificis, vniuersumq; eius cultum atq; ornatū, in tēplo haberi permisit, & sub pontificum potestate seruari, secundū institutionem moris antiqui. Nam antequā Vitellius veniisset, in Antonia seruabatur. Arx enim huiusmodi nomine censebatur. Vt autem ibidem seruaretur, talis extiterat causa. Pontificum quidā Hyrcanus nomine, vnus ex multis (nam plures hoc vocabulo fuerant nuncupati) prius in loco tēpli vicino tabernaculum cōstruxerat, & ibi ex maxima parte degebat, vbi etiam stolam pōtificalem habuit. Nam custos eius existebat, eo quod eam soli licebat induere, quando intrabat templum. Cæterum quando in ciuitatem exibat, priuatis indumentis vtebatur. Hanc itaque consuætudinem & ipse & filij eius multo tempore conseruabant. Sed postquā Herodes accessit in regnum, illud tabernāculum opportuno loco sibi situm existimans, opulentius construit: & Antoniam ex nomine Antonij, quod ei amicus erat, appellat: sed etiam stolam sicut eam ibi reperit, ita etiam pręcepit custodiri, existimans ex hoc nihil seditionis aduersus se populum commoturum. Similiter etiam fecit Archelaus filius eius, postquam Herodi successit in regnum. Et deinde Archelao excluso, à Romanis seruabatur stola pontificis in illo tabernaculo ex lapidibus fabricato: sub sigillo sanè pōtificum, & gazophylacis habebatur, à quo & cætera templi ornamenta & cādelabrū quoq; seruabatur, quod tantum per dies festos ad vsum pontificum tradebatur. Transacta vero festiuitate, iterum in loco proprio reponenda reddebatur: & per tres vtique festiuitates singulis quibusq; annis, & per ieiunia dabatur atque reddebatur. Vitellius aūt tunc secundum morem antiquum stolam illam pontificum potestati contribuit: neque permisit, vt quando vsui opus esset, à gazophylace peteretur. Hoc itaque beneficium Iudæis indulgens, pontificem Iosephum cognomento Caipham, sacerdotali remouit officio, cui Ionathan filiū Annæ in pontificale ministerium subrogauit. Quę cum egisset, iter confestim, quod in Antiochiam ducit, ingreditur. Mittit etiam Tiberius ad Vitellium literas, iubens ei, vt amicitiam cum Artabano Parthorum imperatore conficeret. Terrebat enim eum, quod inimicus extaret, & Armeniam inuasisset, ne forte amplius eius concepta progrederetur audacia: monetq; vt nō aliter eius amicitiæ crederetur, nisi suos filios obsides prębuisset. Hæc itaq; ad Vitellium scribente Tiberio, ille magnis muneribus persuadet Iberorum & Albanorum regi, vt cum Artabano sine vlla dilatione pugnarent. At illi à pugna quidem abstinent, verum Scythas, concesso eis transitu, aperientes Caspias pylas, in Artabani regiones immittūt, atq; ita deuastatur Armenia, omnisq; terra Parthorum hostibus impletur & cladibus. Nam primi eorū passim vbiq; perimūtur, turbis & luctu cuncta cōplētur. Filius etiā ipsius imperatoris in ea pugna perimitur, cum exercitu numeroso. Nam multæ myriades ibi defecere Parthorū: ipsumq; Arthabanum, per munera Vitellius corruptis amicis eius & consanguineis, penè perdiderat. Sed cum dolos intelligeret Artabanus, seq; circunuentū irremediabiliter agnouisset (nam erant & plures & primi, à quibus insidiæ parabantur) cum paucis fidelibus ad superiores satrapias abscessit, atq; ita se insidiantiū dolis eripuit. Postea vero magnam manū Dacorum suorumq; congregans, & superans, suum tutatus est principatū. Hęc igitur Tiberius audiēs, iussit postea cum Artabano amicitiā fieri: quod etiā ille libenter amplectitur. Hoc aūt quando gerebatur, circa Euphraten fluuium erant Artabanus & Vitellius, atq; ibidē paucis de fœdere colloquūtur, in medio sibi ponte fluminis occurrētes, paucos secum vterq;, qui sibi munimento forent, adducens. Ibi postquā de pace locuti sunt, Herodes eis tetrarchā cōuiuium in lo-

De stola pontificali à Vitellio reddita

cō mēdio

Herodes conuiuium Artabano et Vitellio præparat

co medio præparat, tabernaculum ex velamentis preciosis exornans. Tunc Atabanus dat obsidem Tiberio Darium filium suum, cum quo etiam munera magna multa; transmittit. In quibus etiam hominem magnitudine septem cubitorum, genere Iudæum, nomine Lazarum, misit: qui propter corporis vastitatem Gigas vocabatur. His itaque peractis, Vitellius ad Antiochiam, Artabanus autem in Babyloniam reuertitur. Herodes aut volens semetipsum Cæsari tali nuncio commendare, literas per huiusmodi destinat portitores, in quibus intimat pacem factam obsidemq; susceptum, postremo cuncta denunciat, quæ ad negocium pertinebant, nihil penitus prætermittens. Postea vero cum à Vitellio de his rebus destinarentur epistolæ, rescribitur à Cæsare, quod cuncta iam ante cognouerit, Herode de omnibus edocente. Ex hoc Vitellius supra quam quisquam ratus erat, indignatione turbatur: non tamen suum animum aperit, sed iram mente seruabat, donec reuerteretur, Caio sumente regimen principatus.

De bello inter Herodem & Aretam propter Herodiadem Cap. IX

TVnc etiam Philippus Herodis huius frater vita defungitur, vicesimo quidem secundo anno imperante Tiberio: ipse autem per vigintiduos annos rectus aduixit, sub suo iure possidens Trachonitidis & Gaulanitidis regionem. Ad hæc etiam Bathaneorem vniuersam gentem suo regimine gubernabat. Is moderatum & mansuetum se cunctis quibus imperabat exhibuit, nullas oppressiones aliquibus importans: nam eius ad subiectos conuersatio talis erat. Procedebat in itinere cum paucis electis, sibique gratissimis, in causis iusta iudicia proferebat: occursantibus vel opis egentibus auxiliabatur impiger: ac si forte oppressione senserat alicuius, statim in solio cosidens causam audiebat, iustæ parti adiutor, iniustæ autem punitor existens. Hic ergo moritur in Iuliada: vnde magnis exequijs in monumentum defertur, quod ab ipso ante fuerat constitutum. Iustaq; sunt illi magnifice celebrata. Principatum autem eius Tiberius Cæsar assumens, siquidem nullum reliquerat filium, dispesationi Syriæ regiminiq; coniunxit: functiones autem tributarias quæcunq; colligerentur, in eadem præcepit tetrarchia seruari. His quoq; temporibus inter Aretam Petræum, & Herodem regem simultas magna contigit, propter huiusmodi causam: Herodes Tetrarches vxorem habuit, Aretæ filiam, cum qua non parum tempus aduixerat. Sed cum Romam euocaretur, trasiens in domo Herodis exceptus est. Frater eius erat etiam ipse, sed non ex vna matre progenitus. Herodes enim ex filia Simonis sacerdotis fuerat procreatus. Cumq; ibi esset, Herodiadis amore captus est, vxoris alterius Herodis: filia enim erat ista Aristobuli, soror autem Agrippæ maioris. Audet igitur cum muliere de nuptiis ineundis miscere sermonem. Illa vero suscipiente, pacta firmantur: vt cum Roma reuersus fuisset, illa connubij iura susciperet. Erat enim in pactis, vt filiam Aretæ regis excluderet. Et Herodes quidem Romam talibus pactis firmatis aduehitur. Sed cum reuersus fuisset, peragés Romæ propter quæ fuerat euocatus, vxor eius fideliter cuncta cognoscens, quæ inter eum fuerant Herodiademq; composita: antequam eá ille cuncta cognouisse sentiret, rogat virum vt in Machærunta, vbi limes erat Aretæ Herodisq; regionis, ab eo mitteretur, nihil suæ voluntatis aperiens. Hoc Herodes libenter accipiens, mittit vxorem, nihil eam sensisse penitus arbitratus. Illa vero (præmiserat enim ante multum tempus ad patrem, vt ei apud Machærunta omnia pararentur, quæ itineris vsus exposceret) à ductoribus Aretæ suscipitur: cofestimq; intrat Arabiá, atq; ibi ab illis ductorib⁹ ad alios ab illisq; rursus ad alteros trásmissa, cum summa celeritate patri perducitur, cui cunctam Herodis aperit voluntatem. Ille vero exhinc inimicitiarum sumpsit initiu, atq; ab vtroq; exercitu congregato, in regione Gamalica bello confligitur, non quidem ipsis præsentibus, sed ductorib⁹ abvtraq; parte trásmissis. Pugna itaq; facta, & exercitu Herodis afflicto, proditione perfugarum, qui de Philippi tetrarchia ad Herodem quasi auxiliandi causa conuenerant, hæc Herodes scribit ad Tiberiu. Ille autem indignatus, quod Aretas talia perpetrauerit, scribit Vitellio,

vt ei

vt ei bellũ incunctanter inferret, & aut viuum eum vinctum adduceret, aut certe mortui caput auferret. Tiberius quidẽ vt hęc ageret, rectori Syriæ demãdabat.

De Ioanne Baptista Caput X

QVibusdam autem Iudęorũ videbatur ideo periisse Herodis exercitum, quod in eum satis iuste indignatio diuina commota sit, pro vindicta Ioãnis, qui vocabatur Baptista. Hunc enim Herodes occidit, virum valde bonum: qui prędicipiebat Iudæis, virtuti operam dare, iustitiam colere, in deum seruare pietatem, & per baptismum in vnum coire. Tum demum enim baptismum acceptabile fore, si nõ solum ad abluenda peccata sumatur, verumetiam ad castimoniam corporis, atque ad animæ iustitiam, purificationemq; seruetur: omniumq; pariter virtutum velut signaculum & custodiam quędam fidelis habeatur. Quę cum ab eo prędicepta huiusmodi docerentur, atq; ad audiendum eum perplurima multitudo concurreret, veritus Herodes, ne fortè doctrinæ eius persuasione populi à suo regno discederẽt (videbat enim quod præceptis eius ac monitis parata esset plebs in omnibus obedire) melius credidit priusquam noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quàm postmodum turbatis rebus, seram pœnitudinem gerere. Ex sola hac suspicione Herodis, vinctus in castellum Machærunta abducitur Ioannes, ibiq; obtruncatur. Iudæis autem, sicut iam diximus, videbatur pro eius vltione interitum illius exercitui deum importasse, quo Herodes sumpsisset digna supplicia.

De morte Tiberij, & Herodis progenie vniuersa Cap. XI

VItellius vero cœpit omnia prępparare, vt bellum cum Areta perageret. Sumẽs igitur duas legiones, & peditũ & equitum vniuersam manũ, cunctosq; auxiliarios ex regibus qui sub Romanis erant, simul adducẽs, pergebat per Iudęã transitum facere. Sed venientes in occursum eius primates Iudæorum, postulabãt ne per eorum regionem iter ageret, ne compellerẽtur contra legẽ suam imagines & signa suscipere. Quib⁹ auditis ille persuasus, mutuata sententia, quã ante consulto prouiderat, per campum magnũ ire prędicepit exercitũ: ipse autem cum Herode tetrarcha & amicis ascendit in Hierosolymam, deo hostias immolaturus. Nam dies festus Iudęorum propinquus instabat. Ad quam festiuitatẽ occurrẽs, fauorabiliter ac decẽter ab omni multitudine Iudæorũ exceptus est: ibiq; peragens dies tres Ionathan põtificali reniquit officio quod Theophilo eius fratri contradidit. Quarto aũt die allatæ sunt illi literæ, in quibus significabatur mors Tiberij: & vt omnem multitudinẽ congregans, ad deuotionem Caij iurare cõpelleret: milites quoq; & auxilia cuncta ad loca propria dimittebat, quod bellũ iam gerere non valeret, nescius Caij propositũ, in quem potestas rerum translata constaret. Dicebatur etiã, quod hoc Aretas ex augurio antea cognouisset. Nam cum ad eum Vitellius nunciũ belli misisset, fertur Vitellij militibus respondisse, impossibile prorsus, vt ad Petræos Romanus exercitus aduenire: antea enim vnum ex principibus moriturũ, vel eum qui bellum imperauisset, vel illum qui imperantis propositio ministraret, vel illum aduersus quem prælium pararetur. Vitellius interea in Antiochiam repedauit. Agrippa vero Aristobuli filius, anno antequã Tiberius moreretur, Romam venit: volens apud imperatorẽ agere, vt sibi aliquam tribueret potestatem. Volo igitur plenius explicare de vniuerso Herodis genere, qualiter fuerit propagatũ: simul enim & sermo ad hanc historiam pertines, amplius enitescet: & nihil prodesse, vel exercitus, aut vim corporis, vel alia quę videntur mortalibus appetenda, sine pietate qua colitur deus. Si quidem intra centum annorum spacium, præter paucos (nam admodum plures erant) cuncta Herodis origo consumpta est. Super hęc etiam ad humilitatem & modestiam humanũ genus adducitur, cum ille suus familiæ calamitates audierit. Postremo etiã omnis res Agrippæ declarabitur, digna maiore miraculo, qualiter ex priuato & abiecto, ad tantam magnitudinẽ potestatis ascenderit, quod nulli de illo homine, aut sperare posset, aut credere. Dixi quidem & antea de his tamen nunc

Mors Tiberij

De vniuerso Herodis genere

men nunc quoque diligentius explanabo. Herodi maiori fuere ex Mariamme Hyrcani filiæ duæ: ex quibus vna, id est, Salome, nupta fuerat Phasello nepoti suo, filio Phaselli fratris Herodis: hanc enim pater ipse tradiderat: altera vero, id est, Cypris, Antipatro, & ipsa nepoti quidem Herodis, filio autem sororis eius Salomes. Et Phasello quidem ex Salome procreantur liberi quinque: Antipater, Herodes, & Alexander: filiæ autem, Alexandra, & Cypris: quam in coniugium acceperat Agrippa, filius Alexandri. Alexandram autem honorabilis vir Cyprianus ex nobilibus habebat vxorem: sed nullos suscipiens filios Cypris, emoritur. Verum ex Agrippa quidem pueri procreantur duo, filiæ autem tres: Beronice, Mariamme, Drusilla: Agrippa autem & Drusus pueri vocabãtur: quorũ Drusus, antequã ad adulescentiam veniret, emoritur: Agrippa autem à patre enutriebatur. Herodes autem & Aristobulus, & Beronice, etiam hi quoq; filij fuerũt filij Herodis maioris: Beronice autem Custobari, fuit Salomes filia, sororis Herodis. Hos Aristobulus infantulos dereliquerat, occisus à patre cũ Alexandro fratre, sicut ante iam diximus. Sed hi postquã adoleuerunt, ducunt: Herodes quidẽ iste Agrippæ frater, Mariam filiam Olympiadis, regis Herodis filiæ, & Iosippi qui erat Herodis regis frater. Habuit aũt ex hac filium Aristobulum. Tertiꝰ autem Agrippæ frater aristobulus ducit Iotopalam, Sigerammi filiam, Emesorum regis: ex quibus nascitur puella, cuius audiendi sensus fuerat obturatus, nomine Iotapa: Et isti quidem masculorũ filij fuere. Herodias quoq; erat his soror progenita, quę Herodi Herodis maioris filio fuerat iuncta, quem ex Mariamme susceperat, Simonis pontificis filia. Ex istis etiã Salome filia procreatur: qua procreata, Herodias legem paternã transgrediens, Herodi cõiungitur fratri viri sui, ex vno patre progeniti, viuum deserẽs virũ. Hic aũt cui coniuncta est, tetrarchiam habebat Galilææ. Filia vero eius Salome, Philippo filio Herodis nupta est, tetrarchæ Trachonitidis regionis. Sed isto sine filijs moriente, Aristobulus eam in coniugem suscepit, filius Herodis, fratris Agrippæ. Ex quibus filij quoq; nascuntur tres: Herodes, Agrippa, aristobulus. Et Salomes quidem tali modo prosapia propagatur. Ei aũt ex Antipatro filia procreatur Cypris, quã Alexas Selcias sumit vxorem. Alexæ vero huius q; mulieris filia, fuit item Cypris. Herodes aũt & alexander, quos fratres diximus antipatri, sine filijs moriuntur. Alexandro aũt Herodis regis filio, qui à patre fuerat interemptus, alexander & Tigranes filij generãtur, ex Archelai Cappadocum regis filia: & Tigranes quidẽ cũ regnaret in Armenia, accusatus in Roma, sine prole defungitur. Alexãdro autem, Tigranes cognominis fratris eius gignitur filius: Et iste alexander, qui ducit Antiochi Comagenorum regis filiam Iotapam nomine, Lesidi Ciliciæ ciuitatis à Vespasiano rex efficitur. Et Alexandri quidem origo confestim vt pullulauit, culturã gentis suæ dereliquit, ad ritus transiens moresq; gentilium: cæteræ vero filiæ Herodis, nullam prolem penitus habuere. Herodis autem quam memoraui prosapia, permansit vsque ad tempus quo Agrippa maior regnum accepit.

Agrippæ fortunæ in Iudæa & cum Cæsare Cap. XII

Nauigatio Agrippæ

His itaq; de Herodis genere declaratis, nũc de Agrippa narrabo: vel qualis illi aduersitas fortunæ prouenerit, vel qualiter omnes calamitates effugerit, atq; ad magnam dignitatem potestatemq; cõscenderit. Ante paucum igitur tempus quàm rex Herodes de vita discederet, Agrippa apud Romam erat vbi maximam familiaritatem cũ Druso Tiberij filio conquisierat, & cum Antonia Drusi maioris coniuge: eo quod hæc matrem eius in honore magno haberet, & venerabiliter appellaret. Agrippa vero magnanimus & natura largus existens, & ad donãdũ valde munificus, viuente quidem matre suam voluntatẽ non valebat ostendere, veritus ne illam in aliquo contristaret. Mortua vero matre, & proprij factus arbitrij, cœpit opes suas abundãter effundere: & alia quidem quotidiani victus grãtia opulenter erogare: alia muneribus in diuersos expendere,

plurima

plurima vero libertis Cæsaris dare, quod ipse per eos posset aliquid adiuuari. Proinde hoc modo semetipsum exhibens, breui ad magnam penuriam egestatemq; peruenit. Accessit illi enim aliud, vnde Romæ permanere prohiberetur. Contigit enim Tiberij filium mori: quo mortuo, Tiberius prohibuit omnes amicos filij sui, omnesq; familiares ante faciem suam accedere: ne illis visis, recordatione filij facta, dolor ei luctusq; moueretur. Ob hanc igitur causam in Iudæam Agrippa nauigãdo perrexit, videns se apud Romam miserabiliter viuere, eo quod omnes suas opes amiserat: & nullus illi aditus esset, vnde posset aliquos quæstus habere: nam multas etiam ibi pecunias sub fœnore acceperat, à quibus cum vrgeretur, vnde debitum consolueret non habebat. Defectu igitur consilij, & confusione, quod se taliter videret, discessit in quandam turrim, quæ in Malathoes fuerat constituta: addicens semetipsum, vt hac luce defungeretur. Quę cũ vxor eius Cypris ita esse sentiret, cœpit omnibus modis laborare, vt eum à morte prohiberet. Inuenit ergo cõsilium, vt ad suam sororem Herodiadem scriberet, quam Herodes tetrarcha vxorem acceperat, intimans ei in quibus Agrippa esset constitutus, vel qualiter se vellet morte damnare, oportere illam propter consanguinitatem auxilium ferre. Illi vero euocantes Agrippam, habitationem illi in Tiberiadem construunt, & aliquantum æris per singulos dies, quod ad victum eis subministraretur, dare præcipiunt. Sed in hoc Herodes non multo tempore perseuerat, licet etiam ipsa quę daret sufficientia non essent. Nam cum aliquo die in Tyro per vinum hoc Herodes exprobraret Agrippæ, Agrippa impatiens exprobrationis abscessit, atque inde perrexit ad Flaccum virum consularem, cum quo Romæ amicitiam non paruam induxerat. Is enim tunc gubernationem Syriæ dispensabat. Cumq; susceptus esset à Flacco, apud eum interim degebat. Retinuit ibi quoq; Flaccus Aristobulum fratrem Agrippæ, sed simultate diuersum: haud sanè per hoc in aliquo præpediebantur, quo minus amicitiam consulis honorẽq; merer entur. Sed non tamen Aristobulus aduersando cessauit, donec eum Flacco quoq; reddidisset inuisum, huiusmodi causam offensionis inueniens: Damasceni cũ Sidonijs pro limitibus certamen exercebant. Cumq; inter eos Flaccus auditurus foret, illi cognoscẽtes Agrippam, quod apud eum plurimũ posset, rogabãt vt partis eorum fautor existeret, argentum ei plurimũ promittentes. Et ille quidem omnia studiose gerebat, quod Damascenis suffragaretur auxilium. Aristobulus autem (non enim eum latuit pecuniarum quæ fuerat facta promissio) causam deportat ad Flaccum. Quę cum fieret examinatione manifestior, à sua gratia repellit Agrippã. Ille aũt extrema penuria circunseptus ad Ptolemaidem pergit, atq; ibi necessitate rei familiaris astrictus, consiliũ capit in Italiam nauigandi. Sed cum eũ sumptuũ prohiberet inopia, Marsyam libertum suum rogabat, vt ei in tanto molimine adiutor existeret, ab aliquibus pecunias mutuãdo. Et Marsyas primum quendam Beronices matris Agrippæ libertum, sed iure testamenti eius factum ditionis Antoniæ, postulat vt ei aliquas pecunias daret, scriptura & fide mediãte. Ille vero querebatur de Agrippa pro cuiusdã fraude pecuniæ: & cõpellit Marsyam, cautionem dare 111 milium Atticarũ, facereq; vt duo milia minus quingentis acciperet. Ille porrò concessit, quia non erat aliud quod egisset. Sumpta itaq; pecunia, Agrippa Anthedonem venit, & reperiens nauim, iter propositũ peragebat. Hoc agnoscens Herennius Capito, Iãniæ curator, milites mittit, vt ab eo argenti triginta myriadas exigerẽt, quę Romæ thesauris Cæsaris debebantur. Qui venientes, Agrippam pecuniam dare compellũt. Ille vero facturũ se quod iubebatur assimulans, nocte Alexandriam profugit, vbi Alexandrum deprecatur Alabarchũ, vt ei viginti myriades mutuãs largiretur. At ille ipsi quidem daturum se non promisit. Cypridi autem similia postulãti nõ abnuit, obstupescens studium dilectionis eius erga propriũ virũ, & quod eam videbat honestatis cuncto genere decoratã. Alexãder igitur quinq; illis talẽta in Alexãdria mutuatur, promittens vt cũ in Dicæarchiã veniret, ibi reliquũ daret: timens Agrippam

Herennius Agrippæ creditor

pam,quod eſſet in expenſis profuſior. Et Cypris quidem exinde virum in Italiã
A grippa ad Tiberium properat nauigaturum dimittens,ipſa cum filijs in Iudæam reuertitur. Agrippa vero Puteolos appulſus,epiſtolam ad Tiberium Cæſarem ſcribit, qui tunc Capreis agebat, preſentiam ſuam ſignificans,vt dignus fieret vultu Cæſaris apparere, quo continentiam ab eo mereretur. Petebat ergo vt ei Capreas venire concederet. Tiberius autem nihil dilatione producens, clementer illi & humane reſcripſit: inter alia gaudere ſe quoque ſignificans,illum ad ſe ſoſpitem repedare. Cumq; ille Capreas aduenifſet,nihil minus ei Cęſar alacritatis exhibuit, quam per literas oſtenderat. Nam eum & amplexatus eſt,& magnifica hoſpitalitate ſuſcepit. Sed poſtero die allatis literis ab Herennio Capitone,in quibus ſignificabatur, quod Agrippa triginta myriadas debens, ſoluendo non eſſet, & ob id tempore quo ſe ſpoponderat redditurũ profugit, exactores euitans,animus Cæſaris immutatus eſt. Nam cum illam legiſſet epiſtolam,indignatione commotus,ingreſſum ad ſe interdixit,donec ab eo debitum redderetur. Ille autem nequaquã ex Cæſaris indignatione turbatus, Antoniam deprecabatur Germanici matrem & Claudij, qui poſtea Cæſar effectus eſt,vt ei triginta myriadas mutuas impartiret, ne ab amicitia Tiberij decideret. Illa vero Beronices matris Agrippæ recordatione
Tiberius committit Agrippæ curam ſui nepotis (nam ſe hæ mulieres admodũ diligebant,ſiquidem pariter Claudio lac præbuerant, pariter illum enutrierant) argentum quod poſtulabat impartitur. Quod cũ prodebito reddidiſſet,nullo modo poſt hęc ab amicitia tiberij prohibetur. Deinde Tiberius Cæſar eum ſuo nepoti coniunxit, iubens vt ei in omnibus proceſſionibus adhęreret. Agrippa vero,propter quod ab Antonia cum magna gratia fuiſſet exceptus,cœpit omni ope niti,vt Caium ei⁹ filium in omnibus accuraret, qui fauore matris in magnis habebatur honoribus. Erat ibi fortè quidam genere Samaræus,libertus Cæſaris,ab eo mutuatur myriadas centum, ex quibus Antonię reſtituit quod debebat: ex aliquo aũt Caium amplius accurabat,vnde apud eum maiorem adipiſcitur dignitatem.

De moribus & morte Tiberij,deq; captiuitate Agrippæ,& exaltatione eius in regnum Caput XIII

IN dies igitur Agrippa circa Caium in melius procedente,quodam die ſermo
Eutychus quidam furti reus fit de Tiberio,quumq; Agrippa ex affectu vota profunderet, vt celeriter defũcto Tiberio,Caio daretur imperium, quem meliorem dignioremq; in omnibus eſſe firmabat: inter auditores horum verborum fortè fuit quidam Eutychus,Agrippæ libertus & auriga: & tunc quidem ſilentio quod audiuerat tradidit, poſtea vero cum eum Agrippa furti argueret proueſtibus aliquibus,& reuera aliqua veſtimenta ſubtraxerat,fugiens comprehenditur. Cumq; ad Piſonem duceretur qui tunc cuſtos fuerat ciuitatis,cauſam fugæ requiſitus, verba quędã ſecreta Cęſari ſe nũciare dicit,eius munimini ſalutiq; profutura. Proinde vinctum mãdat ad Capreas. Tiberius autem more ſuo vtens,habuit eum invinculis cuſtoditum. Magnam enim ſolicitudinem pro ſemetipſo gerebat,ſuper quemlibet aut imperatorem cogitans aut tyrannum, Nam neque legationes facile ſuſcipiebat,neq; ducum ſuorum,vel curatorum, vel aliorum in cæteris conſtitutorum officijs remotiones,prouectionesq; celebrabat: niſi fortè cum quiſquam in aliqua deprehenderetur offenſa. Alioqui nulli ab eo dabatur niſi morte ſucceſſor: nam vinctorum aliquas ſecretas denunciationes ſuſpectas habebat. Vnde cum amici cauſam huius diſpoſitionis inquirerent,reſpondiſſe fertur: legationes quidẽ ideo nec facile ſuſcipere, nec cito dimittere: ne cęteri videntes alios facilius abſolutos,ex hoc plures ad ſe venire incitarentur, & ſibi frequentia legatorum moleſtiam inquietudinis apportaret,preſertim cum neceſſe eſſet etiam eis dona largiri. Magiſtratus autem ſemel datos ideo ſe iugiter permittere dicebat illis, quibus fuere conceſſi, quod intelligeret conſuli per hoc & preſtari ex magna parte

ſubiectis.

subiectis. In natura nanq; omnem administrationem hoc habere firmabat, vtcir ca opes acquirẽdas faceret homines studiose festinare. Cum igitur non se aliquis perẽnem in officio permanere perspexerit, manifestum quod omne gerat studium vt antequam arceatur officio, quàm plurimum possit acquirat. Vnde quoque ad furta & rapinas plurimi concitantur. Si vero perseueraturos se in administrationibus certo cognoscant, licentia plurima conquirendi pigriores & quietiores fiunt, ad furta, vel fraudes aliquas faciendas. Cum autem celères successiones dantur hominibus, nequaquam subiecti sufficiunt ducibus deprædantibus, quib⁹ largitas temporis non est attributa: qui repleti si essent, studium omne lucrandi deponerent. Exemplum etiam eis proferebat, quendam vulneratum, ad cuius vulnus muscæ congregabantur plurimæ: quem quidem transeũtium cum vidisset, miseratus est eius calamitatem, ratusq; quod imbecillitate nimia muscas illas à se non posset abijcere, opusq; haberet alterius beneficio, interrogauit eum causam, cur sibimet ipse non auxiliaretur, molestiam repellendo muscarũ. Cui ille respondens: Amplius, inquit, læsionis importas, si has præsentes fugaueris. Istæ quidem iam repletæ sanguine, non eo modo molestæ sunt, quin etiam aliquantulũ remissius insistunt: si vero his amotis aliæ famelicæ congregẽtur, ita illud vulnus inuadunt, vt etiamsi intereant; non valeant effugari. Propterea igitur & seipsum dicebat subiectis per rapinas iudicum fatigatis consulere, per hoc quod non crebro in administrationibus alios subrogaret: qui more muscarum, cum naturaliter ad lucra ferantur, tum etiam remotionis timore, amplius incitarentur ad rapiẽdi cupidinem. Testificatur autem huic meo sermoni, quod huius esset naturę Tiberius ipsum eius opus inspectum: quandoquidem duobus & viginti annis in imperio actis, duos tantum dispensatores in Iudæam misit, quorum illa gens gubernatione regeretur, Gratum, atq; Pylatum, qui ei successerat: nec in sola Iudæa fortè talis extitit, sed etiam in cæteris regionibus non aliter apparuit. Sed etiam vinctorum examinationes differre propterea se dicebat, quia si cõdemnati morerentur, liberatio per hoc omnium malorũ imminentium illis adesset: cum vero in custodia tenerentur, maiorem illis sicut meriti essent inferri calamitatem. Propter has igitur & huiusmodi causas, etiam Eutychus auditus non fuerat, sed retinebatur in vinculis. Tempore vero procurrente, Tiberius ex Capreis Tusculanum venit, distantẽ à Roma interuallo stadiorum centũ. Agrippa vero rogabat Antoniam, vt ageret, quò Eutychi aduersum se discuteretur accusatio. Honorabilis quippe apud Tyberiũ habebatur Antonia, & cognationis & dignitatis grati: nam Drusi fratris eius vxor extiterat, tum etiã virtute pudicitiæ. Ætate nanq; viridi viduata permansit, spernens secundi viri coniugiũ, cum etiam ab Augusto cuicunq; nubere cogeretur, omnemq; suam vitam liberã detractionibus gessit. Tyberio quoque beneficium grande præstiterat, cum fuissent à Seiano insidiæ præparatæ, amico viri sui, & potentiam tunc magnam habente, eo quod multarũ tunc militiarũ ductor existeret, & quod in consiliũ eius perplures ex nobilitate concurrerẽt, libertorumq; se ad eum magna manus addiderit: sed militia omnis fuerat ante corrupta. Igitur omnibus in dies augmentum accedebat insidijs, & penè Seianus totum opus impleuisset, nisi Antonia Seiani malignitate prudẽtior, suã exercuisset in hac causa fiduciã. Nam cum cognouisset quæ de Tyberio tractarentur, scribit ad eum omnia diligenter: & per Pallantem quendam seruorum suorum fidelissimum, literas in Capreas destinat ad Tyberium. Ille autem insinuata cognoscẽs Seianum cum consocijs vniuersis interemit. Antoniam autem, licet etiam ante venerabilem haberet, venerabiliorem tamẽ ex eo habuit, eiq; in omnibus obediebat. Ab hac igitur Tyberius rogatus, vt examini daret Eutychũ: siquidẽ, inquit, mendacium est aduersus Agrippam quod dicitur, meritum habebit Eutychus dignumq; sibi supplicium: si vero in examine quę dicit vera claruerint, in illum qui causam examinari compellit, omnis pœna reuertetur. Sed Agrippa cum ei hæc ab Antonia dicerentur, magis instabat, deprecans examinationem causæ fieri.

Antoniæ dignitas

De insidijs Seiani

Antonia vero (non enim valebat Agrippam contemnere, quod erat vehemens in petendo) tempus opportunum inueniens, procedente etiam Caio eius filio & Agrippa pomeridiano (iam quippe pransi processerant) postulat Tyberium, vt vocato Eutycho, celebraretur examen. Tunc ille: Sciunt, inquit, Antonia dij, quia non ex mea sententia, sed à te coactus gerã, quicquid in hac causa fuerit gestum. Hæc dicens, iubet Macronem, qui Seiano successerat, vt adduceret Eutychum. Et ille sine vlla dilatione cum esset adductus, cœpit eum Tyberius percontari, quidnam dicendum haberet aduersus eum, qui ei libertatis munus indulserit. Tum ille: O domine, inquit, vehebatur carruca Caius, & Agrippa cum eo, ego autem ante pedes eorum assidebam. Et cum multi sermones verterentur, hoc etiam inter plura locutus est ad Caium Agrippa: O si veniat aliquando dies, vt isto sine defuncto mundi tu suscipias principatum: nihil enim Tyberius filius eius impediet, quod à te facile valebit occidi. Tum enim mundus beatus erit, & ego cum eo beatus efficiar. Tunc Tyberius credibilia quæ dicta sunt reputans, simul etiam quod iram veterem reseruaret Agrippæ, eo quod eum iusserat Tyberium nepotem suum filium Drusi frequentare suis conuentis & curare, quã iussionem Agrippa contempserat, totumq; se Caio dediderat: hunc, inquit, Macro vinciri facito. Sed Macro non satis intelligens, de quo illud verius imperaret: nam nec sperabat eum de Agrippa tale vnquam aliquid cogitare: interrogauit, vt certius de eo id quod iuberet agnosceret. Cum quo Cæsar in hippodromo deambulabat, & peruenit ad Agrippam, eumq; manu comprehendens, dixit ei: O Macro, hunc iussi vinciri. Illo etiam tum requirente, quemnam præciperet: Agrippam, inquit. Et Aggrippa subito perturbatus, ad deprecationes conuertitur, commemorationem eius filij faciens, cum quo fuisset vnà nutritus, & Tyberij, cum quo pariter fuerat educatus. Haud tamen proficiebat aliquid, sed ducebatur Austro vestitq; in vincula: & erat ardor magnus: nam æstatis tempus extabat: & ex vino quo in epulis multo fuerant vsi, cœpit siti vehementer incendi. Vnde quoq; anxius factus, præter decus atq; dignitatem cœpit cuncta respicere, vnde posset sitis inuenire remedium: & conspiciens quendam ex famulis Caij, Thaumastum nomine, aquam in vase portantem, petiuit bibere. Illo autem porrigente suscepit atq; auide bibit: Et spero inquit, ŏ puer, quod in bono tibi hęc effecta fuerit administratio. Nam cum hęc effugero vincula, nullo modo tardabo tibi libertatem à Caio promereri, qui mihi etiam vincto ministerium prębuisti: sicut etiam ante nunquam neglexisti, cum fuissem in dignitate constitutus. Neq; hæc dicens mentitus est, sed vicissitudinem ei meritam reddidit. Nam postmodum rex effectus, Thaumasto libertatem à Caio promeruit, curatoremq; eum fecit suæ substãtiæ: sed etiam moriens, filio suo Agrippæ & Beronicæ filiæ in eodem ministraturum officio dereliquit: atque in hoc honore senio grandæuus defungitur. Et hæc quidem postea facta sunt. Agrippa vero tunc vinctus stabat ante palatium, in quadam arbore prę anxietate reclinatus cum plurimis, qui simul fuerant vincti. & quadam alite considente super arborem, in quam fuerat Agrippa reclinatus, quem bubonem Romani vocant: quidam ex vinctis Germanus natione contemplatus, interrogauit milites, quisnam esset ille qui austro vestiretur. & agnoscens quod Agrippa vocaretur, genere autẽ esset Iudæus, ex his qui in illa gẽte primates haberentur: petiuit colligatum sibi militem, vt ad eum copiam acciperet accedendi, quod vellet ab eo de patria eius aliquid percõtari. Quod cum ei concederetur, accessit: & per interpretem, ŏ iuuenis, inquit, affligit quidem te repentina mutatio, magnam tibi fortunã calamitatis importans: sed verba tibi denunciabo quæ tibi ex munimine diuino fugam totius mali portendunt. Scito ergo, deos tibi tam meæ patriæ quàm huius loci testes inuoco, ex quorum prouidentia hęc nobis vincula prouenerunt, quod neque cupidine fallendi, neque vanum tibi gaudium afferre desiderans dicã, quę dixero. Siquidem tales prænunciationes, quæ non valent ipsis operibus approbari, magis faciunt mœroris argumentum, quàm si nihil

Eutychus accusat Agrippam.

Agrippa apprehenditur

Germani augurii & boni omnis interpres

verborum

verborum aduertas illorum: ideoq; iustum putaui hoc deorum præsagio nũciare. Impossibile nanq; est, non te confestim de his vinculis liberari, & ad prouectum diuturnum magnæ dignitatis & potestatis ascendere: ita vt inuidiã ab vniuersis habeas, qui te nunc miseranter attendunt: exitus etiã vitæ in beatitudine te reperiet constitutum: diuitiasq; plurimas, omniaq; quæ prima mortales ducunt, tuis filijs qui tibi nati fuerint derelinques. Memineris autem, cum iterum hanc alitem videris, intra quinque dies finem vitæ tibi venturum. Et hæc quidem tibi cuncta complentur, nisi vano hæc à numine disponuntur, cui placuit prænunciandi causa illam alitem destinare. Ego autem iniustum putaui, si talia cognoscẽs, te quoque cognoscere defraudarem. Nam vtile tibi iudicaueris paululum afflictum esse mœroribus, cum in manus tuas cuncta mortalium bona deuenerint, & omnem infelicitatem, in qua nunc detrahimur effugeris. Et Germanus quidem talia prædicens, tantum risum excitauit Agrippæ, quantum postea apparuit dignus miraculo. Et Antonia grauiter ferens Agrippæ calamitatem, intercedere quidem pro eo apud Tiberiũ, suspectum esse cernebat: ad hęc etiam infructuosum fore. Sane inuenti sunt ei Macrone ex militibus tales, qui eum sine districtione seruarent. Adhibetur etiam talis centurio, qui illis præesset militibus: sed etiam qui cum eo ligaretur talis inuentus est. Lauacra quotidiana concedebantur, sed etiam copia libertis & amicis ad eum intrandi tribuitur: aliaq; omnia permittuntur, quibus solicite curaretur. Intrabant autẽ ad eum amicus Sylas, & ex libertis Marsyas, & Stocchens, cibos afferentes quos libenter edebat, aliamq; diligentiam, quæ necessaria esse solet in rebus talibus, exercebant, indumẽta quoq; deportantes sub obtentu vendendi. Cum autem noctis adesset aduentus, stramina cõponebant, conscijs fauẽtibusq; militibus. Nam eis Macro cõmendans ante prædixerat. Et hæc quidem agebantur per menses sex, quibus Agrippa in his infortunijs habebatur. Tyberius autem reuersus in Capreas, febrium ardore corripitur: & primum quidem mediocriter, sed in peius ægritudine procedente, contrariam de eo spem habebat Euodus, amãtissimus ei omnium libertorum. Is iussit ad eum filios eius adduci. Oportere nanque dicebat, vt cum eis loqueretur, antequam terminum vitæ susciperet. Erant autem illi filij, non quidem proprij, sed adoptati: nam Drusus eius filius iam fuerat mortuus, cuius filius Tyberius fuerat adoptatus, cognomẽto Gemellus: & Caius, Germanici fratris filius, iam adulescentulus, & liberalib9 apprime disciplinis institutus, qui etiam populo & honorabilis erat & charus, propter Germanici patris eius virtutem. Nam hic ad magnum honorem apud populos fuerat sublimatus propter mansuetudinem morum, & propter affabilitatẽ qua cunctis gratus extabat. Et cum ipse clarus esset, non se tamen præferebat, sed omnibus par esse volebat. His igitur rebus non solum apud populum, sed etiam apud ipsum senatum magnus habebatur. Ad hæc etiam vnusquisq; diuersarum gentium, alius confabulationis gratia, alius fide ac mansuetudine, quam in eius moribus motibusque cernebat, ad amorem fuerat excitatus. Cæterum eius morte luctus magnus apud vniuersos expositus est: non sicut assolet, vt principi placeretur, ficto dolore monstrato: sed vera cuncti tristitia mœrebant. Nam eius mortem vnusquisque propriam suam reputabat, ita eius mores eiúsque colloquia cunctis hominibus grata fuerant. Vnde ad filium quoque ipsius, amor cunctorum fatórque peruenerat: maxime autem omnis militia eius amore tenebatur, ita vt gloriam reputarent pro eo mori, si ratio postularet, quo ipse susciperet principatum. Sed tunc Tyberius Euodo iussit, vt sub ipso diluculo adolescentes illos adduceret: Ipse autem dijs patrijs supplicabat, vt ei signũ manifestum ostenderẽt, quisnam post eum in imperium succederet: festinans quidem vt nepoti suo principatum relinqueret, maiorem tamen credens sua sententia suoq; consilio diuinæ dispensationem prouidentiæ, ideo à dijs sibimet demonstrari desiderabat. Supplicãti denique illi omem tale monstratur: ad illum videlicet venturum esse principatum, qui ad eum sequenti die primus ex omnibus aduenisset. Hæc ille cogno-

Agrippæ uinctus benigne tractatur

Tyberius Cæsar ægritudine corripitur.

Germanici laus

ſcēs mittit ad nepotis ſui pædagogū, iubēsvt primo mane puerū ad ſe perduceret, putans illa re numinis ſuperare ſententiam. Sed deus econtra de imperio decernebat. Illo igitur talia cogitante, ecce dies illuxit: iubentéque Euodum, vt quiſquis foris eſſet adoleſcentum, eum ad ſe primitus euocaret: ille autem egreſſus Caium ante tabernaculum reperit: nam Tyberius necdum aderat, ciborum acceptio ne tardatus. Ille autem ignorans totum quod agebatur, quidq; Tyberius cuperet veni, inquit, vocat te pater. Et cum dicto eum in tabernaculum introduxit. Tyberius autem vt vidit Caium tum primum intellexit maieſtatis ſupernę potentiam, & quod non ſit in hominum poteſtate de imperij conſtitutione decernere. Tunc ille primum lamentatur: ſeipſum quidem, quod eius cōſilium fuerat infirmatum, & ei poteſtas ordinandi quem vellet ablata: Tiberiū autem nepotem, quod non ſolum de imperio decidiſſet, ſed etiam ipſam ſalutem acvitam agere illi non ſine periculo fore cernebat: ad hæc etiam inuidiam illi ex cognatione futuram eſſe. Nam timore vel odio ſuſpectum fieri Caium rebatur, tam ex eo quod principatum accipere feſtinauerit, quàm ex eo quod eum inſidiaturum ſibi putatur? eſſet: quaſi feſtinaturum in ſe redigere poteſtatem. Et tunc quidē in his malis erat Tyberius ex illo euentu augurij, quod ei prę ſagium fuerat, quod eius nepos amiſiſſet imperium. Vnde multum anxius, ſe quoq; culpabat, quod illud augurium poſtulaſſet accipere: & quod cum liceret de hac vita mœroribus liberū abſcedere ignoratione futurorum per ſuam ipſius imprudentiam factū eſſet, vt cum magna infelicitate & magno dolore diſcederet. Tunc tamen licet valde turbatus, quod imperium ad quos nollet cernebat eſſe venturum, pugnauit cum animo ſuo, vt huiuſmodi verba loqueretur ad Caium: O fili, inquit, cum habeam propinquiorem Tyberium tamen ex mea ſententia deorumq; decreto, imperij tibi contribuo poteſtatem. Rogo autem te, vt nihil aduerſus aliquem recorderis, qui mihi in principatu adminiſter extititerit, vel qui mihi beneuolentiam exhibuerit aut fauorem, neq; aliquem lædas propter me, qui te ad tantam ſublimo magnitudinem dignitatis: neque circa Tyberium minus aliquid charitatis exhibeas, quàm te & cognationi debere cognoſcis, & mihi: qui tibi tantorum bonorum autor exiſto: vt dignā viciſſitudinē meæ circa te beneuolētię reddas, & ſimul Tyberium cures, vt etiā conſanguinitati quod debes exhibeas, & munimē tibi vel principatus vel ſalutis acquiras, cum tibi eum feceris adiunctum. Nam ſolitarius quiſque amplius patet periculis, maxime cum in tanta rerū celſitudine quiſquā fuerit conſtitutus: ad hæc quoque, quia nec dij impunitum quicquam relinquunt, quod contra fœdus naturæ fuerit perpetratum. Et hæc quidem Tyberius loquebatur. Caius autem, & ſi ficta locutum Tyberium ſenſerat, & ipſe longe aliter in animo gerebat, tamē pro tempore benigne reſpondit, & facturum ſe omnia pollicetur. Cæterum in imperium veniens, & Tyberium extinxit, & ipſe non poſt multum tempus inſidijs interemptus eſt. Sed hæc poſtea. Tūc autem Tyberius Caium ſucceſſorem in principatu pronuncians, pancis diebus aduiuens vita defungitur. Imperauit autem dies tres, menſes ſex, annos duos & viginti. Caius autem quartus Romanorum efficitur imperator. At Romani audientes Tiberij mortem, hilares agere cœperunt, proſpero lætificati nuncio: non tamen ad credendum, vel exedendum gaudium fiduciam gerebant: non quia forte nollent (nam multis ſuis pecunijs comparare diligerent, vt illud nuncium verum eſſet) ſed timuere, ne ſi falſo nuncio concitati gaudia ſua proderent, ab illo cogniti perirent, quod eius morte gauderent. Plures quippe ille nobiles Romanorum extinxerat. Nam erat importabilis in ira, irreuocabilis ad quicquid perpetrandum cupiditas impuliſſet & ſine ratione quoque malorum occaſionem inueniens, & in omnibus quæ facienda decernebat, aſper agreſtiſq; conſtabat. Ob hæc illi mortem eius audientes, ſuam lætitiam manifeſtare verebantur. Interea Marſyas libertus Agrippæ bonum deportarat nuncium, quem cum in balneo reperiſſet iam egredientem, noto ei ſigno dato, Hæbræaq; lingua locutus: mortuus eſt, inquit, leo. At ille verbum intelligens, gaudio

Imperia in manu dei non hominum

Stimulatio Tyberii contra Caium.

gaudio cœpit extolli. Tibi,inquit,ſuper omnia pro hoc etiam bono nuncio gratiæ abundantes repoſitæ ſunt,tantum vt vera ſint quæ dicuntur. Tunc centurio, qui Agrippæ cuſtodiendo præerat,intendens tam feſtinationem Marſyæ qui aduenerat,quàm gaudiũ Agrippę,quod ex eius verbis illi contigerat,ratus nouitatem quandam ſignificatam,interrogabat eos quid vellet ille ſermo, qui fuiſſet allatus. Illi tantiſper ſecretum efferre trepidabant:ſed dum vrgeret,nihil hæſitans indicauit Agrippa. Iam enim amicitiam magnam induxerat. Ille autem gaudiũ magnum illo ſermone percipiens,quod etiam proſperitatem ex hoc Agrippæ euenire cernebat,conuiuium ponit. Eis epulantibus, potuq; indulgentiore procedente,venit quidam dicens viuere Tyberium, & intra paucos dies in ciuitatem venturum. Tunc centurio aſpere valde illo ſermone turbatus eo quod cernebat morte digna quæ geſſerat, quod morte Cæſaris audita cum illo vincto gaudens conuiuium celebrauerit,ex lecto ponit Agrippam: Tu,inquit,fallere feſtinaſti, mortem imperatoris falſo denuncians:ſed ſcito hunc ſermonem pœna tui capitis expiandum. Hæc dicens, confeſtim largiri iubet Agrippam, & conſtringi arctiore cuſtodia. Et nocte quidem illa,Agrippa in malis fuerat cõſtitutus:ſequenti vero die,per omnem ciuitatem de morte Tyberij ſermo firmatur, & iam iamque homines illum ſermonem confidenter ac publice proferebant. A Caio quoque deſtinantur epiſtolę,vna quidem ad ſenatum,mortem Tyberij nuncians:altera vero ad Piſonem,præfectum tunc temporis vrbi: in qua iubebat Agrippam ex militũ auferri cuſtodia, & ad domum transferri, in qua primitus habitabat, antequam haberetur in vinculis : & ibi tunc interim erat in remiſſiore cuſtodia. Sed Caius poſtquã Romam venit, Tyberij corpus ſecum adducens,iuſta ei ſecundũ morem patrium opulenter magnificeq; celebrauit. Agrippam vero, cum ipſo die cuperet abſoluere,Antonia prohibuit,non odio aliquo circa vinctum, ſed opinioni conſulens Caij:ne putaretur mortem Tyberij gratanter accipere, ſi eum tam celeriter abſoluiſſet,quem ille deuinxerat. Veruntamen non multis diebus prætereuntibus,eum accerſiuit in domum,tondiq; præcepit,& veſtibus cultuq; mutato,diadema capiti eius impoſuit,& regem confirmat tetrarchię Philippi,donans ei etiã Lyſaniæ alteram tetrarchiam. Pro catena vero ferrea quam gerebat, auream ei parem pondere condonauit. Magiſtrum autem equitum in Iudæa conſtitutorum Maxillum deſtinat. Verum ſecundo anno Caij Cæſaris, Agrippa poſtulat, vt nauigare permitteretur ad propria,quo prouinciam ſibi commiſſam,& aliqua neceſſaria certo diſpenſans moderamine,reuertatur. Et permittente imperatore, venit in patriã: & præter ſpem omnium rex ab omnibus cernebatur cum magno miraculo: & in hoc cunctis apparebat,quãtam habeat in omnibus fortuna licentiam. Omnes enim hæſitabant,comparantes penuriam hominis,in quã tempore priori deciderat,& proſperitatem præſentem,qua fuerat ſublimatus. Pleriq; etiã beatificabant hominẽ, quod non fuerit defraudatus recuperatione fortunæ. Alij etiam penè incredibilia putabant,licet ſuis intuerentur obtutibus. Tanta quippe in Agrippa rerum mutatio cernebatur, vt quorundam mentes adducerẽtur in dubium.

Agrippæ nũcij at̃ mors tiberij

Herodes qua ratione miſſus in exilium Lugdunum Galliæ. C. XIIII.

HErodias autem ſoror Agrippæ,quæ Herodi coniuncta fuerat (tetrarcha enim erat iſte Galilææ prouinciæ & trans Iordanem) poteſtatem fratris ex inuidia nõ ferebat,quod eum in maiore dignitate cerneret quàm maritum & quod prouincia quidem cum fuga diſceſſerit,debitum non valens reſoluere reuerſus autẽ eſſet cum ampliſſima dignitate. Contriſtabatur igitur,grauiterq; portabat tantam mutationem fratris:maxime autem, quãdo eum intuebatur cum regalibus inſignibus incedentem, atq; hinc inde circunferri multitudine populorum,infelicitatẽ ſuę non tolerabat inuidię. Sed & viri animum cõcitabat,exhortando vt Romam nauigaret,ſimilemq; ſibi dignitatem imploraret à Cæſare: In-

tolerabilem nanq; ſibimet ipſis vitam eſſe firmabat, ſi Agrippa filius Ariſtobuli, qui culpatus à patre mori meruerit, inopia magna compreſſus, ita vt aliter non poſſet euadere creditores, niſi nauigatione diffugeret, atq; hoc modo patria decedens, cum regali fuiſſet dignitate reuerſus: ipſe vero cum eſſet filius regis, & frater eius qui tetrachiam illam ante poſſederat, vnde magis ei cognatiõis iure deberetur: ſederet in humilitate priuatæ degẽs vitæ. Quod ſi antea nihil Herodem contriſtabat, quod minorẽ honorem parente proprio poſſideret, ſaltem tunc excitari debere cõſanguinei tã præclariſſima dignitate: neq; ſe pati debere ſuperari ab eo cui pecunia ſua ſubuentum eſt: confuſionemq; debere putare, vt ille præiret honoribus, qui anteriori tempore ſua ſuſtentabatur miſericordia. Verum Romam, inquit, pergamus, nec labori parcentes, nec ſumptibus: non enim pro auro re peritura debemus prohiberi, ne ad honores valeamus ampliores aſcendere: ſed oẽ quicquid nobis eſt expẽdamus, vt regnum valeas adipiſci. Ille vero repugnabat, otiũ diligens & quietem: & moleſtiam Romæ declinans, moliebatur eam ratione deplacare. At illa quanto videbat eum quieſcere cupientem, tanto amplius inſtabat: iubens ne aliquid agendum prætermitteret, quo põſſet regnum à Cæſare promereri. His igitur illa mulier nullo modo ceſſabat, donec ſæpius fatigãdo: in ſuã eum fecit tranſire ſententiam. Ille igitur præparans opulenter vniuerſa, & nihil ſumptibus parcens, nauigat Romam, ſimul ſecum Herodiadem adducens. Agrippa vero intentionem eorum intelligens, vel qualiter præparabantur attendens, etiam ipſe ſeipſum pręparat. Cum autem nauigaſſe eos cognoſceret, mittit etiam ipſe Romam quendam ex libertis ſuis, nomine Fortunatum, plurima Cæſari munera deportantem, & epiſtolas aduerſus Herodem. Ipſum etiam inſtruit, quę ore proprio Caiũ edoceret opportunitate reperta. Qui cum ſubſecutus eſſet Herodẽ, epiſtolas Cæſari reddidit. Nam ſimul in Dicæarchiam veniẽtes, Caiũ apud Baias inueniunt, quæ ciuitas eſt parua Campaniæ, quinque ſtadiorum interuallo diſtans à Dicęarchia. Habitacula quoque ibi imperialia opulenter cõſtructa ſunt, opibus diuerſorum per tempora principum magnifice exornata. Lauacra calida ille locus exhibet, aquis ex terra vltro manantibus, aptis ſaluti corporum, quos ibi lauari cõtigerit. Caius autẽ, mox vt Herodem ſuſcepit, & primum ſermonem cum eo commiſcuit, confeſtim Agrippæ ſuſcepit epiſtolas, quibus accuſationes continebantur Herodis. Accuſationes autem erant huiuſmodi: conſilium habuiſſe Herodem cum Seiano aduerſus Tyberium, & cum Artabano Partho aduerſus Caium. Probamentũ aũt huius rei dicebatur, quod haberet Herodes conſtructionem immenſam armorum, quæ ſeptuaginta milibus pugnatorum ſuffeciſſet: Hanc in armamentario Herodis repoſitam dicebat aſſeruari. Quibus lectis motus Caius, percontatur Herodem, ſi verum eſſet quod de armis nunciaretur. Ille vero cum aliter dicere non poſſet, ne veritate conuinceretur, reſpõdit eſſe arma. Tunc Cæſar veram credens accuſationem, tetrarchiam eius abſtulit, & Agrippę regno coniunxit: ſed etiam omnes opes ſimiliter Agrippæ contribuit: ipſum autem æterno condemnauit exilio, habitaculum illi conſtituens in Lugdunenſium Galliç ciuitate. Cognoſcens vero Herodiadem Agrippæ eſſe ſororem, opes & alia quæcunq; propria eſſe probarentur, ei reſtituit, arbitrans in conſilio viri conſciam non fuiſſe: tutabatur enim etiam eam quod ſororẽ Agrippæ cognouerat. At illa: tu quidem, inquit, imperator magnifice ſatis, ſicut dignitatem tuã decebat, hæc mihi largiens: verum ego tuo vti non poſſum beneficio tuiſque muneribus propter dilectionem qua marito meo conſtringor: cui ſocia in proſperitatibus exiſtens, iuſtum non exiſtimo, vt eum in hac fortuna derelinquam. Tum ille magnitudinem animi eius indigne ſuſcipiens, ſimul eam cum Herode miſit in exilium, eiúſque ſubſtantiam Agrippæ contribuit. Et Herodiadi quidem pro inuidia, quam circa fratrem gerebat, & Herodi ob id quod muliebres hortationes & vanitates aduertit, tale iudicium ex prouidentia diuinitatis illatum eſt. Caius autẽ primo quidem ac ſequenti anno magnifice rebus vtebatur & mediocrem

Accuſationes Agrippæ aduerſus Herodẽ

crem ſemet exhibenti fauor in dies tam apud Romanos quam apud cæteros ſubiectos amplior augebatur. Sed procedente tempore, magnitudine dignitatis elatus, humanum perdidit intellectum, & ſeſe volebat conſimilem diuinitati, diuinitatem quæ vera eſt inhonorans.

De ſtatua Caij Cæſaris impedita ne ſtatueretur in templo. Cap. XV

ILlo tempore cum in Alexandria ſeditio proueniret inter Iudæos ibidem habitantes atque paganos, terni ex vnaquaque parte legati mittuntur ad Caium. Erat vero inter Alexandrinorum legatos vnus, Apio nomine, qui Iudæos plurimum blaſphemabat, multa quidem & alia dicens: illud autem præ cæteris eos accuſabat, quoniam Cęſaris honores haberent omnino contemptui. Nam cum Romano imperio ſubiectos, templa Caio fundare, altaria conſtruere, atque alia ſicuti dijs celebrare firmaret, à ſolis Iudæis duci proclamabat inglorium: debere quoque iſtos ſimulacris honorare Cæſarẽ, nomenque eius habere iurabilẽ. Hæc igitur Apione, & alia huiuſmodi duriſſima prolocuto, quibus eum in ſuperbiam eleuari poſſe cenſebat: Philo è contra ſuſcepit, qui præerat legationi Iudæorum, vir in omnibus quidem magnæ gloriæ: nam Alexandri Halabarchi germanus extabat: philoſophiæ quoque non expers: idoneus etiam defendere cauſas, & purgare quęcunque accuſationibus ſubiacebant. At hunc ex ſecretario Caius iubet excludi, abſentémque fieri. Nam tanta indignatione ſuccenſus eſt, vt crederetur aliquid ſæuiſſimum perpetrare. Tum Philo egrediens è ſecretario, dicit ad Iudæos, qui forte circa illum fuerant, vt animo confidentes exiſterent, neq; Caij furore terrerentur: nam propè eſſe, vt ipſis operibus deum repugnare clareſceret. Interea Caius grauiter ferens, quod in tanto deſpectu apud Iudæos ſolos exiſteret, legatum in Syriam mittit Petronium, ſucceſſorem Vitellio, iubens vt cum numerosa manu Iudæam inuaderet: & ſi quidem ſuſciperent ſponte eius ſimulacrum, erigeretur in templo dei: ſi vero reſiſtere molirentur, pugnando ſuperans idipſum incunctanter efficeret: atque ita Petronius in Syriam, decreta Cæſaris exigens, pergebat, vt mandatis Cæſaris miniſter exiſteret. Cumq; auxilia plurima quanta potuit congregaret, duasq; Romanæ militiæ legiones aſſumeret, Ptolemaidem venit: vt ibidem hyberna perageret, vt primo veris tempore prælium poſſet agere cum Iudæis: inde quoque conſilium ſuum Cęſari per literas intimauit: Ille aũt laudabat eius ſententiam, iubens vt nullo modo prętermitteret: & ſi minus obedientes eſſent, prælium Iudęis intẽtius importaret. Interea Iudęorum multa milia veniunt ad Petronium in Ptolemaidem, deprecantes, ne ad ſolutionem & ad tranſgreſſionem paternæ legis cogerentur. Si autem modis omnibus ſtatuiſſet ſimulacrum in Hieroſolymam inferre, ibiq; ſtatuere, ſemetipſos primitus ſi placeret interimi poſtulabant. Neque enim poſſumus, inquiunt, quoad viuimus rem iſtam admittere: quæ nobis ne fieret interdicta eſt ab eo legislatore, cuius autoritatem non valemus omnino contemnere: neque illas conſtitutiones paruipendere poſſumus, quas proaui maioresq; noſtri vſque ad ſuum interitum ſeruauere. Petronius autem reſpondit: Si in primis eſſem, meis vterer ad agendum quod oporteret conſilijs, & iuſta vobis ad me hæc eſſet oratio: nunc autẽ Cęſare iubente incumbit mihi multa neceſſitas eius decreta complendi: ne ſi cõtempſero, aliud periculum maius incurram. Tunc Iudæi: quoniam, inquiũt, ita ſapis ò Petroni, vt tranſgredi Cæſaris mandata non audeas, neq; nos legis diuinæ prȩcepta tranſgredimur, qui virtute maiorum noſtrorũ & laboribus inſtituti: nũc vſq; ſine tranſgreſſione viuimus: neq; in tantam auſi fuerimus nos prȩcipitare nequitiã, vt quæ à deo interdicta ſunt fecerimus, vel aliquibus bonis illecti, vel metu mortis adacti: ſed fixum animo tenemus, vt pro ſeruatione legis noſtrę cũcta pericula ſubeamus, ſpem gerentes fortiſſimam, deum nobis auxiliaturum in prȩſentia, & mercedem poſtea redditurum, ſi pro eius cultura fuerimus aliqua mala perpeſſi. Si vero tibi voluerimus obedire, non ſolum infamiam debilitatis incurrimus, quod timore tranſgreſſores legis efficimur; verumetiam immaniter ofPhilo

Mittitur Petronius contrà Iudeos

Constantia Iudæorum

fendimus deum, qui etiam te iudice multo antiquior tempore censetur esse quàm Caius. Tunc Petronius considerans ex verbis eorum immutabile firmumq; propositum, & sine pugna se non posse Caij præcepta perficere in eius erigendo simulacro, nec sine multa cæde negotium illud euadere: assumens omnes amicos, & cuncta sua seruitia, in Tiberiadem pergit, volens Iudæorum instituta cognoscere, vel cuiusmodi essent, vel qualibus ordinibus haberentur. Iudæi vero magnum quidem sibi ex bello Romanorum cernebant imminere periculum, sed magis iudicabant subigi, quàm impij efficerentur in deum. Multa itaq; milia Petronio in occursum veniunt, ad Tiberiadem vndiq; confluentes: & supplicationibus vtebantur, ne cogerentur ad talia, vt pollueretur ciuitas erectione simulacri. Ad hæc Petronius: Et pugnabitis, inquit, cõtra Cæsarem, neque illius potentiam, neque vestram putantes infirmitatem? At illi: Minime nos, inquiunt, pugnare disponimus, verumetiam sumus mori parati, antequam legis nostræ mandata soluamus. Simulq; in faciem prostrati, perimi se paratos esse firmabant. Et hæc quidem per dies quadraginta gerebãt, culturam quoque terræ negligentes, cum maxime tempus exigeret. Nam iam ea pars anni vertebatur, quando solent semina terræ mandari. Tantus quippe eos moriendi feruor accenderat, ne simulacrũ aliquod poneretur in ciuitate. Taliter igitur se rebus habẽtibus, Aristobulus Agrippæ regis frater, & Elicias maior, alij quoque optimi viri ex eadem ipsa familia, & plures de primatibus ad Petronium venere, deprecantes vt bene de negocio præsenti consuleret, neque de tantæ multitudinis perditione cogitaret: quin potius scribendum Caio decerneret, significans immobilem animum Iudęorum, neque eos constitutionem simulacri velle suscipere: omnem quoque culturam terræ negligere. sed & in occursum suum venisse: & pugnare quidem nec velle nec posse: mori tamen incunctanter paratos, antequam transgressores suæ legis extarent: debere igitur consuli, ne in aliud intenta multitudine, terra inculta remaneat, & postea per inopiam latrocinia perpetrentur: fortassis enim posse Caium emolliri, & nihil crudele decernere, neq; talia disponere, quibus ad seditionem populus excitetur. Et Aristobulus quidem, alijq; qui cum illo erãt, talibus Petronium deprecabantur. Petronius vero instante Aristobulo & cęteris, videns quoniam non pro rebus minimis supplicabant, videns etiam Iudeorum constantiã: sæuũ quoque ratus, vt multa milia hominũ per ipsum darentur in mortem, si vel let Caij furiæ ministrare, simul etiã se deũ offensurum, & cũ pessimis postea spebus aduiuere: multo melius iudicat, vt scriberet Caio: vt eius animo mitigato, nihil per eũ iniquum cõtingeret: aut si forsitan indignatione commoueretur, quod eius mandata minime compleuerit, & aduersus eũ aliquid mali decerneret: bene contentum esse iudicabat, pro meliore causa, & pro tanta hominũ multitudine subire discrimen. Conuocans igitur in Tiberiadem magnam multitudinem Iudęorum (nam multa milia illic fuerãt congregata) & constituens in circuitu cũctas militias & turmas, censuit primo non suam, sed Cæsaris proferre sententiã, dicens timere se iracundiam Caij: proinde accedere ad perficienda quę sibi præcepta sint, oportere se firmabat: qui tanto fuisset ex eius beneficiis honore sublimatus, vt nihil contrarium eius voluntati perageret. Verũ non arbitrior, inquit, iustum esse: vt salutem honoremq; meum non pro vobis, qui tam plures estis, impendam: nec permittam, vt per me paternę legis vestrę instituta soluantur: nec adeam dignitatem templi dei contemnere, vt per potestates principum, iniurię vestris religionibus ingerantur: sed scribam ad Caium, vestras illi voluntates intimans, quantum possum causam adiuuans, & vestrum in bono propositum: & spero quia aderit deus, cuius potestas potior est omni humano molimine humanaque virtute: potens est enim & vos in conseruatione legis vestrę protegere, & me tutari, vt nec ab ipsis etiam excidam humanis honoribus. Quod si etiam exasperetur forsitan Caius, vt iram suam in me velit effundere, sumam omne periculum, omnem miseriam, quęcunque corpori meo possit infligi, ne vos

Modestia Petronii & prudentia

tantos

tantos pro rebus optimis pereuntes intuear. Ite igitur vnuſquiſq; veſtrũ ad opus proprium, & terræ veſtræ culturam impendite. Ego vero Romam literas deſtinabo, & omnia pro vobis, tam per me quàm per amicos, quæ rei conueniant agere nõ omittam. Hæc dicẽs, Iudæorũ dimitti congregationem iubet, vt culturæ terræ diligentiam exhiberent. Omnes aũt alloquio nobiles populi adhortabatur, vt ſpem meliorem gererent. Et ille quidem hoc modo multitudinem lætificare feſtinabat. Deus autem ſuam manifeſtauit repente præſentiam, & adiutoriũ ſuũ in omnibus fore Petronio. Simul enim vt finem loquendi fecit, confeſtim ingẽs deſcendit pluuia prẽter ſpem omnium. Nam illo die ab ipſo ſolis ortu ſerenitas magna claruerat, nullumq; ſignum pluuiæ in cœlo fuerat viſum: ſed etiam omnis annus magna fuerat aridate ſiccatus, ita vt deſperatio fuiſſet exorta, non ſolum pluuiæ, ſed etiam ſi vnquam poſſet cœlum tectũ nubibus apparere. Tunc igitur etiam præter conſuetudinem tanta inundatio venit aquarum, vt Iudæis ſpes magna fieret in nullo fruſtratum iri Petronium, pro eorum negotio laborãtem. Petronius autem amplius obſtupuerat, videns manifeſtiſſime deum Iudæorum ſe conſolatorem oſtendere, & multum ſuam declaraſſe ſententiã, ita vt nec illi forte contradicere valerent, quibus religioni noſtræ reluctari tota laborat intentio. Scribit ergo ad Caium, poſtulans ne tanta milia hominum contemneret, quæ non poſſent ſine bello & ingenti cæde ad tranſgreſſionem ſuæ religionis impelli: peritura quoq; tanta tributa, quæ ab illa gente darentur: memoriã etiam non bonã Romani nominis in poſteriora tempora relinqui: ſuper hoc quoq; virtutem diuinam Iudæis præbere præſidium. Nam exploratum eſſe firmabat pro Iudæis euidenter indicium. Et Petronius quidem huiuſmodi literas deſtinauit. Agrippa vero rex (iã enim tũc Romæ fuerat) amplius in amicitia gratiaq; Caij creſcebat. Et forte quadam die epulum præparauerat Cæſari, vbi magnam impenderat diligentiam, vt omnium in cibis elegantiam vinceret, omnesq; ſuauitates & delicias ſtudioſius prouideret, ita vt non ſolum cæteros anteiret adinuentionibus epularum, ſed nec ipſe Caius multum cupiens ei poſſet æquari. Tũc Caius admodum admiratus tam ingenium eius, quàm magnificẽtiã animi quod ſuper virtutem ſuam ſumptus expenderet vt ſibi placeret, voluit munificentiam Agrippæ remunerare. Tum itaque ex delicijs & voluptate ac vino hilarior effectus, cum ab Agrippa ad potum inuitaretur: & primũ, inquit, quãuis tibi honorificentiam exibui pro beneuolentia & fauore, quem circa me ſemper habuiſti, vt etiam apud Tiberium periculum ingens incurreres, verum quia in omnibus te video & virtute præditum, & nos amore ſuperantem, indecorum exiſtimo tuo circa me ſtudio ſuperari. Volo itaque, quod antea minus feci, modo perficere, & tãtas tibi munerum copias attribuere, vt magnum momentũ tuis opibus, & tuis accedat honoribus. Et ille quidem hæc dicebat exiſtimans quod poſceret aliquos reditus ſibi dono dari: vel ciuitates, exhiberi. Ille autem quamuis præparatum haberet quod petere cupiebat, timens, haud ſuam voluit aperire ſententiam: ſed reſpondens confeſtim Caio, quia neque primo lucro, ſed eius gratia delectatus, vt contra Tyberij præceptum ſtudium accurationis ei impenderet, neq; modo ſe aliquid agere intentione lucri, ſed ſola eius gratia ſemper ſe fuiſſe contentum aiebat: nam & multa ſibi ab eo & maiora fuiſſe donata: quæ ſi tua, inquit, virtute tuaq; potentia minora ſunt, meo tamen, hoc eſt, accipientis merito & dignitate mea multum conſtat eſſe maiora. Caius autem obſtupeſcens eius continentiam, magis inſtabat vt diceret, quid ſibi cuperet donari. Ille quoniam, inquit, ô domine magnanimitate nimia dignũ me muneribus tuis exiſtimas, poſtulo nihil quidẽ quod ad diuitias opesq; pertineat: nã me anterioribus tuis muneribus admodum locupletem reddidiſti: ſed illud peto, quod tibi & opinionem pietatis efficiat, & diuinitatis mereatur auxilium vnà etiam mihi gloriæ fuerit apud audientes: quod nihil à te petierim, ad vſus pertinens temporalium rerum. Poſtulo igitur, vt erectionem ſtatuæ, quam in templo Iudæorum faciendam

Pluuia inſperata.

Petro-

Petronio præcepiſti, vltra nolis effici. Et ille quidem, licet periculoſum exiſtimaret illud expoſcere: nam niſi rectum quod petebatur iudicaret Cæſar, nihil aliud niſi mortem afferret illa petitio: ergo quamuis periculoſum eſſe cenſeret, tamen contemptis alijs ſibi neceſſarijs & vtilibus, illud Cæſarem poſtulauit. Caius autem, tum eo quod ab Agrippa taliter fuerit accuſatus, tum quia indignum exiſtimabat mẽdax corã tãtis arbitris apparere, ante quos alacriter cõpellabat Agrippam quod vellet expetere, paululũ ſui pœnitẽs, mox vero virtutem Agrippæ miratus, quod ſuum regnũ non reditibus, non pecunijs, non alio quocunque munere amplificari cupiuerit, ſed pro conſeruanda lege culturaq; diuinitatis illibata celebranda interuentor extiterit, cõceſſit: ac ſcribit ad Petronium, laudans quidem eum, quod exercitus inſtruxerit, pugnareq; cum Iudæis fuerit præparatus, & omni niſu laborauerit iniũcta perficere. Verum ſtatuam, inquit, ſi contigerit erexiſſe, vt conſtituta eſt perſeueret: ſi vero necdum erecta eſt, nihil vltra fatigandus exercitus, & auxilia dimittenda: teipſũ vero ad ea quę miſſus es curanda, conuenit proficiſci: nam vltrà iam opus non habeo vt erigatur ſtatua. Hoc enim Agrippæ gratiæ conceſſum eſſe volo, viro honorabili mihi ſemper, ſed nunc amplius honorando. Et Caius quidem talia ſcribit Petronio, antequam ſeditio maior oriretur. Nam ita iam mẽtes omnium tumebant, atq; talia voluntatũ eorum indicia monſtrabantur, vt ſi forte contrarium nuncium aduenireret, parati eſſent apertum bellum gerere cum Romanis. Sed Caius, cuius animus erat obnoxius turpitudini, alienus bono conſilio: & in omnibus quę facienda decerneret, ira magis pertinax ad implendum: moderari ſe nullo modo ſciens: ſed beatitudinem iudicans: ſi omne quod ſibi eſſet voluptati perficeret: poſtea ſcribit Petronio huiuſmodi verba: Quoniam, inquit, dona quę tibi Iudæi dedere, meliora iudicas quam mea complere præcepta, & cuncta quæ illis libita ſunt ſtudes efficere, mea mandata contemnẽs, iubeo temetipſum iudicem fieri, & eligere quid debeas pati, qui mẽ ad tantam iracundiam concitaſti: vt exemplum efficiare cunctis & præſentibus & futuris, quo nullus audeat imperatoris mandata contemnere. Hanc igitur epiſtolam deſtinauit quidem Petronio, non tamen ipſo viuente perlata eſt. Petronius autem tardius eam aliquãto ſuſcepit, remoratis nauigio portatoribus: in tantum vt etiam ante hanc epiſtolam alias literas accepiſſet, in quibus de morte Cæſaris certior redderetur. Non enim obliuiſci poterat deus tantorum pericu lorum, quę Petronius cum alacritate magna ſubierat, vt Iudæis in honorem eius religionis gratiã præſtitiſſet: & Caium de medio auferens, mercedem illi dignam pro illius impietate reſtituit, cooperatus eſt autem Petronio. Nam tanta illi dilectio comparata eſt, tam Romæ quàm in vnoquoque regno, vt dei gratia ſuper eum euidens appareret. Romæ nanq; ſenatorij ordinis, & quotquot dignitatibus eminebant, tam virtutis merito, quàm odio Caij, quod propter eius crudelitatem iniquitatemq; cõceperant, circa Petronium magno fauore ferebantur. Mortuus autem eſt nõ poſt multum temporis, quàm fuerat epiſtola ſcripta Petronio in qua eum morte damnauerat. Cauſam aũt per quam extinctus eſt, & totum ordinem inſidiarũ, narrabo procedente ſermone. Petronio vero prima venit epiſtola, mortem indicans Caij: poſt aliquãtum vero temporis ea, in qua propria manu ſemet ipſum interimere iubebatur. Vbi miranda eſt diuinæ clemẽtiæ prouidentia, quo modo ſine vlla dilatione tantam illi retributionem mercedis indulſerit, pro honore quem exhibuit templo dei, & pro adiutorio quod Iudęis præſtitit, vt per eum beneficium ſalutis acciperent.

Literæ Caii ad petronium

Prouidentia dei erga Petronium

De actis Aſinei & Anilei fratrũ, & maxima ſtrage Iudęorum in Babylonia & Seleucia. Cap. XVI

CONtigit etiam per idem tempus Iudæis illis, qui in Meſopotamia & Babylonia habitabant, valde magna calamitas, vbi quoq; multa cædes accidit, quanta antequã ante refertur in hiſtoria: de qua cuncta diligenter abſoluam, vt cauſas

cauſas ipſas ex quibus prouenit inſinuem. Neerda dicitur Babyloniæ ciuitas, ad modum populoſa, habens circa ſe plurimã fœcũdamq; regionem: quę cum alijs plurimis bonis, tum etiam hominibus ipſa referta eſt, hoſtibus quoq; inadibilis. Nam eam Euphrates vndiq; circumiens, in medio continet vniuerſam. Ad hęc etiam mœnibus eſt munita firmiſſimis. Eſt aũt alia ciuitas, cuius Niſibis vocabulum, circa eiuſdem fluminis fluenta conſtructa: vnde Iudæi quoque natura confidentes locorum, cenſum quem ſolẽt in honorem dei tribuere, ibidem cuſtodiendum illo tempore deponebant. Sed etiam alia munerã decora tẽplorum illis ciuitatibus habuere: nam eis veluti penu, vel promptuario munitiſſimo ſecuri vtebantur: hinc aũt in Hieroſolymã, cũ tempus expeteret, pecunias dirigebant. Plurima quoq; inde hominum milia paſcebantur. Erãt itaq; duo quidam homines, Aſineus & Anileus nomine, Neerdatenſes quidẽ genere, & inter ſe germani fratres. His præceperat materq; patre orbati fuere, vt nauium operarentur vela: quia non indecorum apud eiuſdem loci cives hoc opus habebatur, ita vt etiã plures apud eos virorũ, eis exerçeantur operibus, quę vſui marino proficiant. Hos quadam die magiſter, qui eidẽ operi pręerat, apud quem etiam ipſam artẽ didicerant, de aduentu & tarditate culpauit, eosq; verberibus vltus eſt. Illi vero grauiter hoc ferentes, arma quantacumque in eius domo ſeruabantur, abripiũt: & pergunt in quendam vicum, qui diruptio fluminũ vocatur, vbi optima ſolebant paſcua germinari, ibiq; ea repoſuerunt. Quo facto, congregantur ad eos plurimi iuuenes, quotquot egeſtate laborabant. Hos armis inſtruunt, ipſi vero veluti ductores agebant. Ibi quãdam ſibi extruentes arcem, demandant vniuerſis, qui per illa paſcua armenta ductabant, vt illis cenſum redderent, atque ex hoc & cum eis amicitiam haberent: & aduerſus hoſtem qui depopulatum forte prorumperet, auxilio fore ſe firmabant. Illi vero dicto audientes fuere, non enim aliter facere valebant, & ex pecoribus mittebant quantacumq; iubebantur: ac proinde manus & virtus illis amplior accedebat, & poteſtatem habebant quęcũq; animus vellet efficere, alios fugare vel lædere, alios regere vel curare, non ſolũ incolas regionis, ſed etiã quos forte tranſire cõtingeret: nomẽq; eorũ formidoloſum ſatis habebatur, & per ſingulos dies de eis ſermo creſcebat: donec ad regem Parthorũ vſq; peruenit rumor. Satrapa vero Babyloniæ, poſtquam iſta cognouit, voluit eos in ipſis initijs reprimere, antequam eis licentia creſcẽte malum amplius oriretur. Et congregans manu quã plurimam potuit, ſed etiam ex Parthis Babylonijsq; quãplurimos, aduerſum eos repente tendebat, nolens eos nunciũ ſui antequam veniret, accipere. Igitur per occulta ductãs exercitum, & veniens in quendã nemoroſum locum, ibidem latitabat. Et ſequenti die (illuceſcebat nanque ſabbatum, in quo Iudæi nihil operantur) ratus eſt reſiſtere non auſuros, atq; hoc modo ſine pugna victos poſſe abducere. Paulatim ergo ac pedetentim accedebat ad locũ, vt cũ proximus fieret, ſtatim in eos irrueret. Sed Aſineus, ſicut forte cum alijs nonnullis conſederat, ante quos arma fuere iacẽtia: ò viri, inquit, hinnitus equorum meas aures allapſus eſt, non equarũ amor: ſed equorũ viros vehentium hinnitus ſcio exiſtere: nã etiam ſtrepitũ frenorum ſimul aduerto. Vereor, itaq;, ne nos circumfuſi hoſtes aggreſſi ſint. Sed citius quiſpiã ex vobis ſpectatũ procurrat, qui nobis quidnã iſtud ſit manifeſte denũciet. Opto autem falſa me locutũ fuiſſe, & deceptum potius veriſimilitudine ſonitus, quàm vera ſenſiſſe. Et ille quidẽ huiuſmodi verba locutus eſt: Cum ecce ſimul quidam adueniũt ſpeculati negotium: & celeriter accurrentes, neque tu, inquiunt, falleris, ſed integre coniectaſti, quæ aduerſus nos geruntur. Ab hoſtibus circundati quippe ſumus dolo, nihil à brutis animalibus differentes. Nam nos plurimus equitatus inuadit, eo præſertim tempore, quo nudi omnibus armis extamus, ob id, quod lex paterna vacare nos, & nihil agere hodie præcipiat. Aſineus porrò, non ſecundum ſpeculatoris ſententiam quid deberet fieri decernebat: ſed legale magis exiſtimans, ne demiſſis manibus pereuntes, lætitiam hoſtibus exhiberent, oportere iudicat, vt non

Neerda oppidum

Niſibis oppidum

ſine

ſine hoſtium vltione operentur. Arma itaque corripit, alios qui circa illū erant ſimiliter adhortatur, eos in audaciam excitans, vt virtutis memores, hoſtes itinere feſſos inuaderent: atq; impetum facientes, multos obtruncāt, alios fugauerūt. Nam eos ſecuritas, qua ſe putauerāt quaſi cuncta parata reperturos, & ignauos & molles effecerat. Parthorum autem imperator cum ei tale nuncium aduenisſet, obſtupefactus ſuper illorum fratrum audacia, deſiderauit eos videre, & cum eis miſcere colloquium: & mittit ex armigeris fideliſſimum, qui diceret: Imperator Artabanus, quamuis læſus à vobis, & quamuis ſua prouincia depręda, tamen nulla circa vos indignatione, qua debebat accenſus eſt: ſed conſideratione virtutis veſtræ, magis in veſtram gratiā factus attonitus, miſit me, dextram vobis fidemq; præbiturum, vt ad eum veniatis, & eius habeatis amicitiam, nullum dolum aut inſidias formidantes: dona etiam ſe daturum promittit, & honoribus ſublimare, ex quibus potentia vobis maior acreſcat. Tunc Aſineus ipſe quidem diſtulit, ſed fratrem ſuum Anileum cum muneribus mittit, quæ præparare potuerunt. Et ille quidem ita perrexit, atq; perueniens ad imperatorem ingreditur. Artabanus autem audiens Anileū veniſſe, interrogabat cauſam, cur etiam Aſineus non ſimul aduenerit. Cumq; audiſſet, quod timore ſuū aduentum ſubtraxerit, cœpit per deos patrios obteſtari, nihil ſe mali facturum in eos, ſi ſe eius cōmitterent fidei. Inter illos enim barbaros eſſe ſolet iudicium, vt nunquàm quiſquam inter eos, poſtquàm dextram præbuerit, mentiatur: nec quiſquā de fide dātis dextram dubitauerit. Et Artabanus quidem iſta gerens, mittit Anileum perſuaſurum fratri, vt ad eum etiam pariter ipſe adueniret. Agebat autem hæc imperator, opus habens illis fratribus, pro tutamine illius ſatrapiæ, eo quod in aliena regione facile poſſent ab imperio ſuo decedere, vt antequam tale aliquid contingeret, ipſe illos per amicitiam occuparet. Timebat etiam ne in Babylonia plurimi ſe Aſineo coniungerent, & ille manu valida congregata, præſertim in illis locis tā mitiſſimis, facile ſe à Perſarum imperio defenſaret. Et ille quidem talia reputās, mandabat Aſineo. Anileus autem perſuaſit fratri, intimans ei munificentiam & alacritatem imperatoris, tum etiam iuſiurandum quod ei præbuerat: proinde ad Artabanum cum alacritate pergebant. Ille autem eos cum gratia magna ſuſcipiēs, admirabatur Aſineum, quod ita magnanimus extitiſſet, cum corpus poſſideret ad videndum breue, & quod contemptui ab intuentibus haberetur: eiusq; prudentiam ſtrenuitatemq; conſiderans, fertur ad amicos dixiſſe, quàm maior eſſet anima corpore tam minore. Oſtendenteq; Aſineum vni ductorum ſuorū, Abdagadi nomine, atque eius nomen indicāte, omnemq; virtutem & ſtrennuitatem eius intimante, qualis extitiſſet in bello: Abdagades poſtulabat permiſſum ſibi contribui, vt eum occideret, atque iniurias eius & depopulationes, quas in prouincias commiſerat, vltum iret. Non permittam, inquit imperator, hæc fieri in eum virum, qui mea fide præſumptus, dextram à me iurationemq; deorum accipiens, venire properauit. Tu quia vir bonus extas in bello, nihil perivrijs meis opus eſt, vt Parthorum iniurias vlciſcaris: diſcedentem vero, ſi cupis inſequere, eumq; ſi poteris iure belli ſuperato. Mane itaque facto, accerſiri iubet Aſineum. Tempus tibi eſt, inquit, ò iuuenis ad propria diſcedendi, ne forte plurimos ad te ductorum irrites, & ſine mea conſcientia pereas. Commendo autem tibi Babyloniæ regionem, vt eam lædi à latronibus nō permittas, ſed tua virtute à malis omnibus defendatur. Dignus nanque ſum à te optimo homine hanc reciprocationē accipere, qui tibi fideles animos omnino ſeruauerim: neq; ad eos attendi, qui fuerant ad tuum interitum irritati, ſed ad ſalutem tuam tutandam ſedulo feſtinaui. Hæc dicens, eum donatum muneribus cōpetentibus, in propriam deſtinat regionem. Ille autem domum reuerſus, oppida conſtituit, & caſtella quæ primo fuere reſtaurando confirmat, atq; ita breui magnus effectus eſt: tantaq; per eum negocia gerebantur, quanta nunquam ab alio ante ipſum geri potuerunt. Tantus ergo fuerat factus, vt etiam ab ipſis Parthorum ductoribus honoraretur, qui ad illam regionem

lam regionem per tempora mittebantur. Nam ſolam Babyloniorũ honorificentiam habere minorem ducebat, quam ſuę virtutis merito debere iudicabat exolui Omnia igitur negotia quæ in Meſopotamia gerebantur, ex eius poteſtate pendebant, & amplius eius felicitas per annos quindecim amplificata creſcebat, & bonorum omniũ vigore ac flore pollebat. Sed dum tali proſperitate fruerẽtur, ſubito malorum illos occupauere principia, quæ huiuſmodi cauſis occipiunt. Poſtquã enim ſtrenuitate ac virtute ad magnam peruenere potentiam, conuertuntur ad iniurias perpetrandas, & tranſgreſſiones paternarũ legum, cupiditatibus in trãſuerſum agentibus. Denique Parthorum quendam ductorem inuadunt, qui ad gubernandam illam miſſus fuerat regionem, quem etiam propria vxor fuerat comitata: Hæc cum in alijs pluribus rebus laudabilis erat, tum pulchritudine cunctas fœminas anteibat, ita vt magnum decoris miraculum ſpectantibus apportaret. Hãc Anileus ſiue pulchritudinem eius auditu cognoſcens, ſiue proprio viſu conſpiciens, adamauit. Deinde cœpit inſidias eius viro præparare, eumq; hoſtiliter inuadens interemit, illam autem abripiẽs ſibi coniunxit. Quæ mulier haud equidem ſine magnis calamitatibus Anilei domum ingreſſa eſt, ſed tam ipſi quàm Aſineo fratri, magnorum malorum deportauit aggeriem, per huiuſmodi cauſam: Cum enim illa poſt mortem viri, deorum ſuorum ſimulachra ſumpſiſſet, quæ more paterno tam ab ipſa quàm à viro eius religioſe colebantur: cœpit ea domi habere, & ſimili cultu venerari: ſed etiam cum alicubi forte pergebant in exteras regiones, ſecum illa ſimulachra portabat. Et primo quidem latenter hunc ritum religionis exercebat, poſtea cœpit etiã marito monſtrare, quali modo vel lege deos illos cum primo ſuo cõiuge coleret. Tunc ſocij eorum, qui ab eis inter primos honorbantur, primum quidem ad ipſum Anileum locuti ſunt: quia non deberet Hebraico ritu contempto, & neglectis ſuis legibus, eam mulierem accipere, quę contrario ritu aliam religionem habens, interdicta ſibi ſacrificia dijs extraneis exhiberet: debere illum aiebant rebus ſuis bene cõſulere, ne forte amore mulieris & voluptate corporis captus, illa celebrari permittẽs ſeq; regnumq; ſuum peſſundaret. Sed cum nihil proficerent talia commonentes, virum etiam quendam illorũ, qui maxime inter eos honore fungeretur, quoniã ampliore fiducia locutus ſit, interemit. Ille vero moriens, maledixit ipſi Anileo fratriq; ipſi Aſineo, cunctiſq; ſocijs vt ſimiliter ab hoſtibus interirent: ipſi quidem, quod tale in ſe facinus perpetraret: illis autem, quod non prohibuerint, neq; vllum auxiliũ tulerint homini, pro legibus paternis & pro tanta gente proloquenti. Cuius mortem omnes quidem grauiter ferebant: tolerabant tamen non ob aliud, niſi quia illorum potentia ad infelicitatem ducebantur. Cum autem culturam etiam deorum Parthorum audiſſent, vltra tolerandum non eſſe iudicabant opus Anilei, quod in legem patriam iniuria gerebatur. Itaque plurimi congregati, ad Aſineum accedunt: & eum magnis vocibus increpabant, dicentes: Bene quidem eſſet, ſi neque primum tale aliquid fieret: ſed quia iam factum eſt, ſaltem nunc correctio conſequatur, antequàm illud peccatum illi cum cæteris omnibus adducat interitum. Eiq; exprobrabant, propter nuptias cum alienigena muliere confectas, contra conſuetudinem legis ipſorum: & ſuperſtitionẽ mulieris, quæ in iniuriã dei ſui fuiſſet inducta. Ille aũt, quamuis peccatum fratris cognoſceret magnorum malorum fuiſſe cauſam & fore, veruntamen victus conſanguinitatis fauore tolerabat: veniamq; fratri dabat, quod fortiore malo libidinis vincebatur. Sed cum plures ad eum in dies accuſationes a pluribus aduenirent, tunc de his Anileo loqui compulſus eſt, increpãs eum, & quieſcere de cętero iubens ab illis operibus, & vt mulierem ad ſua propria parentéſque reuocaret. Sed nihil eorum verborum percipiebat effectum. Mulier autem ſentiens tumultum, qui propter ſe populos obtineret, venenum inter cibos dedit Aſineo. Quo ille accepto, defunctus eſt. At illa ſine vllo timore poſtea degere cœpit, ſolum ſui iudicem habens, quem ſentiebat ſuo amore conſtrictum. Porrò Anileus ſolus regni moderamina excipiens, exercitum ſumens, vicos Mi-

thridatis inuadit, viri apud Parthos in primo loco constituti, & regis Artabani filiam in coniugio possidentis. Vbi cum irrumperet, omnia prædæ dedit: & multas pecunias inde, multosq; captiuos abripuit, & numerosum pecus abduxit: & alia plurima, quæ ad diuitias opulentiamq; pertinere noscuntur. Sed cum hæc Mithridates audisset, quod talis in suis vicis præda & captiuitas fuisset effecta, graui ter tulit, quod ipse ante nihil lęsisset Anileum. Anileus vero quod exordiũ tantæ sumpsisset iniuriæ, tanta in se dignitate contempta: congreganſq; quamplurimum potuit equitatũ, sed etiam ætate feruẽtium non minimam manum, aduersus Anileum venit, & contendebat, vt cum eo bello decerneret. Sed antequàm ad eum veniſſet, in quodam occulte castra constituit, vt inde proxima die in hostes irrumperet: quoniam sabbatũ illucescebat, cum à Iudæis otium & vacuitas exercetur. Anileus autem ista cognouit à quondam homine Syro, alienigena, ex alio vico: qui cum alia integre nunciaret, tum etiam vicum intimabat, vbi Mythridates mansionem fecerat. Milites itaque cœnare faciẽs, castris egressus est, cunctis ignorantibus quod aduersus Parthos tenderet. Et circa noctis ferè quartam vigiliam, hostes inuadit, alios dormientes obtruncat, pleroſque in fugam conuertit. Mithridatem autem viuum tenens, secum ducebat, super asinum nudum imponens, quod valde ignominiosissimum apud Parthos habetur. Cumq; ad locũ proprium peruenit, hortabantur amici, vt Mithridatem perimeret. Sed contrà ipse consilium aliud dicebat, non rectum esse dicẽs, vt Mithridatem extingueret, virum primo genere apud Parthos ortum, & necessitudine connubij apud regẽ Artabanum magnifice honorabilem: nunc autem vtcunque tolerabile censeatur esse quod factum est: quoniam & si iniuriatus est Mithridates, verum tamen beneficio salutis erit se liberantibus gratiam debiturus: si vero quicquàm patiatur, nequaquam regem Artabanum patienter laturum, sed magnam cladem Iudæis importaturum in Babylonia constitutis. Parcere itaque illi melius videtur, & propter consanguinitatem qua regi coniunctus est, & pro tanta dignitate qua inter suos honorabilis ac magnus habetur. Et ille quidem talia in concione loquens, omnibus persuasit. Dimittitur igitur Mithridates. Sed ei reuertenti, eius mulier exprobrabat, nisi festinaret vtpote regis gener, & in tanta dignitate constitutus, supplicia sumere de his qui contumeliam ingessissent. Turpe nanq; illa esse dicebat, vt salutem eligeret, postquàm captiuus in manus Iudæi hominis fuisset, & nunc aut vltum ire suam iniuriam intenderet, aut se per deos iurare coniugij fœdera soluturam. Has ille exprobrationes per dies singulos minime ferẽs, magnanimitatem etiam mulieris metuens, ne inter eos coniugium solueretur, non sponte quidem neque volens congregans manum quàmplurimam potuit aduersus Iudæos tendebat, intolerandam & ipse salutem ęstimans, si Parthus impune fuisset à Iudæis repulsus belli certamine. Anileus autem, vt cognouit ad se tendentem cum multa manu Mithridatem, ingloriũ iudicauit si in locis suis maneret, & non magis anteueniens hostes occurreret, ex prosperitate prima confidẽs iterum se pugnaturum, credens audentibus virtutis etiam robur accrescere. Multi itaq; illi superiorum exercitus se coniunxere, sperantes prędam se sicut antea relaturos, & in ipsa prima facie terrorem hostibus illaturos. Pergunt itaque illo die stadia nonaginta, per loca vasta & inaquosa iter facientes: sed medio die, ardore solis ingenti, sitis Iudæos occupat. Mithridates autem apparens continuo, fessos itinere, ac siti fatigatos inuadit. Illi nec æstum nec arma ferre valentes profugiunt. Parthi vero insequentes, magnam cædem faciunt, Iudæorum multæ myriades occumbunt. Anileus autem, & quotquot circa eum erant, in syluam se recipiunt. Mithridates vero magnam victoriã sumens, magno gaudio cœpit exultare. Congregatur aũt ad Anileum infinita multitudo hominum, pessimorum, & suam salutẽ parui pendentium, quos Anileus suscipiebat, volens ex his recompensationem efficere multitudinis quæ bello perierat: sed haud sanè similes illis, qui bello perierãt. Nam erat vulgus inexercitatum. Sed etiam cum hac multitudine irrupit in vicos

Anileus superat Mithridatem

Victoria Mithridatis

Babylonio-

Babyloniorum,eosq; passim depopulabatur. Tum Babylonij,quamuis ad bellū parati, mittunt tamen in Neerdam ad Iudæos qui ibidem habitabant, tradi sibi Anileum expetentes. Illi vero nequaquam illorum sermonem accipientes, neq; cum traditione Anilei pacem facere volentes,prouocabant eos ad prælium. Veruntamen aditum legatis Babyloniorum permisere,vt ad Anileum venirent, & cum eo quicquid vellent protinus loquerentur. Babylonij locum integre speculā tes quo se constituerat Anileus, & cuncta diligenter inspicientes, occulte nocte somno oppressos inuadunt,necantq; quantoscunq; reperiunt,ipsumq; Anileū obtruncant,atque hoc modo Babylonij iniurijs Anilei,& grauedine liberati sunt. Impressio nanq; eis illa magno constabat odio,quod circa eos detinebatur. Nā penè semper inimicitias exercebant. Causa vero huius iræ, fuit lex eorum paterna,quam ille oppugnabat: & propterea sibi semper inuicem æmulabantur: vnde si eorum quisquam opportunitatē inuenerat,ab iniurijs non parcebat. Tunc itaque hoc modo pereunte Anileo, cœpere Babylonij Iudæis instare. Illi vero & grauiter ferentes impressionem Babyloniorum, & repugnare penitus non valentes, in Seleuciam cum suis omnibus emigrarunt. Seleucia ciuitas est admodum opulens,& decora,quam Seleucus Nicanor fabricatus est. Habitabant aūt eam Macedoniorum plurimi,& Græcorum abundantissimi. Est ibi etiam Syrorum non minima multitudo. In hanc igitur Iudæi refugiunt: & per quinque quidem annos illæsi,& expertes malorum fuere. Sexto vero anno(nam Babyloniæ corruptio eorum magna contigit & ruina, & ob hoc plurimi in Seleuciam magis magisque confugiunt)eos amplior ibi clades suscipit, propter causam quam breuiter enarrabo. Græcis in Seleucia habitantibus aduersus Syros ex maxima parte inimicitiæ acutæ gerebantur,sed Græci semper superiores extabant, Tunc itaque cohabitabant eis & Iudęi,qui aduenerant. Syri autem seditionem mouentes cœperunt superiores existere,ex consensu & auxilio Iudæorum,hominum inconsiderate se in pericula præcipitantium, & intentionem solam ad bellum gerendū habentium. Tunc Græci hac seditione superantur. Illi vero nullam aliam rationem cernebant,qua possent statum suum pristinum,& dignitatem reformare,nisi Syros a Iudæis separarent. Vnusquisque igitur eorum,verba faciunt ad Syros, cum quo quisque se familiaritatem habere cernebat: atque hoc modo pacem inter se,amicitiamq; componunt. Primates itaq; viri ex vtraq; parte, pacta quibus pax & concordia seruaretur,instituunt: atq; hoc modo inuicem exhortantur, vt cum Iudęis bellum gerant. Quos ex constituto repente inuadunt: interimuntque super quinquaginta milia hominum. Pereūt igitur omnes præter admodum paucos,qui forte vt amicorum,aut vicinorum misericordia conseruati sunt. Et quia iam ibidem viuere non poterant,discedunt exinde Ctesiphontem, ciuitatem vicinam Seleuciæ: vbi consuetus est Parthorū rex, per singulos annos hyberna peragere: vbi etiam plurimæ eius opes,& plurimus regni cultus asseruatur. Nulla tamen iam eis viuendi spes fuerat derelicta: nam etiam ibi omnis gens Iudæorum terrore regis premebatur. Nam tam Babylonios quàm Seleucios formidolosos habebant: sed etiam omnis multitudo Syrorum, quæ in illis locis habitabat, id ipsum cum Seleucijs loquebantur, vt bellum gererent cum Iudæis. Ob hoc ergo discedunt etiam inde in Neerdam,& in Nisibin: vbi propter munimentum illarum ciuitatum tutos se esse censebant. Super hæc etiam habitantur illæ ciuitates ab hominibus bellicosis. Et ea quidem quæ circa Indæos Babyloniæ constitutos acta sunt,huiusmodi fuere.

cedes quinquaginta milē Iudæorum.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER DECIMVS NONVS.

Qualiter C. Caligula Cæſar inſidijs extinctus ſit. Cap. I.

C Aius autem non in ſolos Iudæos, qui Hieroſolymis fuere, & eos qui in his regionibus habitabant, iniuſtitiæ ſuæ demõſtrabat inſaniam, ſed per omnem terram, & per omne mare ſuper eos præcepta deſtinabat, quaquauerſum imperium Romanũ protenditur: & pluribus cuncta calamitatib⁹ adimpleuit, quales ante nunquam hiſtoriæ prodiderunt. Maxime autem omnium Roma cladem perpetiebatur, quam in nullo honorabiliorem cæteris ciuitatibus æſtimabat. Nam cum omnes cæteros exteros libenter tractaret, non ita ſenatum, & omnes quanticunque ex nobilibus vel generoſis clariſſimi cõſtabant. Multa etiam crimina perpetrabat, aduerſus equites Romanos. Quidam autem hoc dignitatis nomine cenſebantur, opibus autem penè pares ſenatoribus exiſtebant: propter quod etiam in conuentu ſenatus intereſſe ſolebant, quos valde inhonoros habuit: plurimoſq; ex eis morte damnabat, quorum etiam ſimul pecunias auferebat. Nam multas etiam cædes non ob aliud, niſi vt eorum auferret pecunias, perpetrabat. Diuinum vero ſibi cultum & honores volebat, non cum hominib⁹ exhiberi: ſed etiam in templum Iouis veniens, quod capitolium quidem vocant, magis autem venerabile illis eſt omnium templorum, fratrem ſe Iouis auſus eſt appellare. Sed etiam alia quæ gerebat, non erant à furore aliena. Nam etiam ex Dicæarchia ciuitate, quæ in Campania conſtitutaeſt ad Meſſanam, quæ alia quoque maritima ciuitas eſt, graue putans vti remis trãſi tumque facere, putanſque ſibi ſubijcere etiam hoc elementum poſſe, velut domino maris exiſtenti, talia volebat etiam in fluctibus gerere, qualia ſolet terræ natura ſuſtinere. Voluit ergo & à littore ad littus, ſtadia fermè trecenta in medio mari, & intra tam vaſtum ſinum, pontem conſtruere, ſuper quem carrucis & diuerſis vehiculis itinera valeret efficere. Sed & templorum paganorum nullũ non depopulatum reliquit. Quæcunque enim pictura aut ſculptura venuſta fuere, vel alio quolibet officio pulchra ſimulachra, atque omnimodo anathematizata, deferri iuſſit ad ſe. Non enim alibi pulchras res eſſe dicebat oportere, niſi in pulchriori loco. hũc autem Romam eſſe firmabat. Non ſolum autem ſuam domum ſed etiam hortos, aliaq; ſua habitacula, vbicunque terrarum Italiæ conſtabant, ex talibus repleuerat ornamentis. Nam etiam Iouem Olympium, qui maxime apud gentiles venerabilis habetur, quem Phidias Athenienſis fecerat, auſus eſt in Romanam transferre ciuitatem: non tamen ad effectum res perducta eſt, architectis dicentibus ad Mẽnium Regulum, cui res illa fuerat imperata, quod ſi illud ſimulachrum moueretur, aliquod malum poſſet accidere. Fertur autem Menius: etiam prodigijs propter hoc multis acceptis diſtuliſſe negotium. Veruntamen eiuſmodi verba ſcribit ad Caium, vnde periculum mortis illi protinus immi nebat: cuaſit tamen, quoniã Caius morte præuentus eſt. Intantũ etiam proruperat eius inſania, vt cum ei filia fuiſſet exorta, eam perducens in Capitolium, ſuper genua ſimulachri conſtitueret, cõmunem ſibi natã Iouiq; cõfirmans, duos patres vni proli cõſtituens. Et hęc illũ etiam talia perpetrantem, prò nefas, homines tolerabant. Molitus eſt & ſeruos ad accuſationẽ excitare dominorũ, quęcunq; vellent in publicũ crimina deportare. Illi aũt, quæcunq; illis peſſima oriebantur in animo, nulla prohibebãtur dicere ratione: cernente gratũ illi fore, quicquid mali dixiſſẽt: ita vt etiã Claudiũ auderet Polydeuces ſeruus eius accuſare: & ille patiebatur

Caii crudelitas & arrogantia

tiebatur aduersus patrũ suum geri capitale iudiciũ, sperans etiã ipsum, quo facilio rem potentiã aduersus cæteros adipisceretur, extinguere: nõ tñ assecutus est quod volebat. Repleta igitur vniuersa repub. diuersis malis, diuersisq; calũnijs, ex audacia seruorũ aduersus dominos vbiq; insidiæ gerebantur: ab alijs quidẽ, vt suas iniurias quas passi sunt vlciscerentur: ab alijs aũt, præuenire dominos cupientib⁹ cum sibi ab eis pro culpis suis aliquid supplicij imminere sentirent. Proinde quoniam corruptis legibus & hominibus in afflictione cõstitutis, non paruũ beatitudinis momentum mors illius hominis apportauit: sed etiã genti nostræ, quæ breui iã omnis interisset, nisi mors illũ celeriter occupasset: volo super eo cũcta disserere. Nã aliàs quoq; magnã felicitatẽ confert hominibus, & solatium in calamitatibus cõstitutis: ac etiã correctionẽ his, qui putant prosperitatẽ esse perpetuam docetq; ne rebus secundis quisq; pessime cõmutetur, sed virtutis studiũ esse percolendum. Vias equidẽ tres mors illa parauerat: & harũ vniuscuiusq; viri boni primatũ in consilijs habebãt. Æmilius enim Regulus ex Corduba Hispaniæ ciuitate originẽ ducens, congregauit plurimos, vt siue per illos, siue per semetipsum alacriter Caiũ interimeret: alterius autẽ principatum gerebat Cassius Chærea tribunus: sed & Minutianus non paruam partem hominum ad hoc opus aggregauerat. Causa autem erat illis odium, quo circa Caiũ vniuersi tenebantur. Et Regulus quidem iracundiã eius, & iniusticiam, qua in cunctos vtebatur, horrebat. Gerit quippe indignationis aliquid animus liber, vt iniquitatem ferre non valeat. Hic igitur cum multis aduersus Caium consilium capit, cum amicis & cum alijs qui efficaces ei videbantur ad causam. Minutianus autẽ, vt Lepidũ vlcisceretur amicum suum, hunc enim cum aliquibus suis conciuibus Caius extinxerat. Super hoc quoq; sibi timebat, ne à Caio similiter pateretur. Nam videns ex alijs exemplis sibi mortem imminere, festinabat suum prẽuenire periculũ. Chæreas vero cõfusionem suã, & Caij obprobria non ferebat: quibus eum arguebat, quod quasi nihil in se fortitudinis haberet, insuper etiam periculum sibi per singulos dies imminere cernebat. Mortẽ quoq; Caij, omnes honestum opus & liberum libenter excipere reputabant: cęteri vero cupiebant super hoc habere cõmune consilium: videntes tantas iniurias, & exemplum paruum dari cupientibus principatum. Omnes ergo, vt tantis cladibus liberarentur, desiderabant aduersus Caiũ aliquid geri, decere nanque ad talia negotia bonos viros accedere, pro salute pietatis, & imperij macula auferenda, etiã cum suo discrimine. Super omnia aũt Chæreã ad opus gerendum excitabat melioris famæ cupiditas: & quia cernebat facilem sibi aditum fore ad Caiũ: tribunus nãq; erat, & per hoc se opportunitatẽ reperturum putabat qua perimeret Caiũ. Interea ludi currules agebantur, circa quæ spectacula magnum geritur à Romanis studiũ. Concurrunt enim alacriter ad circũ: & pro quibuscunq; rebus opus habuerint, ab imperatorib⁹ congregatione facta, deposcũt. Illi vero quod multitudini non indicant resistendum, confestim grate petita concedunt. Rogabant itaq; tunc Caium, cũ omni intentione postulationibus vtẽtes, vt censuum releuationes efficeret, & grauedines cunctas auferret. Illeveto nolebat ista concedere. At illi voces amplius eleuabant. Tum ille diuersos per diuersa loca mittens, iubet clamantes abripi, & sine vlla dilatione cõfestim interimi. Et ille quidẽ talia iusserat: quibus aũt præceptum erat, iussa complebant. Plurimis itaq; pro hac causa morientibus, populus spectãs clamare cessauit. Tunc omnibus suæ facultates in contẽptu fuerunt, videntibus alios pro suis opibus ad interitum peruenire. Hæc & huiusmodi Chæreã excitabant, vt magnanimiter ingrederetur in causam, & insidias quas parauerat Caio perficeret, & eum tam nequiter aduersus homines exasperatũ reprimeret. Et sæpius in conuiuijs Caij, rem voluit aggredi, & tamen consideratione reuocabatur: non se cernẽs inuenire opportunitatem, qualem negotio aptam esse iudicabat: verẽs, ne frustra ad tantũ opus accederet: sed ita rem moderabatur, vt cõsilium animi sui consequeretur effectũ. In hoc igitur multo tempore militabat, non libenter conuersationem sustinens

Conspiratio ad uersus caligulã

Mors Caii oibus optabilis.

Multi a Caio interempti

Chæream in insidias Caii exasperatus

Caij. Cum autem eum constituisset Caius super omnes publicas functiones, & cæ tera alia quæ Cæsaris erant inferanda thesauris, per illud omne tempus à ratione gotiò priuabatur. In quo tamen maiorem sibi virtutem implendi operis aggrega bat, quod more suo magis rebus vtebatur, quàm Caij obediebat imperio: parcebat enim humilibus atque depressis. Vnde ad iracundiam prouocauit Caium, ita vt eum de mollitie & de socordia criminaretur, non valentem sicut ipse vellet pecu nias congregare. Contumelias igitur illi plurimas ingerebat, & muliebria oppin gebat nomina, omni confusione plenissima. Et hęc quidem cum alijs increparet,
Molities Caligulæ. ipse magis gerebat in quibusdam celebrationib9 mysteriorum quas ipse constitue rat. Stolas nanque muliebres induebatur, & circumpositionem crinium compli catorum adhibens, aliaq; quæ ad ornamentum cultumq; muliebrem pertinent, ip se sustinens, huius confusionem criminis audebat alijs exprobrare. Chærea autē quando hæc vestimenta Cæsar sumebat, indignatione ferebatur: maxime autem cum illa vestimenta ministris irridentibus redderet, ita vt etiam tribuni in deri sionem eum haberent & opprobrium. Nam cum sumpturi essent ministri à Cæsa re muliebria vestimenta, prædicabant aliquas vt consueti erant, ad lusum il lum proferre facetias. Propter hoc etiam ei fiducia maior accesit, vt socios quos dam acciperet, quibus se ostenderet, non pre causis minoribus indignari. Nā erat etiam Pompidius senatorius, qui penè per omnes ordines & gradus administra tionis transierat. Epicureus autem erat, & propter hoc otij & quietis studiosus.
Quintilia mime Hūc Timidius inimicus eius accusauit, quod posset Caium maleficijs turpibus in famare, eò assumens Quintiliam mulierem, quæ in rebus scenicis erat propter pulchritudinem clara, & pulchritudine plurimorum amorem habebat & studium nam etiam ab ipso Pompidio diligebatur: accusatio autem erat falsa. Illa vero graue iudicante, testimonium in causa mortis aduersus amatorem proferre, tor queri eam dixit debere Timidius. Tum Caius excitatus, iubet Chæream sine vl la dilatione continuo tormentis examinare Quintiliam. Nam & in rebus capita libus, & vbicunque tormentis opus esset, eodem Chærea vtebatur: eo quod eum crudelius arbitrabatur ministerium exhibere, timentem, ne ab eo de mollitie & socordia culparetur. Quintilia itaque dum ad tormenta duceretur, cōsciorum cu iusdam pedem calce deprimens, significauit eos debere confidere, & nihil de tor mentis eius penitus timere. Chæreas tamen & si nolens, tormentis eam adegit: ti mens propter illam ipse subire periculum. Et nihil differens, eam in conspectum Caij deducit, fœdatam tormentis, atq; deformatam: vt etiam ab amatoribus suis sine vlla voluptate videretur. Tunc Caius illam speciem non sustinens, sed ad modum compassus Quintiliæ: eo quod grauiter tormentis fuisset affecta, liberam crimine absolutamque pronunciat, & cum ea simul Pompidium. Ipsam tamen etiam pecuniarum dono muneratur: vnde illi solatium esset, propter quod grauiter erat debilitata tormentis. Nam non solum sanitas eius corporis ex suplicijs corrupta erat, sed etiam pulchritudo defœdata. Hæc igitur grauiter Chæream commouerunt, quod per eum homines torquerentur. Vnde quoque suam iracun diam non sustinens, dixit ad Clementem, atque Papinium: quorum Clemens quidem super militiam constitutus erat, Papinius autem super eos qui Caij fuere: O Clemens, inquit, nimis fecimus in agendo, quæ pro imperatore consta bant. Nam etiam eos, qui aduersus eius principatum coniurationem fecerant, multa prouidentia vigilentes, & laboribus desudantes, alios quidem extinximus alios autem tormentis affecimus: in tantum, vt etiam ipsi Caio miserabiles vide antur. Ita nostram militiam cum nimia seueritate tractamus. Tacente autem Clemente, grauiter quidem se ferre quæ imperabantur, tam oculis erat, quàm vultu & colore manifestus: verbis autem insaniam imperatoris aperire, iniu stum esse iudicauit. Chæreas autem cohortes prouidenter præparans, cœpit fidu tialibus vti sermonibus: & ad eum enarrabat mala, quæ ciuitatem & imperium il lud obtinerent: & quod verbo quidem Caius illorum esse causa malorum dicere-

tur, si

tur,ſi vero quiſquam rē,inquit cum veritate diſcutiat,inueniet ò Clemens,quod ego ſim totius mali cauſa,& hic Papinius,& tu,qui Romanis & vniuerſæ humanitati pro bonis omnia tormenta & omnes clades ingerimus,non imperijs compulſi Caij,ſed noſtra in hoc voluntate progreſſi. Feſtinemus igitur comprimere tantum iniuriatorem in ciues ſuos omnesq; ſubiectos,cui nos miniſterium exhibemus:& veluti ſatellites atq; carnifices,ad eius crudelitates explendas extam9: & arma quę aduerſus hoſtes proferre debemus,in noſtros ciues cōuertimus, non pro libertate, non pro imperio Romano:ſed pro ſalute eius, qui ſuæ iniquitati feſtinat cuncta ſubijcere. Nam ſimul & noſtra corpora,& noſtras conſcientias, per ſingulos dies polluimus tormentis & ſanguine miſerorum:donec etiam alter aliquis inueniatur, qui in nos quoque tale Caio miniſterium exequatur. Non enim propter hęc quę gerit, cum fauore circa nos conuerſabitur, magis aūt cū ſuſpicione. Ad hæc etiam cum pereūtium multam ſtragem fecerit(non enim poterit Caij vnquàm ſæuitia terminari, quoniam non iudicio in talibus cauſis intendit, ſed ſola libidine ad hominum cædem impellitur) tum demum etiam nos cunctis pereuntibus coniunget. Ad hæc Clemens conſilium Chæreę manifeſtius approbabat: taceri autem iubebat,ne in plures ſermo ferretur:& diffuſis paſſim rebus quę gerebantur,antequam res conſequatur effectum,ſecreto prodito,& in ſidijs propalatis,ipſi ducerentur ad pœnam:ſed tempore procedēte,rem ſpei permittere,vt opportunitatem fortuna tribuente,opus gnauiter adimpleretur:ſe tamen dicebat per ſenectutem non poſſe audaciam gerere,ad tātum negotium inchoādum. His vero quæ à te ò Chærea tractata dictaq; ſunt,cautius aliquid fortaſſis inueniā:decentius aūt quis poterit inuenire? Et Clemens quidem continuo mutare ſententiā,omniaq; quæ audierat,quæq; ipſe dixerat,cœpit efferre per plurimos. Chęreas autem formidans,perrexit ad Sabinum,exiſtentem virum dignū quem etiam libertatis cognouerat amatorem,& propterea diſpoſitiones illorum temporum hoſtiliter abhorrentem. Opus itaque putans,vt celeriter quę cogitabat inciperet,opportunum ratus eſt,vt cum eorum communicarent maximo timore,ne à Clemente ſecreta proderentur. Super hęc etiam dilationes temporum aliquid contrarium reputabat allaturas. Cum autem libenter Sabinus tali cogitationi,taliq; voluntati conſentiret,tunc quidem tacere ſe dixit,& ad nullum de tali re ſuam proferre voluntatem:ſi vero tempus & homine nanciſcerentur,tunc nō ſolum ſilentiū abiecturum,ſed etiam ſuam voluntatē manifeſtaturum eſſe firmabat:ſed ſi aliquid viriliter volum9 efficere,nihil dilationis penitus detur. His igitur dictis,exinde conuertuntur ad Minutianum,ipſis quidem ſtudijs & virtute parē,& ſimilia ex animi magnitudine cupientem:conſanguineum tamē Caij, ſed ſuſpectū propter mortē Lepidi. Multam náque inter ſe amicitiam Minutianus Lepidusq; poſſidebāt:& propterea etiam ipſe timore periclitabatur,ne ſimiliter eū perire cōtingeret. Erat quippe Caius omni nobilitati terribilis,vt putaretur aduerſus vnumquenq; ſingulari inſania prorupturus. Propter hoc enim alter utri ſibimet erant pro rerū neceſſitate formidini:& voluntatē,quē circa odium Caii gerebant,indicare nō poterant. Ob huius vtiq; ſuſpicionē,nec deuotionē ſibimet aperte impendere pręſumebant. Dū igitur conueniſſent, & minutiano honorem ſicuti prius exhibuiſſent,erat enim dignitate pręclarus,& cūctorum ore laudatus,inter principia ſermonum,præcedens ille verba fecit ad Chæream: requirēs quod ſignum illa die perceperit. Per totam nanq; ciuitatē grata Chæreæ videbatur iniuria,quam per ſignorū dationem ipſe portabat. Et ille inter verba iucunda nihil motus,Minutiano reſpondit,eiq; ſermonem de rebus talibus faciendum eſſe cōmiſit:& tu mihi,inquit,da libertatis ſignum,gratias agenti tibi, qui me amplius acuiſti,quàm egomet implere conſueui. Neque mihi ſermonibus iam pluribus opus erit, ſed hoc ſufficiet iudicio,ſi etiam tibi idem placeat, quod & mihi:quando & priuſquàm cōueniremus,eiuſdem cognoſcimur fuiſſe communionis. Vno itaque gladio ſum accinctus, qui ſufficere poſſit ambobus, in quo

consueti fortiter & accedamus ad op9. Princeps autem si uis, ipse cõsisto, iubens operibus imminere, Quod si cepero tui cooperationem solatii, persequar grassatione ferri, concessa mihi te confirmante fiducia: per hoc enim, ipsũ quoq; ferrum efficatius solet existere. Impellor enim ad actũ non pro his quæ patior ego, dum spe ipse circunferar, Non enim hæc lenitas, mea pericula tantummodo me cõsiderare permittit: dum & liberæ patriæ atque legibus, & ademptæ virtuti, & tantę condoleam pesti, quę cunctos simul propter Caium apprehendit. Dign9 enim sum apud te iudicem fide rerum huiusmodi, quando etiam tu sapere talia comprobaris. Tunc Minutianus considerans ardorem sermonum eius, libenter amplexus est, & eius audaciã approbauit atque laudauit: & vale dicto, cum votis eum

Vox emissa in curia coniuratos exagitat

precibusq; dimisit. Quidam enim asseuerabant, ea quæ contingebant quodam auspicio fuisse firmata. Nam dum Chæreas ingrederetur in curiam, vox cuiusdam de populo fertur emissa, quę quasi admoneret, dicens: Perfice quod agendum est, opitulante diuinitate. Quo facto, primum quidem Chæreas expauit, ne quis coniuratorum videretur prodidisse secretum: nouissime vero considerando, quia hæc pro inuitatione dicerentur, siue commonente aliquo sociorum: seu certe deo (qui cuncta humana respicit) consulente, omnibus ad confortationem insidiarum causa patuisset, vniuersi simul sunt: alij quidem ex ordine senatorio, alij vero Romanorum militum qui conscij esse videbantur. Neque enim erat vir nobilitate seu felicitate præditus, qui Caij exitium non ardenter appeteret. Qua

De Calisto Caii liberto

propter omnes quo possent studio, vt vita priuaretur, totaq; confidentia atq; virtute, ad tyrannicidium erant & sermonibus & operibus pręparati. Nam & Calistus libertus Caij, vir vnus potentia summi culminis eleuatus, qui nihil aliud potestate sua, quàm tyranno æquus esse putaretur, timore cunctorum, & magnitudine pecuniarum, quę ei nimis accesserant, eo quod esset in muneribus accipiendis, & iniuriis exercendis acerrimus, & vigorem vltra modum haberet, cum naturam Caii instabilem esse sciret, & in quibus declinasset, nequaquam posse reuocari: & multas quidem alias periculi causas, necnon & magnitudinem pecuniarum haberet, accedens latenter ad Claudium, sperans quia si ei cederet principatus, deficiente Caio, honorem similem ei præberet, eo quod illi gratiam & verba clementiæ impendisset primitus, ait, quia iussus à Caio Claudium veneno perimere, crebras huius rei dilationes quęsisset, ne talia perpetraret. Sed mihi videtur, quia fingebat hæc Calistus, volens capere Claudiũ. Nã neq; Caius studẽs interfici Claudium honestas poterat occasiones exquirere, neque Calistus iussus optabilem rem Caio perpetrare, si distulisset mãdata domini sui, pericula potuit declinare, Sed Claudiũ quidem diuinitas à Caij vesania liberauit. Calist9 autem pro cõmendatione finxit hanc gratiam, quæ ei nequaquã probabatur iniuncta. Hi quidem, qui circa Chæream erant, differebãt quotidie, dũ multos segnicies detineret: Chæreas aũt nullã moram gerebat, sed omne tempus ad agendum opportunissimũ iudicabat. Nã dũ Caius in Capitolium ascendisset, vt pro filia sacrificaret, venit frequenter ad eũ, & in imperialis loci culmine stãtem, ac populo auri & argenti pecunias dispergentẽ, dum hæc ministeria gererentur, pręcipitẽ ex eminenti loco cogitauit impellere: cum se à nullo videri putaret, nec insidias fecisse crederetur. Et licet non optata mors euenisset, ipsi tamẽ accessisset audacia vt etiã prẽter ferrũ perimeret Caiũ. Tantũ habuit cũ coniuratis Chæreas ardorem, metuẽs, ne tempora opportuna diffluerent. Illi vero videbant quidẽ eũ pro sua libertate solicitũ: poscebant aũt, vt paucum tẽpus vsq; ad solennitatẽ spectaculorum differret: ne dum conamen nequiuerit impleri, turba fieret ciuitati, dum conscii requirerentur à Caio: & insidiarum non valeret vtilitas in futuro: sed hoc vtile fore, vt in celebratione spectaculorum res potius agi tentaretur. Hęc spectacula in palatio ob honorem Cæsaris, in paruo eius rotundo templo aguntur, qui primus potestatem populi conuertit in seipsum, quæ scilicet Romani nobiles cum filijs simul & coniugibus libenter spectare noscuntur. Tunc enim Caius

negligens

negligens ad omnes ita facilis erat incurſus, quando multa milia hominum par uo loco concurrerant, vt potuiſſet quilibet ad eius necem audacter accedere: abſentibus quoq; cuſtodibus, qui licet vellent, non tamē ei præſidium facile deportarent. Expectabat ergo Chæreas, & venientibus ſpectaculis, prima die nitebatur, vt quod fuerat præcogitatum, ſine dilatiōe fortunæ ſolatijs adimpleret: quo tamen tribus diebus ludorum tranſactis, vix die nouiſſimo opus valebat terminari. Itaq; Chæreas aduocans coniuratos, ſatis, inquit, ò viri pręteritum tempus noſtram poteſt obiurgarę ſegnitiem, pro his quę cum tanta virtute tractata ſunt, & neglecta noſcuntur. Et melius eſt, ne proditione facta, pereat occaſio, & potius Caius nos afficiat, cūctorumque auferat libertatem, his diebus, quos nosty rannidi eius adijcimus, cum & nos de cætero debeam⁹ eſſe liberi, & alijs cauſam prębere felicitatis, pręteriti ſeculi honorem & miracula reparare. Illis vero nequaquam contradicentibus, quaſi non bene fuiſſet hortatus, neque actum hunc aduerſe ſuſcipientibus, ſed potius cōticeſcentibus: cur, inquit, ò fortiſſimi, ſegnes ſumus? An non videtis hodie ſpectaculorū diē eſſe nouiſſimū, & Caium ferri ad Alexandriam nauigaturum, vt Ægyptum contempletur? Bonū ergo vobis eſt, vt veſtris manibus Romanæ gloriæ auferatis obprobriū, & hoc terra mariq; diuulgetur. Nā quomodo non iuſte erimus confuſioni obnoxij, ſi quis eum Ægyptius videatur perimere, iniuriam non ferens libertatis oppreſſæ? Ego ſiquidem nequaquam cogitationes veſtras differre patior, ſed hodie ad pericula ſimul accedo: grate ferens quicquid ex eis euenerit: animo ſcilicet conſiſtens ad pericula omnia prępparato, quàm vt mihi huius laudis poſſit euenire priuatio. Hæc ille dicens, & ipſe audacius armatus eſt, & reliquis fiduciam prępparauit: cunctisq; iam erat deſideriū, vt conamen attingeretur, nihilq; differens, diluculo ad palatium multitudo equeſtrium armata cōuenit. Mos erat tribunis enſe cinctis, petere ab imperatore ſignum, quod ei competebat, vt ſignum acciperet. Concurrebant ergo ad palatium omnes, vt pro ſpectaculo loca ſibimet occuparēt. Cumq; multa plebe atque compreſſione Caius exultaret, ita vt præ multitudine, neq; ſenatui, nec Romanis equitibus locus eſſet: ſed omnes permixti ſederent, cum viris pariter mulieres, & liberi vnà cum ſeruis, Caius proceſſu ſibimet facto, Diuo Cęſari ſolenniter imolabat: cuius etiam ſpectacula celebrabat. Et cum de ſacrificijs aliquid ſanguinis cecidiſſet, contigit, vt ex eo cruore cuiuſdam ſenatoris Aſprenatis nomine, veſtis adimpleretur, quod factum Caio quidem præbuit riſum, Aſprenatis vera augurium fuit apertū, qui ſcilicet vnà cum Caio peremptus eſt. Ferūt itaque Caiū vltra ſuam naturam illa die fuiſſe mitiſſimum, ita vt omnibus eius humilis ſalutatio mira videretur. Qui poſt ſacrificia ad ſpectacula veniens, præſidebat: & circa eum primi procerum. Eſt autem ipſum ſpectaculū, vbi annis ſingulis exhibetur in duabus cellis, quarum altera quidem ducit ad atriū, altera vero ad porticum, ingreſſibus & egreſſibus apta, quatenus non turbentur, qui interius eſſe noſcuntur. Eſt enim illic & alia cella, vbi luſores exerceri ſolent, atque cantores. Reſidente itaque populo, & Chærea cum tribunis non procul à Caio, (dextrū nāque cornu Cæſar tenebat) quidam Batibius ex ordine ſenatorum, vir militaris, Cluditum cōſularem virum iuxta ſe reſidentem: nullo audiente requirebat, ſi quis ei aliquid dixerit nouitatis. Quo dicente: nihil ſibi ea die nuntiatū, ò Cludite: inquit: hodie tyrannicidij certamen agitur. Tunc Cluditus, ò fortiſſime: inquit: tace, & mox verſum Homeri ſubiecit: dicens: nequis alius maleuolus ſermonem exaudiat. Cumq; multa poma in Theatro ſpectantibus ſpargerētur: & pariter aues innumeræ: & quæ pro raritate ſua ſunt comparantibus precioſæ: Caius lites & rapinas propter hæc actas libenter inſpiciebat. In illo ſiquidem ſpectaculo, duo ei auguria prouenerunt. Mimus nanque introducitur, quo actum eſt, vt ludex deprehenſus crucifigeretur, & pantominus fabulam ſaltauit Cynaræ, in qua & ipſe occiſus, & eius filia Myrrha videbatur: atque ſanguis mi-

mica

mica arte diffusus,& circa iudicem crucifixum,& circa Cynaram & Myrrham. Constat autem,quoniam dies ipse fuit, quo Philippum Amyntæ filium, Macedonum regem,in spectaculum ingrediẽtem,vnus sociorum sustineret in spectaculo,vsque in finem,eo quod nouissimus erat dies,aut certevsus balneis,atque cibis illic,deinde remearet,sicut & prius. Minutianus iuxta Caium sedens,ac metuens,ne in vacuum tempus efflueret,surgens,cum etiam Chæream videret egressum,pergebat vt cõfortaret eum. Tunc egredientem tenuit Caius à veste, & qua si per amicitiam,quò,inquit,pergis ò beatissime? At ille reuertitus Cæsarem,cum timore resedit,& paululum quiescens,denuo surrexit,& abijt. Cui egrediẽti non impediuit iter Caius,credens eum ad necessaria progredi. Asprenas quoque,cum esset & ipse particeps operis,admonebat Caium,sicut &prius,vt ingressus ad balneas atque prandium,ad spectacula remearet: quærens vt ad finem sua tractata perducerentur. Illi siquidem,qui circa Chæreã erant,exacuebant alterutros, quasi tempus esset singulos prẹparari,ne ad opus absentes inuenirentur,& negligentes opportunum tempus amitterent. Erant nanque etiam dies,iam circa horam nonam. Chæreas itaque tardante Çaio,erat paratus, vt ingrederetur ad sedem eius: præscius tamen,quia illic necem principis cum multo sanguine senatorum,& simul equestrium adimpleret: licetq; arderet,melius tamen esse iudicauit, omnium tutamen libertatemq; seruari. Cumque essent omnes ad spectaculorum vota conuersi,Caius signum surgendi fecit: turbaq; repente facta,cõuersi sunt cõiurati,& populos impellebãt,vt quasi Caio secreti officium prẹberent,opere vero volentes habere licẽtiam,vt eum in silentio trucidarent. Præcedebant itaque Claudius patruus eius & M. Minutianus fororis coniunx,& Valerius Asiaticus: quos etiam si voluissent repellere,propter dignitatis reuerentiam nonvalebant. Caius vero sequebatur cum Paulo Aruntio. Cumq; iam esset intra regalia, rectum dimisit iter,vbi constituti erant famuli,qui ei gratifice ministrabant,Claudio scilicet præcedente. Et conuersus est ad locum quendam angustum, silentio iturus ad balneas,simul & pueros qui venerant ex Asia contemplaturus,qui eorum forent vtiles ad hymnos mysteriorum,quẹ erat celebrare consuetus,aut qui ad Pyrrhicam in theatris apti esse viderentur. Tunc itaq; occurrit ei Chæreas, vt signum peteret. Quo quasi ad illusionem eius signum dante mollium, nihil ille moratus,iniurijs vtebatur aduersus Caium,& euaginato gladio,ei intulit plagam vehementem: non tamen omnino mortalem. Sunt qui dicunt, hoc à Chærea de industria factum: ne Caius vnius plagæ vulnere moreretur,sed plagarum multitudine sauciatus,maiori dolore cruciaretur. Sed mihi nõ videtur hic sermo credibilis,eo quod in huiusmodi actibus timor talem nonexigit rationem. Nam si Chæreas ita cogitauit,omnes stulticia præcessisse credendus est, voluptati magis fauorem prẹbens,quàm per celeritatem sibi & coniuratis periculorum euasionem acquirens,dũ possent multæ machinationes auxilium Caio conferre, antequam potuisset mori. Vnde certum est,quia Chæreas non circa supplicia Caij restitit,sed de se & amicis potius cogitauit: quando etiam acta causa silẽtio magis vsus est, vt vindicum fugeret iracũdiam,& quatenus res gesta cælaretur: ne sermonibus vsus,& se perderet, simul & tempus. Et hæc quidem licet vt voluerit vnicuiq; tractare. Caius itaque vulneris dolore ferebatur: inter humerum enim & collum ensis illatus,iuguli ossibus est retẽtus,ne vlterius posset accedere. Quo facto,neque clamauit,neque vocauit quemlibet amicorum,seu incredulitate,siue imprudentia,sed dolorẽ fortiter ferẽs,interius fugiebat. Quem suscipiens Cornelius Sabinus,& ipse iam sua mente prẹstructus,impulit. Tum genu flexo cadentem,multi circumastantes,singuli adinuicem gladijs: & quasi ad certamina discerpserunt. Cõstat autẽ: quia vltimꝰ Aquila ei mortis intulit plagam. Omnis itaque causa: Chẹreæ indubitanter attribuenda est. Nam licet cum multis hoc opus effecerit: primus tamen cogitauit quemadmodum gereretur: & primus

Chæreas gladio Caium appetit

Caius confoditur

Chæreas coniurationis princeps

cæteris

cæteris hoc ausus fuit edicere: quibus suscipientibus, in illius necem verbo subinde alios congregauit: & sapienter cuncta disponens, vbi erat sententiarum adhibenda professio, etiam sermonibus locutus est vtilibus: necnon necessitatē suæ præsumptionis imposuit, vt dum tempus exigeret, manibus vterentur. Is quoque rem prior aggressus est, & virtutem illius necis impleuit: atque nisum facilem Caio iam moriente concessit. Quapropter iustum est, vt etiam quęcunque cęteri gesserunt, Chęreæ cogitationi & labori manuum ac virtutibus applicentur. Caius itaque hoc modo, multis vulneribus iacebat extinctus. Chæreas autem & cæteri perimentes Caium, per eadem itinera reuertentes, euadere se impossibile iudicabant, propter hæc vtique, quę fuerant gesta. Non enim paruum erat periculū, peremisse principem, stulticia populi sępius honoratum: cum & à militibus non sine sanguine, de morte eius facienda esset seditio. Ita cum essent angustæviæ, in quibus hoc opus effectum est, & maxima turba repleret eas militum, qui illo die pro custodia principis aderant, per vias alias discedentes, ad domum venere Germanici patris Caij. Erat enim domus coniuncta regalibus, eo quod hi qui in eminentia constituti sunt, diebus suæ potentiæ in talibus habitare noscuntur: & declinantes multitudinis inuasionem, esse iam videbantur in requie. Cum itaq; lateret adhuc pestis illata Caio, primū Germanis ē agnita. Erāt enim armigeri, ęquinocum gentis suæ Celticę habentes tagma, quorum patrię mos est, importabili vti furore, sicut Hispanis, aut cęteris Barbaris: eo quod omnes huiusmodi homines ratione minore sint, corporisq; robusti: & impetu primo, quibuscunque congressi hostibus, pręualentes: cum non haberent virtutis discretionem, pro vtilitate cunctorū, sed tantum sibi prospicerent: quibus Caius chariſſimus ob hoc erat, quod pecuniarum muneribus eos sibi placauerat. Euaginatis ergo gladijs, ingressi sunt domū, perscrutantes Cęsaris perēptores, quorū tribunus Sabinus erat: qui nō tantū virtute & fortitudine maiorum, quantū suo robore, cū monomarchꝰ esset, hanc obtinuerat dignitatē. His itaq; requirentibus Asprenas primus occurrens exoluit pœnas: cuius vestē sacrificiorum sanguis, sicut prędiximus, cruenta uerat, & non ei bonū feciſſe videbatur augurium. Post hunc occurrit eis Barbarus Norbanus, fortissimus ciuium, & de cuius maioribus imperatores multi processerant, cuius etiam ciues eminentiam non ignorabant. Is cū esset valetudine robustus, primo sibimet occurrentiū abripiens gladium, permixtus alijs contendebat, ne sine aliorum interitu moreretur. Qui multorum agmine constipatus, frequentium vulnerū illatione defunctus est. Tertius aūt Anteius, ex ordine senatorio, Germanis sicuti priores occurrit. Is vt videret Caium iacentem, & lętaretur, aduenerat: quia patrem illius eiusdem nominis effugauerat: eumq; nec sic satiatus, militibus destinatis, occiderat. Aderat ergo Anteius, vt Caij videret funus, turbataque subito domo, dum se vellet occulere, furentes Germanos, & tunc subtiliter inquirentes qui Caium occiderant, etiam innoxios vnà perimētes, latere non potuit. Et illi quidem ita sunt mortui. Cū igitur in theatrū de Caij morte veniſſet sermo, admiratio & incredulitas facta est. Alij nāq; valde delectabātur in eius morte: & licet dudū scirent sibimet vtilem fore, hoc non sinebantur credere pertimorē. Quibusdā vero hoc in desperatione erat, cum neq; vellent circa Caiū huiusmodi aliquid prouenire, necvere hoc crederent, quasi non posset aliquis hominum, opus huius virtutis implere. Erant enim, quibus non erat grata mors Caij, mulieres & infantes, & quidā militum: alij propter mercedem, & qui ad nihil aliud, quàm tyranno cōueniente ad iniurias potentiſſimorū ciuium, illius ministerio erant pręparati: mulieres aūt ac iuuenes, propter spectaculorum & gladiatorum munera, in quibus solet vulgo delectatio ministrari, & propter carnium dilaceratiōes, quas in ludis agebat Caius, vt quasi populo voluptatem exhiberet: pro veritate aūt ad satiandam suæ crudelitatis insaniā. Serui aūt dominos contemnebāt, & ad iniuriandū eos, eius fulciebantur auxilio. Facile nanq; eis mentientibus

Germani ad vlciſcendum Cæſarem animantur

tientibus contra dominos credebatur: eorumq; pecunias ostendentibus, & libertas & diuitiæ succedebãt: nec accusationis metuebant pœnam, quibus erant proposita præmia, octaua pars substantiæ senatorum. Igitur etsi aliquibus in theatro credibilis videbatur de Caij peremptione sermo, eo quod aut præsciissent insidias aut optassent, de his quæ nunciabantur non solum gaudia retinebant, sed etiam audire hoc aut dicere fugiebant, metuẽtes, ne cum verũ non appareret, pœnę succumberent, quasi vota suæ voluntatis aperientes. Illi vero qui insidias præsciebant, amplius se cælabãt: formidantes ne dum alicui amatori tyrannidis hoc panderent, proditi viuente Caio punirentur. Nam & alius sermo fuerat dispersus in populo, quia res quidem à cõiuratis fuisset tentata, non tamen Caius extinctus, sed ablatus à medicis, ductus fuisset ad curã: nullusq; erat verax, cui se quicunque cõmitteret, aut suam panderet voluntatẽ. Nam & si quis amicꝰ erat, propter fauorem tyranni videbatur esse suspectus, & multo magis odiosus non poterat credi. Dicebatur autem senatoribus, à quibusdam eorum animos perturbantibus, quod inter ipsa pericula atq; vulnera, vt erat sanguine cruentus, venisset in forum, & concionem habuisset ad populum: quę reficiebant eorum mentes, neq; loca suæ custodiæ relinquebant, formidantes ne illis quælibet impingeretur culpa: quando non qua voluntate discederent accusari poterant aut damnari: sed quemadmodum vellent accusatores aut iudices. Cum itaq; turba Germanorum euaginatis gladijs spectaculum circumdedisset, cunctis spectantibus metus suæ perditionis accessit: & ex omnibus aditibus terror erat, quasi repente ingredientiũ gladijs caperentur: & neque discedendi securitatem habebant, neque in theatro poterant morari sine periculo. Illis igitur irruentibus, in theatro fragor eruptus est, supplicantium atque dicentium, quia & quæ cogitata fuissent (si tamen aliquid proueniisset) & quę dicebantur gesta, nescirent: & deberent parcere, nec alienam præsumptionem eis, qui non essent culpabiles, irrogarent: sed exquirerent commissores, si tamen aliquod scelus probaretur esse commissum. Et illi quidem hęc & his potiora cum lachrymis & percussione vultus sæpius clamitabant, facientes ea quæ periculi & mortis vicinitas exigebat. Ad hęc militum ira cessauit & pœnitẽtia ducti sunt, in spectaculo cõstitutos occidere. Erat enim crudele etiam illis, licet viderentur exasperati: portabant enim capita Asprenatis & eorum quos vnà peremerunt. Quę cum viderent in spectaculo positi, amplius sunt concussi, pro dignitate virorum, & misericordia huiusmodi casuum. Quapropter & semetipsos à talibus ærũnis inuadere non credebant: & incertum sibi fore, si tanta pericula possent declinare. Ideoq; licet aliqui aperte & iuste odium circa Caium habuissent, eius alacritatis munus expulere: cum ad tanta pericula peruenissent, & spe totius cecidissent vitę. Fuit igitur Aruntius quidã, gratus homo inter prędones rerum venalium, & propterea magnitudine vocis vtebatur, indutus vestibus diuersi coloris, ad instar nobilium Romanorum: habebatq; potentiam agendi quę vellet in ciuitate, in his quę tunc & postea gerebantur, Is aptauit semetipsum veluti lugẽtem, licet & ipse odio Caium haberet: erat que timore superior eius concio, atque militia, qua nitebatur salutem in rebꝰ præsentibus apparare: & omnem ornatum, quasi de chariſſimi principis morte amississe confingens, progressus est in theatrum, vt mortem Caij denunciaret. Quo facto, quies omnibus affuit, ne possent vlterius ignorantia fluctuare. Deinde statuas etiam Aruntius, & loca singula circuibat, reuocans Germanos, & cum eo tribuni, iubentes recondi ferrum, atque manifestantes Caium fuisse defunctum. Hoc ergo factum aperte in theatro collectos eripuit, & vniuersos qui furorem in currerant Germanorum à morte seruauit: nam prius spem habentes viuere Caiũ à nulla factione penitus abstinebãt. Tantam enim deuotionem circa eum habuerãt, vt etiam post amissionem animæ eius fauorabiles essent. Quẽ dum aperte mortuum cognouissent, ab iracundia diuersorum & supplicio quieuerunt, eo

Impetus Germanorum in theatrum

quod

quod vindicta illis vtilis iam non esset: nec foret, qui eis pro talibus recompensaret: deinde timentes ad potiorem iniuriam prorumpere, ne senatum contra se prouocarent, si ad eos imperij summa deueniret. Igitur Germani à sua rabie, quæ eos inuaserat pro Caij morte, quieuerunt. Chæreas autem cum nimis esset de Minutiano sollicitus, ne Germanorum furisset insania extinctus, singulos militum de eius salute requirebat. & Minutianum quidem Clemens adduxit in medium: ad Chæream vero conuersus, cum multis alijs senatoribus, iusticiæ & virtuti testabatur, eius laudans cogitatum, & actum sine formidine completum, tyrannidem dicens ad nihilum fuisse perductam, eo quod iniuriarum voluptate fuerit eleuata: quippe cum non posset felix vita illi præberi, qui virtuti probaretur odibilis, sed cum tali calamitate deficere, quali Caius, qui etiam ante coniuratorũ consensum propriũ facinus sibi constituit inimicum, agendo iniurias diuersorum & prouidentiam legis exterminãdo: vt quos habebat charos, sibi hostes efficeret, & sermone quidẽ alios eius esse peremptores, opere vero semet ipsum sine dubio perdidisse. Iam ergo surgebant de theatro custodiæ, quæ principio pernicioſæ fuerant, quando omnes abicedere festinabant. Cuius mali tunc causa fuit Alcion medicus abreptus quidẽ quasi ad curam aliquorũ vulneratorũ, & mittens qui cum eo erant, vt quasi ad medicinã necessaria deportarent: quos inde pro veritate dirigebat, vt pericula declinarẽt. Interea conuentus agit senatorũ & plebis in foro. Et populus quidem inquisitionẽ de Caij peremptoribus vehementius faciebat. Aderat & senatus: inter quos Asiaticus Valerius, vir consularis, stans in populo, tumultuantibus illis & dirum esse clamantibus, eo quod imperator eis ignorantibus videretur occisus: dum eum cuncti requirerent: qui sunt qui Caium interemerunt? Vtinã inquit, ego. Ad hæc autem & consules edicta proposuerunt, accusantes Caiũ: atque iubentes populo simul & militibus, vt ad propria remearent: populo quidem multã requiem promittentes, militibus autem honores: si tamen solita disciplina consisterent, & nulli quodlibet contumeliæ genus inferrent. Erat enim metus, ne forsitan exasperati mala ciuitati facerent, & ad rapinas aut ad templorum spolia verterentur. Conuenerat itaqua omnis multitudo senatorum, & maxime consentientes aduersus Caium: fiducia iam vtentes, & in contemptu maximo constituti, quasi in eis respublica resideret.

Germãi ab ira cundia & furore quieſcunt

Alciõ medicus

Valerius aſiaticus.

Sentij oratio pro libertate Romana, & mors vxoris filiæq; Caij. Cap. II.

INterea subito de domo raptus est Claudius. Milites enim facto cõcilio, alteri de rebus agendis dedere sermonem. Videbant enim impossibile fore, vt tantis rebus existentibus quis rempub. gubernaret: nec sibi vtile, si quis illorum qui cooperatores in nece Caij fuerunt, ad imperium perueniret: sed bonum esse si nondum perfectis rebus Claudium principem facerẽt, defuncti patruum, & omnium senatoria dignitate præcipuum, virtute maiorũ fultũ, militari disciplina pariter eruditum. Hũc deliberauerunt, in medio statuentes, imperatorem facere: dignitatibusq; solennibus honorare. Sentius itaq; Saturninus, licet Claudij cognouisset raptum, & quasi pro laude fugientem, qui videbatur quidẽ ad hoc inuitus accedere, non tamẽ declinabat integra voluntate, stans in medio senatus, nihilq; metuens, apud liberos forteſq; viros perorauit hæc dices: Licet incredibile sit ŏ Romani, libertatis nos acquisisse dignitatem, eo quod longo tempore nobis abfuerit: veruntamen tenemus eam incertã quidem, quantum ad magnitudinem pristinę seruitutis: sed tamen alacritatem ferre possibile est, si eius felicitatem nequiuerimus amittere. Satis est enim, & vna hora sensum virtutis habentibus, cũ securavolutate in libera patria vitam degere, & legibus florentibus aliquando cõmunicare. Ego siquidẽ iam prioris libertatis oblitus, quam olim quidem amisimus, nunc autem magna beatitudine retinemus, reuerentiam exhibendam his, qui geniti in ea atq; nutriti sunt: & non minorem à dijs honorem his viris præbendum esse decerno: qui licet sero & in hac ætate nos eam gustare fecerunt, ita vt etiam in futuro

Qualiter Claudius ſuſcepit imperium.

Oratio Sentij ad Senatum

ſeculo eius præmia teneamus. Sufficiet itaq; etiam hæc dies, & iuuenibus noſtris, & quicunq; ſenuimus: ſenibusquidem, quando eius conſpicientes libertatem, cum dulcedine moriemur: iuniorib⁹ autem, eo quod ſit eis doctrina virtutis. Vnde conſtat viros eſſe iſtos, quorum labore conſiſtimus, propter hæc quæ nuper geſta noſcuntur: quia nihil quàm cum virtute degere maius eſt, de qua conſueuit libertas humana ſolũmodo cogitare, Ego ſiquidem antiqua noui auditu cognoſcens: quæ vero viſu conſpexi, valde ſunt grauia. Malis enim ingentibus inuaſerunt rempublicam principes tyrannidum, prohibentes vtiq; omnem virtutis modum, & magnanimitatis officium, libertati derogantes, docentes blandimenta pariter & timorem: eo quod principium voluntati cuncta ſubijciuntur. Ex quo enim Iulius Cæſar poteſtatem populi ſoluit, & ornamenta legum comprimens, rempublicam conturbauit, iuſticiá pręuaricatus, & ſua delectatione victus, nihil eſt mali quod non irruit ciuitati, ſucceſſoribus adinuicem imperium ſibi detrahentibus, ad deſtructionem ſcilicet patriæ libertatis, & vt præcipue in defectum robur ciuiũ deueniret, arbitrati ſuam eſſe munitionẽ, ſi vitioſis vterentur hominibus, & virtute præcelſos, non ſolum glorię immanitate priuarẽt, ſed etiá ad mortem vſq; perducerent. Singuli nanque regnantium quæque ſunt grauia commiſerunt. Quorum Caius qui hodie mortuus eſt, amplius extitit ſæuior vniuerſis, qui non ſolum in ciues, ſed etiam in cognatos pariter & amicos effrenatam intulit ſuæ ferocitatis inſaniam, iniuſte pœnas exigens, & veluti furioſus in homines atque deos ferus exiſtens. Nihil etenim tyrannus ſuauitatis habere poteſt. Nónne cum iniuria vobis abuſus eſt? Nónne in pecunijs vos & coniugibus contriſtauit? Nónne omne votum veſtrum precib⁹ angebatur inſiſtentibus inimicis? Aduerſa quidem tyrannis cuncta libertas eſt, nec eis vnquam faueri poteſt: ſed nec ipſi, qui cõſentiunt eis, patiuntur turpia ſuſtinere. Sentientes nanque tyranni quibus malis inſignes viros affligant, & eos videntes patienter talia ſuſtinere, nec tamen ignorare quod geritur, ſed ſolatium expectare, hoc ſolummodo ſuam credunt comparare ſecuritatem, ſi eos potuerint penitus amputare. His igitur erepti malis, & ſub alterutra veſtri ditione conſtituti, quod reipublicæ maxime prodeſt, & ad præſentem reſpicit deuotionem, inſidijs amputatis, & reſtituta republica, iuſtum eſt vtilitati communi prouideatis, & quod placet non imminente periculo cenſeatis: quando non erit dominus, qui rempublicam gubernaturus eligitur, vt ciuitatem lædere, & imperiali iure cuilibet loquenti pœnarum multa genera poſſit inferre. Sub tyranno ſiquidem quod illi diſpliceat dici non poteſt, nec diuerſa ſententia reluctari. Hactenus igitur amittentes delectationẽ pacis, & conſueti degere modo ſeruili, importabiles incurrentes ærumnas, etiam proximis malorum videbamur autores fugientéſque cum virtute mori, nouiſſima confuſione peribimus. Quapropter primitus tyrannicidis decernite honores egregios, & maxime Caſſium Chæreã principem fortium virorum annunciate, qui cum alijs vir vnus & conſilio & opere ac quiſitor noſtræ libertatis apparuit: cuius nunquam dignum eſt obliuiſci, qui contra tyrannidem noſtra pro libertate primus conſilium ſumpſit, & ſemetipſum periculo pro ſalute noſtra ante cunctos ingeſſit. Opus eſt enim optimum, & viris liberis beneficium oportunum præſtantibus, aliquid recompenſare dignum: qualis ſcilicet vir iſte circa vos extitit non ſimilis Caſſio & Bruto, qui Caium Iuliũ peremerunt. Illi nanq; ſeditionis principia bellorúmque ciuilium, ſubuerſionem ciuitatis excitauerunt: hic autem cum tyrannicidij graſſatione, etiam malis eius priuauit vrbem. Sentius itaque his ſermonibus vſus eſt, ſenatu delectabiliter audiente, & equitibus Romanis, qui præſentes erant. Quo facto, quidam Trebellius Maximus inſiliens, annulum de digito traxit, habentem lapidem clauſum, in quo forma Caij cælata videbatur: quem ille ſibimet ſtudio dicendi, quæ ſuadebat impleri, fuerat oblitus auferre. Et cælatura quidem eſt agnita, nox autem continuo ſubſecuta. Chæreas vero cum ſignum à conſulibus petiſſet, & illi Libertatem ei dediſſent, miraculum fuit cunctis, & veluti incredulitas, quia reuerſa

videretur ad consules hæc potestas. Hi siquidem, antequam tyrānus inuaderet ci uitatem, rebus militaribus ciuilibusque præsidebant, qui senatui consentiebant. Chæreas vero præcepto signo militantibus præsidebat. Erant autē cohortes quatuor, quibus viuere sine principe magis quàm sub tyrannide complacebat. Milites itaque cum tribunis abibant, & populi discedebant læti, hanc spem habentes atque cogitationem quasi ipsi gubernationem reipublicæ rursus acquirerent, & nequaquam alij subiacerēt: inter quos Chæreas præcipuus existebat. Igitur Chæreas periculum credens, si Caij vxor & filia superessent, & non omnis domus eius pariter deperiret: quando si quis ex eis derelinqueretur, non hoc sine peste ciuitatis lethoq; constaret: insuper & propositum suum perficere, & odium quod circa Caium habebat, explere festinens, misit Lupum vnum tribunorum, qui vxorem Caij filiamq; perimeret. Erat enim is Lupus cognatus Clemētis, cui hoc officium tradiderūt, quatenus vel hoc opere & virtute tyrānicidij particeps esset, & quasi in omnibus videretur insidijs prioribus consensisse. Quibusdam vero coniuratorum crudele videbatur, vt contra mulierem taliter vteretur, dicētibus Caium sua magis natura malis vsum, quàm vxoris consilio facinora molitum, quibus & ciuitas vexata esset, & flos ciuium deperisset. Et illi quidem his assertionibus eam defendere nitebantur: omnium autem malorum quæ a Caio gesta fuerant: hæc erat caput. Caio nanque dederat poculū vt eius mentem suo posset subiugare seruitio & amori: & incantationibus ad vesaniam transformatum ita sibi deuinxerat, quatenus fortunæ omnium Romanorū, & totius vrbis cui præsidebat, ei subditæ viderentur, nihilq; defensores eius valere potuerunt. Missus itaque Lupus, in nullo moratus est ministerium eo momento differre, ne culpabilis esset in his, quæ ei pro vtilitate publica videbantur iniuncta: veniénsque ad palatiū, inuenit Cæsoniam Caij coniugem, iuxta viri corpus humi prostratam, & omnes in luctu positos, sicuti moris est mortuis exhiberi corporib9, eratq; sanguine vulnerū eius plena, & maxima calamitate circundata: necnon & filia iacebat simul: nihil illic aliud audiebatur, nisi culpa Caij, tanquam non bene gubernātis, & quia vxor eius frequenter talia ventura prædixisset. Hæc enim ratio & tunc & nunc similiter æstimatur, & in omnium mente sita est circa eos qui compatiuntur. Alij nanque dicebant, quia suasisset Caio, vt recedens a sæuitia & credulitate ciuium, humiliter & cum virtute rempublicam gubernaret, qui cum in sua seueritate viueret, propter talia deperisset: alij vero, quia cum sermo de coniuratis peruenisset ad Caium, suasisset illa, vt sine vlla dilatione velociter cunctos placaret, quia licet nihil iniuste tentasse aliqui probarentur, tamen hoc agens cuncta pericula declinaret. Quæ igitur à Cæsonia dicta sunt, & quæ de ea homines dicebant, hæc sunt. At illa cum vidisset venientem Lupum, corpus Caij monstrabat, & vt ad proximum veniret, eum cum lachrymis exorabat. Cumq; eum vidisset mente attonitum, & nulla compassione motum, cognoscens ad quod venerat, ei suum iugulum præparabat: & lugens ea promptius faciebat, quæ agere soliti sunt, qui in vitæ desperatione constituuntur. Tum inuitauit eum, vt quę decreta fuerant, non moraretur implere. Et illa quidem magnanimiter à Lupo hoc modo perempta est, & super eam filia pariter extincta est. Caius igitur quarto imperij sui anno, minus quatuor menses, ita defunctus est, vir & ante regnum nequitia summus, libidinibus subiugatus, derogationibus amicus, in rebus terribilib9 timidus, & pronæ semper auidus potestatis, in quibus non oportebat nimie largus, acquirens diuitias occidendo, & contra leges agendo, & diuinitate ac legibus maiorem se esse studens, atque videri volens. Is fauore populi sæpe deceptus, quæcunque leges tanquam turpia sapiunt, sua credidit esse ornamenta, virtutis & amicitiarum immemor, quando contra hæc cum illatione supplicij frequenter exorsus est, inimicum sibi existimans quicquid virtuti esset aptissimū, & in his quæ concupisceret, nullo contradicētē cedens. Vnde etiam propriæ sorori permixtus, odium ciuium maxime cœpit habere, eo quod simile aliquid longo tempore minime factum es-

Cæsonia.

Vxor & filia Caii occisæ.

ſe conſtaret. Opus autem magnum aut regium, nullum ab eo ad vtilitatē præſentium temporum, aut futurorum reperitur geſtum, niſi quod circa Rhegium & Siciliam, propter aduentum nauium frumenta ex Aegypto deferentium, horrea decenter inſtituit. hoc enim conſtat maximum, & nauigantibus vtiliſſimū, quod tamen non venit ad effectum: ſed ſemiplenum ab eo, dum ſegnius cōſtruitur, derelictum eſt. Cuius moræ hæc cauſa fuit, eo quod rebus inutilibus, ſibiq; placitis voluptatibus ſtudens, & illic expenſas efficiens, melioris operis dereliquit vtilitatem. Inſuper fuit & rhetor optimus, Græca pariter & Latina lingua, ad dicendū velociſſimus, & ad intelligendum aliena opera præparatus: ita vt maiori oratione dictis contradiceret alienis, & acerrimo ingenio, meditationiſq; labore, ſuum magis opus excellere dictionis fortitudine cōprobaret. Hūc nanq; Tiberius, tanquam fratris nepotē, quem etiam habuit ſucceſſorē, magna neceſſitate ſtudit eruditi, cum ipſe eiſdem annis primo floruerit. Caius itaq; puer colebat hęc, quaſi cognatus & imago principis. Ob quam rem ciuibus meruit præſidere, quod non tamen obtinere prævaluit, neque ex erudjtionis opere bona congregata ſeruare: ſed abuſus poteſtate, peruenit ad mortē. Difficile nanq; eſt, vt illis poſſit acquiri virtus, quibus facile videtur agere quò trahuntur. Initio ſiquidem, faciente eruditionis cauſa, amicis ſtudebat dignis zelo meliorum rerum: poſtea perductus ad iniuriam, onus & odium quod circa eum homines omiſſa priori deuotione gerebant ad id vſque deſcendit, vt ab eiſdem paſſus inſidias extingueretur,

Caij eruditio

Claudius in imperium à militibus vocatus, à ſenatu rogatur miſſis legatis, ſi cedere imperio noluerit, id eorum potius quàm militum autoritate vſurpet. Cap. III.

CLaudius igitur, ſicut dixi ſuperius, interruptione facta viarum, egrediebatur de theatro: Qui Caio mortuo, & domo Cęſaris nece turbata, in anguſtia pro ſalute conſiſtens propria, & in quodam arctiſſimo loco deueniens ſe cælabat: nullam periculorum cauſam, niſi ruborem formidans. Is enim cum priuatus eſſet, ſe mediocriter tractabat inter omnes, ſufficienter doctus, & diſciplina maxime Græca compoſitus, qui etiam ſe ab omni turbarum inquietudine ſubtrahebat Tunc itaque, dum trepidatio populos obtineret, & omne palatium ferocitate militum plenum eſſet, & terror atque indiſciplinatio cunctos apprehendiſſet, ſummi duces in curia de his quæ forent agenda tractabant. Et Caij quidem interitum paruipendentes, eo quod iuſte videretur extinctus, quæ ſibi eſſent vtilia potius cogitabant: quemadmodum bene cuncta diſponerentur. Cúmque Germani ad necem peremptores Caij requirentes, ſuæ magis quàm cunctorum vtilitati conſulerent, Claudius turbatus, & nequaquam de ſalute ſua ſecurus, maxime quia capita ferri viderat Aſprenatis, & quos cum eo conſtabat occiſos: ſtabat in quodam loco ſuper paucos gradus, obſcuritate cælatos. Tunc Gratus quidā militum in palatio videns eum, nec perfecte præ obſcuritate cognoſcens, credens hominem eſſe, qui magis in eo loco inſidias faceret: proxime veniens, eumque apprehendens agnouit, ſéque requirentibus ait: Iſte Germanicus eſt, eum conſtituamus imperatorem. Claudius videns eos in ſuo raptu præparatos, & metuens ne propter Caium ipſe quoque moreretur, parcendum ſibi eſſe poſcebat, eiſq; ſua facta commemorabat. Tunc Gratus ſubridens, dexteram ei porrexit: & noli, inquit de tua ſalute puſillanimis eſſe, cum te magis oporteat magnanimiter de imperio cogitare: quod dij auferentes Caium, mundóque proſpicientes, tuæ conceſſere virtuti. Perge nunc, & maiorum tuorum recipe ſolium. Supportabatq; eum, nequaquam valentem pedibus ambulare, propter timorem ſcilicet, gaudiumque dictorum. Concurrebant autem circa Gratum etiam multi militum, & videntes Claudium duci quaſi ad ſupplicium rerum geſtarum, tanquam pro viro ſuaui ac quieto, & multa pericula in imperio Caij perpeſſo, dolebant. Pluribus autem militibus

Turbatio Claudii.

de grato milite

Claudius in imperatorē à militibus deligitur

tibus aggregatis, factaq; turba, fugæ totius plebis exorte sunt. Tũc Claudio propter corporis debilitatem fugere non valente, eum in vehiculo rapiẽtes, pro eius incolumitate solliciti cum fuga ad palatium deuenerunt. Qui locus, vt sermo tradit, primus in ciuitate Romana habitaculum dedit hominibus. Cumq; iam remp. tenere videretur, multo magis militum concursus procedebat, cunctis vtiq; aspectum Claudij libenter inspicientibus, eumq; principem statuere festinãtibus, pro fauore Germanici eius fratris, qui magnam gloriam suæ vitæ reliquerat vniuersis: insuper etiam cogitantibus de auiditate senatoriæ potestatis, & quæ pridẽ suo principatu deliquerant, Inter hæc etiam rursus cogitabant, quia imperium deductum ad vnum, periculo non careret: quando quodcunq; solus vellet efficere pro fauore senatui gratiam perpensaret sufficienter: inter alterutrosq; cogitabant, & quæ solent prouenire quotidie loquebantur. Erant ergo diuisę hæ sententię populi atq; senatus. Hi quidem dignitatem pristinã appetebant, & onerosum seruitiũ pro tyrannorũ iniuria declinabant: populus autẽ inuidiam circa senatum habẽs, & auaritiã eius effugiẽs, in raptu Claudij pro imperatoris ordinatione gaudebat. Tunc itaq; bellum penè iam ciuile sub Pompeio flagrabat, quod tamen imperatore constituto sedatũ est. Inter hæc senatus agnoscens Claudiũ à militibus abreptum, misit ad eum de suo cœtu viros virtute claros, qui eum admonerent, vt pro adeptione regni nullam vim faceret: sed magis vt senatui tantorum virorũ vnus cederet, & communem vtilitatem prospiciẽtibus legibus subiaceret, vtq; memor esset, quorum malorum prisci tyranni occasio fuerint ciuitati, & quæ sub Gaio etiam ipse cum eis pericula pertulerit: neque imitaretur tyrannidis onus, & iniuriam ab alijs grauiter irrogatam, sponte ad subuersionem patriæ coarmaret, sed vt magis priorem virtutem suæ quietis ostenderet: quatenus ei honores liberiorũ ciuium, & legum decreto succederent: quo facto, fauorem imperantium & quibus imperatur acquireret: quia si neque obtemperare vellet, nec cederet autoritati senatoriæ, grandem manum ad resistendum haberent, & armatorum copiam & famulorum multitudinem, quibus aduersus eum fortiter vterentur: maximum vero sibimet esse remedium spei atq; fortunæ. Sed etiam deos non alijs præbituros esse solatia, nisi eis, qui cum virtute & boni principio ad congressionem certaminis aduenirent, cum ipsi scilicet pro patriæ libertate pugnarẽt. Et legati quidem Verãnius & Brachus, ambo tribuni, his vtebãtur verbis, & prostrati Claudiũ suppliciter exorabant, ne bellorum ac subuersionis foret occasio ciuitati: videtes vtique eum multitudine militum circunseptũ, & in comparatione illius exercitus cõsulis nihil esse: Suadebantq; simul, vt si appeteret principatũ, à senatu magis sibi datum acciperet, quod esset prosperius atq; felicius, si nõ cum iniuria, sed cum fauore decernẽtium potius imperaret. Claudius igitur sciebat quidem cum qua senatus arrogantia direxisset, & ad præsens miti sententia mediocriter se tractabat: sed tam propter metum & instantiam militum, quàm regis Agrippæ præceptum cogebatur tantum principatum qui sponte venerat, cedere non debere.

Claudius à militibus imperator cõstituitur

Calliditas Agrippæ erga senatum. Dissensio senatus & populi: & cædes coniuratorum Cap. IIII

IGitur Agrippa, cõpletis solennibus circa mortem Caij, à quo fuerat honoratus & eius lecticam lugubriter prosecutus, agnoscens Claudium à militibus raptũ festinabat ad eum. Quem turbatum inueniens, & paratum vt senatui cederet, exacuit monens, vt imperiũ sibi defenderet. Cumq; talia dixisset, abscessit. Quẽ cum senatus euocasset ad curiã, vnguens caput vnguentis, quasi ab scorto remearet, senatum interrogabat quid de Claudio gereretur. Illis autem quę gesta fuerant dicentibus & consulentibus quam ipse sententiam possideret, paratũ quidem se mori pro gloria curiæ sermone professus est, & tractandũ suasit de vtilitatè cunctorum: opus esse dicens, si resistere Claudio vellent, armis atq; militibus, quibus eum viriliter expugnarent: ne forsitan imparati incidere viderentur in malis. Respondente vero senatu, armorum copiam & pecunias abundare, sed etiam militum co-

Calliditas Agrippæ

piam aliquam partem congregandam: quatenus libertas ſeruis emergeret: opto, inquit Agrippa, ô curia, peragere vos quæ deſiderij veſtri ſunt: dicendum tamen eſt indubitanter, quod credo fore pro veſtra ſalute. Scitis militiam, quę pro Claudio pugnat, longo tempore armis imbutam: noſtra vero pars hominum eſt incerta fluctuatio & turba multorum, & ſeruitute inopinabiliter liberata, retineri difficilis. Nos vero aduerſus expertos bella ſuſcipimus, producentes viros neque gladios ſcientes educere. Quapropter mihi videtur eſſe mittendum ad Claudium, qui ſuadeant componendam eſſe huiuſmodi cauſam. Si cenſetis etiam me legatione fungi, paratus ſum. Hæc cum dixiſſet, cunctis conſentientibus, miſſus cum alijs, Claudio tumultum ſenatus expoſuit: eumq; magis latenter exacuit, imperialiter & dignitatis poteſtate reſpondere. Tunc Claudius ait, non eſſe mirabile, ſi imperatorem non libenter exciperet curia, quæ crudelitate priorum principum fuerat vulnerata. Sed dum eius manſuetudinem præguſtaret, cum nomine tantum ipſe princeps foret, opere vero communitas imperaret, eo quod multarum variarumq; rerum videretur expertus, proſpere eius imperium ſibimet obuediſſe gauderet. Et legati quidem hæc audientes verba, reuerſi ſunt ad ſenatum. Claudius autem congregato exercitu loquebatur, ab eis iuſiurandum ſecum permanendi accipiens, donauitq; ſingulos cuſtodum corporis ſui quinque milibus drachmis, & ducibus numerorum promeritam portionem largitus eſt: ſed & militibus abſentibus ſimilia cõpromiſit. Conſules itaque conuocauere ſenatum ad templum Triumphatoris, adhuc exiſtente nocte: quorum alij quidem ſemetipſos in ciuitate cælarunt, conſultationem refugientes eorum: alij vero in agros proprios ſunt egreſſi, proſpicientes, quoniam ſi res ad effectum veniret, in libertatis deſperatione conſiſterent, præſtantius iudicantes, ſine periculo ſæuiendi cum ſegnitie viuere, quàm poſſidentes dignitatem patrum, ſub ſalute dubia commanere. Verum tamen non amplius centum collecti ſunt: quibus in commune de præſenti ſtatu tractantibus, repente clamor congregati exercitus eſt emiſſus, petentium vt militaris imperator eligeretur, & nequaquam principatus Romanus multis ſolueretur. Et hoc quidem milites apud ſemetipſos decreuerant, ne cunctis ſimul, ſed vni traderetur imperium: hoc tantum ſenatui concedentes, vt ipſi qui dignus videretur eligerent. Ob quam rem contraria erãt vota ſenatus & populi: multo magis autem tam pro amiſſione gloriæ libertatis, quàm pro formidine Claudij. Erant vero qui eligerent aliquos ex genere nobiliũ, dignitatibus & coniunctione coniugum præpollentes. Minutianus namque Marcum fortitudine dignum, qui Iuliam Caij ſororem habebat vxorem, ſtudebat eligere, vt rerum culmine potiretur. Conſules vero diuerſis occaſionibus differebãt. Sed etiam valerium Aſiaticum Minutianus anteponebat, & penè homicidia facta ſunt deſiderantium principatum, vt Claudio quoquo modo repugnaretur. Monomachorum vero turba non parua militum, per noctem ad ciuitatis cuſtodiam poſitorum, concurrebat ad Claudium. Quapropter alij nouam vrbis libertatem, alij quoque Claudium metuentes, à cõſulibus abſceſſerunt. Diluculo autem Chæreas cum ſocijs adueniens, & ad medium tranſeuntes verba facere nitebãtur ad milites. Quos dum multitudo vidiſſet ſilentium poſtulantes, & dicendi initia facientes continuo diſturbauit: non acquieſcens eis vt aliquid allegarent, eo quod ipſi ad monarchiã pariter conſpiraſſent. Tum regnaturo fauebant, tanquam non patientes ſenatui cedere poteſtatem, qui etiam ſi imperare niterentur, milites non ſinerent interfectores Caij regnare. Inter hæc igitur Chæreas iram non ferens, imperatorem poſcenti populo daturum ſe promiſit ducem, qui ei ſignum abeunti deportaret. Erat enim hic Ethicus, agitator praſinus, Caio & militibus circa ſolennitates Circenſium & ſeditiones atq; opera inhoneſta deuotus: multaq; Chæreas opprobria ſibi reluctantibus inferebat, ſed & Claudij caput ſe dicebat ablaturum. Peſſima namque eſt inſipientia cum furore. Milites ergo non reuerentes verba Chæreæ, ſed euaginantes gladios, & ſigna tollentes ad Claudium deuenerunt, cõmunicaturi

Diſſenſio populi & ſenatus in eligendo imperatore

Chæreas Claudio inimicus

cum

cum illis qui etiam præbuerant iusiurandum. Consules aũt & senatus in desolatione relicti sunt, non differentes aliquid à priuatis: eratq; eis formido pariter & angustia ignorantibus quid passuri forent, dum Claudius prevaleret: & sibimetipsi adinuicem derogabant, & pœnitentiam facti gerebant. Sabinus autem vnus interfectorũ Caii, transiens ad medium, prius semetipsum interficere minatus est, quã Claudium principem cõstitui, & seruitute se damnari videret. Sed & Chæream hanc magnanimitatem assequi compulit: qui dum cõtempsisset Caiũ & primus autor bonæ fuisset vitæ, neq; sic patriæ vindicare potuit libertatẽ. Chereas aũt de morte quidem in nullo dicebat esse dubitandum, velle tamen mentẽ Claudij trutinare. & illi quidẽ in his erant: ad milites aũt omnis vndique populus concurrebat. Interea Q. Pompeius dũ accusaret milites, & pro libertate senatus supplicaret, impetu facto euaginatis gladijs, nisi mitis Claudius prohibuisset, opus in eum necis impleuerãt. Tunc Claudius ereptũ consulem à periculo, fecit sibi assidere. Senatores aũt qui cum Quinto fuerant, non simili honore suscepit Nam quidã eorum etiã plagis affecti sunt, & ad eum venire compulsi. Apronius aũt vulneratus effugit, eratq; periculum vniuersis. Tunc rex Agrippa accedẽs ad Claudium, postulauit vt circa senatũ mitis existeret, dicens quia si quid crudelitatis exerceretur in curia, non esset super quos eius cõsisteret iam potestas. Claudius aũt his flexus, senatum ad curiã cõuocauit. Cumq; de palatio per ciuitatem ipse procederet, obsequentibus in eius processu militibus, cũ multo nimis impetu atq; ridiculo Caij interfectores in publicũ proruperũt, Chereas & Sabinus, prohibentes eũ mandato Pollionis, quem ante paululum Claudius ducem custodum corporis instituerat. Claudius itaq; dum ad palatiũ denuo veniisset congregãs alios, protulit sententiã in Chæreã: quibus opus quidẽ videbatur esse preclarũ. Sed Pollioni præcipue causam mortis applicabãt, qui tantum opus fieri persuaserat: & vt ipse pariter pro metu futuri tẽporis deperiret, iustum esse clamabant. Ducebatur itaq; chereas ad mortẽ, & cũ eo Lupꝰ, sequebãturq; multi Romanorũ. Dicitur aũt quia Chæreas magnanimiter hãc cladẽ exceperit, non solũ vultu nequaquã depositio, sed etiã Lupum resolutũ in lachrymas obiurgando. Cumq; turba ad videndũ prosequeretur, dum veniisset ad locũ, requirebat militem, si interficiendi meditationẽ haberet: rogauitq; vt gladiũ ad necem suam deferret, quo Caium ipse videbatur occidisse. Et feliciter ergo mortuꝰ est Chæreas, vnius vulneris per cussione finitus: Lupus autem crudeliter est extinctus plurimarum ictu plagarũ eo quod ceruicẽ mollius præparasset ad necem. Post paucos vero dies imminẽte festiuitate, Romani honorauerunt facta Chæreæ, petentes expiationem fieri, eo quod eiꝰ memoriæ fuissent ingrati. Hoc itaq; modo Chærea vita priuatus est. Sabinus autem, dum eum Claudius non solum absoluisset à culpa, sed etiam dignitatẽ quam habuerat remisisset, iniustũ credẽs vt relinqueret cõiuratos, semetipsum occidit gladio: sic incumbens, vt eum vsq; ad capulum vulnus absorberet.

Militum impetus in pompeiam

Chereas & Lupus morte multati

De Agrippa honorato a Claudio, & edictis pro Iudæis. Cap. V

CLaudius itaq; susceptos milites dispergẽs, edicta proposuit: & principatum Agrippæ, quẽ Caius ei prestiterat, ipse confirmans, regem quoq; collaudãs, adiecit ei omne regnum Herodis, quod auus eius super Iudæos & Samaritas habuerat. Et hæc quidem tanquam debitum proprij generis ei restituit. Abelã vero Lysaniæ, & quæcũque in Libano sunt monte, ei de suo pariter adiecit imperio. & publice in mediaciuitate Romana, cũ Agrippa fœdera celebrauit. Antiocho vero regnũ auferẽs, quod habebat, Ciliciã & Comagenen donauit ei. Distinxit aũt Lysimachum, antiquo sibi amicitiarũ iure coniunctũ, qui etiam Antoniæ matris eius tutor extiterat, & circa Caium deuinctus erat: cuius filius, Beronicen Agrippę filiam duxit vxorem, Quam, dum Marcus Alexãder filius fuisset mortuꝰ, resumens virginem fratri suo Herodi Agrippa coniunxit, petens ei regnum Chalcidis à Claudio. Hoc itaq; tẽpore, seditio inter Iudæos atq; paganos in alexãdrina

ciuitate

ciuitate ſurrexit. Moriente namq; Caio, ſub cuius principatu ab Alexandrinis vi debatur afflicta Iudæorum gens, recepta fiducia, repente veniũt ad prę lia. Clau dius autem Ægypti præfecto mandauit, vt ſeditionem amoueret. Et ſupplicanti bus ſibi regibus, Agrippa pariter & Herode, edictum miſit in Alexandriam, at- que Syriam, huiuſmodi oratione conſcriptum. Tiberius Claudius Cæſar, Pius, Germanicus: tribunitiæ poteſtatis dicit: Notum eſt, Iudæos in Alexandria con- ſtitutos, qui etiam Alexandrini vocantur, cohabitaſſe temporibus priſcis Alexã

Edictum Claudii pro Iudæis

drinis: & paria ciuitatis iura à principibus impetraſſe. Quod palàm eſt ex reſcri- ptis eorum, pariter & edictis. Sed poſtquam noſtro imperio Alexandria per Au- guſtum noſcitur ſubiugata, ſeruata ſunt eis iura ſua, à prę fectis per diuerſa tem- pora deſtinatis: & nulla de legibus eorum mutatio facta eſt, tempore quo A- quila in Alexandria fuit. Morientevero Auguſto principe, vt fuerunt ſinguli eo rum in ſuis ſolennitatibus permanſerunt, neq; coacti ſunt religionis paternæ iu- ra tranſcendere. Quapropter Alexandrinos eleuatos contra Iudæos ibidem con ſtitutos, qui temporibus. C. Cæſaris, pro vehementi eius ſuperbia ſimul & impu- dentia, quod nollet gens Iudæorũ patriã religionem tranſcendere, & illũ deum appellare, humiliati ſunt: præcipio, vt nequaquam propter impudẽtiam Caij, de iure Iudæorum aliquid auferre nitãtur: ſed ſeruanda eis iura priora, manentibus vtique in ſuis ſolennitatibus: quamobrem partem vtrãque prę cipio magnam ha- bere curam, vt poſtquã fuerint hæc edicta propoſita, nulla de cætero turba fiat. Edictum ſiquidem in Alexãdria pro Iudæis miſſum, huiuſmodi eſſe dignoſcitur. Quod vero in omni orbe directum eſt, his cõtinetur eloquijs: Tiberius Claudius Pius, Germanicus, tribunitiæ poteſtatis, conſul ordinarius ſecundo, dicit: Peten- tibus me regibus Agrippa & Herode chariſſimis, quatenus eadẽ Iudæis iura con cederem: in omni imperio Romanorum, quæ in Alexandria conſtitutis, libenter hoc prębui, non ſolum petentibus hoc concedens, ſed etiam ipſos, pro quibus ro- gatus ſum, dignos exiſtimans, propter fidem & amicitiam Romanis impenſam: prę cipue iuſtum eſſe decernens, vt neq; Grę corum vlla ciuitas eorum iure priue- tur, quoniam ad dei culturam hæc facere noſcuntur. Optimum ergo iudico, Iu- dęos in omni orbe ſub nobis conſtituto, paternas ſolennitates ſine prohibitione celebrare: quibus iam nunc præcipio, vt hanc meã clementiam manſuete cuſto- diant: & ipſi aliarum gentium religionem nequaquam adnihilare pertentent, ſed ſuas leges obſeruent. Hoc igitur edictum meum, iudices ciuitatum atque co- loniarum, & municipiorum, intra Italiam & extra eam, regesq; pariter & poten- tes, per proprios legatos tranſcribere velint, propoſitumq; nõ minus triginta die bus eſſe in loco, vnde ex humili ab omnibus legi poſſit. His igitur edictis in Ale- xandriam, & in omnem terrarũ orbem directis, oſtendit Cæſar Claudius, quam

Nauigatio regis Agrippæ in Iudæam

voluntatem circa Iudęos habuerit. Mox autem etiam Agrippam, reddito ei re- gno, maximis cumulatum donis, remiſit ad propria: principibus prouinciarum at que prę ſidibus, literis ſuis ſcribens, vt ei honorem debitum exhiberent. Ille ve- ro dum meliori fuiſſet fortuna prouectus, cum celeritate reuerſus eſt: veniẽsq; ad Hieroſolymam, gratificas hoſtias celebrauit, nihil quod erat legitimum derelin quens: vnde & multos Nazarę os tonderi præcepit. Auream vero catenã, quam ei dederat Caius, factã ad inſtar ponderis ferreæ catenæ, in qua manus regię fue rant obligatæ, vt triſtis fortunę memoriam reuocaret, & teſtimoniũ de rebus me lioribus perhiberet, in templo ſuſpendit ſupra Gazophylaciũ, vt & maximũ eius indicaret caſum, & ſimul oſtenderet, poſſe eũ qui corruerit, denuo ſuſcitari. Hoc enim illius catenę oblatio omnibus indicabat: quoniam rex Agrippa ex parua cauſa, antequã dignitatem acciperet, fuerat alligatus, & poſt paululũ cõpedibus abſolutus, ad regnum priſcũ clarius probatur euectus. Propter hęc ergo oportet intelligi, quia res hominũ & lapſu faciẽte corruunt, & inclinatę ad culminis faſtigiũ ſępius reducũtur. Perfecte igitur Agrippa cultu exhibito deo, Theophilũ

quidem

quidem Anni pōtificatu ſemouit: & Boethi Simoni, cui cognomentum erat Cā-
thara, honorē eius attribuit. Duo etenim erant fratres Simoni, & Boethus pa-
ter, cuius filiam habuit rex Herodes vxorem: ſicut ſuperius declaratū eſt. Cū fra
tribus ergo ſacerdotium habuit. Simonis aūt Oniæ tres filij, in Macedonum prin
cipatu fuerunt, ſicut in priori ſcriptura contradidi.

Iniuria Doritarū erga Iudæos, quomodo vlta eſt à Petronio Cap. VI

REx igitur Agrippa hoc modo ſacerdotes inſtituens, Hieroſolymitis compē-
ſationem eorum deuotioni reſtituit: & vniuſcuiuſq; modum bene diſponens,
affectuoſam præbuit largitatem. Præfectum vero militiæ toti⁹ fecit Syllā, virum
qui multis laboribus ei ſæpe cōmunicauerat. Igitur tempore pārio præterēunte,
Doritæ iuuenes, pręponentes veneratioñi præſumptionē, cum natura viderentur
audaces, tollentes Cæſaris ſimulacrū, in ſynagoga ſtatuere Iudęorū, quod opus
Agrippam vehementer exacerbauit. Videbatur nanque ad deſtructionem pater
narū legum eſſe celebratum. Pro qua re ad Publium Petronium præſidem Syrię
feſtinanter aduenit, & contra Doritas conqueſtus eſt ei: qui non minus indigna-
tus, cum vtiq; & ipſe tranſgreſſionem legum factā nimiam eſſe iudicaret, impie-
tate indiſciplinatorum Doritarū, hæc cum magna indignatione ſcripta direxit:
Publius Petronius, legatus Tiberij Claudij Cæſaris Pij Germanici, primātibus *Petronii epi-*
Dorienſium dicit: Audiuimus, quoniam quidam veſtrum tanta ſuperbiæ præſum *ſtola ad Do-*
ptione ſint vſi, vt nec dictis Cæſaris Claudij Pij Germanici ſubderentur: quibus *rienſes*
ſancitum eſt, Iudæos obſeruationi paternarum legum eſſe dimittēdos: vosq; om
nia contraria feciſſe cognouimus, ſynagogam conſiſtere prohibentes Iudæorum
cum in ea poſueritis ſimulacrum Cæſaris, pręuaricationem ſcilicet agentes non
ſolum cōtra Iudęos, ſed contra ipſum imperatorem: cuius ſimulacrum melius po
neretur in omni Iudęorū templo, quàm in debito loco: cum vtiq; decreto Cęſaris
ſit ſancitum, vnūquenq; in locis ſuis habere poteſtatem. Verūtamen cū edictum
imperatoris, pręcipientis vt iurè ſolennitatibus ſuis vtantur, & cum Gręcis pari-
ter cōuerſentur, contempſeritis, riſibile eſt ſi dicam cūr mei iudicij fueritis imme
mores. quapropter eos qui contra edictū Cæſaris talia cōmiſerunt, cum etiā eo-
rum iudices indignentur, qñ nō propria voluntate aſſerunt, ſed impetu plebis im
pletum, à centurione Proculo Vitellio ad me perduci præcipio, quatenus poſſint
geſtorum reddere rationem. Primates vero ſeu principes moneo, vt ſi nolint vide
ri hanc querelam ſua voluntate celebratā, culpabiles perſonas centurioni demō
ſtrent, nullam ſeditionis aut litis relinquētes occaſionem, quam ſcilicet maleuo-
li venari his operib⁹ demonſtrantur. Mihi nanq; & chariſſimo meo regi Agrip-
pæ, nulla potior cura eſt, quàm ne gens Iudęorū occaſionem ſumat vindictæ gra
tia, & vt ad tumultū ſeditionis accedat. Vt aūt apertius ſciatis, quid & Cæſar ex
huiuſmodi cauſa pręcepit: edicta eius Alexandriā deſtinata, huic ſcripturę præ-
poſui: quę licet omnibus nota eſſe videantur, tū etiam apud tribunal meū chariſ
ſimus mihi rex Agrippa hęc legit, allegans, vt non oporteat eis dona imperato-
ris auferri. Agit ſiquidem me pronunciante, vt de cętero nulla ſeditionis aut tur
bę quęratur occaſio, ſed vnuſquiſq; ſuę religionis iura ſectetur. Petronius igitur
hoc mō quę fuerāt cōmiſſa, correxit, vt denuo nihil poſſet huiuſmodi perpetrari
Rex aūt Agrippa Simonem Canthară pōtificatu priuauit, & denuo Ionam An-
nę conſtituit, cum ſcilicet exiſtimans digniorem: cui tamen grātū non fuit tātam
recipere dignitatē, pro qua re ſupplicabat, hęc dicens: Tu quidem ò rex meo ho-
nori congaudens, hanc mihi reſtituis proprio conſilio dignitatem: licet me pōti-
ficatu nunquam dignum iudicauerit deus: ſemel tamen cum indutus ſim ſtola ſa- *Ionas Annę*
cerdotij, ſufficit mihi: prius enim ſum dignitis indutus, quàm nūc denuo receptu- *pontifex*
rus. Tu vero ſi modo vis, vt accipiat dignior hunc honorem, agnoſce quia om-
ni peccato mundior eſt apud deum & apud te rex frater mihi, qui poſſit ād hunc
honorē dignus accedere. In his ergo ſermonibus rex Agrippa collaudans Ionę
voluntatem, præbuit Matthię eius fratri pontificatum. Et non multo poſt

tempore

tempore, Petronio succeſſit Marſus, qui Syriam gubernabat.

Quid Agrippa egerit circa Sylam, Hieroſolymitas atque Berytios Caput VII

SYlas igitur præfectus regis Agrippæ, quoniam in omni fortuna ei fidelis extiterat, & nec in periculorum eius communione receſſerat, ſed cum eo in manifeſtis laboribus atque neceſſitatibus ſuccubuerat, circa eum magnã habebat fiduciam: concedereq; ſibi petiit apud eum parem honorem, pro amicitiarũ priſtina firmitate, & nequaquam patiebatur ei legaliter obedire: ita vt maxima ab eo beneficia poſtulando, oneroſus eſſe videretur, cum ſemetipſum immenſa arrogantia glorificaret, & regi ſæpius ad mémoriam cauſas communis triſtitiæ produceret, vt ſtudium quod tunc circa eum gerebat oſtẽderet. Quod dum crebro faceret, vt mihi videtur, improperare beneficia noſcebatur: cuius rex apertam fiduciam tolerare non potuit. Non eſt enim ignobilium temporum grata memoria: neq; ſuauis agnoſcitur, qui frequẽter ea quę præſtat, improperat. Quid plura? dũ frequenter Sylas regis prouocaret iram, & ille plus indignationi quàm rationi tribueret, nam eum remouit à prefectura ſolũmodo, ſed etiam tradendũ vinculis in patriam deſtinauit. Cumq; eius ira longo fuiſſet tempore mitigata, & perſpecta ratione in memoriam reuocaſſet, quantos pro eo labores ille pertulerat, eius remiſit culpam. Die ſi quidem feſtiuo natiuitatis ſuæ, dum cuncti quibus imperabat in lætitia magna conſiſterent, Sylam reuocari iuſſit, ſecum ſcilicet comeſurum. Ille vero modũ libertatis, quem iuſtum eſſe credebat, venientibus ad ſe non tacuit, dicens: En ad quem me honorem rex euocat, quem denuo poſt paululum ablaturus eſt: quippe nec primos honores deuotionis exhibitæ cuſtodiuit, qui iniuriis me afficere non quieuit. Cum qua ergo fiducia, aut qua cõſcientia ad eum veniam? Quantis malis eum eripui, quanta pericula ſuſtinui, vt illi ſalus acquireretur & honor? pro quibus omnibus retributionem merui, vincula & carcerem tenebroſum. Nunquam ergo horum obliuiſcar malorum: mihi enim pro bonis actionibus, etiam poſt ſolutionem carnis & animæ hæc memoria reſeruatur. Hæc loquens, poſcebat vt regi dicerentur Agrippæ. Qui dum eum cognouiſſet animo non poſſe mitigari, dimiſit eum in carcere cuſtodiri. Hieroſolymorum vero muros, qui circa nouam reſpiciunt ciuitatem, publicis ſumptibus munitiſſimos latitudine & altitudine fabricatus eſt: & omni humano reddidiſſet tutamine fortiores, niſi Marſus Syrię preſes Claudio Cæſari quod agebatur ſuis indicaſſet ſcriptis. Quamobrem Claudius rebellãdi cauſa ſuſpicatus hoc fieri, Agrippæ mandauit, vt à murorum ædificatione ceſſaret. Qui mox vt agnouit, reluctandum ei non cenſuit. Fuit etenim rex iſte natura bonus, & ad beneficia munifica pręparatus, & ciuitatem proprijs ſumptibus exornare non tardus, ita vt ſua claritate muneribusq; gauderet, & fauorabiliter ſuę vitæ iura diſponeret in nullo ſimilis Herodi regi. Illi nanque mens erat callida, & ad ſupplicia pręparanda, & aduerſus odioſos ſine retentatione pernicioſa, Græcis magis quàm Iudæis familiaris exiſtens, & alienigenarum ciuitates ſæpe nobilitans: impenſa magna pecuniarum balneas, theatra, & templa, porticusq; conſtituens: Iudæorum vero ciuitates nulla fabrica reparauit, nec aliquam eis prębuit impenſam, vnde potuiſſent habere eius memoriã. Mores autem Agrippæ erant manſueti, circa omnes beneficia ſimilia conferebat. Alienigenis quoque erat clemens, etiam in illis dona ſuæ voluntatis oſtendens: circa ſuam gentem pro modo benignus, & potius compaſſione pronus. Grata ſiquidem ei commoratio atque frequens in Hieroſolymis erat, ſeq; in paterna ſolennitate ſeu puritate ſeruabat: nullaq; dies præteribat hoſtijs viduata ſolemnibus. Quidam igitur in Hieroſolymis vir, nomine Simon, qui putabatur mandata legitima perfecte diſcernere, multitudine in eccleſia conuocata, cum rex Cęſaream perrexiſſet, eum accuſare præſumpſit, quaſi non ſanctum & iuſtum: ſuadens, vt rex prohiberetur à templi limine, quò non niſi dignis ingredi liceret. Hęc ergo regi literis indicata ſunt à præfecto,

Sylas in uincula conijctus

quia

quia Simon talia concionatus esset. Quem rex euocatum, dum tunc esset in theatro, sedere iuxta se fecit, & sub silentio mitissime requisiuit: Dic mihi, inquit, quid horum quæ hic aguntur contra legem esse noscitur? Ille vero nihil habens quod responderet, veniam postulabat. Tunc rex circa eum magis placatus quã ab aliquo crederetur, iudicans etiam mansuetudinem conuenire regi potius quam furorem, muneribus honoratum remisit ad propria. Cum autem multis multa concesserit, præcipue Berytios honorauit. Instruxit enim eis theatrum, amplitudine & pulchritudine pręcipua decoratum, & amphitheatrum copiosa impensa constructũ. Sed & balneas & porticus celsis operibus exaltauit: nullaq; tenacitate sumptuũ aut pulchritudinẽ fœdauit, aut magnitudinẽ quamlibet imminuit: quorum omnium dedicationem largissime ac magnifice ministrauit. Cum igitur in theatro spectacula celebraret, musica quęq; illic instrumenta produxit, & varia delectationũ opera affluẽter exhibuit. In amphitheatro aũt multitudine gladiatorũ suam largitatem cunctis ostẽdit. Vbi volens numerositate concertantiũ delectationẽ spectantib9 exhibere, alios septingentos pugnaturos emisit: quoscũq; malignos habuit, in hac actione distribuens, vt & illi hoc modo pugnarent, & opus belli voluptas pacis existeret. Hos itaq; passim hoc modo cũctos extinxit.

De magnificentia Agrippæ & obitu Cap. VII

HIs spectaculis celebratis, in Tiberiadem vrbem Galilææ migrauit: eratq; inter alios reges valde conspicuus: ad quem venit Comagenensis rex Antiochus, & Emesorum Sigerammus, & Cotys minoris Armeniæ, qui etiam in Ponto Polemoniaco regnabat: pariter & Herodes frater eius, qui & ipse Chalcidis habebat imperium: habuitq; colloquium apud eos, susceptione & amicitijs valde digniſſimũ, ita vt ostenderet suę sapientiæ culmen, & in præsenti eos videretur regaliter honorare. Sed his apud Agrippam ita degentibus, Marsus Syriæ præses aduenit, Verum Agrippa rex, sciens eum honorabilẽ Romanis esse, processit è ciuitate, occursurus ei, quasi ab stadijs septẽ. Hoc etenim principiũ inimicitiarũ circa Marsum fuit. Sedens enim in tribunali Agrippa, inuitauit alios reges: quorum concordia Marso, & tanta pariter amicitia in suspicionẽ repente venit: nõ credenti expedire Romanis, reges huiusmodi habere cõsensum. Mox itaq; ad vnũquenq; mittens, mãdauit, vt non segniter ad propria remearent. Hęc Agrippa dolẽter accepit, & propterea Marso quidẽ factus est inimicus. Matthia vero pontificatu spoliato, pro constituit sacerdotẽ Elioneũ Cantharæ natũ. Igitur cũ tertiũ annũ in Iudææ cõplesset regno, venit in Cæsaream ciuitatẽ, quę primitus turris Stratonis appellabatur, ibiq; spectaculũ ad honorẽ Cæsaris pro eius salute celebrabat: ad quam festiuitatem omnis prouinciæ multitudo nobilium, simul & procerũ vnà conuenerat. Secũda vero spectaculorũ die, stola vestitus vndiq; argento contexta, ita vt textus esset valde mirabilis venit ad theatrum inci piẽte die, & primis radijs sole oriente demissis, argenti claritas repercusso fulgorẽ reddidit valde perspicuũ, & oculis inspicientibus formidandum. Mox aũt adulatores voces fauorabiles emittebant, quæ nec illi bonę pro veritate videbãtur, deum scilicet appellantes eum, atq; dicentes: Propitius nobis esto, quia licet hactenus te velut hominẽ timuerimus, attamen iam nunc superioris naturæ te esse cõspicimus. Has aũt voces rex nequaquã cõpescuit, nec impia eorum verba cõpressit. Post paululum vero respiciens, vidit supra suum verticem in quodã funesedẽtem bubonem: quem etiam mox esse malorum causam intellexit, qui fuerat ei aliquando bonorum. Mox ergo passionem mortiferam corde suscipiens, & vehementer vteri dolore percussus, respiciensq; suos amicos: Ego, inquit vester deus iam vitam mutare compellor. Repente namque increpitus sum, cum mendaces ad me clamarent. Nam quivocabar immortalis à vobis, ecce iam ducor ad mortem. Suscipienda est sententia, quæ profertur à deo. Viximus etenim non praue, sed claritatem beatitudinis appetentes. Hæc itaque cum dixisset, crescente dolore comprimebatur. Tũc cum festinatione ad regalia reportatus est.

De Marso præside Syriæ

Spectacula Cæsareæ exhibita

Agrippa dolore corripitur

Et sermo

Et ſermo eſt apud cunctos egreſſus, quia indubitanter moriturus eſſet. Mox itaque cuncti cum coniugibus ſimul & liberis, lege patria in ſaccis iacentes, deprecabantur pro rege deum, & omnia luctu gemituq; complebantur. Rex autem cum in domo ſublimiore iaceret, deorſum reſpiciens, atque videns eos proſtratos eſſe, nec ipſe à lachrymis potuit abſtinere. Quinque vero continuis diebus ventris dolore confectus, vita priuatus eſt, habens annum ætatis quartum & quinquageſimum, ſeptimum vero regni. Quatuor namque ſub Cæſare Caio regnauit annis, cum Philippi quidem tetrarchia tribus, quartum vero cum Herodis: tres autem reliquos ſub Claudij compleuit imperio: in quibus & Iudæam percepit, & Samariam, atq; Cæſaream, & tributa ſui innumera auxit imperii. Multum tamen à diuerſis mutuũ ſumpſit. Nam cum eſſet valde munificus, ſupplicantibus larga munera conferebat, & dona ſine aliqua parcitate prębebat. Igitur cum mors eius populis eſſet ignota, conſpirantes ſimul Herodes Chalcidis rex, & Telchi præfectus, & regis amicus, Ariſtonem quendam fideliſſimum miniſtrorum deſtinauerunt: & Syllã quoniã eorum erat inimicus, quaſi iubente rege peremerunt.

Quæ Agrippa mortuo contigerint iuniori Agrippæ Cap. VIII

Proles Agrippæ

REx igitur Agrippa hoc modo conuerſatus, diſceſſit à vita: qui de ſuo genere filium dereliquit, Agrippam nomine, agentem ſeptimum & decimum ętatis annum, & filias tres: quarum alia quidem nomine Beronice, ſextodecimo ętatis anno Herodi patris fratri videbatur eſſe coniuncta: virgines autem duę erãt, Maria & Druſilla, Maria quidẽ decimũ agẽs annũ, Druſilla vero ſextũ. Eratq; deſpõſata à ſuo patre Maria Archelao Chelcię filio: Druſilla vero filio Antiochi Comagenẽſis regis, qui dicebatur Epiphanes. Cumq; mors Agrippæ cunctis innotuiſſet, Cæſarienſes & Sebaſteni benefactorũ eius immemores, peſſimas res egerũt, blaſphemantes vehementer indecẽterq; defunctum. Sed & militum quę tunc aderat multitudo, in domum eius adeuntes, & ſtatuas filiarum regis virginum diripientes, pariter ad loca fornicaria detulerunt: & ſtatuentes eas in publico, reclinantes eis fœdas contumelias inferebant: & turpiora facinora quàm dici fas eſt, ſceleſtis actibus adimplebant: celebrantes conuiuia publica coronati, & madentes vnguentis & oleo, ſacrificia pariter exhibẽtes: prandiaq; ſibimet alterutri pro regia morte mittentes. Erant autem immemores non ſolum Agrippę qui multas eis prębuerat largitates, ſed etiam aui eius Herodis, qui ipſas ciuitates inſtruxerat, porticusq; ſimul & templa claris probabatur fabricatus impẽſis.

Agrippa iunior

Filius vero defuncti, Agrippa erat tunc Romæ, & alebatur à Cæſare. Tũc Claudius audiens Agrippã fuiſſe defunctum, & Sebaſtenos atque Cæſarienſes ei mortuo contumelias intuliſſe, graui dolore perculſus eſt, eratq; prępar atus, vt eius filium Agrippam in illius regnum dirigeret ſucceſſorem, volens etiam iuſiurãdum quod cum illo habuerat confirmare. Et conuocatis amicis indicauit, quod deliberarat ſuper commendato ſuæ fidei puero: interrogans quid & ipſis videretur, vtrum cogitata de hoc manere vel non decernerent: qui perſpecto Cæſaris animo, prudentius aliquid conſiliati ſunt, collaudantes quidem benignitatis eius propoſitum, voluntatem autem eius incautã eſſe dicentes, vt puero, qui nec pueriles annos exceſſerat, magnitudinem tanti regni committeret, cui eſſet impoſſibile tanta gubernacula detinere. Cumq; videret eos recte locutos Cæſar, prębectũ in Iudæam totumq; regnũ direxit Cuſpium Fadum: quo facto etiam honorem defũcto prębtitit, ne iterum ad eius regnum, qui illi fuerat inimicus, eueheret. Præ omnibus autẽ Fado prębepit Claudius, vt Cæſarienſes & Sebaſtenos pro defuncti contumelijs coerceret. Cohortem vero Cæſarienſium & Sebaſtenorũ, & quinque numeros in Pontum transferri iuſſit, vt ibidem militarent: & ex numeris Romanorũ in Syria conſtitutis, eligerentur milites, qui eorum loca complerẽt. Sed nequaquam tali iuſſione migrati ſunt. Mittentes namq; legationem ad Claudium

Cuſpius Fadus mittitur in Iudeam

dium ſupplicarunt,& in Iudæa conſiſtere meruerũt. Vnde etiam futuris temporibus cauſa maximarum calamitatum Iudæis effecti ſunt, ſumentes initio ſemina belli ſub Floro. Quamobrem tempore quo Veſpaſianus vicit,ſicut poſtea paululum referemus,eos ex illa regione migrauit.

FLAVII IOSEPHI

ANTIQVITATVM IVDAICARVM LIBER VIGESIMVS.

De diſſidio Iudæorum & Philadelphinorum compoſito & de ſtola ſacerdolita. Cap. I.

Oriente ſiquidem Agrippa rege,ſicut in libro præcedente narrauimus,Cæſar Claudius miſit ſucceſſorem Marſo Caſſium Longinum,memoriæ conferens hoc defuncti à quo viuente rogatus fuerat,ne Marſus vlterius Syriæ præſideret. Fadus inter hæc, dum præfecturæ culmine in Iudeã veniſſet,comperit Iudeos habitantes trans fluuium, cõtra Philadelphinos habentes contentionem pro finibus vici, cuius nomen eſt Meas. Erantq; illic armatorum plurimi congregati, qui præter voluntatem primatum ſuorum ſumentes arma,multos Philadelphinorum peremiſſe noſcuntur. Hęc audiens Fadus,vehementer accenſus eſt,eo quod non eius reſeruaſſent iudicio, qui ſe dicebant à Philadelphinis fuiſſe leſos,ſed vſque ad arma veniſſent: Qui ſumens tres priores ipſius ſeditionis alligari præcepit. Deinde quendam eorum Antibam nomine iuſſit occidi: duobus autem reliquis,Amaramao & Eleazaro fugam commiſit. Ptolemæus autem princeps latronum,& qui multa mala Idumæis & Arabis frequẽter intulerat,non multo poſt captus,& ad eũ deductus,morte multatus eſt. Hoc itaque modo cuncta Iudæa latronibus eſt purgata,Fadi prouidentia atq; ſollicitudine. Is enim Fadus tunc cunctos vocans ſacerdotes & priores Hieroſolymitarum,admonuit eos,vt in talarem tunicam,& ſacerdotalem ſtolã, qua ſolus pontifex indui ſolet,in Antoniæ caſtro reponerent: vt ſicuti prius, ſub Romanorum poteſtate iaceret. Illi vero nequaquam contradicere præſumpſerunt,ſed rogabãt Fadum atque Longinum(nam & ipſe cum multo exercitu ad Hieroſolymam venerat,metuens ne præceptis Fadi multitudo reſiſteret Iudæorum)& ab eis ſuppliciter exorabant, vt ſinerent legationem ad Claudium deſtinari, quatenus ab eo peterent,vt ſacerdotalem veſtem haberent in propria poteſtate,& ipſi ſuſtinerẽt donec Claudij reſponſa perciperent. Illi vero ita ſe hæc præſtare dixerunt,ſi eorum filij obſides præberentur. Quibus obedientibus,filioſq; dantibus, legati ſunt miſſi. Cumq; Romam veniſſent,audiens Agrippa inuenis defuncti filius,cauſam aduentus eorum(erat nanque,ſicut iam prædiximus,apud prędictum Claudium) Cæſari ſupplicauit,vt eiſdem Iudæis concederet,mittens ad Fadum ſua ſcripta, quæ de ſacerdotali veſte poſcebant. Vocans itaque Claudius legatos Iudeorum, promiſit ſe concedere quæ petebant: iuſſitq; vt Agrippæ gratias dignas exoluerẽt cuius præcibus hæc eis iura concederet. Quamobrem huiuſmodi ad Fadum miſit epiſtolam. Claudius Cæſar,Germanicus,tribunitiæ poteſtatis,quinquies conſul, ordinarius quater,imperator decies,pater patriæ,Hieroſolymorum principibus, curiæ populoq; Iudæorum,& cunctę genti ſalutem. Agrippa meo piiſſimo,quem ego connutrui,& habeo mecum,perducente ad me legatos veſtros,gratias agente,eo quod habeam gentis veſtræ ſollicitudinem,& cum ſumma deuotione proſacerdotali veſte atq; corona ſupplicante, vt ſub veſtra poteſtate conſiſtant, quæ

sunt à me postulata concedo, sicut vir fortissimus & mihi charissimus Vitellius fecit. Huic itaque voluntati consensi, primum quidem propter pietatem meam, volens vnumquenque exhibere suam in paterna traditione culturam: deinde sciens quia dum hæc fecero, & ipsius regis Herodis, & Aristobuli iuuenis, potētium personarum, quorum circa me pietatem, & circa nos studium esse cognosco, amplissimas amicitias collocabo. Scripsi vero ob hāc causam & Cuspio Fado, meo procuratori. Nomina vero literas deferentium hæc sunt: Cornelius Leo, Tryphon Theodions, Dorotheus Nathelis, Iohānes Iouis panis. data est XIII kalendas Iulij, Consulibus Rufo & Pompeio Syluano. Petijt autem à Claudio Cæsare & Herodes, frater Agrippæ defuncti, cui illo tempore Chalcidis regnum videbatur esse commissum, potestatem templi & sacerdotum ordinationem: & omnia pariter impetrauit. Ex illo autem fuit apud omnes eius liberos hęc potestas, vsque ad belli finem. Herodes itaque à pontificatu remouit Cantharam, & Ioseph filium ei successorem dedit.

Potestas institui pontificē Herodi cōcessa

De Helena regina ad Iudaismum conuersa. Cap. II.

EO siquidem tempore Heleno Adiabanorum regina, & filius eius Izates, ad solennitatem Iudæorum hac causa proueniente migrauerunt: Monobazus Adiabenorum rex, cui cognomen erat Bazeus, sororem Helenā amore captus duxit vxorem. Quæ dum ex eo haberet in vtero, contigit, vt dum cum ea dormiret, super ventrem mulieris manum poneret per soporem, & quandam subito vocem audiret, præcipientem vt manum de ventre eius auferret, ne infantem in eo vexaret, qui prouidente deo & principiū & finem esset felicissimū possessurus. Qua voce turbatus, repente surgens, hæc dixit uxori, & natum filium iratem nuncupauit. Habebat autem ex Helena & alium seniorem filium, nomine Monobazum, & alios filios ex alijs mulieribus procreatos: maximam tamen deuotionem quasi vnigenito Izati desiderabiliter impendebat: pro qua re ille inuidiam fratrum sustinebat. Habebat & odium, quando cuncti cōtristabantur, quia eum pater omnibus præponebat. Hoc pater aperte cognoscens, illis quidem ignouit: sciens quia hoc non agebant pro malicia, sed quoniam singuli fauorem patris habere desiderabant. Izatem vero, cum pro eo valde metueret, ne odio fratrum mali aliquid sustineret, multis munerib⁹ sarcinatum, in castrum Pasini misit ad Abennerigum regem, commendans ei nati salutem. Abennerigus autem libenter eum excepit, & pro multa deuotione, filiam suam Amacos nomine, ei dedit vxorem: donauitque prouinciam, ex qua perciperet multa tributa. Monobazus autē cum iam senectute grauaretur, & paucum sibi tempus viuēdi supereſſe videret, voluit aspectum filij antequam moreretur, inspicere: & vocans eum delectabiliter est amplexus. Cui dedit quoque prouinciam quæ dicitur Carrorū, terra fertilis amomi, in qua etiam reliquiæ sunt arcæ Noe, quæ ex imbrium diluuio liberata fertur & hactenus videre volentibus demonstratur. Cōmorabatur itaque Izates in hac regione, & Artabanem Parthicum ad Iudæam destinauit. Cumq; legibus crederet Iudæorum, studebat & ipse conuerti; & credens se perfectum non esse Iudęum nisi signum circunciſionis acciperet, erat hoc agere paratus. Quod dum cognouisset mater eius, prohibebat, dicens ei fore periculum: quia cum esset rex, multorum acquireret inimicitias subiectorum, cum peregrinas solennitates & suæ genti extraneas adimpleret: nec pati eos super se regnare Iudæum. Et illa quidem hęc dicens, omnino prohibuit. At ille ad Ananiam verba referebat: Qui matri dixit atque interminatus est, quia nisi acquiesceret, repente decederet. Cui mater ait: metuere se, ne causa omnibus indicata, periculum ipse supplicij sustineret, qui quasi autor & doctor existeret operum indecētium apud regem. Tunc ille audiens hæc, respondit, quia posset etiam præter circunciſionem colere diuinitatem, si omnino decerneret apud se leges Iudaicas obseruare: & hoc esse firmius quàm circunciſionem accipere: veniamque illi daturum deum, opus hoc non implenti propter necessitatem, subiectorumque formidinem. Tunc ergo rex huiusmodi

Terra fertilis amomi et in qua sunt reliquiæ arcæ Noe

sermonibus

sermonibus acquieuit. Post hæc autẽ cum nequaquã suum desiderium adiecisset, Iudæum quendã alium de Galilæa venientem, Melazarũ nomine, & leges erudi tum patrias inuitauit, vt circuncisionis opus impleret. Qui cum intrasset ad eum, & inuenisset legem Moseos legentẽ: ignoras, inquit, ò rex Moseos iura, & per hęc deo facere videris iniuriã. Non enim solum legere, sed primitus facere te oportet quæ præcepta sunt. Quàm diu sine circuncisione permanes, legibus nequaquã no sceris obedire. Sed nondum ex hoc legisti legẽ, vt scias quapropter hoc geratur, vel nunc lege. Hæc audiens rex, actũ differri non pertulit, sed ad aliam cõuersus est domum, & vocans medicũ quod prȩcipiebatur impleuit. Tunc euocata matre & Anania doctore, eis quod egerat explanauit. Qui repente non mediocri timo re sunt territi, ne causa cunctis manifestata rex periculum deiectionis incurreret non patientibus subiectis virum extranei dei cultorem sibimet superesse: ipsiq; pa riter pericula sustinerent: quasi & huius rei viderentur autores. Deus autem præ sens erat, qui illorũ metum non perduxit ad terminũ. Nam cum multa pericula & Izates & eius filij sæpius incurrissent, eum ex ingentibus liberauit angustijs, & salutis dona concessit: ostẽdens quia respicientibus ad eum, & ipsi soli credẽtib⁹, nequaquã fructus pietatis auferetur. Sed hęc quidem postea explanabimus. Igi tur Helena regis mater, videns regem pacifice gubernare, & suum filium esse bea tum, & vltra cunctas gentes prouidentia diuina religiosum, desiderium habuit Hierosolymitarum conspicere ciuitatem, atq; cunctis hominibus diuulgatũ dei templum suppliciter adorare, & hostias pacificas offerre. Ob quam rem filio sup plicauit. Quo matri petenti prone consentiente, & multam præparationem itine ris faciente, & plurimas dante pecunias, descendit in Hierosolymam, etiam filio multo eam itinere deducente. Cuius aduẽtus Hierosolymitis tunc profuit valde. Nam dum eorum ciuitatẽ illo tempore fames apprehendisset, & multi fuissent e gestate consumpti, Helena regina misit quosdam suorum, alios quidẽ ad Alexan drinã vrbem, vt frumenta ex eius pecunijs cõpararent: alios Cyprum, quatenus caricas ex abundanti deferrent. Cumq; venissent hæc onera deportantes, alimẽ ta indulgentibus illa diuisit. Quapropter genti nostrę beneficiorum suorum ma ximam memoriam dereliquit. Cuius filius Izates audiẽs hanc famem, multas pe cunias Hierosolymitarum primatibus destinauit. Et alia quidem multa bona hi principes in nostra ciuitate gesserunt, quæ postea declarabimus.

Izatis circuncidit

De gestis Izatis regis & obitu. Cap. III.

ARtabanus itaque rex Parthorum, sentiens sibimet satrapas inimicos degere apud eos sibi iudicauit incautum. Quapropter decreuit pergere ad Izatem regem, salutem apud eum inuenire se credens, & ita ad regnum proprium re meare. Sumptis ergo cognatorum atq; familiarium circa mille viris, venit ad re gem Izatem. Cumq; ipse illum aperte nosset, Izates vero Artabanũ penitus igno raret, inueniens eum in itinere constitutum, & astans ei, prior secundum morem patrium adorauit. Deinde: ò rex, inquit, nec me despexeris tuum seruũ, nec circa supplicem ĩs superbus: miser enim rerum mutatione factus, existens ex rege pri uatus tuum posco solatium. Perspice siquidem inconstantiam fortunæ, & hãc sci to esse cõmunem, & vim similem habituram. Nam si me sine vindicta despexeris erũt audaciores plurimi circa alios etiam reges. Hęc ergo Artabanus cum lachry mis edicebat, capite reclinato deorsum. Izates autem vt eius nomẽ audiuit, & Ar tabanum suppliciter sibi respexit astantem, mox ex equo desiliens: habe, inquit, fiduciam ò rex, nec te præsentia fata confundant. Velociter enim erit tibi mutan da tristicia: amicum nanq; me & auxiliatorem inuenies plus quàm credis: aut e nim in Parthorum regno te rursus, aut in meo constituam regem. Hæc dicens: Artabanum imposuit equo, ipse vero pedibus sequebatur, honorẽ tribuẽs ei, qua si regi maiori. Respiciens igitur hoc Artabanus, grauiter tulit: & per præsentem fortunam honoremq; iurauit, descensurum se, nisi ille rursus ascenderet atq; præ iret. Tunc ille in equum ascendens, eumq; ad regalia sua perducẽs, omnem ei ho

Artabanus auxilii implorat ab Izate

norem libenter exhibuit: & in conſeſſu atq; conuiuijs primum recubitum ei parauit, non præſentem fortunam intendens, ſed eius priſtinam dignitatem, eumq; ratione frequenter conſolatus eſt, quia cõmunes ſunt omnibus fortunæ permutationes hominibus. Scripſitq; Parthis, ſuadens eis vt Artabanum ſuſciperent regem, promittens eum priſtinorũ in ſe non habere memoriam, ſimul & iuramenta præbens. Parthis vero ſuſcipere quidem ſe velle eum non negantibus, ſed non poſſe dicentibus habere regem, eo quod Cinnamũ iam conſtituiſſent principem, ne forte certamen inter eos emergeret: agnoſcens eorum Cinnamus voluntatem, mandauit vt veniret Artabanus, regnum proprium recepturus. Cui vtiq; credens Artabanus, reuerſus eſt: occurritq; ei Cinnamus, & adorans eum, & regem ſimul appellans, auferens de ſuo capite, impoſuit eius vertici diadema. Sic igitur Artabanus per Izatem rurſus in regnum, vnde per proceres ſuos ceciderat: reſtitutus eſt: nec fuit immemor beneficiorum in ſe geſtorum, ſed Izatem magnis muneribus redonauit. Nam & tiara recta ei permiſit vti: & in aureo lecto, quo ſolis Parthorum regibus licet dormire, conceſsit: deditq; ei maximam & optimam regionem regis Armeniorum, cuius terræ nomen eſt Niſibis: in qua etiam primitus fecerũt Antiochiam ciuitatem, quam Mygdoniam nuncuparunt. His itaque muneribus à rege Parthorum Izates honoratus eſt. Poſt paululum vero tempus Artabanus regnum Bardani filio dereliquit. Is enim veniens ad Izatem, ſuadebat ei, vt ſibi contra Romanos pugnaturo ferret auxilium, cui tamen perſuadere non potuit. Izates enim Romanorum ſciens potentiam atque fortunam, putabat eum impoſſibilia bella tẽtare. Inſuper dum miſiſſet quinq; filios ætate nouellos, vt linguam noſtræ patriæ & eruditionem ſub integritate condiſcerent, ſed & matrem, vt templum ſicut prædiximus adoraret: ſegnior erat ad bellandum. Sed & Bardanem ſæpius prohibebat, narrans ei Romanorum virtutes, & credens eum per talia verba terrere, quatenus à deſiderio contra Romanos bellandi recederet. In his ergo Parthorum rex indignatus, bellum aduerſus Izatem repente pronunciauit. Sed nullam in hoc vtilitatem habere promeruit, deo ſcilicet ſpem eius annihilante. Agnoſcentes enim Parthi Bardanis voluntatem, & quia contra Romanos bellum ſuſcipere decreuiſſet, illum quidem extinxerunt, principatum vero Gotarzi eius germano contradiderunt. Cui etiam poſt paululum per inſidias rebus humanis ablato, ſucceſſit frater Vologeſes, qui duobus ex eodem patre germanis ſuis præbuit poteſtatem: Pacoro quidem ſeniori Medorum, Tyridati vero iuniori dedit Armeniam, Monobazus igitur regis frater, pariter & eius cognatio, videntes Izatem propter pietatem quam circa deum habebat, vltra omnes homines excellentem, habuerunt & ipſi deſiderium, vt mores patrios derelinquentes, Iudaicis ſolennitatibus obedirẽt. Horum niſus fuit ſubiectis valde ingratus, & in hoc proceres indignati, iram equidem retinebant expectantes opportunum tempus, vt in eis vlciſcerentur. Quamobrem ad Abiam regem Arabię ſcripſerunt, multas ſe daturos pecunias promittentes, ſi contra eorum regem caſtra moueret: ſimúlque profeſſi ſunt circa primam congreſſionem eum ſe quoque deſerere: quem vellent propter odium, quod eorum cultum reliquerat pœnas exoluere. Dictis ergo ſacramento firmatis, feſtinabant ad terminum peruenire. His itaque flexus Arabię rex, cum multo exercitu venit ad Izatem. Tunc ipſa prima congreſſione, antequàm ad manus accederent, facto ſigno omnes Izatem velut vno vincti funiculo reliquerunt, & dorſũ hoſtibus dantes effugerunt. Non tamen Izates expauit, ſed conſilium proditionis agnoſcens à primatibus factum, & ipſi cum exercitu deſceſſit: cauſamq; requirens, vt agnouit cõſtitutum ad Arabas factum, autores quidem interfecit. Altera vero die cõgreſſus, plurimos occidit, omnes autẽ ſimũl in fugam vertit: ipſumq; regem perſequens, in quodam caſtro Arſanum nomine circumcluſit. Quo tamen forti dimicatione prævalvit, captoq; caſtro, dũ Abiam regem non inueniſſet viuum, quoniam ſeipſum peremerat, abripiens omnem prædam, quæ in eo videbatur eſſe magna amplitudine conſtituta, in Adiabenorum

Bardanes bellũ romanis mouet

Monobazus ſubit iudaiſmum

Victoria Izatis de inimicis

regreſſus

regreſſus eſt regionem. Primo quidem conamine Adiabenorum proceres non valentes aduerſus regem, deo ſcilicet eos eius poteſtati tradente, neque tunc quieſcere voluerũt: ſed ſcripſerunt Parthorum regi Vologeſi, rogantes eum, vt Izatem occideret, & eis principem de Parthorum gente conſtitueret, dicentes ſe odio habere proprium regem, qui iura patriæ deſtruxerat, & extranea diligebat. Hæc audiens rex Parthorum, eleuatus eſt ad bellum: & cum iuſtam belli non inueniret occaſionem, datos ei à patre honores repetit, & reſiſtenti bellum ſe inferre minatus eſt. His auditis, Izates non mediocriter turbatus eſt: & iudicans turpitudinem ſibi fore, ſi propter metũ collatis honoribus cedere videretur, ſciens inſuper, quia etiam ſi is cederet, Parthorum rex ab eius inimicitijs non ceſſaret, decreuit magis deo curatori omnium animæ ſuæ pericula committere: eumq; maximum habere ſe arbitratus auxiliatorem, filios quidem & coniuges conſtituit in munitiſſimis locis, cunctaq; frumenta & fœnum, & pabula congreganit. Quibus geſtis, hoſtium ſuſtinebat aduentum. Veniẽte vero Parthorum rege, cum exercitus ſui multa virtute, pedeſtrium pariter & equeſtrium, & cum magna velocitate faciente vallum circa fluuium, Medorum ſcilicet & Adiabenorum prouinciam terminantem, etiã Izates caſtra poſuit non procul ab eo, habens circa ſe equeſtrium quaſi ſex milia Quo facto venit ad Izatem nuntius, à Parthorum rege directus, qui eorum virtutem ediceret, quomodo ab Exphrate fluuio vſque ad Bactrorum terminos reſideret: ſimul & ſubiectos reges ei adeſſe dicẽs: interminatus pariter, quia pœnas Izates exolueret, eo quod circa ſuum dominum eſſet ingratus: à cuius manibus neque deus eum poſſet quem colebat eruere, Hęc dicente nuntio, Izates noſſe ſe quidem ait parthorum exercitum ſuo abundantius potiorem: ſciendum tamen quia cunctis hominibus potentior eſſet deus. Et huiſumodi dato reſponſo, ad ſupplicationem dei conuerſus, humi ſe proſternens, & cinere caput implens, cum filijs & vxoribus ieiunauit, inuocans deum, atque dicens: Dominator domine, ſi non fruſtra me tuæ dignitati ſubieci, & iuſte omnium te ſolum & primum dominũ eſſe cognoui, adueni auxiliator: non pro me ſolummodo vlturus in hoſtibus, ſed quia etiam contra tuam virtutem cum nefanda præſumptione locuti ſunt. Et ille quidẽ hoc modo ingemiſcens, cum lachrymis ſupplicabat: quem repente deus exaudiuit. Ea nanque nocte Volegeſes accepit epiſtolas, in quibus ſcriptum erat, quia Dacæ & Sacæ cum maxima manu, contemnentes eius abſentiam, ad diripiendam Parthorum prouinciam deueniſſent. Quapropter nihil agens, retrorſum denuo remeauit. Sic itaque Izates deo prouidente, Parthici regis interminationẽ effugit. Poſt paululum vero tempus, cum quinquageſimum quintum ætatis, & viceſimũ quartum regni compleſſet annum, relinquens filios maſculos vigintiquatuor & filias vigintiquatuor, vita priuatus eſt. Succeſſionémque regni fratrem Monobazum habere præcepit: repẽſans ei quia per eius abſentiam poſt mortem patris regnum ei fideliter conſeruaſſet. Cuius mater Helena, audita filij morte graniter quidem tulit, & ſicut potuit mater, quæ piſſimum filium videbatur amiſiſſe: veruntamen conſolata eſt, audiens regni ſucceſſionem ad ſeniorem ſuum filium fuiſſe perductam: ad quem etiam pergere feſtinabat. Cumq; veniſſet ad regionem Adiabenorum, non multo tempore ſuper filium Izatem vixit. Monobazus autem & illius oſſa pariter & germani mittens, in Hieroſolymis ſepelire præcepit in mauſoleis, quæ mater tribus procul ſtadijs ab Hieroſolymis conſtruxiſſe videbatur. Sed quęcunque rex Monobazus vitæ ſuæ tempore geſſerit, poſtea declarabimus.

Izates moritur

Izates in Hierosolymis ſepultus

De Theoda mago, & pſeudopropheta Cap. IIII.

IGitur dum Fadus Iudæam prouinciam gubernaret, quidam vir magnus, nomine Theodas, populo multa ſuaſit, vt ſumentes ſubſtãtias ſuas, ſequerẽtur eum ad Iordanem fluuium: ſemetipſum aſſerens eſſe prophetam, & præcepto fluuiũ diuidere, vt eis facile tranſitum præberet. Hæc ergo dicens, ſeduxit quidem multos: non tamen permiſit eos Fadus ad experimentum ſuæ inſipientiæ peruenire

ſed repente cohortem miſit equeſtrium ſuper eos: quæ inopinabiliter irruẽs, mul-
Theodas a Fado occiditur tos quidem peremit, plurimos autem viuos cepit: ipſumq; Theodam cõprehen-
dentes, capitis ſectione multauerũt. Hæc ſunt ergo, quæ Iudęis contigerunt, tem
pore quo Fadus in eorum præfuit regione.

De Iudæ Galilæi filijs. Cap. V.

VEnitq; Fado ſucceſſor Tyberius Alexander Alexandri filius, qui etiam in
Alexandria fuit Halabarches, id eſt, princeps ſalis, genere diuitijſque Ale
xandrinorum cunctos excellens: ſed etiam filio ſuo Alexandro diuina cul-
tura melior, quippe cum ille in paternis ſolennitatibus non permanſerit. Horum
ergo temporibus contigit illa maxima fames, quando etiam Helena regina mul
Tiberius alexãder præſes tis pecunijs frumenta comparans ex Ægypto, indigentibus, ſicut prædiximus, eſt
partita. Inſuper autem Iacobum atque Simonem, filios Iudæ Galilæi, qui popu-
lum à Romanorum poteſtate ſubducere nitebatur ſub Cyrenio Iudęæ præſide, ſi-
cut prædiximus, crucifigi Alexãder imperauit. Herodes autẽ rex Chalcidis remo
to à pontificatu Ioſeph ſucceſſionem hanc Ananiæ Nibidæi contribuit. Tyberio
autem Alexandro Cumanus ſucceſſor aduenit. Defunctuſq; eſt Herodes frater
regis Agrippæ maioris, octauo anno Claudij principatus, tres filios derelinquẽs:
Ariſtobulum, qui ei de priori fuerat vxore progenitus, & ex Beronice fratri filia
Beronicianum & Hyrcanum. Cuius regnum Claudius Cæſar Agrippæ iuueni
dedit.

De ſeditione orta in diebus azymorum ob impudentiam militis. Caput VI.

Seditio. SEditione igitur incidente in Hieroſolymitarum ciuitatem, dum Cumanus in
Iudæa pro rerum gubernatione conſiſteret, multi Iudæorum perẽpti ſunt: ſed
primitus cauſam narrabo propter quam talia prouenerunt. Inſtante feſtiuita
te paſche, in qua mos eſt nobis azyma offerre: dum vndique ad feſtiuitatẽ hãc po
pulus conueniſſet, metuens Cumanus, ne qua per multitudinem turba aut res vel
actio naſcertur, iuſſit militibus, vt vnam aciem armatorum facientes, circa porti
cus templi conſiſterent: vt ſi forte aliquid excitaretur, tumultuantium inquietu-
Impudentia militis dinem prohiberent: hoc etenim & priores præſides Iudææ in huiuſmodi feſtiuita-
tibus faciebant. Cumque quarta dies eius celebrationis exceſſiſſet, quidam mili-
tum reuelauit genitalia ſua, & populo demõſtrabat. Quod illi videntes, ad iram
furorẽmque perducti ſunt: non ſemetipſos contumeliam paſſos, ſed in deo im-
pietatem geſtam eſſe dicentes. Quidam vero procaciores, Cumanum blaſphe-
mabant, aſſerentes militem ab eo tummiſſum. Cumanus autem audiens, & ipſe
non mediocriter prouocatus eſt. Veruntamen hortabatur eos à ſeditione quieſce
re, ne in feſtiuitate inquietudines excitarent. Quibus dum ſuadere non poſſet, &
illi ad blaſphemias magis accederent, iuſſit omnes milites arma ſumentes ad An
toniam conuenire. Erat enim hoc caſtrum, ſicut prædiximus, ſuprapoſitum tem-
plo. Multitudo ſiquidem videns milites ibidem congregari, perterrita cœpit effu
gere. Et dum ſe milites perſequi crederent, per anguſtos egreſſus pariter cum ti-
more fugientes oppreſſi ſunt, & multos adinuicem conterentes interemerunt. Vi-
Viginti Milia Iudæorum tempore azymorũ oppreſſa ginti milia enim dinumerati ſunt, qui in illa turba defecerunt. Quapropter erat
eis pro feſtiuitate luctus: & omnes obliti orationum atque ſacrificiorum, ad la-
mentationes lachrymáſque conuerſi ſunt. Has ergo paſſiones vnius militis laſci
uia generauit. Nondum igitur luctus quieuerat, & alter incidit denuo ſuper eos.
Quidam enim qui ex illa turba fugientes euaſerant, via publica venientes, quaſi
centum ſtadijs procul à ciuitate, & Stephanum Cęſaris ſeruum iter agentem mo
re latrocinij ſpoliantes, omnem eius dirrupuere ſubſtantiam. Audiẽs hoc Cuma
nus, milites continuo deſtinauit, præcipiens vicinos diripit vicos, & nobiles eorũ
ad ſe vinctos adduci. Igitur vaſtatione facta, quidam militum leges Moſeos in
quodã vico reperiens, eaſq; ſumens cunctis videntibus rupit, & multas blaſphemi
as atq; contumelias eis impoſuit. Iudæi vero hæc audientes & multi pariter con-

currentes

currentes, in Cęsaream descenderunt. Illic enim Cumanus erat. Ad quem accesserunt dicentes: non se, sed deum, ad cuius iniuriam hęc facta videbantur, vlturum: se autem nolle viuere, dum leges patrias sic tractari viderent. Cumanus autem metuens, ne denuo tumultum populus excitaret, suadentibus amicis, & militę, qui contumeliam fecerat legibus, securi percusso, occasionem secundæ seditionis abrupit.

Alia seditio orta inter Samaritas & Iudęos, Caput VII

POst hæc igitur inter Samaritas atque Iudæos inimicitiæ huiusmodi causa prouenerunt. Mos erat Galilæis, tempore festiuitatum ad sacram concurre re ciuitatem, & iter facere per Samariam. Dum ergo aliquando iter haberent per vicum nomine Ginais, inter Samariam & campum maximum constitutū, quidam conserentes litem, multos eorum interemerunt. Primi siquidem Galilęorū audientes quę gesta fuerant, ad Cumanum venerunt, rogãtes eum vt de interemptorum nece inquireret. At ille pecunias à Samaritis accipiens, neglexit hoc facere. Tunc Galilæi dolẽtes, multitudinem excitauere Iudęorum, vt arma sumerent, & suam defenderent libertatem: seruitutẽ amarissimã esse dicentes, & iniurias importabiles, in talibus non defendi. Primatibus vero eorum, eos compescere volẽtibus, ac promittentibus quia faceret vindictam Cumanus, illi penitus non acquiescentes, ad arma progressi sunt: & sumentes in auxilium Eleazarū Dinei, qui per multos annos latrocinia faciebat in montibus, vicos aliquos Samaritanorum incendẽtes: cuncta diripuerũt. Cumanus aũt hoc audiens, atq; sumens Sebastenorum cohortem, & pedestriũ quatuor ordines, & cõarmans pariter Samaritas, super Iudęos egressus est: factaq; congressione multos quidẽ peremit, plurimos aũt viuos cepit. Primi vero Hierosolymorum genere pariter & honore, videntes ad quantã calamitatũ magnitudinem deuenissent, induti saccis, & cinere capita sua cõplentes, omnino eis qui resultauerant vt quiescerẽt supplicabãt: ponentes ante oculos eorum subuertendam propriam regionem & tẽplum pariter cõcremandum, vxorum ac filiorum captiuitates futuras: & ideo rogabãt vt mutarent voluntatem, & proijciẽtes arma quiescerẽt, & de cætero ad propria remearent. Hęc ergo dicentes, flexerãt eos. Quorũ alij recesserunt, latrones autẽ ad munitiora loca profecti sunt. Ex illo omnis Iudæa latrocinijs est impleta.

Eleazarus latronum princeps

De dissensione Iudęorum & Samaritanorum. Cap. VIII

SAmaritanorum vero primates, ad Numidium Quadratum Syriæ præsidem, qui illo tẽpore in Tyro erat, aduenientes, accusauere Iudæos, qui vicos eorum incenderint ac diripuerint. Et pro his quidem quę ipsi passi fuerant, non tantum se dolere dicebãt, nisi quia Romanorũ contempserint potestatẽ: ad quorum iudicium debuerant pro sua, si qua fuisset, læsione concurrere. Nunc autem quasi Romanos iudices non haberent, hæc ab eis acta dicebant, & propterea vindictã fieri postulabãt. His ergo Samaritæ quęrebãtur: Iudæi vero & seditionis & litis autores Samaritas fuisse dicebant, & ante omnia Cumanũ munerũ oblatione corruptum, qui peremptorum necem noluerit vindicare. Quadratus ergo cum audisset, distulit iudicare, dicens tunc se sententiã prolaturum, cum in Iudæa veniens veritatẽ subtiliter indagasset. Et illi quidẽ nihil agentes reuertebãtur. Post paululum vero tempus Quadratus in Samariã venit, vbi autores seditionis audiens, & quosdam Samaritanorum ac Iudæorum indisciplinatos inueniens, crucifixit eos, quos Cumanus captiuos habuerat. Et exinde veniẽs in quendã vicũ nomine Liddam, non breuiorem magnitudine ciuitatis, sedens in tribunali, & secũdo Samaritas audiens, à quodam Samarẽo didicit, quomodo quidam primus Iudæorum nomine Dortus, & aliqui cũ eo iuuenũ, numero quatuor, populo suasissent, vt à Romanorum potestate recederent. Et illos quidem Quadratus prẽcepit occidi. Ananiam vero põtificem, & Anianum magistrum alligans, Romam direxit, quatenus de his quę gesta fuerant, redderent Cæsari Claudio rationem: iussitq;

Numidius Quadratus

primatibus Samaritanorum atque Iudęorum, pariter & Cumano, & Celeri tribuno, & violentiarum inhibitori, vt ad imperatorem pergerent, pro alternis inter ſe quęſtionibus audiendis. Ipſe vero metuens ne multitudo Iudęorum ſeditionem iterum excitaret, Hieroſolymam venit: inuenitq; vrbem in pace degentem, & feſtiuitatem patriam deo celebrátem. Confidens ergo nihil ab eis inquietudinis generari, relinquēs eos in feſtiuitate, reuerſus eſt Antiochiam. Cumanus aũt, & qui cum eo erant, necnon & primi Samaritanorum Romam directi, acceperunt ab imperatore conſtitutum diem, quo deberent intentionum ſuarum cauſas exponere. Habebant enim patrocinium Cumanus & Samaritæ libertorum Cæſaris, & pariter amicorum, qui ſcilicet prędualere poterant contra Iudęos: niſi Agrippa iuuenis cum Romæ conſiſteret, & primos Iudæorum opprimi videret, vxorem imperatoris Agrippinam ſuppliciter exoraſſet, vt marito ſuaderet, quatenus decenter audiens, ſua iuſtitia ſeditionum puniret autores. Claudius autem his precibus prędructus cauſam audiens, dum agnouiſſet malorum principes fuiſſe Samaritas, eos quidem qui aſcēderant ad eum, iuſsit occidi: Cumanum autem in exilium egit: Celerem vero tribunum prędepit Hieroſolymam duci, & omnibus videntibus per totam vrbem tractum laceratumq; diſpergi.

Cumani exilium

De Agrippa iuniore, qui prędide Felice, donatus eſt à Cęſare tetrarchia Philippi, alijſq; regionibus. Cap. IX

MIſit autē & Claudius Felicem Pallantis fratrem in Iudæam prędidem, qui rebus in regione Iudææ prędideret. Cumq; decimum principatus compleſſet annum, Agrippæ Philippi tetrarchiam donauit, & Bathaneam, & Trachonitidem ſimul adiecit, vnà cũ Abela, quę fuerat de tetrarchia Lyſaniæ. Chalcidem vero ei abſtulit, cui quatuor prędfuerat annis. Agrippa vero ſumens donationem Cæſaris, Aziazo regi Emeſorum, volenti ſe circuncidere, ſororem Druſillam dedit vxorem. Epiphanes enim Antiochi regis filius, eius nuptias refutauit, nolens Iudęorum ſolennitates ſequi, licet hoc facturum ſe eius compromiſerit patri. Mariã vero dedit Archelao, Chelciæ filio, cui ab Agrippa patre fuerat primitus deſponſata: quibus nata eſt filia, nomine Beronice. Nuptię ſiquidem inter Druſillam & Aziazum celebratæ, non multo tempore interueniente huiuſmodi cauſa ſolutæ ſunt. Dum Felix in Iudęam veniſſet adminiſtrator, vidēs hãc cunctas mulieres pulchritudine prędellentem, eius ſpeciem concupiuit: & quendam Iudęum Simonem nomine, amicum ſuum, genere Cyprium, magum, mittēs ad eam, ſuadebat vt derelicto viro nuberet ei, promittēs eam beatam fieri, ſi eius non deſpiceret thorum. Illa vero non benefaciens, & declinare volens inuidiam Beronices ſororis propter pulchritudinem ſuam, tranſcendere paternam ſolennitatem flexa eſt, & Felicis nuptias eſt ſecuta: Ex quo ſuſceptum filium vocauit Agrippam. Sed quemadmodum iſte iuuenis cum vxore per incēdium Veſuuij montis temporibus Titi Cæſaris deperierit, poſtea declarabimus. Beronice vero poſt Herodis mortē, qui eius fuerat maritus & patruus, multo tempore viduata, fama diſcurrente, quia cũ fratre coiret, ſuaſit Polemoni regi Lyciæ, vt circunciſus eam haberet vxorem. Sic enim iudicabat falſas delationes poſſe mõſtrari. Polemon autem flexus eſt, maxime propter diuitias eius. Nõ multo tamen poſt eorum nuptiæ permanſerũt, ſed Beronice propter nimietatē coitus, vt dixerũt, Polemonē dimiſit. At ille ſolutis nuptijs, etiam ſolennitates Iudęorum pariter dereliquit. Eodem vero tempore & Maria repudians Archelaum, coniuncta eſt Demetrio Alexandrino, Iudæo, genere & diuitijs valde claro: tunc enim & Halabarches erat: ſuſceptumq; ex illo filium, Agrippæ vocabulo nuncupauit. Sed de ſingulis horum ſubtiliter poſtea declarabimus.

Felix prędes Iudææ

Druſilla nupta Felici

De Nerone ſuffecto & matre occiſa. Cap. X

Claudius

CLaudius interea Cæsar defunctus est cum imperasset annis tribus & decem, & mensibus octo, diebusq; viginti, Est autem sermo quorundã, quia ab vxore Agrippina fuerit veneno peremptus: cuius Agrippinæ pater fuit Germanicus Cæsaris frater: vir aũt eius Domitius Ænobarbus nobilissimus Romanorum. Quo moriente, viduatam multo tempore Claudius duxit vxorem, habentem filium, qui patris nomine Domitius vocabatur. Claudius ergo propter zelũ Agrippinę, Messalinam peremit vxorem, ex qua liberos habuerat Britannicũ & Octauiam. Erat autem ei & Antonia filia senior, quam ex prima vxore nomine Petronia habuerat. Octauiã itaq; desponsauit Neroni: sic enim eum postea vocitauit, cum Cęsar eum filium adoptasset. Agrippina autẽ metuens, ne Britannicus crescens regnũ à patre perciperet, & volens imperium suo filio prępărare de morte Claudij, sicut erat sermo, tractauit. Quo mortuo, repente misit principem militiæ Burrum, & cum eo tribunos libertorum valde prępotentes, qui deducerent de castris Neronem, & eũ more principis adorarẽt. Nero siquidẽ hoc modo principatu sumpto, Britannicum quidem veneno latenter occidit, matrem vero propriã interemit: hoc ei retributionis munus impendens, non solum pro matris officio, sed etiam quod ei suis machinamentis Romanorum prębuerat principatum. Peremit etiam Octauiam suam vxorem, multosq; viros insignes, quasi insidias ei fecissent. Sed de his quidem desino plura narrare. Multi nanq; de Nerone historiã conscripserunt. quorum quidã pro gratia beneficiorum eius neglexere veritatẽ: alij vero propter odium & eius inimicitias, sic impudenter mendacijs inuoluti sunt, vt aperta reprehensione sint digni. Mirandi tamen à me non sunt, qui de Nerone mentiti esse noscũtur: dum neque priorũ gesta cõscribentes, veritatẽ videantur historiæ custodisse: licet circa eos neq; odium habuisse noscantur, cum longis post eos temporibus extiterint. Sed de his quidem, qui veritatem historię prędere nolunt, liceat scribere sicut nolunt. Probantur enim hoc habere gratissimũ. Nos autem propositum veritatis habentes, perfectionem presentis negotij breuiter cõprehendere nitimur, & quę nobis Iudæis euenerunt enunciamus, non negligentes aut calamitates, aut delicta referare.

Obitus Claudij

De crudelitate Neronis

De Iudęa latronibus & seductoribus populi referta. Caput XI

REuertar igitur ad narrationem casuum gentis nostræ. Primo itaq; imperij Neronis anno, moriente Aziazo Emesorum rege, eius frater succesit in principatu, & minoris Armeniæ prędatus Aristobulo Herodis regis Chalcidensis filio à Nerone cõmissus est. Sed & Agrippæ donauit Cæsar partem quandam Galilęæ Tiberiadis tetrarchiæ: prędipiens, vt ei esset subiectus: deditq; ei & Iuliadem ciuitatem trans fluuium constitutam, & vicos circa eam positos quatuordecim. Res itaque Iudęorum crementum semper ad peiora suscipiebãt. Latronum nanque denuo & magorum hominum turba populum seducentium est repleta prouincia. Quorum multos quotidie cum latronibus capiens Felix necabat: pariter & Eleazarum Dinei filium, qui latronum ordinem instituerat, per insidias cepit viuum. Dans enim ei fidem quia nihil mali sustineret, flexit eum ad se venire, quem vinctum Romam direxit ad Cæsarem. Habens autẽ simultatem Felix cum pontifice Ionatha, eo quod esse pius ab eo moneretur, vt rebus Iudæorũ melius prędideret, ne querelã à plebe susciperet: cum populus petisset à Cęsare, vt ipse in Iudęã dirigeretur administrator, occasionem quærebat per quam remoueret eum, qui videretur ei sæpius importunus. Graue nãq; est nocere volentibus, si crebrius arceãtur. Pro hac igitur causa Felix, fidelissimum amicorum Ionathę quendam, nomine Ioseph, genere Hierosolymitam, multarum pecuniarum promissione flexit, vt super Ionatham latrones induceret, qui eum vita priuarent. Ille autem sumpto consilio, hoc modo per latrones necem illius adpetiuit: Ascenderunt quidam eorum ad ciuitatem, quasi adoraturi deum: gladiosque sub veste portantes, & permixti populis, peremerunt eum. Cumque mors eius inulta remansisset, de cætero cum omni fiducia latrones in festiuitatibus

Aristobulus Armenie prases

Agrippa iunior

ascendebant

ascendebant,& gladios absconsos habentes,quos volebant inimicorum permixti populis perimebãt,& non solũ in reliqua in ciuitate,sed etiam in templo quosdam interimebãt. Nam & ibi sæpius cædes facere præsumpserunt,nihil se agere impietatis existimantes. Ob quam causam arbitror etiam deum auersatum nostram vrbem & templũ,velut nequaquã suo habitaculo mundũ,tradidisse Romanis,& vt purgatio fieret ciuitatis,ignem & seruitium intulisse,dum vellet nos cũ vxoribus atq; filijs crebris castigare calamitatibus. Opera siquidem latronũ hoc implebant scelere ciuitatem. Magi vero & seductores populo suadebant, vt eos in eremum sequerentur,dicentes se dei prouidentia signa & prodigia monstraturos. Multiq; in hac insipientia flexi,supplicia pertulerunt:quoniam dum ad hoc accessissent,à Felice puniti sunt.

Latrocinia celebrata in templo patrata

De Ægyptio quodã propheta,velut seductore populi à Felice occiso. Caput XII

HOc etiam in tempore venit aliquis ex Ægypto ad Hierosolymam, dicens se esse prophetam:& populari multitudini persuasit,vti cum eo ad mõtem, qui dicitur oliuarũ,positũ è diuerso ciuitatis procul stadijs quinq; conscenderent,velle se dicens eis exinde monstrare, quia eo iubente Hierosolymorum muri corruerent,vnde ingressum eis faciendum esse promittebat. Felix autẽ dum hæc audisset,iussit militibus vt arma sumerent. Quo facto cum multis equestribus impetu facto ab Hierosolymis,irruit super eos:& quadringentos quidem eorum gladijs interemit,ducentos vero viuos cepit:ipse autem Ægyptius fuga lapsus disparuit. Rursus itaque latrones populum contra Romanorum prælia concitabant,suadentes ne eis subiacere deberent, & sibi resistentium vicos incendebant atque diripiebant.

De contẽtione Cæsareæ orta inter Iudæos & Syros,deq; alia inter pontifices & sacerdotes. Felix etiam à Iudæis accusatur, succedente illi Portio Festo. Caput XIII

INter hæc autem Iudæi habitatores Cæsareæ,contra Syros pro æquitate ciuitatis huiusmodi fecere seditionem. Iudæi nanq; primos se esse dicebãt,eo quod conditor Cæsareæ rex Herodes,de genere fuit Iudæorum: Syri vero de Herode quidem ita esse profitebantur.dicebant autẽ Cæsaream Stratonis turrim primitus vocitatam,& tunc nullum habitatorem ipsius ciuitatis fuisse Iudæum:Hæc audientes præfecti prouinciæ,sumentesq; ex vtraq; parte seditionis autores,plagarum affecere vulneribus,& tempestatem litis eorum,ad breue tempus hoc opere sedauerunt. Rursus enim Iudæi habitãtes in ciuitate,diuitijs cõfidentes,& propterea spernentes Syros,blasphemijs studebant eos ad iurgia denuo prouocare. Illi vero pecunijs quidem minores,sed sapientia fortiores,dum multi Cæsariensium & Sebastenorum sub Romanis ibidem militarent,pauco tempore & ipsi Iudæis injurias sermonibus inferebant. Post alterutros se ita lapidauerunt, donec ex vtraq; parte vulnerati concidirent:veruntamen vicere Iudæi. Felix autẽ cum vidisset belli modo eorũ esse certamen, metuens petebat Iudæos:vt à lite cessarent. Quibus non audientibus,milites armatos immisit,& multos quidem eorum peremit,plurimos autẽ viuos cepit,& domos quorundã multis pecunijs refertas, expilari militari irruptione permisit. Iudæorũ vero modestiores,& dignitate nobiliores,metuentes pro semetipsis,rogauere Felicẽ,vt milites missa tuba reuocaret, eisq; de cætero parceret,quod Felix facere eorum precibus acquieuit. Hoc itaque tempore rex Agrippa dedit pontificatum Ismaeli filio Siab. Exorta est enim & pontificũ contentio,contra sacerdotes & Hierosolymitarum primates. Vnusquisq; enim eorum caterua procacium & seditiosorum hominum colligẽs, videbatur esse princeps. Et conferẽtes semetipsos ad lites, alterutris derogabãt, & se lapidibus obruebant. Qui autem prohiberet non erat,sed vt in ciuitate sine præsule,audaci potestate ab omnibus talia gerebantur. Tãtam siquidẽ impudentiam atq; præsumptionẽ pontifices obtinuerant,vt etiam seruos suos ad areas destinare

ſtinare præſumpſerint, qui decimas ſacerdotibus competẽtes auferrẽt. Vnde fiebat, vt ſacerdotes per inopiam deperirent. Sic enim inquietorum vis, oppreſſa iuſtitię grauitate, prænaluerat. Portio ſiquidem Feſto directo à Nerone pro ſucceſſione Felicis, primi Iudæorum Cæſaream habitantes, aſcenderunt Romam accuſaturi Felicem. Qui ſine dubio poterat pœnas exoluere pro læſione Iudæorum, niſi plurimum ei Nero pro fratris Pallantis prẽcibus indulſiſſet, cui tunc honorem maximum impendebat.

Contẽtio inter Syros & Iudæos, ac de Beryllo Neronis pædagogo, deq; mago quodam ſeductore populi. Caput XIIII

INterea primates Syrorum Cæſarienſium, Beryllo pædagogo Neronis, qui officium ſuper Græcos habebat, per epiſtolas multis pecunijs ſuaſerunt, vt à Nerone peteret, daret eis epiſtolam, per quam ius ciuilitatis, quod cum eis habebãt Iudæi communiter, penitus non fieri intimaretur. Beryll⁹ ergo imperatorẽ rogauit, atque promeruit vt huiuſmodi ſcriberetur epiſtola, quę tamen genti noſtræ poſtea ingentium malorum fuit occaſio. Agnoſcentes nanq; Iudæi Cęſarienſes, quę fuerant ſcripta pro Syris, tantas ſuſcitauere ſeditiones, donec bella ſuccederent. Feſto igitur in Iudæam veniente, contigit vt prouincia à latronibus vaſtaretur, & vici omnes incenderentur: prẽcipue nanq; ſicarij tunc abundabãt, vtentes gladiolis magnitudine ſimilibus Perſicorum enſium, cum ſummitatibus obũcis, & quales ſunt Romanorum ſicæ, à quibus etiam vocabulũ ſicariorum latrocinantes habuerunt. Hi nanq; latenter permixti, in feſtiuitatibus populorum, ſicut prius diximus, ad ciuitatem pro cultura diuina conuenientium, quos volebãt facile perimebant. Sæpius etiam cum armis ad vicos inimicorum venientes diripiebant, & cuncta pariter concremabãt. Interea diuerſis rebus turbata prouincia, Feſtus multitudinem deſtinauit equeſtrium atque pedeſtrium ſuper populos qui decepti fuerant à quodam mago; ſalutem eis & malorũ requiem promittente, ſi eum ſequi in deſertum contenderent. Quo facto, & ipſum ſeductorem & ſeductos irruentes qui miſsi ſunt, occiderunt. *dẽ mago quodam*

De pariete circa templum ædificato, & Anano ſacerdote. Cap. XV

HOc tẽpore rex Agrippa fabricatus eſt ædificium, magnitudine valde præcipuũ, in palatio Hieroſolymorũ, iuxta theatrum. Quod palatiũ factũ eſt olim à filijs Aſamonæi, in loco eminẽti poſitum. Quod etiam volentib⁹ ciuitatem deſpicere, delectabilem conferebat aſpectum: vnde rex inclinatus, inſpiciebat ea quę gerebantur in tẽplo. Hęc itaq; videntes Hieroſolymorum primates, grauiter habuerunt. Nõ enim patriũ erat, vt ea quę fiebant in templo, & maxime cũ ſacra diſpenſarentur, aliquis exceptis ſacerdotib⁹ aſpiceret. Quapropter parietẽ excelſum ędificauerũt circa exedrã, quę erat in interiori ſacrario ad occidentẽ cõuerſa. Hic ergo paries non ſolum triclinij regalis aſpectum abſtulit: ſed etiam occidentalis porticus, quę erat in exteriori templo, vbi cuſtodias in feſtiuitatibus propter templũ habere Romam ſolebãt. In his igitur indignatus rex Agrippa, & prẽcipue Feſtus prẽfectus, prẽcepit eis, vt opus ędificatũ repente deſtruerent. At illi rogauerũt, vt eis poteſtas daretur, quatenus ob hoc legatos dirigerẽt ad Neronem, dicẽtes non ſe vitam habituros, ſi quædã pars templi deſtrueretur. Tunc permittente Feſto, miſerunt de ſuis primatibus decẽ, ſimul & Iſmaelẽ pontificẽ, & Helchiam gazophylacem. Nero autem audiens eos, non ſolum veniam geſti operis condonauit, ſed etiam ædificium manere permiſit, hoc beneficiũ Poppeæ coniungi religioſe pro Iudæis ſupplicanti condonans. Qui decem quidẽ qui venerant redire prẽcepit, Helchiã vero & Iſmaelem obſidum loco retinuit. Rex igitur hęc agnoſcens, pontificatũ dedit Ioſeph, filio Simonis põtificis, qui cognomen habebat Gaddis. Porrò Cæſar miſit Albinum in Iudæam præfectum mortem Feſti cognoſcens. Rex autem denuo Ioſeph quidem pontificatu priuauit, & Anani filio, qui & ipſe Ananus vocabatur, eius ſucceſſionem dedit. Hũc etenim ſeniorẽ Ananũ dicunt fuiſſe feliciſsimũ: filios nanq; habuit, qui omnes dei pontificatu *Albinus præfes Ananus pontifex*

tificatu sunt functi,dum & ipse primitus hunc honorem plurimis temporibus habuisset,quod nulli pontificũ apud nos proueniſſe dinoſcitur. Ananus aũt iunior cum pontificatum ſuſcepiſſet,erat vehementer aſperrimus & audax, ſecta Sadducæus,qui circa iudicia ſunt vltra omnes Iudæos valde crudeles, ſicut iam declarauimus.

De Iacobo fratre domini lapidato ſub Anano pontifice,qui pontificatu priuatus,ſacerdotum decimas rapuit. Deq; Cæſarea illuſtrata,& pontificũ diſsidio. Cap. XVI

CVm ergo huius ſectę Ananus eſſet,credẽs ſe inueniſſe tempus oportunum, Feſto mortuo,& Albino in itinere cõſtituto,concilium fecit iudicũ,& quoſdam deducẽs ad ſemetipſum,inter quos & fratrẽ IESVM, qui dicitur Chriſtus,nomine IACOBVM,quaſi cõtra legem agentes accuſans,tradidit lapidãdos.Qui autẽ videbantur moderatiſsimi eſſe ciuitatis,&circa legis integritatem habere ſollicitudinem,grauiter hoc tulere,miſeruntq; latenter ad regem, rogantes eum,vt ſcriberet Anano,ne talia perpetraret,cũ neq; prius recte feciſſet.Quidam vero eorũ etiam Albino occurrerunt,ab Alexandria venienti,eumq; docuerũt,quia non liceret Anano prẽter illius voluntatem cõgregare concilium.Albinus autẽ eorum ſermonibus flexus,cum iracundia ſcripſit Anano, interminatus eum pœnas exoluere.Quapropter & rex Agrippa,ſublato ei pontificatu,quẽ tribus habuerat menſibus,Ieſum Dannei filium in eius locum conſtituit.Cumq; Albinus in Hieroſolymitarum veniſſet vrbem,omni prouidẽtia niſus eſt,vt prouincia pacem haberet:&ideo ſicariorum plurimos interemit.Pontifex igitur per ſingulos dies ad meliorem gloriam conſcendebat,& fauorem ciuium habebat,pariter & honorem.Erat enim locuples,& quotidie Albinum atq; pontifices muneribus cõplacabat.Habuit autẽ famulos valde laborioſos,qui cum procacibus cõuerſati viris pergentes ad areas ſacerdotũ,decimas accipiebant,vim facientes & non abſtinẽtes à cæde non dantiũ.Sed etiam alij põtifices ſimilia ſeruorũ illius peragebãt,cum nullus vtiq; prohiberet.Qua propter ſacerdotes,qui olim ex decimis alebantur,tunc inopiæ neceſsitate deficiebant.Rurſus igitur ſicarij,feſtiuitatis tempore,noctu ciuitatem ingrec i ntes,comprehenderũt vnum ſcribam magiſtratus,Eleazarum filiũ Ananiæ pontificis,& alligantes eduxerunt è ciuitate Deinde mittentes ad Ananiã,dixerunt ita ſeſe ſcribã remiſſuros ad eum, ſi Albino ſuaderet,vt decẽ viros,quos ex eis ceperat,&vinctos habebat,abſolueret.Ananias autẽ propter neceſsitatem Albino vt hoc faceret perſuaſit,quod op9 maximorũ malorũ fuit initium.Latrones nanq; ſemper moliebantur vt aliquos famulorũ caperent Ananiæ:quos nõ aliter niſi quoſdam ſicariorum reciperent,dimittebant.Cumq;numerus eorum iterum accreuiſſet,capta fiducia rurſus prouinciã affligebãt.Hoc itaq; tempore rex Agrippa,Philippi Cæſaream amplius fabricatã,ad honorem Neronis Neroniam appellauit,& Berytijs theatrum pecunijs multis inſtructũ,annalibus ſpectaculis condonauit,innumeras illic expenſas efficiẽs.Frumẽta nanq; populo copioſa,& oleum opulenter exhibuit,& omnẽ pariter ciuitatẽ ſtatuarũ pulchritudine & antiquorũ imaginibus exornauit, &penè omne decus regiũ ibi migrauit.Quapropter creſcebat aduerſus eũ odium ſubiectorum,eo quod illorum pompam auferens,ornaret extraneam ciuitatem.

Diſſidium propter pontificatum

Ieſus autem Gamalielis filius,à rege ſucceſſionem pontificatus accepit,IeſuDãnei honore priuato:& propterea ſeditio inter alterutros orta eſt. Faciẽtes etenim collectionem prauorum hominũ,frequenter vſq; ad lapides blaſphemiis præcedentibus inciderunt.Ananias autem præcellebat eos,quando diuitijs ſuis paratos accipere pecunias redimebat.Cuſtobarus etenim & Saul maximam ei multitudinem congregabãt,cum eſſent genere regio,&propter Agrippæ cognationem populi fauorem haberent,violenter ſcilicet iura & res infirmorum diripere parati.Ex quo præcipue contigit noſtram ciuitatem languere magis, cum vtiq; res eius ad peiora proueheretur.

De hymnidicis,

De hymnidicis,& ædificio templi ac ciuitatis. Cap. XVII.

ALbinus itaq; cum audisset sibi successorẽ Gessium Florũ fuisse directum,volens aliquid Hierosolymitis pręstare,producens vinctos, qui erant indubitanter morte digni,eos prȩcepit occidi:alios autem qui ex parua querela tenebantur in carcere, pecunijs sumptis abire præcepit.& ita factum est, vt carcer quidem purgaretᷣ à noxijs,sed prouincia latronibus impleretᷣ. Interea ex tribu Leui quicũq; erant hymnorũ dictores,persuaserunt regi,vt facto concilio eis conçederet,quatenus stola linea proxime sacerdotibus vterentur:eius regnũ dicere dicentes,vt memoriã de nouitate introducta perciperet. Quod petentes,impetrauerunt. Rex etenim cum voluntate eorum qui cõcilio præsidebant,hymnidicis hoc concessit,vt posita veste prima,linea sicut voluerant vterentur. Omnia contraria paternis legibus agebantur:quibus spretis, non poterant penè non solui. Igitᷣ cum iam tunc etiam templum videretur esse perfectũ, & ciues conspicerent artifices vltra decẽ & octo milia vacantes operibus & labore,indigentes vnde mercedes acciperẽt,quibus scilicet ex opere tẽpli alimẽta ministrabãtur,pecuniasq; repositas propter timorẽ Romanorũ habere non valerent: tunc habito concilo, vt cura haberetur artificum, & eis potius liceret expandi thesauros, quando si vna hora quilibet operaretur,mercedes acciperet:regi persuaserunt,vt orientalẽ porticum altius eleuaret. Erat aũt hæc porticus in exteriori tẽplo posita,in conualle profunda,quadringentorum cubitorum parietes habens, ex lapide quadrato albo q; constructos: Singulorum enim lapidũ erat longitudo cubitorum viginti,altitudo vero sex,opus Salomonis regis,qui primitus templum omne cõstruxit. Rex aũt,dum ei à Claudio templi fuisset cura cõmissa, iudicans quia omnis operis destructio quidẽ esset facilis,instructio vero difficilis,& præcipue ad hanc porticũ, & tempore & copiosis pecunis opus esset: hoc quidem supplicantibus fieri denegauit:ciuitatem vero sterni albo lapide non prohibuit. Iesu autẽ filio Gamalielis pontificatu priuato,dedit hunc honorẽ Matthiæ Theophili:sub cuius pontificatu & bellum Romanorum contra Iudæos sumpsit initium.

Catalogus omnium pontificum Iudæorum ab Aaron vsq; ad destructionem templi,& de Floro præside. Cap. XVIII.

NEcessarium inter hæc credo,& historiæ præsenti esse conueniẽs, narrare de pontificibus,quomodo inchoauerũt,& quibus fungi hoc honore permissum est,& quanti fuerunt vsq; ad belli finẽ. Primum itaq; omniũ dicunt Aaron fratrem Moseos pontificatũ sumpsisse diuinũ:quo moriente successisse mox filios & alijs eorum denuo liberis honorẽ vnius distributum. Vnde legitimũ est, nullũ posse pontificatum percipere, nisi de sanguine fuerit Aaron. Ex alio nanq; genere neq; si in regno cõstitutus sit,pontificatũ potest adipisci. Fuerunt itaq; omnes ab Aaron (sicut diximus) primo,vsq; ad Dinasum,qui belli tempore per discordiam pontifex ordinatus est,numero octoginta tres. Ex quibus,in deserto temporibus Moseos consistente tabernaculo,quod Moses deo dicauit, vsq; dum ad Iudæã populus aduenisset,vbi Salomon rex deo ædificauit templũ,pontificatum habuerũt viri numero tredecim. Primi nanq; donec vitam morte finirent, habebant ineripibiliter hunc honorẽ, postea vero etiam viuentibus successio præbebatur. Sed hi quidem tredecim,Aaron existentes ex genere,per successionẽ sumebant honorem. Fuit aũt Hebrẽorum respub. primo quidem sub populi potestate,post hoc autem sub vnius principatu sita,tertio vero sub regibus. Tempus ergo quo isti tredecim habuere principatum,à die qua Ægyptum patres nostri Mose duce reliquerunt, vsq; ad ædificationẽ templi, quod Salomon rex Hierosolymorum in vrbe construxit,fuit annorum duodecim & sexcentorum. Post illos itaq; tredecim põtifices,decem & octo alij hanc tenuere potestatem, à Salomonis regis temporibus Hierosolymis sibimet succedentes,vsq; ad aduentum Nabuchodonosor Babyloniorum regis,qui castrametatus aduersus vrbem,tẽplum quidem concremauit,gentem vero nostram in Babyloniã migrauit, & pontificẽ Iosedech captiuũ

Ordo & numerus omnium iudeorum pontificum

duxit. Tẽpus enim pontificatus horũ quadringentorum ſexaginta ſex fuit annorum, menſiũ ſex, dierumq; viginti, cum vtiq; iam Iudæi ſub regibus eſſent cõſtituti. Poſt tẽpus aũt annorum ſeptuaginta captiuitatis geſtę per Babylonios, Cyrus Perſarum rex dimiſit ex Babylonia Iudæos ad propriã remeare terram, atq; conceſſit templum ædificare captiuis. His itaq; remeantib⁹, Syſon pontificatum ſumpſit, & ex eius genere alij quindecim, vſq; ad tempus regis Antiochi qui vocabatur Eupator, hunc habuere præſulatũ. Conuerſabãtur autẽ populari poteſtate annis quadringentis quatuordecim: primuſq; Antiochus, quẽ prædiximus, & princeps militiæ eius Lyſias, Oniã, cui erat Menelaus cognomentũ, pontificatu depoſuerunt, perimentes eum in Beroea, & conſtituerunt pontificẽ Ioachim ex genere quidem Aaron, non aũt ex iſta domo. Propterea & Onias, defuncti fratruelis, & nomen referens patris, veniens in Ægyptũ, Ptolemæi Philometoris amicus effectus & Cleopatræ eius vxoris, ſuaſit eis vt in Heliopolitica præfectura deo conſtruerent templũ, Hieroſolymitano ſimile, & eũm pontificẽ ordinarent. Sed de templo quidem apud Ægyptũ ædificato, ſæpius declarauimus. Ioachim vero cũ tribus annis habuiſſet pontificatũ, defunct⁹ eſt: cui nemo ſucceſſit, ſed per annos ſeptem ciuitas fuit ſine põtifice. Rurſus aũt deſcendẽtes ex genere filiorũ Aſamonæi, cõmiſſa ſibimet poteſtate gentis, arma ſumentes aduerſus Macedones, Ionathan ſeptẽ annis conſtituere pontificẽ. Quo per inſidias moriente, dolo Tryphonis, ſicut ſuperius iam quodã loco narrauimus, accepit hunc honorẽ Simon germanus eius. Huic quoq; per dolũ generi in conuiuio morienti, filius ſucceſſit Hyrcanus. Qui cum tenuiſſet pontificatũ annis triginta & vno, Ariſtobulum filium ſucceſſorem habuit, in ſenectute moriens, qui cum & pontificatũ tenuiſſet & regnum (is nanq; primus vſus eſt anno vno diademate) hæredẽ fratrẽ reliquit Alexandrũ. Cuius vxor Alexãdra, fratrem eius Alexandrũ conſtituit in regno. Alexander aũt cum & regnaſſet, & ſacerdotium tenuiſſet annis vigint ſeptem, vita priuatus eſt: Alexãdræ coniugi pręcipiens, vt ipſa pontificẽ ordinaret. Quæ pontificatũ quidem Hyrcano ſuo filio dedit, regnũ vero ipſa retinens annis nouẽ defuncta eſt. Cuius filius Hyrcanus per tẽpus pontificatũ obtinuit. Poſt mortẽ nanq; Alexandrę, dimicauit aduerſus eum frater Ariſtobulus, & dum viciſſet, illum quidẽ põtificatu remouit: ipſe vero & regnũ tenuit, & dei põtifex fuit. Hui⁹ anno tertio regni, menſe ſimiliter tertio, veniens Põpeius, & Hieroſolymitarũ ciuitatẽ forti dimicatione deuincens, ipſum quidẽ Romam cum filijs vinctũ miſit, Hyrcanum vero denuo in pontificatũ reſtituit: quem gentis quidem præſidatum habere permiſit, diademate vero vti prohibuit. Habuit aũt Hyrcanus hanc poteſtatem ſuper nouẽ priores, alios annos viginti tres. Barſafarnes aũt & Pacorus Parthiæ potentes tranſeuntes Euphratem, & pugnãtes aduerſus Hyrcanũ, ipſum quidem ceperunt: Ariſtobuli vero filiũ Antigonum conſtituere regem. Qui dum tribus annis & menſibus totidem tenuiſſet regnum, Soſius & Herodes obſederunt eum: Antonius aũt deductum Antiochiã trucidauit. Herodes vero, cõmiſſo regno ſibimet à Romanis nequaquam conſtituit ex genere Aſamonæi pontifices: ſed quibuſdã ignobilib⁹, & qui ſolummodo de ſacerdotibus eſſent, præter Ariſtobulum tribuit hunc honorem. Ariſtobulum nanq; filium Hyrcani, qui à Parthis captus fuerat, pontificem conſtituens, ſororem eius Mariãmen duxit vxorem: ob quam rem fauorem populi ſibimet collocauit, propter Hyrcani memoriam. Deinde metuens, ne cuncti ad Ariſtobulum declinarent eum in Hierico ſuffocari dolo machinatus eſt cũ nataret, ſicut iam declarauimus. Poſt hunc aũt nequaquam alicui ex genere Aſamoniæ pontificatus tribuit poteſtatem. Similia quoq; geſſit in conſtitutione ſacerdotum Archelaus Herodis filius: pariter & Romani, poſtea ſuper Iudęos obtinentes imperiũ. Sunt ergo viri qui ab Herodis temporibus pontificatum habuerunt, vſq; ad diem qua Tytus templum & ciuitatem capiens cõcremauit, cuncti ſimul vigintinouem. Tempus aũt horum, anni ſunt centum & ſeptem. Quorũ quidam conuerſati ſunt ſub Herodis regno & filij eius Archelai. Poſt horum vero mor

ro mortem, populi quidem poteſtate cuncta regebantur: præſulatum tamen gentis pontifices obtinebant. Hæc ergo de pontificibus dicta ſufficiant. Geſſius itaque Florus, miſſus a Nerone ſucceſſit Albino, qui plurimis malis Iudæos attriuit. Erat nanque genere Claſonius, habuit autem vxorem nomine Cleopatram: quæ dum eſſet amica Poppeæ Neronis vxoris, & malignitate marito non minor, per eam vir eius infulas huius dignitatis adeptus eſt. Sic autem Florus circa poteſtatem malignus fuit & violentus, vt pro magnitudine malorum eius, Albinum quaſi beneficij largitorem Iudei laudarent. Ille nanq; malignitatem cælabat, & ne penitus deprehenderetur à turba quodammodo prouidebat. Geſſius autem Florus quaſi ad docendam nequitiam miſſus, iniquitates ſuas in gentem noſtram aperta malignitate portabat, neq; direptioni parcens, neq; modum iniuſti ſupplicij derelinquens. Erat enim inflexibilis ad miſerandum, & omnibus lucris auarus: qui etiam in latronum direptione communicabat. Sine timore nãq; multi ad hoc accedebant, cum illius promiſſione de ſua ſalute minime cogitarent: Quod opus non erat mediocriter cõdolendum. Quapropter infelices Iudæi, cum non valerent vaſtationes ſuſtinere latronum, cogebantur à proprijs ſolennitatibus recedentes cuncti diffugere: vt melius, vbicunq; liceret, apud alienigenas habitarent. Florus igitur fuit, qui nos contra Romanos bellum fecit aſſumere: melius iudicans, citius quàm paulatim & per tẽpora nos perire. Initium quippe ſumpſit hoc bellum ſecundo quidem anno adminiſtrationis Flori, duodecimo autem Neronis imperij. Sed ea quidem quęcunq; aut facere coacti ſumus, aut pati, perfecte ſcire poterunt, qui legere voluerint libros à me de Iudaica dimicatione cõſcriptos. Hic igitur ponam terminum Antiquitatis hiſtorię, poſt quam etiã bellum cœpi conſcribere. Continet autem hoc opus à primi hominis natiuitate traditionẽ, vſq; ad decimũ annũ Neronis imperij. Ea ſiquidẽ quę nobis Iudæis prouenerunt in Ægypto, & Syria atq; Palæſtina, & quęcunq; perpeſſi ſumus ab Aſſyrijs & Babylonijs, vel circa nos Perſę ſeu Macedones egerunt, & poſt eos Romani, ſicuti reor, ſunt cum integritate compoſita. Niſus ſum autem etiam deſcriptionem pontificum conſeruare, qui per annos duo milia conſtituti ſunt. Conſcripſi etiam ſine errore ſucceſſiones regũ, actus eorum & conuerſationes enunciãs, & monarchiarum poteſtates enarrans, ſicut ex ſacris libris de rebus omnibus deſcriptio continetur. Hoc enim in principio hiſtoriæ me facere compromiſi. Dico ſiquidem cum fiducia, opere iam perfecto, quia nullus alter, licet voluntatem habuerit, neq; Iudęus, neq; alienigena, potuit hoc negocium Gręcis ita ſubtiliter explanare. Habens enim indubitanter à congentilibus meis maximam eruditionẽ noſtræ prouinciæ, etiam Græcas ſtudui literas adipiſci. Artis nanque grammaticæ experimentum ſumpſi, integritatẽ vero prolationis verborũ poſſidere me paterna cõſuetudo prohibuit. quippe cũ apud nos non recipiant eos, qui elocutionẽ multarum gentium didiciſſe noſcuntur, eo quod cõmune putent hoc officium nõ liberis tantummodo, ſed etiam volentibus ſeruis. Sapientiam vero illos tantũmodo teſtantur habere, qui leges ſub integritate cognoſcunt, & virtutem ſacrarum literarum interpretari poſſunt. Propterea multis in hoc ſtudio laborantibus, vix duo quidem aut tres adepti, & laborum fructum repente potiti ſunt. Non erit forſan inuidioſum, etiam de genere meo, & vitæ actibus poſtea breuiter enarrare. In his ergo dicere vlterius de antiquitate ceſſabo, libris quidem exiſtentibus viginti, habentibus vero ſexaginta milia verſuum. Et ſi diuinitas conceſſerit per diſcurſum quidem commemorabo rurſus & cauſas belli, & eorum quæ ad præſentem pertinent diem, quæ eſt tertijdecimi quidem anni Domitiani Cæſaris principatus: mihi autem a natiuitate quinquageſimi & ſexti. Propoſui quoque vobis conſcribere etiam noſtras, id eſt Iudęorum ſectas, in quatuor libris: de deo eiusq; ſubſtantia, & de legibus, & cur ſecundum eas aliud facere permittimur, aliud prohibemur.

Redit ad Florum malicias in ſignem

Peroratio

Eruditio Ioſephi

Ætas Ioſephi dum hæc ſcriberet

Flauij Ioſephi Librorum. xx. antiquitatum Iudaicarum, Finis.